Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

AVREA
PRACTICA
LIBELLORVM, PETRI IACOBI AVRELIANENSIS,

I. C. clariss. & Practici celeberrimi.

IN QVA, EA QVAE AD ACTIONVM RECTE instituendarum rationem, etiam in quocunq; negociorum genere, ac aliâs ad praxim Forensem pertinent, ex fundamentis Iuris, quàm solidissimè traduntur & explicantur.

Nunc primùm, in gratiam Studiosorum ac Practicorum Iuris, è tenebris & situ ad lucem reuocata, diligenter recognita, & Summarijs Additionibúsque vtilissimis illustrata.

Opus tam vtile & necessarium, vt magni nominis Iurisconsulti censuerint, non minùs I.C. hoc volumine, quàm Sacerdotem Breuiario, instructum esse oportere.

Cum duplici INDICE *locupletissimo.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Geruinum Calenium, & hæredes Quentelios.
Anno Domini M. D. LXXV.
Cum priuilegio Imperiali ad Decennium.

13.13.G.3

TYPOGRAPHVS
CANDIDO LECTORI S.

VM nuper in manus meas, fortè fortuna, veniret, Candide Lector, hæc PRACTICA libellorum (non immeritò, AVREA dicta) PETRI IACOBI AVRELIANENSIS, I. C. suæ ætatis clarissimi, & Practici celeberrimi, ante multos annos Lugduni impressa: eamq; ex parte euoluerem, ita mihi statim placere cœpit, vt quàm maximè operę precium censerem, eam in lucē reuocare, atq; omnibus communem facere. Quo me Studiosis Iuris & Practicis cùm primis gratũ facturũ, ratus sum, propter summam eiusdem vtilitatem. de qua nõ est necesse, vt ego hîc multa adferã, cùm eam, Opus hoc ipsum pręsens, per se satis, atq; etiam Præfatiuncula sequens, Maturini Gitaldi, breuiter quidē, sed accuratè, demonstrent. adeò, vt sanè mirum sit, tam diu in paucissimorum tantùm manibus, librum hunc tam vtilem, delituisse, & in lucem reductum non esse. Sed id haud dubiò hinc factum, quòd liber iste hactenùs innumeris scatuerit mendis, nullisq; Summarijs, quæ lectori vtilissima, & properantibus quasi necessaria sunt, illustratus fuerit: difficulterq; hodiè inueniantur, qui id operæ, in gratiam Reipub. pręstare velint. Quas difficultates nunc nos in humeros nostros suscepimus, & effecimus, per Dei gratiam, vt PRACTICA hæc, iam diligenter recognita atque emendata, pristinæ suæ integritati restituta, Rubricis exactiùs distincta, & commodis Summarijs, additionibusque non contemnendis, illustrata, in lucem prodeat. Accipe igitur læta fronte, Candide Lector, hanc Practicam, sanè vtilissimam, quam non absque maximis difficultatibus nostris tibi nunc exhibemus, eaque tuo & Reipub. bono vtere. Breui, Deo volente, plura similia daturi. Vale.

CLARISSIMO, NOBILI ET GENEROSO VIRO, DOMINO HVMBERTO DE VILLA NOVA, LEGVM DOCTORI,

Domino de Ioz, Regio consiliario in Senescalia Lugduneñ. & Balliuia Matisconensi generali Locumtenēti dignissimo, Maturinus Gitaldi Gallicus, Salutē plurimam dicit.

EMINI, Humberte vir magnifice, cùm superioribus diebus Turonis tecum essem, & pro ciuibus populariq́ue Lugdunensi prouincia, apud Inuictum Carolum, Christianissimum Francorum Regem, huius nominis octauum, legatus ageres, si quid ocij tibi per occupationes aliquando relinquebatur, multa grauiter, vt soles, de varijs rerum codicibus disserebas: hoc opus libellorum PETRI IACOBI famosissimi Doctoris, super cætera laudibus efferebas. Quippe in quo omnis Practica Curiarum, tam vtentium iure scripto, quàm consuetudine, vt in maiori parte Galliæ, & omnia ferè iuris ciuilis fundamenta, vno quodam breui ac miro compendio contineri dicebas: tantiq́ opus faciebas, vt sæpiùs diceres, non minùs oportere Iureconsultum sine hoc volumine, quàm Sacerdotem sine Breuiario, peregrè proficisci. Quæ omnia dum ego diligenter auscultarem, tuo illo suasu, tuisq́ auspicijs, hoc ipsum Libellorum opus, paruo isto volumine, his literis imprimendum duxi: quo & communis omnibus esset, & faciliùs, quocunque proficiscaris, quocunq́ velis, deferri possit. Suscipe ergo hoc Opus, & munus lucidum, quod diutiùs Regnicolæ Practicantes postularunt: quoniam nihil obscurum, nihil dubitabile, nihilq́ contrarium legibus inuenies. Vale, & me tuum existima.

INDEX

INDEX RVBRICARVM HOC OPERE COMPREHENSARVM.

De

IN PRACTICAM AVREAM PETRI IACOBI AVRELIAnensis, copiosissimus INDEX.

A.

domi-

E.

emphy-

feudum

in inter-

M.

pupillo

S.

T.

 neceſſa-

V.

vasallus

FINIS INDICIS.

PRACTI-

PRACTICA AVREA LIBELLORVM, PETRI IACOBI AVRELIANENSIS, CLARISSIMI IVRECONSVLTI.

SVMMARIVM.

1 *Inuocatio diuini nominis, & de eius perfectione & omnipotentia.*
2 *Authoris institutum.*
3 *Libellum formanti quid inspiciendum & cognoscendum.*
4 *Azonis ad Summam, præ alijs, tanquam ad tubam veritatis recurrendum.*
5 *Azo in quibus locis non legendus.*
6 *Tempus, quo hoc opus libellorum ab authore publicum accepit.*

PROOEMIVM.

1 Ilium Dei vnigenitū Dominum † IESVM Christum, verū Deum & verū hominem, ducem & Saluatorē nostrum inuocando, qui cum patre & Spiritu Sancto substātialiter vnus est, & solus Deus, & vnus solus omnipo-
1.Reg. 2. tens Dominus, q, vt ait Anna, scientiarū est Dominus, & omnia in sapientia fecit,
Psal. 118. & sapientiæ eius non est numerus, cuius perfecta sunt opera, & lex eius, & omnes viæ suæ veritas, cui omnia seruiunt, ta-
Psal. 15. men bonorum nostrorum non eget: quia & vt ait author de causis, primum, id est, Deus, est diues in se, & diues in alijs: diues in se, quia ipse alijs rebus nō eget: & diues in alijs, quia omnia alia
2 egent eo. Ego Petrus Iacobi † de Aurelia legum Doctor, in Monte Pessulano residens, pro instruendis Aduocatis, & etiam pro prouectis Scholaribus librum Institutionum legentibus, & specialiter super titulo de actionibus, ad formandos aliquos libellos progredior. Et licèt libelli dominorum Roffredi & Iohannis de Blonosco, & Guillermi de Ferrarijs videantur posse sufficere, attamen libelli, & alia quę dicam, sanè intelligentibus prodesse poterunt, non obesse. Et cùm ad rectè formandos † libellos, & ad rectè formatos sustinendos, 3
seu ad obtinendum in causa, oporteat vim & naturam actionis intentatæ cognoscere, necesse est super natura actionis, ad textus & glossas ordinarias iuris ciuilis recurrere: qui cùm sint aliquando nimis diffusi, & ad perquirendum laboriosi, omissis Summis, quas † dicuntur fecisse domini prędecessores nostri, 4
Rogerius, & Placētinus, & Iohannes, ad Summā domini Azonis, tanquā ad tubam veritatis recurratur, † excepta ma- 5
teria C. de liber. præt. vel exhæred. authent. ex causa præteritionis. & excepta materia, de acqui. possess. l. fin. super quibus consulo perquirere textus, & eos intelligere, & obseruare, iuxta glossas ordinarias, Summa domini Azonis in illis quasi omissa, vel quasi posita in sequestro. Datū anno † Domini M.CCC.XI. 6

RVBRICA I.

De rei vendicatione, quę competit ratione directi dominij.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ratione directi dominij exhibitus, quibus iuribus probetur, & super qua actione formatus sit. nu. 2 & 3.*
4 *Actio in rē cōpetit ratione directi dominij.*
5 *Dominij verbum simpliciter prolatum, intelligitur de directo.*
6 *Positiones decem, quibus actor probare potest directum dominium, quamuis non nisi ex vna causa acquiratur.*
7 *1. Insula nata in mari, fit eius, qui primus eam occupat.*

8 II. *Insula nata in flumine publico, agris vndique limitatis, fit eius, qui eam primò occupat.*

9 III. *Per alluuionem iuxta agrum limitatum, fundus fit eius, qui eum occupat.*

10 IIII. *Per emptionem fundi hostibus expulsis accepti, ab Imperatore, vel à fisco, quaritur directum dominium.*

11 V. *Donatione fundi ab Imperatore facti acquiritur directum dominium.*

12 *Imperator præsumitur directus dominus eorum, quæ possidet, quod non innititur ex temporis longinquitate, sed ex altitudine & titulo suæ dignitatis & potentiæ, quæ habet à Deo.*

13 VI. *Imperator donando alicui fundum, sciens ipsum esse alienum, hoc expresso, quòd intendat omnibus auferre ius dominij, facit eum donatarij, si causa auferendi suberat, aliàs non.*

14 VII. *Alluuione quibus modis fundus acquiratur agro non limitato.*

15 *Insula in flumine publico nata, ad quemcunque deueniat, publica est, quantum ad vsum.*

16 VIII. *Occupans fundum pro derelicto habitum, directò fit dominus.*

17 IX. *Causam habens à directo domino, directum dominium consequitur.*

18 X. *Confessio Rei confitentis Actorem dominum, nocet ipsi Reo, ne contrauenire possit, licèt quo ad alios non noceat.*

19 *Propter nostrum affirmare, vel negare, nihil mutatur in re.*

20 *Dominus directus volens probare directum dominium per recognitiones aliorum, quàm illius contra quem agit, nihil valet.*

21 *Confessio seu recognitio sola, res de se allodiales non constituit emphyteuticarias seu feudales, quamuis per talem recognitionem, quòd res sint emphyteuticariæ, probatio fiat.*

22 *Dominium præscriptione acquisitũ qualiter probetur, remissiuè. Et an vtile sit, in probatione dominij, ad præscriptionẽ confugere.*

23 *Dominium in rebus immobilibus ex tempore non acquiritur, remissiuè.*

24 *Libello formato super re mobili, ex quibus causis directum dominium probetur, remissiuè. Et an ex tempore acquiratur.*

25 *Interrogatorio omisso ante litem contestatam, an reus fundum possideat eiusq́; restituendi facultatem habeat: prædicta inter positiones ponenda.*

26 *Imperator nõnunquã fundũ, ab inferiori in emphyteusim tenet, quem tunc ex causa transferendo in alium, non directum, sed vtile dominium transtulisse dicitur.*

27 *Fiscus, cùm in priuati locum succedit, iure priuati vtitur.*

CORAM vobis domino Berengario † de Fabrica legum 1 Doctore, iudice Montis Pessulani, pro domino Sancrio Illustri Rege Maioricarũ, dicit & proponit in iudicio Petrus Iacobi, contra Martinũ, quòd dictus Reus possidet seu detinet, & facultatem restituendi habet, quendam fundum situm in territorio de Latis, cõfrontatum ex vna parte cum prato de Vimada, & ex alia parte cum fundo Pontij Almandini, flumine publico Lanij intermedio, qui fundus pertinet ad dictum Actorem iure dominij. Vnde cùm dictus Reus dictum fundum restituere contradicat, petitionem suam dirigit dictus Actor contra dictum Reum, supplicans vobis dicto domino iudici, vt dictum fundum ad dictum Actorem pertinere iure dominij per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum ad restituendum dicto Actori dictum fundum sententialiter condemnetis, vnà cum fructibus industrialibus iam perceptis & extantibus, & qui percipientur à dicto Reo de dicto fundo ante litem contestatam & extabunt percepti. Item cum omnibus fructibus industrialibus & naturalibus, qui percipientur post litem contestatam. Item cum fructibus post litem cõ-

testa-

testatā percipiendis. Et condemnatū ad
restituendum iuris remedijs compella-
tis. Petit etiam expensas iam factas oc-
casione præsentis litis, & de faciendis
protestatur, vestrum officium implo-
rando. Et ante omnia petit responderi
per Reum, an dictum fundum posside-
at, vel non.

2 ¶ Probatur iste† libellus ff. de rei vē-
dic. l. in rem actio. in prin. & C. de ali.
mut. iud. causa facta. l. vna. cū similib.

¶ Et est aduertendum, quòd prædi-
3 ctus libellus † est formatus super actio-
4 ne in rem, prout competit † ratione di-
recti dominij. continetur enim in eo,
quòd fundus pertinet ad actorem iure
dominij. cùm autem verbū, dominij,
5 † simpliciter profertur, intelligi debet
de directo: vt ff. si ager vecti. vel em-
phy. pe. l. j. §. qui in perpetuum.

ADDIT. Quid si emphyteuta agit
cōtra quendā ad rē emphyteuticariā, &
dicit, Peto rem à te, quæ ad me perti-
net iure dominij, non dixit iure vtilis
dominij: nunquid valet talis libellus?
Videtur quòd non. quia emphyteuta
non habet dominium directum, vt l. j.
§. qui in perpetuum. ff. si ager vecti. pe.
ergo dicendo simpliciter dominium,
de directo intelligitur, vt suprà dictum
est. Dico ergo, quòd libellus valet & te-
net. quia dicendo, Peto rem, quæ ad me
pertinet iure dominij, videtur intelli-
gere de eo dominio, quod ibi habet. arg.
ff. de condi. & demon. l. quibus diebus.
§. dominus. nam emphyteuta alibi vo-
catur dominus. C. de fun. patri. l. pos-
sessores. & l. fi. & C. de omni agro deser-
to. l. qui agros. lib. xj.

6 ¶ Sequuntur decem † positiones, per
quarum quamlibet Actor poterit pro-
bare directum dominium, prout pro eo
facient: non enim potest acquiri domi-
nium nisi ex vna causa: nec enim am-
pliùs quàm semel res mea esse potest. vt
ff. de exce. rei iu. l. & an eadē. §. actiones.

POSITIONES ACTORIS.

PRIMO ponit & probare inten-
dit dictus Actor, quòd prædictus fun-
7 dus fuit insula † nata in mari: & ipse
primus occupauit eam. Effectus: quia
sic Actor factus fuit directò dominus.
vt Institu. de rerum diui. §. insula. ff. de
acquiren. re. do. l. adeò. §. insula.

¶ Secundò ponit, quòd dictus fun-
dus fuit insula † nata in flumine publico 8
Lanij, agris vndique limitatis: & ipse
primò occupauit eam. vel fuit alueus
à flumine publico Lanij derelictus, agris
vndiq; limitatis: & ipse occupauit eum
primò. Effectus: quia sic probatur di-
rectum dominium. vt. ff. de flu. l. j. §. si
insula.

¶ Tertiò ponit, quòd dictus fundus
factus fuit per † alluuionē iuxta agrum 9
limitatum: & ipse occupauit eum pri-
mò. Effectus: quia sic probatur dire-
ctum dominium. vt ff. de acqui. re. do.
l. in agris limitatis.

¶ Quartò ponit, quòd prædictus
fundus semper fuisset † hostium: ipsis 10
per virtutem bellicam expulsis, dictus
fundus fuit captus, & sic factus fuit fi-
sci: & eum dictus Actor emit à fisco, vel
aliàs acquisiuit dominium ab Impera-
tore vel à fisco. Effectus: quia sic pro-
batur directum dominium. vt ff. de ca-
pti. & postli. reuer. l. si captiuus. §. ex-
pulsis. & facit ff. de iure fis. l. diuus. & de
acquiren. re. do. l. transfugam.

¶ Quintò ponit Actor, quòd Impe-
rator † donauit ei fundum prædictum, 11
vel aliàs ab Imperatore eum acquisiuit.
Effectus: quia sic Actor potest dici di-
rectò dominus. vt ff. de acquiren. rerum
do. l. traditio. Præsumendum † est enim 12
in dubio, Imperatorem esse directum
dominum eorum, quæ possidet, nisi
contrarium probetur. nec enim innitit-
tur Imperator ex temporis longinqui-
tate, sed ex altitudine & titulo suæ di-
gnitatis & potentiæ, quæ habet à Deo.
vt in cor. in medio litis non fieri sacras
formas. circa finem, collatio. viij.
& quomodo oporteat episcopos. in
princ. collat. j. & C. de vete. iure enu-
cle. l. j. in prin.

¶ Sextò ponit, quòd Imperator † do- 13
nauit ei dictum fundum, sciens ipsum
esse alienum, hoc expresso, quòd ipse

intendebat auferre omne ius dominij omnibus illis, quorum erat fundus. Effectus: quia sic probatur directum dominium: si tamen Imperator cum causa abstulit dominium à directo domino, aliâs non: iuxta quæ habêtur in consti. ff. in princi. & de natali. resti. l. fi. & de regu. iur. l. id quod nostrum. & C. de preci. Impera. offe. l. quoties. & si contra ius vel vtilitatem publicam. l. fi. & de quadri. præscrip. l. benè à Zenone.

¶ Septimò ponit, quòd dictus fundus factus fuit per alluuionem, † & accreuit cuidam agro non limitato, cuius agri dictus Actor erat directus dominus, vno de prædictis modis. Vel fuit insula nata in flumine publico iuxta agros non limitatos. Vel fuit alueus à flumine publico derelictus, iuxta agros non limitatos, quorum agrorum dictus Actor erat directò dominus: & sic dictus fundus accreuit dictis agris. Effectus: quia sic probatur directum dominium. cùm enim aliquo de prædictis modis fundus ille accreuit prædictis agris non limitatis, directum dominium illius fundi accreuit directo domino agrorum: & vtile dominium, vtiliter domino: & quasi dominium, quasi domino. & sic debet intelligi Insti. de re. di. §. prætereà. & §. insula. & ff. de acqui. re. do. l. adeò. §. j. & §. insula. & l. ergo. §. tribus. & de flu. l. j. §. si insula. similiter facit ff. de vsufru. l. item si fundi. §. j. & de Publi. in rem act. l si ego. §.

14

15 idem ait. cum similibus. Insula † tamen in flumine publico nata, ad quemcunque deueniat, ipsa est publica, quantum ad vsum. vt ff. de acquiren. rerum do. l. penult. §. j. & §. finali.

ADDITIO. Et est notádum, quòd illa quæ dicta sunt suprà de flumine publico, idem est dicendum de lacu, & de stagno, & fossa publicis: cùm sit eadem ratio. Sunt enim quandoque publica: vt ff. vt in flu. pu. na. li. l. vna. in prin. §. possunt. & de flum. l. j. §. si fossa. flumen autem & lacus & stagnum & fossa possunt esse priuata: vt ff. vt in flu. pub. na. liceat. l. vna. §. si priuata. & §. possunt. & de flumi. l. j. §. hoc interdictum. & tunc non differunt à cæteris locis priuatis: vt ibi. & facit ff. de aqua plu. arcen. l. vicinus. in fin. & de acquiren. rerum do. l. lacus. & de contrahen. emp. & ven. l. Rutilia Polla. & ff. de iniur. l. iniuriarum. in fi. & de verbo. sig. l. littus publicum.

¶ Octauò ponit Actor, quòd Mæuius, † qui vno de prædictis modis erat 16
directò dominus dicti fundi, habuit eũ pro derelicto, & dictus Actor occupauit eum primò. Effectus: quia sic probat se directò dominum. vt ff. pro derelict. l. j. & Instit. de re. di. §. qua ratione.

¶ Nonò ponit, quòd in directo † do- 17
minio dicti fundi causam habuit ab alio, qui vno de prædictis modis fuit directò dominus dicti fundi. Effectus: quia sic probat se directum dominum. vt ff. de acqui. re. do. l. traditio. in prin. & l. nunquam. in prin. & de actio. empti. l. ex empto. in prin. & de acquiren. pos. l. cùm hæredes. in prin. & C. de pac. l. traditionibus.

¶ Decimò ponit, quòd dictus Reus † eodẽ Actore præsente cõfessus fuit di- 18
ctũ fundũ pertinere ad dictũ Actorẽ iure directi dominij. Effectus: quia licèt propter hoc dictus Actor non sit directò dominus: quia propter nostrum † affir- 19
mare vel negare nihil mutatur in re, secundùm Philosophũ, vt & ff. ad muni. l. assumptio. in prin. attamen confessio prædicta nocebit ipsi Reo, nec poterit venire contrà. vt ar. ff. depo. l. Publia. §. Lucius Titius. licèt quo ad alios nõ noceat talis confessio: quia res inter alios acta &c. & ideo si dominus † directus 20
vellet probare directum dominiũ per recognitiones aliorũ, quàm illius, contra quem agit, nihil valet. de quo per Spe. ti. de loca. al. tit. de emphyteu. §. nũc aliqua vers. lvj.

ADDIT. Nota notabilem modum probandi dominium directum, scilicet per cõfessionẽ Rei, saltem quo ad hoc, quòd stabitur illi confessioni contra se. *Vide Gaio dané Pa pe in de cisio. q. 272. nu. 2*

¶ Secũdò dicit Gencellinus de iureiuran.

Iuran. in Cle.c.vnico. super verbo, recognouit.talia verba: Et not. quòd sola
21 † confessio seu recognitio, res de se allodiales, i. francas, non constituit emphyteuticarias, seu aliàs feudales. C. de pac. l. traditionibus. & C. de iur. & fac. igno. l. cùm falsa. veruntamen per talem recognitionem fit probatio, quòd sint tales, s. emphyteuticariç. Barto. ff. de po. l. Publia. §. fi. secũdùm Gencellinum. Quod no. quia vidi de facto. quoniam Titius venit ad Seium, & dixit sibi, Ego faciam vobis x. deñ. pro vsargio talis fundi, recipiatis eos: dixit Seius, Non faciã, quia res cecidit in cõmissum, & ideo non recipiam decætero vsargium. sed recipio pro commisso dictum fundum. Hoc facto, Titius fecit venditionem fructuum ad quinq; annos Gaio pro certo precio, & finaliter litigatum est inter dictũ Gaium & Seium: quia Gaius se opposuit, & allegauit, quòd ille fundus est suus, & ab eo Titius tenebat eum in emphyteusim. Seius fuit admissus ad probandum directum dominium: & ad probãdum, quòd dictus fũdus tenetur sub eius directo dominio, probauit, quòd Titius venit ad eum, & dixit sibi supradicta, ꝙ faciebat sibi pro vsargio xij. deñ. Quærebatur, nunquid ex hoc probatum esset directum dominiũ? Circa quod vide per Spe. ti. de loca. al. ti. de emphyteusi. §. nunc aliqua. Et quando volueris articulare ad probandum dominium
22 † per prçscriptionem, vt rectè articules, vide Dy. extrà de regu. iuris. lib. vj. c. possessor. vbi ponuntur essentialia præscriptionis, & illa debent poni in articulis. Alios modos quçrendi seu probandi directum dominium in rebus immobilibus, quærat alter magis curiosus. Actor verò nunquam procurrat ad prçscriptionem quantumcunq; longã vel longissimam, suam, vel alterius, à quo causam habet: quia ex tempore non ac-
23 quiritur † directũ dominiũ rerum immobilium, vt infrà dicetur in sequenti libello. ¶ Si autem esset formatus præ-
24 dictus libellus † super re mobili, tunc posset probare directum dominium ex pluribus causis vt Instit. de re. di. & ff. acq. re. do. quasi per totum. & etiam ex tempore, vt Insti. de vsucap. in prin.

¶ Item ponit † Actor, ꝙ dictus Reus possidet dictũ fundum, seu habet eius 25
restituendi facultatem. prædicta positio fiat, si super hoc interrogatorium fuit omissum ante litem contestatam.

POSITIONES REI.

REVS verò contrarias positiones faciendo, vel alio modo prędictas positiones destruendo, subtiliter, & contra quintam specialiter ponat sic: Ponit, & probare intendit dictus Reus, ꝙ quando Imperator donauit dicto Actori dictum fundum, Imperator tenebat eum in emphyteusim à Mæuio. Imperator
† enim quandoque tenet ab alio in em- 26
phyteusim. vt C. de colla. fundorũ patrimonial. l. placuit. & in titu. seq. l. fi. lib. xj. Effectus: quia sic Imperator tradẽdo, non fecit Actorẽ directũ dominũ. vt ff. de acquiren. re. do. l. traditio. in prin. & de reg. iur. l. nemo plus iuris. Imperator enim tunc non habebat nisi vtile dominium, postquàm erat emphyteuta. vt no. C. de iu. emphy. in prin. & ff. de lega. j. l. si domus. §. fi. & C. de fund. pa. l. possessores. lib. xj. & sic Actor sine dubio succumbet tunc, quia non probat directum dominium, vt proposuit in libello.

¶ Item ponit reus, quòd Imperator habuerat dictum fundum à Mæuio ex confiscatione bonorum, vel ex contractu, vel ex successione, qui Mæuius non erat directus dominus. Effectus: quia sic actor non erat directò dominus. fi- 27
scus † enim cùm in priuati locum succedat, iure priuati vtitur. vt ff. de serui. rusti. prædio. l. via. §. si fundus. & de contrahen. emp. & ven. l. alienatio. & de iur. fis. l. fiscus cũ in priuati. & sic Actor succumbet: quia non probabit se directum dominum. onus enim in hoc suum est, postquàm ita proposuit. vt ff. de rei ven. l. in speciali. & de probat. l. ij. & C. de eden. l. qui accusare. & de proba. l. actor.

Sequitur Guido Pa pa in decis sio. q. 208. num. 1.

RVBRICA II.

De rei vendicatione, quæ competit ratione vtilis dominij.

SVMMARIVM.

1 *Libellus ratione vtilis dominij exhibitus, quibus iuribus probetur, & super qua actione formatus sit. num. 2. & 3.*

4 *Dominij vtilis ius, non specificata aliqua causa certa, comprehēdit omnem causam cuiuscunque generis.*

5 *Dominium directum eiusdem rei vt duo in solidū habere non possunt: ita nec vtile.*

6 *Positiones vndecim, quibus probatur vtile dominium.*

7 I. *Possidens fundum bona fide & iusto titulo per x. annos inter præsentes, vel xx. inter absentes, vel sine titulo bona fide per xxx. annos, probat vtile dominium.*

8 II. *In emphyteusim accipiens fundum à fundi domino, probat vtile dominium.*

9 III. *Conducens fundum à fundi domino ad non modicum tempus, probat vtile dominium.*

10 IIII. *Conducens fundum licèt ad modicum tempus, à fisco, vel Cæsare, vel à ciuitate, vel à municipibus, dominis dicti fundi, probat vtile dominium.*

11 V. *Feudatarius in feudum habens fundum à fundi domino, probat vtile dominium.*

12 VI. *Insula nata in flumine publico, vel alueus derelictus à flumine publico, vel per alluuionem factus iuxta agros non limitatos, quibus fundus adcreuit, quorūq; actor habebat vtile dominium, vtile probat adcreti fundi dominium.*

13 VII. *Dominium vtile acquirens ex contractu, vel successione, vel pro derelicto, ab eo, qui fundi vtile dominium habebat, probat dominium vtile.*

14 VIII. *Dominium vtile an acquiratur ex præscriptione. Et fundo taliter acquisito in emphyteusim dato ei, cuius ante præscriptionem fuerat, si canonem infra tempus debitum nō soluat, an ius suum amittat, & præscribentis dominium vtile probatum sit.*

15 IX. *Dominium vtile habēs ex præscriptione, vel fundum in feudum habēs ab vtili domino, si eum eidem Reo in feudum det, & is postea eum vendat, sine actoris consensu: quia tunc Reus cadit à iure suo, illudq; in actorem recidit, sic vtile probat dominium.*

16 X. *Nō dominus fundi, bona fide dans eum in emphyteusim vel in feudū, per emphyteutam vel feudatarium bona fide fundum x. vel xx. annis possidentem, acquirit & probat ex præscriptione vtile dominium, si fundus posteà cadit in cōmissum.*

17 XI. *Confessione Rei probatur vtile dominium, confitentis Actorem illud habere.*

18 XII. *Conducens fundum ad nō modicum tempus, vt sit superficiarius, an probet vtile dominium.*

19 *Superficies, verbum, aliter an apud Philosophos, & aliter in Iure accipiatur.*

20 *Superficiarius quādo vtile dominiū habeat superficiei, & an habeat vtile dominium soli.*

21 *Publicianam habens actionem, an habeat vtile dominium, & quale habeat. nume. 22. 33.*

23 *Rescissoriam habens actionem in rem, an habeat vtile dominium.*

24 *Donans fundum alicui ea lege, vt sibi alimenta præstet, an his denegatis probet vtile dominium.*

25 *Miles armata militia an probet vtile dominium, probato, quòd fundus de sua pecunia sit emptus.*

26 *Vendita vel cessa actione in rem, sibi pro fundo competente, an vtile probetur dominium.*

27 *Anima pponi debet omnib. rebus mūdanis.*

28 *Bonus vir magis debet velle mori, quàm peccatum mortale committere.*

29 *Dominium directum quid. & vnde dicatur. nu. 30.*

31 Domi-

31 Dominium & proprietas an sint idem, vel differant.

32 Dominium vtile quid. & in quibus rebus consistat.

34 Rei vendicatio directa, probabiliter arguit atq; infert dominium directum, non autē vtilis in rem actio semper arguit vtile dominium.

35 Vsucapione rei mobilis acquiritur dominium directū: præscriptione verò rei immobilis dominium vtile. & eius ratio.

36 In præscriptione, & in vsucapione quæ requirantur.

37 Dominium rei vtile habens ex præscriptione, si in emphyteusim illam det alteri, qui deinde rem illā vendat: quomodo possit emptorē in possessione ponere, vel agere, si res in commissum cadat. nu. 39. 40.

38 Confessio contra confitentem & eius successores in modum probationis inducitur.

41 Fidem frangenti fides non seruatur.

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possidet seu detinet, & facultatem restituendi habet, quendam fundum, situm in territorio de Latis, cōfrontatū ex vna parte cum prato Decinadi, & ex alia cum fundo Pontij Almandini, flumine Lanij intermedio, qui fundus pertinet ad dictum Actorē, iure vtilis dominij. Vnde cùm dictus Reus dictum fundum requisitus restituere cōtradicat, petitionem suam dirigit dictus Actor contra dictum Reum, vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum fundum ad eum pertinere iure vtilis dominij, per vestram sententiam declaretis: & dictum Reum ad restituēdum dictum fundum eidem Actori cum fructibus industrialibus iam perceptis & extantibus, & qui percipientur ante litem cōtestatam & percepti extabūt. Item cum omnibus fructibus industrialibus & naturalibus, qui percipientur post litem contestatam. Item cum percipiendis post litem contestatam, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas occasione præsentis litis factas, & de faciendis protestatur, vestrum officium, domine iudex, implorando. Et ante omnia, domine iudex, petit, dictū Reum interrogari, an dictum fundum possideat, seu an habeat eius restituendi facultatem.

¶ Probatur † prædictus libellus, ff. de rei ven. l. in rem actio. in princ. & si ager vecti. vel emphyteu. pe. l. j. §. qui in perpetuū. & l. fi. & C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. de alie. iud. mutan. causa facta. l. vna. cum similibus. 2

¶ Et est aduertēdum, quòd † dictus libellus est formatus super actione in rem, quæ competit ratione vtilis dominij, vt ex tenore eius apparet. Et sicut, quando ratione directi dominij agitur non specificata causa certa, omnis causa directi dominij videtur in iudicium deducta seu vna petitione apprehensa: vt ff. de excep. rei iud. l. & an eadē. §. actiones. Sic & in isto libello, cùm ibi dicitur simpliciter, fundum pertinere ad Actorem iure vtilis † dominij, non specificata aliqua causa certa, ex qua vtile dominium acquiritur, certè Actor videtur vna petitione comprehendere omnem causam cuiuscunq; generis sit, ex qua nūc potest agere ad prædictum fundum ratione vtilis dominij: & hoc per eandem legem. Quia sicut directum dominium non potest acquiri successione, nisi ex vna causa, vt ibi: nec duo † possunt habere insolidum directum dominium eiusdem rei, vt ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. sic & de vtili dominio debet dici: sic eadem ratione super fructibus, & super quibusdam alijs dicentur aliqua in sequenti libello. 3 4 5

¶ Sequuntur xj. positiones, per † quarum quamlibet Actor poterit probare vtile dominium, prout formatus est libellus. 6

POSITIONES ACTORIS.

PRIMO ponit & probare intendit dictus

dictus Actor, quòd ipse prædictū fun-
7 dum † tenuit & possedit bona fide & iusto titulo per x. annos inter præsentes, vel xx. inter absentes, vel sine titulo bona fide per xxx. annos. Effectus: quia sic probatur vtile dominium. vt de hoc C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. & de pac. l. traditionibus.

¶ Secundò ponit, quòd ipse acceperit
8 prædictum † fundum in emphyteusim à domino dicti fundi. Effectus: quia sic probatur vtile dominium. vt ff. si ager vec. vel emphy. pe. l. j. §. qui in perpetuum Insti. loca. & condu. §. adeò. C. de iure emphy. l. j. in prin. C. de fun. pa. l. possessores. & l. iubemus. & de fun. rei priua. l. ij. lib. xj.

9 ¶ Tertiò ponit, quòd ipse † conduxit dictum fundum à Mæuio domino dicti fundi ad non modicum tempus. Effectus: quia sic probatur vtile dominium. vt ff. si ager vecti. l. fi. & argu. ff. de superfici. l. j. §. quod ait. licèt contrà videatur notari ff. de lega. ij. l. penulti. §. instituto.

¶ Quartò ponit, quòd ipse conduxit
10 † dictum fundum licèt ad modicū tempus à fisco, vel Cæsare, vel à ciuitate, vel à municipibus, dominis dicti fundi. Effectus: quia sic probatur vtile dominium. vt ff. de lo. pu. fru. l. j. in princi.

¶ Quintò ponit, quòd dictus fundus
11 sibi datus fuit in feudum † à Mæuio domino dicti fundi. Effectus: quia sic probatur vtile dominiū. Feudatarius enim habet vtile dominium, vt notatur C. vnde vi. l. si quis in tantam. & in libro feudorum, per quos fiat inuestitura. c. vno. & de inuestitura de re aliena facta. c. vno. §. rei autem. & de capitu. Corradi. c. j. §. prætereà. & de controuer. inter vasal. & alium de beneficio. c. j. Dominus autem habet directum dominium, vt no. hic finitur lex. circa princ. & per quos fiat inuestitura. circa prin. de lege Corra. c. j. §. similiter.

¶ Sextò ponit Actor, quòd prędictus
12 fundus fuit insula † nata in flumine publico, vel alueus derelictus à flumine publico, vel per alluuionē factus iuxta agros non limitatos, quibus agris ille fundus accreuit, quorū agrorū dictus Actor habebat vtile dominiū. Effectus: quia sic probatur vtile dominium dicti fundi, vt apparet suprà in vij. positione prȩcedentis libelli.

¶ Septimò ponit, quòd cùm Mæuius haberet vtile † dominium in prædicto 13
fundo, aliquo de prædictis modis, ipse Actor acquisiuit illud vtile dominium ab eo, ex contractu, vel successione, vel pro derelicto. Effectus. quia sic probatur vtile dominium. vt ff. de acqui. re. do. l. traditio. in prin. & Insti. de re. diui. §. per traditionem. & ff. de reg. iur. l. nemo plus. & de acquir. pos. l. cùm hæredes. in prin. & pro derelicto. l. j.

¶ Octauò ponit Actor, quòd cùm ille fundus pertineret † ad eum iure vti- 14
lis dominij ex præscriptione, ipse dedit eū in emphyteusim ipsi Reo: qui stetit posteà per triennium, quòd non soluit pensionem, vel alienando fundum ipse versatus fuit aliter, quàm sit dispositum C. de iure emphy. l. fi. Effectus: quia sic probatur vtile dominium esse Actoris, quia tunc ipso iure Reus cadit à iure emphyteutico. vt C. de iur. emphy. l. ij. & l. iij. in fi.

¶ Nonò ponit, quòd cùm dictus fundus † pertineret ad eum iure vtilis do- 15
minij ex præscriptione, vel quia Rex Maioricarum habens directum dominium vel vtile dicti fundi, dedit eum in feudum, idem Actor dedit eum in feudum dicto Reo, qui Reus postmodùm vendidit & tradidit eum Mæuio, sine consensu dicti Actoris. Effectus: quia sic probatur vtile dominium ad Actorem pertinere, quia tunc Reus cecidit à iure suo, & recidit in Actorem, vt in constitutio. imperialem. §. callidis. de prohib. feu. alien. per Frid.

¶ Decimò ponit Actor, quòd ipse nō dominus † dicti fundi bona fide dedit 16
eum in emphyteusim vel in feudū dicto Reo, qui Reus possedit postcà dictū fundum bona fide per x. vel xx. an. & sic Reus acquisiuit vtile dominiū ex præscriptione, & sic fortificata fuit emphyteusis

teusis & feudum, postmodùm verò fundus cecidit in commissum ex causis in duabus præcedentibus positionibus contẽ. is. Effectus: quia sic probat Actor fundum ad se pertinere iure vtilis dominij, vt in legibus ibi allegatis, adiũcto argumẽto ff. de iure do. l. Proculus. & quod no. ff. de re. credi. l. ij. §. appellata. super reconciliatione mutui.

17 ¶ Vndecimò ponit, quòd Reus confessus † fuit eodẽ Actore præsente, ipsum Actorem habere vtile dominiũ in prædicto fundo, vel dictum fundũ pertinere ad dictum Actorẽ, vno de prædictis modis s enumeratis. Effectus apparet in x. positione præcedentis libelli.

¶Duodecimò ponit Actor, quòd ipse
18 conduxit ad non modicum tempus † dictum fundum à Mæuio domino dicti fundi, vt idem Actor esset superficiarius. Effectus: quia sic ꝓbatur vtile dominium. vt ff. de rei ven. l. superficiario. & l. seq. & de pig. ac. l. tutor. in fi. & de superfi. l. j. §. quod ait. licèt videatur cõtrà ff. de legat. j. l. si tibi homo. §. fin. Sed ista positio non placet, non quin superficiarius habeat vtile dominium superficiei. & sic no. ff. de serui. l. iij. sed ideo nõ pla-
19 cet, quia licèt verbum † superficies, secũdùm Philosophos, largam habeat significationem, iuxta illud, quod dicunt, s. quòd proprium est superficiei, primo loco collocari. & licèt fundus dicatur habere crustã, vt ff. de dam. infec. l. hoc ampliùs. §. Alphenus. non tamẽ fundus habet superficiẽ propriè loquendo, prout in Iure accipitur superficies. Cùm ergo in prædicto libello simpliciter agatur ad fundum terræ, illa positio est inutilis, cùm ibi de aliqua superficie nulla facta fuit mentio. ¶ Et est aduertẽdum, quòd
20 qui habet † superficiem in solo alieno: fortè vinearum, vel olīueti, vel salicti, vel stagni, vel alicuius ædificij, & sic de pluribus alijs: licèt ipse habeat vtile dominium superficiei: quod est verum, si ille, qui concessit eam, habuit in solo directũ dominiũ, vel saltem vtile: Attamẽ, vt credo, ille superficiarius nõ habet vtile dominium in solo, licèt aliud sit in solo, vel in fundo conducto: vt dictum est s in tertia positione. Superficies enim non trahit ad se solum, immò cedit solo. vt ff. vti possidetis. l. si duo. §. sed si. & ff. de actio. & obligatio. l. obligationum ferè. §. placet. Ex prædictis apparet, ꝙ si petatur fundus vel pratum, in quibus non est superficies de iure, tunc nõ oportet quærere materiã actionis in rem pro superficie. Si autem petatur actione in rem vinea, vel domus, vel similia, si simpliciter petantur, s. nulla mentione facta de superficie, tota rei proprietas videbitur petita. Domus enim & vinea de sua significatione continent solum in se. vt ff. de serui. rusti. prædi. l. certo generi. in prin. & de vsucapi. l. eum qui ædes. in princi. & de lega. j. l. si fundũ. §. qui fundum. Superficiarius ergo si vult petere domum, vel vineam, petat eam non simpliciter: sed vt superficiarius, & se esse dictæ domus, vel vineæ superficiariũ exprimendo. ¶ Alios modos acquirẽdi seu probandi vtile dominium quærat alter magis curiosus. Quidam tamen dicunt esse plures alios modos, vt sequitur.

¶ Itẽ ponit Actor, quòd ipse per metum cadentem in constantem hominem vendidit & tradidit dictum fundum cuidam, quem fortè ignorat. Effectus: quia sic probat se vtile dominiũ habere. vt ff. quod metus causa. l. metũ. §. volenti.

ADDIT. Hæc positio non placet: qa metũ passus non habet vtile dominium, sed benè sibi datur actio vtilis in rem ex æquitate prætoria: etiam si ante metum cõpetebat sibi vtilis in rem, ratione vtilis dominij. & hoc ibi satis notatur. Ex æquitate enim prætoria videtur esse, & agit quasi dominus vt priùs. nec enim videtur re exclusus, quem prætor adiuuat. vt ff. de in integ. resti. l. nemo. Vtile autem dominium verum nõ habet, quia illud in metum inferentem transtulit. si ergo & ipse haberet adhuc illud vtile dominium, duo insolidum haberent illud in eadem re: quod esset absurdũ dicere.

¶Item ponit, quòd ipse emit dictum fundũ à Męuio, quem credebat dominũ esse, & verũ non erat, & sic est Publicia-

B nista.

nista. Effectus: q̄a sic probatur vtile do-
miniū, vt not. ff. de Publi. in rem. act. l.
si seruus. & de euict. l. minor. §. si seruus.
& de acq. re. do. l. traditio. in prin. ¶Sed
hæc positio nō placet. † nec est expeditū,
21 quòd Publicianista habeat vtile domini-
um, licèt sit quasi dñs, & vt quasi domi-
nus agat. vt Insti. de acti. §. sed istæ. Quòd
autem non habeat vtile dominiū, proba-
tur: quia qui habet vtile dominiū, potest
agere cōtra dominum directum, vt ff. si
ager vecti. l. j. in fi. quod non potest Pu-
blicianista. vt ff. de Publ. in rem act. l. pe-
nul. & fin. Sed prædicta ratio nō videtur
necessaria, quia qui præscripsit bona fide
sine titulo xxx. vel xl. an. licèt habeat vti-
le dominium: tamen contra dominum
non potest agere. vt C. de præscrip. xxx.
an. l. si quis emptionis. Est igitur melior
ratio, quia qui præscripsit fundum bona
fide & iusto titulo, habet vtile dominiū.
Ponamus ergo, q̄ posteà cecidit à posses-
sione, & deinde nouus possessor vendidit
illum fundum, & tradidit alicui bona fi-
de ementi. ecce ille emptor habet Publi-
cianā in rem, si cadit à possessione. vt ff.
de Publi. in rem act. l. cùm sponsus. §. in
vectigalibus. Si ergo dicā, quòd ille Pu-
blicianista habeat vtile dominiū, planū
est, q̄ ille qui p̄scripsit fundum, habet
vtile dominium adhuc: & sic duo habe-
bunt insolidum vtile dominium in eo-
dem fundo. quod nō est occasione dandi,
sicut nec de directo dominio. vt ff. cōmo.
l. si vt certo. §. si duobus. Itē qui ex præ-
scriptione habet vtile dominiū, si cadat à
possessione, & secūdus possessor præscri-
bat, ille secūdus præscriptor habebit vti-
le dominiū, & primus præscriptor amit-
tit illud, nec potest agere decætero acti-
one in rem. vt not. C. de præscri. xxx. an.
l. si quis emptionis. in prin. Duo enim in-
solidum eiusdem rei dominium habere
non possunt, vt dictū est. Item ponamus,
quòd duo bona fide emerunt fundum se-
paratim à duobus nō dominis, certè qui-
libet eorū si cadat à possessione, poterit
agere actione in rem Publiciana. vt ff. de
Publi. in rem act. l. siue aūt. §. si duobus.
& de acti. emp. l. si ea res. §. si. Ergo si con-
cedatur, quòd vnus illorum habeat vtile
dominium, & de alio erit cōcedendum,
cùm sit eadem ratio. & sic sequitur, quòd
duo habeāt insolidum vtile dominium
eiusdē fundi, quod non est concedendū,
vt dictum est. Cùm Publicianista nō ha-
beat vtile dominium, frustra fieret præ-
dicta positio ad probandum vtile domi-
nium. & de hoc dicetur in tit. de Publi-
ciana pro re immobili. Et potest dici, q̄
licèt Publicianista non habeat † vtile do- 22
miniū, tamē habet quasi vtile dominiū,
seu fictum, seu similitudinariū, vt Instit.
de act. §. sed istæ. & facit quod no. ff. de
in inte. restit. l. nemo. & quod me. causa.
l. putat. §. j. aliàs, l. metum. iij. §. item Iu-
lianus. vbi sequens §. est §. licèt.

¶Item ponit Actor, quòd cùm ipse es-
set dñs dicti fundi, & esset absens causa †
reipublicæ, dictus Reus præscripsit di- 23
ctum fundū. Effectus: quia sic probatur
vtile dominium ad Actorē pertinere, vt
Insti. de ac. §. rursus. Sed hoc etiam nō est
expeditum, s. q̄ qui habet rescissoriam in
rem, habeat vtile dominiū verum, licèt
possit agere quasi dominus actione in rē,
si alter non præscripsisset, vt ibi, & fortè
ante p̄scriptionē prædictam Actor ha-
bebat solùm vtile dominium verum, &
illud amisit: quia p̄scriptor illud ac-
quisiuit. si ergo Actor dicatur habere do-
minium verū, & præscriptor iam habet
illud: ergo duo habebunt illud insolidū,
quod non est credēdum. Item in rem re-
scissoria non competit, vel effectum non
habet, nisi p̄habita in integrum restitu-
tione. vt C. de resti. milit. l. quod tēpore.
& quibus ex cau. ma. l. fi. & no. ff. ex qui.
cau. ma. l. necnon. §. exemplo. Ex prædi-
ctis duabus rationibus apparet, q̄ præ-
dicta positio esset inutilis in p̄senti causa,
prout formatus est libellus.

¶Itē ponit Actor, quòd ipse donauit
24 † dictum fundū dicto Reo ea lege, vt sibi
alimēta p̄staret, quę sibi p̄stare dene-
gat. Effectus: quia sic probabit vtile do-
miniū ad se pertinere. vt C. de dona. quæ
sub modo. l. j.

ADDIT. Sed non est expeditū, talem
donatorem habere vtile dominiū: quia
nec

nec fortè ante donationem habebat nisi vtile dominium, & illud iam trãstulit in donatarium: & sic prædicta positio non placet, vt apparet ex superioribus. vtilis enim actio in rem non infert semper, nec arguit vtile dominium.

¶Item ponit dictus Actor, quòd cùm
25 ipse esset miles † armatæ militiæ, dictus fundus fuit emptus de sua pecunia. Effectus: quia sic probatur vtile dominium. C. de rei vendica. l. si vt proponis.

ADDIT. Sed non credo, quod per hoc probetur vtile dominium, vt apparet ex superioribus: sed benè potest dictus miles agere actione in rem, ac si fundus esset suus, si hoc eligat. & idem in quibusdam casibus ibi notatis: licèt nõ ex electione, sed in subsidiũ detur illa vtilis in rem. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. vxor marito. & sic prædicta positio nõ proficeret, prout formatus est libellus domini.

¶Item ponit Actor, quòd Mæuius do-
26 minus dicti fundi vendidit † ei actionem in rem, sibi cõpetentẽ pro illo fundo, vel aliàs cessit ei prædictam actionẽ in rem. Effectus: quia sic probatur vtile dominiũ. vt C. de hære. vel act. ven. l. si. Sed non est dicendũ, sic acquiri vtile dominiũ prædicti fundi: nec enim vendens vel cedens habuerat animum transferendi in Actorẽ aliquod ius dominij in prædicto fundo, nec etiã posset sine traditione: sed solum voluit concedere ius agẽdi, seu ius quoddã in ipsa actione in rem: nec Actor posset tunc dicere, fundũ ad se pertinere iure alicuius dominij: sicut in actiõe personali cessa non potest dicere Actor Reũ sibi esse obligatum. vt C. de actio. & obligatio. l. j. & sic illa positio non placet.

POSITIONES REI.

REVS conetur facere positiones cõtrarias, & prædicti vtilis dominij destructiuas, quantũ poterit, salua tñ conscien-
27 tia. Anima † enim ꝑponi debet omnibus rebus mundanis, vt C. de sacrosan. eccle.
28 l. sancimus. j. in fi. Bonus † vir etiã magis debet velle mori, quam peccatũ mortale cõmittere. vt ff. quod metus cau. l. isti quidem. §. quòd si dederit.

¶Super prædictis duobus libellis, ꝓut directũ dominiũ & vtile sunt duo diuersa, est notandũ primò, quod directũ do-
miniũ † est quoddã nobile, rectũ, & pri- 29
mũ ius dominationis, quod aliquis habet in & sup re corporali: vt apparet per exẽpla in positionibus suprà in præcedẽ-
ti libello factis. & dicitur † directũ, quia 30
ex mente & verbis legis intelligitur. & facit ff. de acq. pos. l. j. circa prin. & de ac. re. do. quasi per totũ. & C. de proba. l. ꝓprietatis dominiũ. ¶Quidã tñ quasi oẽs *Communis opinio.*
dicunt, quod dñium † nihil aliud est, quam pro-
prietas rei: & sunt idem in substãtia. arg. 31
ff. de iure do. l. si vsusfructus. & de legat. j. l. si domus. §. fi. & de superficie. l. fi. & de acq. pos. l. naturaliter. §. nihil. cum ibi notatis. & l. permisceri. in prin. & de except. rei iudi. l. & an eadẽ. §. fi. & Insti. de re. di §. riparum. & arguunt à simili: quia sicut in incorporalib9, s. in seruitutibus, ipsum ius seruitutis dicitur dominiũ seruitutis, vt ff. si vsu fruc. peta. l. qui vsumfructum. in fi. sic & ipsum ius seruitutis, dicitur quandoque ꝓprietas seruitutis, & quãdoque quasi proprietas, vt ff. de interdic. l. ij. §. quædam. & sic dominium & proprietas sunt idem in substantia. & facit in feudis, in quibus causis feudũ amit. §. huius aũt generis. & C. de proba. l. proprietatis dominium, i. dominium, quod est proprietas. & sic cõstituũt ibi intrãsitiuè, vt ibi, dum dicitur, creatura salis. i. creatura, quæ est sal. vt & aliàs est constructio intransitiua, C. de cõdic. indeb. l. j. & de condic. ob caus. l. j. & ff. de rerum diui. l. j. in fi. & C. de periculo nominatorum. l. fi. lib. xj. ¶Sed fortè nõ videretur malè dictum, quod proprietas & dominium sint duo diuersa in substãtia, & quod in prædicta l. C. de ꝓba. l. proprietatis dñium. sit cõstructio transitiua, & proprietas: vt & aliàs ff. de bo. liber. l. ij. in fine, & de separa. l. j. §. itẽ videamus. Dominiũ enim fundi est in dño: proprietas aũt fundi nõ videtur esse in dño fundi, sed in ipso fundo, & videtur esse substãtia ipsius fundi: vt ff. de ver. sig. l. quæstio. §. ager. & Insti. de re. diui. §. litorum. ibi, dum dicit, ꝓprietas aũt &c. quia si ꝓprietas ibi est nullius: ergo proprietas est, dato, quod res illa

nullius sit: sicut & substãtia rei est, dato, quòd res sit nullius. & sic dñium & proprietas nõ videretur prima facie idem in substantia. & facit ad hoc, q̃a quis dicitur dñs ꝓprietatis: vt ff. de rei ven. l. fructus. j. & de vsufruc. l. sed & si quis. §. si. & de vsuris. l. in pecudum. & Insti. de vsufruc. in fine. non tñ dicitur quis dominus dominij. Item magistraliter dicitur dominium directum & vtile: non tamen dicitur proprietas directa vel vtilis.

32 ¶Secundò est notandum, ꝙ vtile†dominium est quoddã ius dñationis in ꝓprietate rei corporalis immobilis, distinctum à directo dominio, & ab eo authoritate legis per præscriptionẽ, vel ex cõsensu dñi exiens, & ab eo quodammodo separatum: vt in primis xij. positionibus huius libelli apparet superius per exempla. nec video, nec credo, vtile dominiũ posse assignari verè in re mobili. Item istud vtile dominiũ, dicitur dominium: q̃a à directo dominio, licèt in eo formabiliter nõ sit, exit per præscriptionẽ, vel per consensum dñi directi cum quadam dominatione magna in re corporali, vt statim dictũ est. Item dicitur vtile, quia est ex quadã extensione & per relationem ad directũ dominiũ, & maiorẽ vtilitatẽ solet afferre, q̃ directum dominium: quia ex eo magis insistitur ꝓprietati ipsius rei

33 seu ipsi rei corporali. Publicianista † aũt licèt agat vt dñs, & ꝙ lex disponit agere actione in rẽ vt dñm, & alij plures, quibus lex concedit agere vtili in rem actione, seu disponit eos agere vt dominos, nõ propter hoc debet dici, ꝙ habeant vtile dominium, vt dictũ est statim in vltimis positiõibus Actoris: quia nec ex præscriptione, nec ex aliquo cõsensu directi dñi fulciuntur: vt satis apparet Insti. de act. §. sed istę. & §. rursus. & ff. quod me. cau. l. metum. iij. §. volenti. C. de do. q̃ sub modo. l. j. & de rei ven. l. si vt ꝓponis. & sic de

34 similibus. Quia licèt † directa rei vẽdicatio, de qua habetur in Insti. de act. §. sed istæ. & C. de rei vend. l. nullo. & de capti. & postli. reuer. l. ab hostibus. arguat seu inferat directum dominiũ probabiliter: Attñ vtilis in rem actio nõ semper habet seu infert vtile dominium. potissimè, si ex hoc sequeretur, duos habere insolidum vtile dominium verum eiusdem rei: quia illud esset impossibile.

¶Item est notandum, ꝙ rerum mobilium directum dominium † acquiritur 35
pluribus modis, vt Insti. de rerum di. & ff. e. & de acq. re. do. quasi per totum. Item bona fide, & iusto titulo, ex tempore, s. per vsucapionẽ triennij: sed rerum immobilium directũ dominiũ nõ acquiritur ex tempore, seu per præscriptionem, sed vtile dñium solũmodo. vt C. de præscrip. lon. temporis. l. vlti. & de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. & est fortè ratio: quia vilis est possessio rerum mobilium. vt ff. de aćq. pos. l. si rem. & notatur C. de pac. l. traditionibus. & C. si aduersus credito. l. j. & de bonis ma. authen. nisi. & Instit. de vsuca. circa prin. & ff. e. l. iij. & l. eũ q̃ ędes. & de Pub. in rẽ act. l. j.

¶Item est notandum, ꝙ in pręscriptione † & in vsucapione requirũtur ea, quæ 36
in sequentibus versibus continentur:

Recta fides, iustus titulus, possessio dicta
Ciuilis, non quæ naturalis, nisi rarò:
Continuum tempus, taxatum, tradita resq̃;
Nec sua sit facta, sed nec res sit vitiosa,
Nec quasi, nec veniat interrumpens aliud q̃d,
Error & in iure cesset. simul hæc faciũt quem
Directum dominum, si res sit mobilis: illa
Inq̃; soli rebus præstabunt vtilitatem.

Recta fides: vt ff. de vsuca. l. si fur. §. j. & l. quare. & pro empt. l. ij. circa prin. Iustus titulus: vt C. de præscrip. lon. temporis. l. diutina. & de rei ven. l. nullo. Possessio dicta ciuilis: vt ff. de acq. re. do. l. acquiritur. in fine. & de acquiren. pos. l. j. §. per eum. & l. iij. §. si seruus. & §. ex cõtrario. vbi notatur, quòd si infiniti possiderent fundum ciuiliter insolidum, ergo & dominium haberent insolidum, & fructus suos facerent insolidum. quod esset absurdum. vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. j. & quod notatur ff. commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Non quę naturalis, nisi rarò: per iura statim allegata, cũ l. ff. de Publi. in rẽ act. l. cũ sponsus. §. in vectigalibus. & de dam. infec. l. si finita.

ta. §.si de vectigalibus.& etiam continuatur per eam, vt ff de acqui.pos.l.Pomponius.§.si is qui: & facit quod notatur ff.de vsucapi.l.naturaliter. Continuum tempus: vt ff.de vsuca.l.iij. Taxatum: vt Insti. de vsuca. in prin. & C. de vsuca. transfor. l. vna. Tradita resq;: vt C. de acquiren.pos.l.improba.& ff.de vsuca.l. sine possessione. Nec sua sit facta: vt ff.de vsuca.l.sequitur.§.lana. Sed nec res sit vitiosa: vt Insti.de vsucapi.§.furtiuæ.& §.nouissimè. Nec quasi: vt eo.titu.§.res fisci.& C. vnde vi.l.si. Nec veniat interrũpens aliud quid: vt C.de præscrip.xxx. an.l.cùm notissimi. in prin. & l.fin.& ff. de rei ven.l.si post acceptum.& de vsuca. l.naturaliter. Error & in iure cesset: vt ff. de vsucã.l.nunquã.ij. Simul hæc faciunt quem Directum dominum, si res sit mobilis: illa inque soli rebus præstabunt vtilitatem id est, vtile dominium, & non directum. Et in hac opinione fuerunt domini Bul. & Pla. & Io.& Azo, & Glossator Accursius, & notatur C. de pac.l. traditionibus.& de Pu.in rem act.l.j.§.j. & in multis alijs ll.& hanc opinionem secuti fuerunt domini Io.de Blonosco & Guiller.de Ferrarijs in libellis suis: sed dominus Gotfredus defecit in hoc in libello suo, qui super hoc secutus fuit opinionem domini Martini, dicentis, ex præscriptione acquiri directum dominium.

QVAESTIO. Postquàm ex præscriptione non acquiritur directum dominium, ponamus quòd postquàm Mæuius præscripsisset fundum, & sic habe-

37 bat † vtile dominium, ipse dedit prædictum fundum in emphyteusim Titio. deinde Titius emphyteuta vendidit fundum: quæritur quomodo Mæuius ponet in possessione emptorem, vel quomodo aget, si res cadat in commissum: quia prędicta pertinent ad dominum, vt ad dominum: vt C.de iure emphy.l.fi.sed Męuius non est dominus directus: quia ex præscriptione acquisierat vtile dominium solum: nec illud vtile habet, quia illud transtulit in Titiũ, cùm ei dedit fundum in emphyteusim, ergo &c. ¶ Potest dici, quòd aliquando fit talis recognitio, cùm res datur in emphyteusim: Notum sit vniuersis, quòd Titius confessus fuit & recognouit se tenere talem fundum in emphyteusim à Mæuio mouentem de eius dominio seu horia &c. & si talis facta fuit & extat confessio, Mæuius poterit omnia agere, vt directò dominus, quantum ad confitentem † & eius succes- 38
sores, quæ confessio eius adducetur contra eos in modum probationis.ar.ff. de. posi.l.Publia Mæuia.§.Lucius Titius.vel si prædicta confessio facta non probetur, potest dici, quòd licet † dictus Mæuius 39
non sit directò dominus dicti fundi, habet tamen ex ipsa datione in emphyteusim quoddam ius, quod habet vim ad instar directi dominij, quantum ad prædicta: & sic seruatur de consuetudine generali. ¶ Non tamen posset tunc agere Mæuius actione in rem directa contra Titium prædictum, cui fundum dedit in emphyteusim, iuxta ea, quæ habentur ff. sol.mat.l.si alienam. Potest etiam dici, quòd dictus † Mæuius, si fundus cecidit 40
in commissum, licèt ipse rei vendicationem directam non habeat, tamen ipse poterit proponere libellum super actione in rem ratione vtilis dominij, & probabit vtile dominium ex præscriptione sua & præscriptione Titij. & si opponatur, quòd ipse dederat dictum fundum in emphyteusim dicto Titio, replicabitur, quòd dictus fundus cecidit posteà in commissum ipso iure: vt C. de iure emphyteu.l.fin. in fine. & quòd sic facta fuit translatio seu retranslatio vtilis dominij de Titio in dictum Mæuium. ille Mæuius obtinebit in causa, vendicando fundum ratione vtilis dominij. ¶ Item, si non soluatur prædicto Mæuio pensio, ipse poterit formare libellum, & probare, vt dictum est. & si excipiatur de datione in emphyteusim, replicabitur: quòd frangenti fidem, † fides non seruatur: & 41
sic Mæuius vel obtinebit fundũ, vel soluetur sibi pensio: vt no. C. de iure emphyteut. l. ij. & l. seq. & ff. vsufructuar. quemadmodum ca. l. si vsufructus nomine.

RVBRICA III.

De rei vendicatione libellus consuetudine approbatus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus rei vendicationis consuetudine approbatus. Et quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Libellus Iudicem, Actorem, & Reum complecti debet. & quare.*

4 *Libelli oblatio est de ordine iudiciorum, & super eo est in actis, & in figura iudicij litigandum.*

5 *Libellum an intersit formari in tertia, vel in prima persona.*

6 *Possessio parit in rem actionem. & quid requiratur, vt illa competat. nu. 32.*

7 *Vsufructu vendito alicuius fundi à domino, si obliget rem ad sigillum, & veniat dominus directus & se opponat, & dicat, in re sua factam esse executionem, quæ sibi in commissum cecidit: vtrùm debeat contra fructuarium libellum formare super commisso, vel contra proprietarium.*

8 *In libello rei vendicationis res designari debet.*

9 *In rei vendicatione ponendum, quòd fundus ad Actorem pertineat iure dominij, vel quasi.*

10 *Rei requisitio, ad restitutionem fundi, est de vrbanitate.*

11 *Actio in rem largè dicitur actio. Item dicitur petitio, & persecutio. nu. 16. 21.*

12 *In libello dici potest, Contra dictum reum, Cum dicto reo, vel, Aduersus dictum reum.*

13 *Verbum, supplicare, propriè se habet ad extraordinaria. Et an poni possit in libello.*

14 *Iudicis officium immixtum est & cura iudicis necessaria, in omni auxilio ordinario, & in qualibet parte processus causæ.*

15 *Placentini dictum, quòd vbicunque intenditur actio, quia spontanea non celebratur solutio, opùs est officio.*

16 *In rei vendicatione petitur declaratio dominij vel quasi, & vltra eam condeumatio ad restitutionem fundi. nu. 17. 18. 23. 26. 28. 29. 30.*

17 *Sententia, quæ condemnationem, vel absolutionem, vel æquipollens non continet, non valet.*

19 *Domini esse duo non possunt insolidũ vnius & eiusdem rei.*

20 *Dominium, & dominij declaratio, sunt res incorporales, quòd de natura sua tangi non possunt, ad quæ non fit condemnatio in actione in rem: sed ad rem corporalem.*

22 *Rei vendicatio est arbitraria, & duæ in ea feruntur sententiæ. & quæ sint illæ.*

24 *Sententia quòd condenmationem restitutionis rei continere debeat, an necessariò de prima diffinitiua intelligi debeat.*

25 *Restitutio fundi, considerata simpliciter in abstracto, videtur res incorporalis: licèt fundus, qui vendicatur, sit corporalis.*

27 *Sententia debet esse indiuidua, super toto, vel in parte, aliàs esset nulla, tam in actione reali, quàm personali. Quod fallit in fructibus, vsuris, & alijs accessorijs. nu 61.*

31 *Rei vendicatione attrahitur res à possessore, quatenus apud eum est, quòd alioquin dominium per se sine possessione esset inutile.*

33 *Cum actione quæ competit ad rem restitui, quando concurrat condictio incerti, quando non. nu 35.*

34 *Rem suam nemo condicit, præterquàm à fure.*

36 *Stipulari rem suam sibi restitui vtilius est, quàm agere actione in rem, propter difficilem dominij probationem.*

37 *Fructus an necessariò petendi in libello rei vendicationis.*

38 Bona

65 *Clericus Reus an teneatur Actori respondere coram Iudice seculari, etiam in actione in rem.*

66 *Expensæ semper deducuntur de fructibus, quòd casus nullus interuenire posit, qui huiusmodi deductionis genus impediat, etiam si sit mala fides. Quod fallit, vt ibi.*

67 *Possidens fructus ante litem contestatam bona fide, & iusto titulo, per triennium, vsucapit officio Iudicis, per quod illi petuntur. Et an id tam in industrialibus, quàm naturalibus procedat.*

68 *Actore nihil probante, reus absoluitur.*

69 *Actore probante dominium vel quasi, non tamen Reum possidere vel quasi, Iudex sententiam ferendo quid facere debeat.*

70 *Actore probante dominium vel quasi, si lite contestata res periyt, vel Reus eam sine culpa habere desyt, quid iuris, remissiuè.*

71 *Actore plenè probante, sequitur condemnatio, & sententia vt iusta formatur.*

72 *Publiciana an cumulari possit cum directa rei vendicatione.*

73 *Reus pluribus defensionibus etiam contrarijs vti potest.*

74 *Sententiæ formula in actione in rem.*

75 *Reus sentiens se grauatum, & appellare volens, quomodo se habere debeat.*

76 *Iudici quando ex actis apparet, fundus quo iure ad Actorem pertinuerit, an illud in sententia declarare debeat.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani dicit & proponit in iudicio Petrus Iacobi cõtra Martinum, quòd dictus Reus possidet seu detinet & facultatem restituẽdi habet quendam fundum, situm in territorio de Latis, confrontatum ex vna parte cum prato de Rismada, & ex alia cũ fundo Pontij Almandini, flumine Lanij intermedio, qui fundus pertinet ad dictum Actorem iure dominij, vel quasi. Vnde cùm dictus Reus requisitus dictum fundum restituere contradicat, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad dictum Actorem pertinere iure dominij, vel quasi, per vestram sententiam declaretis: & dictum Reum ad restituendum dictum fundum dicto Actori vnà cum fructibus industrialibus iam perceptis & extantibus, & qui percipientur in futurum de dicto fundo per dictum Reum ante litem contestatam, & percepti extabunt; Item cum omnibus fructibus industrialibus & naturalibus, qui percipientur de dicto fundo per dictum Reum post litem contestatam: Item cum fructibus percipiendis & qui percipi potuerunt post litem contestatam, & percepti non fuerunt, sententialiter cõdemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas occasione præsentis litis factas, & protestatur de faciendis suo loco & tempore legitimè declarandis. Implorans, domine iudex, vestrum officium in his, in quibus est, vel iure fuerit implorandum. Et ante omnia petit interrogari dictum Reum, an dictum fundum possideat, vel an saltem habeat eius restituendi facultatem.

¶ Probatur † ff. de rei vendi. l. in rem actio. & C. de ali. mutan. iudi. cau. fact. l. vna. Rectè ponitur in libello † Iudex, & Actor, & Reus: vt apparet C. de iudic. l. properandum. cum similibus. Est enim iudicium actus illarum trium personarum, vt dixerunt domini Pla. & Azo in Summis suis, C. de iudic. Item rectè dicitur, in iudicio: quia libelli † oblatio est de ordine iudiciorum. C. de senten. & interlo. om. iudic. l. prolatam. & super eo est in actis, & in figura, vt dixi, litigandum: vt arg. C. de Lati. libertate tol. l. vna. §. similiq; modo si dominus. & Insti. de act. in prin. & C. de lit. cõtesta. authen. offeratur. licèt videatur cõtrà ff. de adul. l. miles. §. sexaginta. ¶ Item prædictus libellus † est formatus in tertia persona, & benè, & posset etiam formari in prima persona, scilicet dicendo: Ego Petrus, domine iudex, cõqueror de Martino &c. vt ff.

(margin numbers in right column: 2, 3, 4, 5)

vt ff. de accu. l. libellorum. & C. e. l. penul. & facit ff. de his quæ in testamento delen. l. proximè. & de leg. iij. l. Offidius. ¶ Item rectè dicitur, quòd Martinus
6 possidet. Quia possessio † parit in rem actionem: vt C. de ali. iudi. mu. causa fact. l. vna, & ff. de iudi. l. non aliàs. §. sed si postuletur. & de excep. rei iud. l. si quis ad exhibendum. & sufficeret, quòd Reus haberet facultatem restituendi: vt ff. de rei vendi. l. offi. iū. in fine. licèt aliàs nō possideat ciuiliter, vel naturaliter: sed solùm habeat solā detentationem vt ff. de rei vendi. l. officiū. quia nedū contra possidentē datur rei vendicatio, imò etiā datur contra quemcunque detinentem: vt patet in dicta l. officium. Ex hoc apparet, quòd si fiat aliqua venditio vsus-
7 fructus † alicuius fundi per dominum dicti fundi, alicui obligando illam rem ad sigillum, & veniat dominus directus & opponat se, & dicat, in re sua facta est executio, quæ cecidit sibi in commissum, & contra illum fructuarium debet super commisso suum libellum formare: quia detinet & possidet rem, quam petit in commissum. Fructuarius verò, quòd contra ipsum non potest illum libellum intentare: sed debet hæc facere contra proprietarium, qui possidet. quæritur, quid iuris? Et patet hoc, quòd potest cōtra fructuarium: quia ista rei vendicatio datur nedum contra possidentem, imò contra detinentē, vt dicta l. officiū.

ADDIT. Potest etiam agi contra ciuiliter tantùm possidentem, vt notatur C. vbi in rem actio l. ij. & ff. de vsufru. l. cuiuscunque. in fine. & facit ff. ad exhibend. l. iij. §. finali.

8 ¶ Item rectè † designatur res. vt ff. de rei vendica. l. si in rem. in principio, & §. fin. & de cen. l. forma censuali. in principio. ¶ Item rectè dicitur, quòd fundus
9 † pertinet ad Actorem iure dominij, vel quasi. vt ff. de rei vendicatio. l. in rem actio. in principio. ¶ Item, quòd Reus
10 requisitus † fundum restituere, est de vrbanitate: vt ff. de seruitutib. vrban. prædio. l. quidam Hyberus. ¶ Item rectè di-
11 citur, agit dictus Actor &c. quia actio † in rem dicitur largè actio. vt Insti. de acti. §. j. ibi, dum dicit, aut cum eo agit &c. vt ff. eo. l. actionis verbo. Item actio in rem, dicitur petitio. vt ff. e. l. actio in personam. Item potest dici persecutio. ar. Insti. de act. in prin. ibi, dum dicit, ius persequendi &c. & §. sed istæ. ibi, dum dicit, ad eam rem persequendā &c. & §. sequens.
¶ Itē rectè dicitur, contra † dictū Reū, licèt illud verbū, contra, parū inuenitur in 12
iure: sed facit C. de lege Aquil. l. contra negantē. & vt actiones ab hære. & contra hære. in rubro & nigro. Item posset dici, agit cum dicto Reo, &c. vt Insti. de act. §. j. ibi, dum dicit, aut cum eo agit &c. vt ff. de iurisi. om. iu. l. si idem. in prin. & sol. matri. l. si post. & C. de transact. l. age cum Geminiano. & illud frequenter inuenitur in iure. Item posset dici, agit aduersus dictum Reum &c. & hoc frequentiùs inuenitur in iure. vt C. de rei ven. l. aduersus. & ff. si ager vec. l. j. in fi. & Insti. de act. §. pœnales. cum similibus infinitis.
¶ Posset etiam alia forma dari hîc in libello, s. dicendo, benè petitionem suam dirigit dictus Actor contra dictum Reum vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum fundum pertinere ad dictum Actorem, iure dominij, vel quasi, per vestram sententiam declaretis &c. Et si dicatur, quòd non stat benè † ibi verbum, supplicando: quia illud verbum propriè se habet ad extraordinaria: vt C. vt lite pen. quasi per totum, & de precibus Impera. off. l. si quis aduersus. & authen. ibi posita, & quasi per totum titulū. Potest responderi, quòd satis apparet ex superioribus, agi via ordinaria, scilicet ex re & ex causa. & sic verbum, supplicando, ponitur ibi impropriè. Vel potest dici, quòd ponatur propriè & benè, & competenter stat ibi, & sonat ad officium: in omni enim † auxilio ordinario, & in qua- 14
libet parte processus causæ, est officium iudicis immixtum, & cura iudicis necessaria. vt ff. de rei vendi. l. officiū. in prin. & de offic. assessorum. l. j. & Insti. de act. §. curare. & de officio iud. in prin. & §. j. & quasi per totum. vbi officium iudicis instruitur super ferenda sententia in acti-

 onibus

onibus licèt ordinarijs. & facit C. de iud. l. iudices. & in authen. ibi posita, & l. properandum. quasi per totum. & Placenti-
15 nus etiam dixit, quòd † vbicunque intenditur actio, quia spontanea non celebratur solutio, opus est officio. ¶ Item rectè pe-
16 titur † declaratio dominij, vel quasi: quia ad hoc tendit rei vendicatio, s. ad declarationem dominij, quod Actor prætendit se habere in prædicto fundo, quem petit sibi restitui, vt ff. de procura. l. Pomponius. §. sed & si. & de rei vendic. l. & ex diuerso. §. j. quæ iura licèt loquantur in sententia proferẽda, tamen probabiliter potest dici, illud esse petendum ex natura actionis in rem, & in ipso libello. & facit Instit. de acti. §. j. ibi, dum dicit, quam Titius suã esse affirmet &c. cum similibus.

¶ Item rectè petitur, quòd super restitutione fundi fiat condemnatio: quia sen-
17 tentia, quæ † condemnationem vel absolutionem non continet, non valet. vt C. de sen. & interlo. om. iudi. l. præses. vel nisi contineat æquipollens. vt ff. de re iudi. l. in summa. Condemnatio autem debet fieri ad fundum restituendum. vt C. de rei vend. l. domum. & l. fi. & ff. e. l. sin autem. in princi. & §. j. & l & ex diuerso. §. j. & l. quæ de tota. in princip.. Insti. de offi. iudi. §. j. cum similibus. Item de-
18 claratio † dominij vel quasi, non potest dici condemnatio. ergo vltra declarationem illam debet fieri condemnatio ad rem corporalem, scilicet ad fundum. & illa condemnatio non potest esse ad dandum vel reddendum: quia dictus Actor affirmat fundum esse suum. fiat ergo ad restituendum, per iura supradicta. ergo non potest petere, quòd sibi detur & reddatur. Quia ita diceret & affirmaret Reum esse dominum, & ita esset sibi contrarius: quia dicere se dominum, & dicere Reum esse dominum, ista sunt contraria: quia quilibet
19 bet † insolidum vnius & eiusdem rei non potest esse dominus. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodati. Dominium
20 enim † est res incorporalis, quia de natura sua tangi non potest, vt notatur Insti. de act. §. sed istæ. & multò fortiùs declaratio dominij est res incorporalis: & sic ad ea non potest fieri condemnatio in hac actione in rem, quæ ad rem corporalem competit. vt Institut. de actio. §. j. Item actio † in rem de natura 21
sua & principaliter est ius persequendi rem, vt Institu. de actio. in princi. & §. sequens. & quia est † arbitraria, duæ fe- 22
rũtur in ea sentẽtiæ. Prima est, de re restituenda. & sic formatur libellus: Institu. de actio. §. sed istæ. in glossa. Secunda sententia est, quòd si non restituatur res, fiet condemnatio per declarationem iuramenti in litem. vt not. Instit. de acti. §. prætereà quasdam. in fine. Sic ergo in hac actione in rem † debet fieri pe- 23
titio & condemnatio ad rem restituendam. & est quasi expressum Instit. de officio iudi. §. j. vbi dicitur, quòd Iudex debet iubere rem ipsam restitui cum fructibus. & debet necessariò † intelligi 24
de prima sententia diffinitiua. quod apparet: quia loquitur de fructibus, super quibus nõ iudicatur, nisi in prima sententia, vel saltẽ eodẽ die. vt ff. de re iudica. l. Paulus. j. Itẽ restitutio † fundi, considera- 25
ta simpliciter in abstracto, videtur res incorporalis: cùm res quæ vendicatur, s. fundus, est corporalis. vt Instit. de rebus corpo. §. j. & facit ad hoc: quia in actione in rem quis vendicat dominiũ, i. rem ratione dominij & quasi. vt no. C. vbi in rem ac. l. j. & Institu. de act. §. sed istæ. Ad quid ergo vendicaretur † res, nisi vt re- 26
stituatur? non potest videri ad quid aliud. & sic ad rem restituendam debet ferri sententia, & fieri condemnatio. & sententia debebit † esse indiuidua, scilicet 27
super toto fundo restituendo, vel non restituendo: vel in parte restituendo, & in parte non: aliàs sententia esset nulla: sicut in actione personali ad dandum. vt ff. de exceptio. doli. l. apud Celsum. §. item quæritur. j. licèt propter fructus, & vsuras, & alia, quæ quandoque veniunt accessoriè, sententia non anullaretur, si de eis esset tacitum in totum, vel in partem in ipsa sententia. ¶ Ex prædictis apparet & probabiliter potest dici, in actione in rem † debere formari libellum ad 28
decla-

declarationem dominij, vel quasi, & ad rem restituendam insimul. Sed de iure Canonico sufficit dicere: Quare peto mihi rem & fructus restitui. vel sic: Quare peto super rē & fructibus mihi iustitiam exhiberi vel fieri. Et ideo, quia in quolibet foro iura sua seruantur, scilicet in foro ciuili leges, & in foro ecclesiastico canones, patet, quòd libellus formatus in curia episcopali secundùm ius canonicū tenebit, licèt in foro ciuili non, & econtrà. ¶ Item secundùm Roffredum, non
29 oportet † petere aliquam declarationem fieri super dominio, sed quòd petatur res restitui. Super quo reprobatur per dominum Iohannem de Blonosco. sed fortè non fuit reprehendendus, vt apparet ex superioribus, nisi de insufficientia: quia etiā nō petijt in libello declarationē fieri super dominio. sed fortè ipse intellexit, quòd satis videtur petita illa declaratio, eo ipso, quòd Actor affirmat se esse dominum: & & ideo petit rem sibi restitui. ¶ Et ex iam dictis patet, si in libello rei vendicationis non apponatur declaratio dominij, an ex hoc libellus dicatur ineptus: & ex hoc patet, quòd non. super quo vidi semel dubitari.
30 ¶ In summa, in ista actione † in rē duo petuntur in libello, scilicet declaratio dominij, & res restitui, non ex aliqua obligatione, sed solùm propter dominium vel quasi, quod prætendit Actor se habe-
31 re. & quia illud dominium † est inutile, & inutiliter stat in domino per se sine possessione, conatur rem attrahere à possessore, quatenus apud eum est. & ita seruatur in foro ciuili. Est tamen quidam iussus seu sententia talis, qualis super re restituenda, cùm sententia principalis mandatur executioni posteà. vt ff. de rei vendica. l. qui restituere. licèt glossa videatur se intricare ibi in vltima glossa. ¶ Item vltra illa duo debet inseri in li-
32 bello, quòd Reus possidet † fundum &c. quia possessio vel quasi possessio parit actionē in rē domino vel quasi domino. vt C. de ali. mut. iudi. causa facta. l. vna.
¶ Nunc arguitur contra prædicta sic:
33 Cum † actione, quæ competit ad rem restitui, concurrit condictio incerti: vt notatur ff. de condictio. indebiti. l. sed & si me putem. §. cùm iter. sed rei vendicatio competit ad rem restitui, vt dictum est. ergo cum actione in rem concurrit condictio incerti. quod est falsum: quia nemo † condicit rem suam, 34
præterquam à fure. vt ff. vsufruct. quēadmodum ca. l. fina. in fi. Sed dico, quòd maior propositio intelligitur, quando actio, quæ ad rem restitui competit, est orta ex aliqua obligatione. sed actio in rem non competit ad rem restituendam ex aliqua obligatione naturali, nec ciuili. vt Instit. de actio. §. j. ¶ Item arguitur, quia † quis potest stipulari rem 35
suam sibi restitui. vt ff. de verborum obligation. l. nemo rem suam. & sic non potest negari, quin tali stipulatione facta actio in rem & condictio incerti concurrant pro eadem re. Sed dico, quòd actio in rem est sine obligatione, vt dictum est, & sic cum ea nunquam concurrit condictio incerti. Sed actio ex stipulatione ad rem restitui, est acquisita ex obligatione naturali & ciuili, & sic cum ea tunc concurrit condictio incerti, & non cum actione in rem, vt cum actione in rem. & est vtile domino † sti- 36
pulari rem suam sibi restitui, quia tunc si ex illa stipulatione vel condictione incerti agat, non habebit necesse probare dominium, cuius probatio est difficilis: vt no. ff. de peti. hære. l. etiam. §. j.
¶ Item rectè dicitur in libello, vnà cum fructibus &c. vt C. de rei vendicati. l. certum. & ff. e. l. fructus. & l. & ex diuerso. §. j. Et est notandum, quòd longa verba facta sunt in libello super fructibus, ad vberiorem doctrinam, & vt clarè petitio fructuum intelligatur, prout ex officio iudicis petuntur. at tamen sufficeret dicere, vnà cum fructibus, generaliter. vel etiam † non esset vis, si taceretur 37
in libello de fructibus: quia credo, quòd sufficeret eos posteà petere, & declarare in processu causæ, cùm per officium petantur, ante sententiam tamen, licèt sententia super eis posset ferri, si probati essent, & declarari in processu tota illa die,

in qua lata esset sententia principaliter super fundo. vt ff. de re iudi. l. Paulus. j.

¶ Est autem notandum circa fructus,
38 quòd bonæ fidei † possessor fructus industriales perceptos ante litem contestatam, vel post, omnes facit suos: vt Insti. de re. di. §. si quis à non domino. & ff. de vsuris. l. qui scit. §. fi. attamen si extent, cogitur eos restituere per officium iudicis, vt in legibus statim allegatis. sed si consumpti sunt, perceptos ante litem contestatam lucratur, nisi in duobus casibus: vt ff. de rei vendi. l. sumptus. & l. emptor. sed ad perceptos post litem contestatam & consumptos tenetur condictione sine causa, quasi in hoc per litem contestatam effectus sit malæ fidei. vt C. de rei vendi. l. certum. §. post litis. & facit ff. finium regun. l. iiij. §. post litem. & de vsur. l. qui scit. § fi. Vel potest dici, quòd bonæ fidei possessor post litem contestatam, quantum ad hoc solùm habeatur pro malæ fidei possessore, vt ad industriales post litem contestatam perceptos teneatur, officio iudicis, etiam si consumpti sint, & non iure actionis.

¶ Item bonæ fidei possessor fructus naturales, ante litem contestatam, vel post, perceptos, non facit suos. vt ff. de vsuris. l. fructus percipiendo. & sic tenetur eos restituere, si extant, rei vendicatione, alia à vendicatione fundi: licèt in petitione hæreditatis sit aliud. vt ff. de petitione hæredi. l. item veniunt. §. fructus. Si autem prædicti fructus naturales sint consumpti, tenetur condictione sine causa, vel certi condictione generali. vt ff. de rebus credi. l. si & me & Titium. Inquantum tamen locupletior factus erit, si eos percepit ante litem contestatam: quia eos non possidet, nec eos dolo desijt possidere. vt no. ff. de rei vendi. l. & ex diuerso. in prin. & Insti. de rerum diui. §. si quis à non domino. si autem eos percepit post litem contestatam, tenebitur in solidum pro illis consumptis. quia lite contestata, factus fuit in hoc malæ fidei. vt C. de rei vén. l. certum. De percipiẽdis autem, id est, de illis fructibus, qui poterant percipi ante litem contestatam, & percepti non fuerunt, non tenetur bonæ fidei possessor. vt Insti. de officio iudi. §. illorum. sed de percipiendis post litem contestatam, tenetur officio iudicis. vt C. de rei ven. l. certum. & notatur C. de fruc. & lit. expen. l. ij.

¶ Item est notandum, quòd † malæ fidei possessor, nec fructus industriales, nec naturales perceptos ante litẽ contestatã, siue post, facit suos. sed si extãt, tenetur rei vendicatione ad eos. vt C. de cõd. ex lege. l. mala fide. & si non extent, condicuntur ab eo condictione sine causa. vt ibi. & nihilominùs talis malæ fidei possessor tenetur actione furti ad duplũ vel quadruplum, & condictione furtiua. vt ff. ad leg. Aquiliam. l. si seruus seruum. §. si oliuam. & de condic. indebi. l. si vrbana. in fi. & de furt. l. si cretæ. & etiam tenetur rei vendicatione pro consumptis. vt notatur C. de cond. ex lege. l. mala fide. Et de hoc, s. an re consumpta possit agi actione in rem, dicetur infrà in titulo de actionibus in rem, contra illum, qui dolo desijt possidere. De percipiendis autem tenetur malæ fidei possessor officio iudicis. vt Insti. de offi. iudi. §. illorum. & ff. de rei ven. l. fructus. j. & l. si nauis. §. fi. nisi titulus eum excuset. titulus autem ipsum excusat à percipiendis, nisi in certis casibus, vt C. de rei vendi. l. si fundum. cum ibi notatis. nec titulus fortè excusat eum post litem contestatam, cùm & bonæ fidei possessor post litem contestatam de eis tenetur: vt suprà dictum est. 39

ADDIT. In summa, pro fructibus extant auxilia ordinaria, & peti possunt iure actionis, per se, & separatim. Fallit in fructibus industrialibus, ante litem contestatam, & post, perceptis & extantibus, in his qui post litem contestatam percipi poterant & percepti non fuerunt, qui omnes solùm petuntur officio iudicis à bonæ fidei possessore.

¶ Item fallit in fructibus, qui percipi potuerũt ante litẽ cõtestatã, & post percepti nõ fuerũt, qui solùm petũtur officio iudicis à malæ fidei possessore. & in prædictis fructib. si sentẽtia lata fuerit super fun-

fundo, & tacitū fuerit de eis, qui solū officio iudicis petuntur seu peti debent, vt dictum est, nunquam magis habebitur regressus ad eos petendos: quia officium
40 †iudicis lata sententia super fundo expirat argu. C. de posi. l. iiij.

¶ Itē satis apparet ex prædictis, quòd prædictus libellus est formatus tāquam contra bonæ fidei possessorem: quia in eo fructus industriales extantes, & ante litem contestatam percepti sunt petiti, ad quos malæ fidei possessor nō tenetur per officium iudicis. Item quia petiti sunt fructus percipiendi post litem contestatam, & tamē malæ fidei possessor tenetur de percipiendis ante litem contestatam, & post, per officium iudicis, vt suprà dictum est.

41 ¶ Item specialiter est †aduertendum, nulla distinctione adhibita, an fructus veniant iure actionis, vel per officium: & an quis sit bonæ fidei possessor, vel malæ fidei. quia vniuersi fructus industriales vel naturales, extent, vel non extent, dum tamen percepti fuerint post litem contestatam, ipsi veniunt & possunt peti per officium iudicis, dum fundus vendicatur: fuerunt enim pars fundi post litem contestatam. vt ff. de rei vendica. l. fructus. ij & quæ post litem contestatam accidunt, multùm ipectant ad officium iudicis. vt ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. & de aqua plu. arcen. l. si tertius. §. officium. & facit ff. de rei. vendic. l. & ex diuerso. §. j & ibi notatur, licèt non ita generaliter, & notauit sic in Summa sua dominus Azo, C. de fructi. & lit. expen. licèt sit argu. contrà ff. de minori. l. in causæ. in princi. & de operis noui nunciatio. l. in prouinciali. §. planè. & de damno infecto. l. si ædibus. circa finem, & de aqua plu. arcen. l. Atteius. in fi. Et si agatur cōtra bonæ fidei possessorem ad fundum actione in rem, fructus industriales percepti ante litem contestatam petuntur, si extant, officio iudicis, & non alio modo: & si non extant, nullo iure petuntur. Sed industriales percepti post litem contestatam, extent, vel non extent, petuntur officio iudicis à bonæ fidei possessore. & fortè non alio modo naturales fructus percepti à prædicto bonæ fidei possessore ante litem contestatam petuntur iure actionis, & non per officium iudicis: sed percepti post litem contestatam, ab eo petuntur etiam iure actionis: vel si velit hîc Actor, fortè poterit eos petere officio iudicis, vt suprà dictū est. De percipiendis autem ante litem contestatā nullo iure tenetur bonæ fidei possessor: sed de percipiendis post litē contestatam tenetur officio iudicis, & non alio modo. & secundùm hoc formatur prædictus libellus. Item si agatur contra malæ fidei possessorem, fructus industriales & naturales, & per eum ante litem contestatam percepti, non veniunt per officium, sed aliter iure actionis solùm: sed percepti post litem contestatam fortè possunt peti per officium iudicis, si Actor hoc voluerit: vel omisso officio iudicis, poterunt posteà peti iure actionis. De percipiendis autē malæ fidei possessor tenetur indistinctè, nisi titulus eū excuset: & tenetur ad eos officio iudicis, & non alio modo. ¶ Item quidam dicūt, quòd quando potest agi via ordinaria † 42
seu iure actionis ad fructus, tūc illa actio pro fructibus competens potest cumulari licitè cum actione in rem, per quam petitur fundus. Sed non est verum, vt apparet ff. de excepti. l. fundi.

¶ Item rectè dicitur in libello, & condemnatum ad restituendum compellatis. vt ff. de rei vendi. l. qui restituere. & l. officium. ¶ Item rectè petitur, quòd Reus condemnetur in expensis: quia siue † 43
fiant ante litem contestatā, siue post, ipsæ venient per officium iudicis. vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. & de rebus credi. l. generaliter. §. expensis. & sufficeret †eas petere in proces- 44
su causæ, sicut dictum est de fructibus, quando per officium petuntur. Videmus enim, quòd Reus non petit expensas, ante litem contestatam, & tamen si obtineat in causa, adiudicabuntur sibi expensæ per officiū iudicis, si eas petierit ante sententiam quandocunque.

¶ Itē rectè dicitur, & ante omnia petit

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

45 tis interrogari &c. quia si † Actor velit, & super hoc insistat, Reus cogetur ante litẽ contestatam respondere, an fundũ prædictum possideat, vel non. vt ff. de interroga. ac. l. qui seruum. §. idem est in eo. & de rei vendi. l. qui petitorio. Itẽ etiam post litis contestationem, si initio omissæ fuerint istæ interrogationes. vt d. l.
46 qui petitorio. & ibi de hoc no. ꝙ si † neget, & conuincatur de mendacio, trãsfertur possessio in Actorem. vt ff. de rei ven. l. fi. quod erit vtile Actori. vt Institu. de interdic. §. commodum. C. de rei vendi. l. fi. & ff. eo. l. is qui destinauit.

QVAESTIO. Sed quid erit, si dum
47 † interrogatur Reus, an possideat, ipse tacens super hoc statim currit ad litem contestandam, dicens, Nego narrata &c. quod & facit quandoque malitiosus Reus in petitione hęreditatis, in qua habent locum multę interrogationes, iuxta glo. notabilẽ ff. de petitio. hæredi. l. qui interrogatus. circa fi. glo. ibi, tu dic secũdùm Iohan. Credo, quòd Reus cogetur adhuc respondere, nec illa contestatio valebit: quia Actor non habuit ad hoc animum. Iuxta illud, quod notatur C. de lit. contesta. l. vna. dixerat Actor, & ante omnia petit. &c. & sic fuerunt verba denegatoria seu consensum non habentia ad litis contestationem faciendam.

¶Nunc restãt aliqua notanda. Primò,
48 quòd si † ante litem contestatam moriatur Reus, iteratò erit formandus libellus contra possessorem, etiam si hæres illius Rei illũ fundũ possideat: quia actio in rem non datur contra hæredem vt hęredem, sed vt contra possessorem. iuxta ea, quæ habentur ff. de rei ven. l. si in rem actum sit. & l. seq. & ad exhiben. l. de eo. §. finali.

49 ¶Secundò est notandum, quòd hoc † nomen, actio, est verbale, & sic significat actiuè & passiuè. vt ff. de duobus reis. l. ij. & C. de procura. l. j. & sic actio in rem, est Actoris actio, propter dominium vel quasi, quod Actor pretendit se habere in re. Item est aduersarij possessoris passio: patitur enim seu quasi percutitur Reus, propter possessionẽ, quam habet, quem conuenit: & conueniens est redire ad dominium, quod aliâs esset inutile ipsi domino.

¶Tertiò est notandum, quòd quidam dicunt, quòd directum †; dominium & 50
vtile, sunt idem in substantia, sicut directa & vtilis actio, sunt eadem in substantia, habentes tamen diuersas qualitates. vt notat. C. de peti. hære. l. si scripti. & de actio. & obli. l. ij. & ff. fami. hercis. l. sed & eius. §. j. & sic bonorum possessio edictalis & decretalis, quæ hodiè dicitur iudicialis, sunt idem in substantia. vt no. ff. de bo. pos. l. iij. §. à municipibus. Alij dicunt, quòd directum & vtile dominium sunt duo diuersa in substantia, sicut naturalis possessio & ciuilis sunt duo diuersa in substantia. vt no. ff. de ac. pos. l. iij. in prin. sic & naturalis & ciuilis obligatio sunt duo diuersa in substantia. vt not. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Sed dico, quòd de dominio nõ est magna vis in effectu, siue directũ & vtile dicantur vnum in substantia, habẽtia diuersas qualitates, siue dicantur duo diuersa in substantia: sed istud vltimũ est magis expressum, & vtilioris, & clarioris intellectus: attamen cùm sunt in eodem homine pro eadem re, tunc nõ sunt nisi vnũ, scilicet directum: sicut proprietas & vsufructus cùm sunt in eodem homine.

¶ Quartò est notandum, quòd directum † dominiũ est quoddam nobile rectum & primũ ius dominationis, quod 51
habet aliquis super re corporali, vt dictũ est suprà in præcedẽti libello. & apparet, exẽpli gratia, in insula nata in mari, quæ est primi occupantis eam. vt Insti. de re. di. §. insula. sed vtile dominiũ est quoddam ius dominationis, quod habet quis in prædicta insula ex ꝑscriptione posteà subsecuta, vel ex consensu directi domini: vt qa fortè ille primus occupans dedit eam alicui in emphyteusim. vt ff. si ager vecti. l. j. §. qui in perpetuum. Sed quidam dicunt, quòd est quædam alia tertia species dominij, quod non est directum, nec vtile, sed vocatur quasi dominium, vt est Publicianista. vt Insti. de

ac.

ac.§. sed istæ. & sic sunt tria dominia inter se differentia, s. directum, & vtile, & quasi dominium: nec vnum est aliud in substantia. ¶Ego dixi semel, quòd quatuor erant dominia, vel vnum, habens quatuor qualitates. Primum erat directum: vt in prædicta insula priùs occupata. Secūdum erat, quod vocatur quasi dominium directum, scilicet cùm quis emit prædictam insulam ab eo, quem credidit primò eam occupasse, & non erat verū. vt Insti. de ac. §. sed istæ. Tertium dominium erat vtile, quod habebat in prædicta insula ille, cui primus occupans dedit eam in emphyteusim. vt ff. si ager vecti. l. j. §. qui in perpetuum. Quartum dominium erat, quod vocatur quasi vtile dominium, quod habet aliquis, qui emit dictam insulam ab eo, quem credidit esse emphyteutam illius insulæ, & non erat verum. vt ff. de Publi. in rem act. l. cùm sponsus. §. in vectigalibus. Et in summa, sic videbatur esse duo vera dominia, s. directū, & vtile. & quasi in ænigmate à quolibet eorum insurgit & venit aliud quasi dominiū: & sic sunt quatuor, s. directum, & quasi directum: item vtile, & quasi vtile. Item dixi secūdùm prædicta, quòd cùm in prædicto li-
52 bello † Actor dicat, fundum ad se pertinere iure dominij vel quasi, ipse videbatur tantùm prætendere duo prima dominia, s. directum, & quasi directū. cùm enim dicit, iure dominij, intelligitur de directo. vt ff. si ager vecti. l. j. §. qui in perpetuum. & de lega. j. l. si domus. §. fi. & nota. ff. de euic. l. minor. §. si seruus. & tamen subiungitur, vel quasi. debet intelligi de quasi directo: vt ad proxima fiat relatio. ad vtile autem dominium relatio fieri non potest, cùm de eo nulla fiat mentio in prædicto libello. & sic dixi, quòd in prædicto libello Actor non prętendit nec præponit aliquid de vtili dominio, nec de quasi vtili dominio. Sed dominus Bermundus de Monteferrario reprehēdit me super hoc, & dixit, quòd licèt per verbum, dominij, per se & simpliciter sumptum, importetur & significetur directum dominium tantùm, attamen verbum, quasi, idem subiunctum, erat intātum generale, quòd nedum importabat quasi directum dominium, immò & omne vtile, & quasi vtile. videmus enim, quòd emphyteuta & superficiarius habent vtile dominium verum, & tamen, largè loquēdo, vocantur quasi domini. & sic intelligitur ff. de serui. l. iij. & Insti. de act. §. j. & sic est etiam de consuetudine curiarum. ¶Nunc dico, quòd ad prædicta verba, s. iure dominij vel quasi, adaptantur omnes positiones factæ superiùs in primo libello huius operis. Item possunt adaptari omnes positiones factę superiùs in superiori libello. licèt enim metum passus, vel Publicianista, & sic de quibusdam alijs, de quibus ibi dictū est, non habeant vtile dominium: attamen quia lex dicit eos habere vtilē actionem in rē, vel aliàs ordinat lex, eos agere actione in rem quasi dominos, ipsi agendo actione in rem poterunt sufficienter, & de iure dicere, rem ad eos pertinere iure dominij, vel quasi, in dubio: excepta vltima positione, quæ de actione in rē cessa loquitur. qui enim actione in rem cessa agit, nō potest dicere rem ad se pertinere iure alicuius dominij, vel quasi. licèt sit arg. contrà ff. de pact. l. sed si tantùm. §. j.

¶Quintò est notandum, quòd licèt prædictus libellus † non deberet admitti, quia in eo plures actiones intentantur, scilicet directa in rem actio, & etiam vtilis: vna enim esset proponenda ad vnam rem, vt ff. de regulis iuris. l. nemo ex his. §. quoties. Attamen de consuetudine generali hodiè admittitur, vt no. Insti. de actio. §. sed istæ. ¶Item est vis & potestas prædicti libelli, quòd cùm dicitur in eo agi generaliter † iure dominij vel quasi, iam videtur ꝓposita omnis causa actionis in rem, & omnis actio in rem, quæ pro illo fundo nunc competit prædicto Actori, ratione alicuius dominij, vel quasi, postquàm Actor nullam causam specificat in libello: omnes enim causas videtur vna petitione apprehendere. vt ff. de excep. rei iud. l. & an eadem. §. actiones. Caueat ergo sibi Actor, quòd probet aliquā causam directi dominij vel quasi cuius-

cuiuscunque: nam si contingat eum succumbere, nũquam magis poterit ad aliquam de prædictis causis redire, etiam si in processu iudicij vnam causam tãtùm fuerit prosecutus. quia repelletur exceptione rei iudicatæ, nisi postmodùm dictus Actor ex noua causa dominium vel quasi dicti fundi acqreret. vt ibi habetur, & e.ti. l. si mater. §. eandem. Consideret ergo Actor, si est sibi vtile, loqui & proponere ita generaliter omnem causam, scilicet dicendo generaliter iure dominij vel quasi, vel si expediret ei vnã causam adijcere solùm in libello, super qua si succũberet, iam posset redire ad aliam, & eam proponere.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit dictus Actor, quòd dictus fundus fuit insula nata in mari &c. Fiat pdicta positio, & aliæ quæ positæ sunt suprà in primo libello huius operis, si & prout dicto Actori poterunt proficere.

¶ Item ponit, quòd ipse dictum fundum tenuit &c. Fiat prędicta positio, & omnes aliæ, quę sunt suprà in præcedenti libello, prout poterunt proficere, excepta positione de superficie, quia non proficeret: quia licèt superficiarius habeat vtile dominium, attamen in isto libello non est facta aliqua mentio de superficie aliqua, sed solùm de fundo. excepta positione actionis rescissoriæ, & actionis cessæ, per rationes ibi dictas.

¶ Quidam etiam dicunt talem positionem esse vtilẽ: Item ponit Actor, quòd
55 ipse tenuit & possedit † titulo emptionis dictum fundum per x. annos inter præsentes, vel per xx. inter absentes, & proprium censum soluit, & eo vsus fuit vt dominus, & posteà cecidit à possessione. Effectus: quia ita satis videbitur prædictum fundum ad eum pertinere iure dominij vel quasi, & obtinebit in actione in rem, etiam si titulum non probet. vt arg. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso. & de condi. insti. l. quidã. ¶ Sed illa positio nõ multùm placet, nisi probaretur titulus allegatus: quia quis non potest præscribere rem corporalem lõgo tempore sine titulo. vt C. de rei ven. l. nullo titulo. & de præscrip. lon. tem. l. diutina. & si sine titulo † possideat quis bona fide aliquam 56
rem, requiritur possessio xxx. annorum ad hoc, vt, si cadat à possessione, possit agere actione in rem, nec etiam ageret tunc contra dominum, vt C. de prę scri. xxx. an. l. si quis emptionis. §. j. Nec quis, quia soluit † censum, probatur dominus. 57
vt ff. de acqui. re. do. l. quæ quisque. licèt præiudiciũ aliquod generetur domino, si sciat, & patiatur longo tẽpore aliquem alium possidere, & censum soluere. vt not. C. de rei vendi. l. solennibus. Nõ ergo sufficeret plenè illa positio, nisi titulus probaretur. Et ad l. cùm de in rem verso. respondetur, quia ibi interuenit factum aduersarij, contra quem agebatur. Et ideo circa hoc est aduertendum, quòd si aliquis † teneat à me fundum in 58
emphyteusim, & hoc fortè non possum probare, quia fortè instrumentum est perditum, vel testes sunt mortui: si tamen longo tempore ipse soluit mihi annuam pensionem pro dicto fundo, ipse cogetur eam posteà soluere singulis annis, & fundus iudicabitur emphyteuticarius, licèt titulus allegatus non probetur, argum. illius l. cùm de in rem verso.

ADDIT. Quia præsumitur titulus præcessisse ex causa, quæ prætenditur. & hoc probant leges notabiles, ff. de seruitu. l. seruitutes. iiij. l. magna adde. & in magna glo. in ver. licèt autem. & C. de peti. hære. l. si filius. ff. de a. quiren. hære. l. qui in aliena. §. j. & C. de pa. po. l. j. & est tex. notabilis C. de fun. pa. l. fi. lib. xj. ibi, cùm dicit, ipsa possessio. & est glo. notabilis licèt glo. dixerit hîc de longissimo tẽpore, s. de xl. annis, C. de iu. emphyteu. l. ij. Et facit ad hoc C. communi diui. l. si maior. vt in prin. in q. quæ ibi fit, debet intelligi, quòd quilibet fratrũ possideat longo tẽpore pro diuiso partem rerum quondam communium, & quilibet solus subierat onus & senserat commodum partis, quam possidebat, pro diuiso. & sic, ꝙ factum vtriusque interuenerat, verisimile est, diuisionem factam, & titulum diuisionis allegatũ non

esse necesse probare, argu. illius l. cùm de in rem verso.

59 ¶ Itē ponit Actor, ꝙ de † fructib us industrialibus, quos dictus Reus pcepit de dicto fundo ante litē contestatā, extant x. sextaria frumenti, & de industrialibus perceptis post litem contestatam extant x. sextaria hordei. Effectus: qa illa tenetur Reus officio iudicis restituere. vt C. de rei ven. l. certū. & Insti. de offi. iud. §. j.

¶ Itē ponit, quòd de fructibus, quos dictus Reus percepit de dicto fūdo post litem contestatam, extant duo sextaria amigdalarum. Effectus: quia & illa veniunt officio iudicis. vt ibi, & argu. ff. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum.

¶ Item ponit, quòd de fructibus industrialibus, s. de caulibus, item de naturalibus, s. de ficubus, percepit dictus Reus de dicto fundo post litem cōtestatam, ad valorē x. solidorum Tur. & eos consumpsit, vel ex alia causa non extant. Effectus: quia & illa veniunt officio iudicis. vt ibi.

¶ Item ponit, quòd de fructibus industrialibus dictorum caulium, & de naturalibus ficuū, quos dictus Reus non percepit, dictus Actor percepisset post litem contestatam, ad valorem quinque solidorū Tur. si eidem Actori licuisset possidere dictum fundum. Effectus: quia & illud venit officio iudicis. vt ibi. & C. de fruct. & lit. expen. l. ij.

¶ Item est notandum, quòd nisi fru-
60 ctus † declaretur & probentur per Actorem, non poterit ferri sentētia super eis. vt C. de sen. quæ sine certa quanti. l. hæc sententia. & ff. depo. l. j. §. si quis argentū. nihilominùs tamen valebit sententia lata super fundo, etiam si declarati & probati essent fructus, & de eis taceret iudex in sententia, licèt tūc malè faceret iudex. vt ff. de iudi. l. de qua re. & de rei ven. l. & ex diuerso. §. j. & sic faceret litem suam.

61 ¶ Itē, licèt sententia † sit quid indiuiduū, vt no. C. qui testamenta facere pos. l. furiosum. & sic debet super toto diffinire, aliàs sententia esset nulla. vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. § item quæritur. j. & fami. hercis. l. in hoc iudicio. Attamen si Iudex, omissis † fructibus etiam decla- 62
ratis & probatis, ferat sententiam super fundo, iam valebit sententia, nec poterit dici nulla: quia illa iura intelligūtur super re principaliter petita, non in fructibus, quia nō petuntur principaliter, sed accessoriè. & idem debet dici de expensis litis.

POSITIONES REI.

PONIT Reus, quòd cùm ille fundus fuit insula nata in mari, Titius quidam tertius occupauit eam primò. Effectus: quia sic illa insula non est dicti Actoris, sed ipsius Titij, licèt † Actor, qui credidit 63
eam se primò occupasse, possideret eam posteà, & præscriberet titulo pro suo. vt ff. pro suo. l. j. in principio. Sed hęc positio non est bona, quia tunc Actor saltem esset Publicianista. vt ff. de Publi. in rem act. l. quæcunque. & in princi. qui tamen agit quasi dominus, vt Institu. de actio. §. sed istæ. ad eum benè aptatur prædictus libellus, cū ibi agatur iure dñij vel quasi.

¶ Item faciat Reus positiones contrarias, & confundentes positiones Actoris.

Item ponit Reus, quòd Actor lite † præ- 64
dicta mota dixit, Nolo ampliùs venire *Sequitur*
ad causam istam, vel nolo ampliùs liti- *Guido Pa-*
gare. Effectus: quia decætero non permit- *pa consil.*
titur Actori litem instaurare. vt C. de *74. nu. 1.*
pact. l. postquàm. & facit ff. de verbo. si- *2. & 3.*
gnificatio. l. litis nomen. C. de præscrip. lon. tempo. l. j. & habet locum exceptio doli, si Reus fuit absens. vt not. ff. de libera. leg. l. non solùm. §. si liberationis.

¶ Itē ponit dictus Reus, quòd ipse est
† clericus. Effectus: quia si clericus est 65
ipse, non tenetur respondere coram iu- *Sequitur*
dice seculari, etiam in actione in rem. vt *Guido Pa-*
C. de episco. & cleri. authent. statuimus. *pa in de-*
& de hoc dicetur j. in titulo, de duello. *cisionib. q.*

¶ Itē ponit Reus, quòd ipse fecit † ex- *77. nu. 2.*
66
pensas in dicto fundo, gratia fructus frumenti, vsq; ad valorem quatuor sestariorum frumēti: & gratia fructus hordei, vsq; ad valorem aliorum quatuor sestariorum hordei. Effectus: quia expensæ deducūtur de fructibus. vt C. de fructi. & litis expen. l. j. nullus enim casus interuenire potest, qui huiusmodi genus de-

ductionis impediat. vt ff. fa. hercis. l. fundus qui. nec etiam mala fides, si fructus sit in retentione, aliàs sic: quia tunc videtur expensas donasse. vt ff. ad leg. Aquiliam. l. si seruus seruum. §. si oliuam. & de donat. l. qui alienum. attamen prædictus libellus formatus est tanquam cótra bonæ fidei possessorem.

¶ Item ponit Reus, quòd ipse tenuit
67 † & possedit ante litem contestatam bona fide, & iusto titulo, per triennium, prædicta x. sestaria frumenti. Effectus: quia sic vsucaptū est officio iudicis, per quod prædicta x. sestaria petuntur à bonæ fidei possessore. vt ff. de vsucap. l. sequitur. §. fructus. quia si dictus Reus possedisset triennio fructus naturales, ipse fecisset eos suos perpetuò. vt ff. pro suo. l. ij. in fi. ergo idē fit in industrialibus, licèt sint sui, & sic eos non potest vsucapere. vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. lana. mihi tamen videtur, quòd eos vsucapiat, vt officio iudicis non teneatur eos restituere, ne sit melioris conditionis nō dominus, quàm ille, qui est dominus.

¶ Modò est notandum, quòd si Actor
68 † nihil probet, absoluetur Reus. vt. C. de rei ven. l. fi. & Insti. de interdic. §. com-
69 modum. ¶ Item, si Actor † probet dominium vel quasi, nō tamen probet Reum possidere vel quasi, iudex tunc declarabit per suam sententiam fundum pertinere ad Actorē iure dominij vel quasi, & etiam absoluet Reū adiecta causa, s. quia fundum non possidet nec quasi, vt ff. de excep. rei iudi. l. si à te. § j. ¶ Item si Actor
70 † probet dominiū vel quasi, sed lite contestata perijt res, vel Reus desijt eā habere sine culpa, habetur ff. de rei ven. l. item si verberatū. §. fi. & l. seq. & l. fin autē. §. j.
71 ¶ Si aūt Actor † plenè probet, sequitur cō dēnatio, & sententia vt iusta formabitur.
72 ¶ Item est aduertendum, ꝙ Actor † in prædicto libello videtur proponere cōtraria, s. agendo directa rei vendicatione & Publiciana. & ideo super vna debet ꝓbationes suas tantùm inducere, ne sibi sit contrarius. vt no. Instit. de act. §. sed istæ. in magna glo. Sed illud non credo, quia Actor ibi non ꝓponit simpliciter seu copulatiuè contraria, immò subdisiunctiuè dicit, iure dominij vel quasi, & sic sufficit alteram partē esse veram. Item, sicut de consuetudine permittitur vtrunque proponere, ergo & super vtroq; probationes inducere, s. in causa principali ante publicationem testium, vel etiam posteà in causa appellationis. vt C. de temp. ap. l. per hanc. ꝙ enim de consuetudine permittitur seu conceditur, s. contraria ponere in libello, debet intelligi, tam in proponendo, q̄ in probationes inducendo. sic etenim debet intelligi, cùm dicitur, ꝙ Reus † potest vti pluribus defensionibus etiam contrarijs. vt ff. de exce- 73
ptio. l. nemo prohibetur.

SENTENTIA.

NOS † Berengarius de Fabrica, legū 74
doctor, iudex Montis Pessulani pro dño Sancrio illustri Rege Maioricarū, Notū facimus vniuersis, ꝙ cùm quędā causa diu fuisset ventilata corā nobis inter Petrum & Martinū: Nos quidē anno natiuitatis dñi M.ccc.xj. die vlt. mensis Martij, partibus peremptoriè hora in tertijs ad audiendā diffinitiuam sententiā assignata, qua die, & hora, partibus cōparētibus & sententiā ferri postulātibus, viso libello, cuius tenor talis est: Corā vobis &c. lite legitimè contestata, præstitoq; à partibus calumniæ iuramento, testibus productis & examinatis, & eorū attestationibus publicatis, concluso q; in ꝑsenti causa, sedentes pro tribunali more maiorū, sacris scripturis positis coram nobis, vt nostrū de vultu Dei prodeat iudicium. In nomine dñi, s. patris, & filij, & spiritus sancti, amen. Sententiā nostrā ferimus in hunc modum: Cùm dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in prædicto libello suo, idcirco per sentētiam in his scriptis declaramus, dictū fundū pertinere ad dictum Actorem iure dominij vel quasi. & condemnamus dictū Reum, vt dicto Actori restituat dictū fundum. Item condemnamus dictum Reū in vj. sestarijs frumenti dicto Actori restituendis de fructibus industrialibus, quos dictus Reus percepit de dicto fundo ante litē contestatam, qui extant & supersunt deductis expensis. Itē in vj. sestarijs hordei restituendis dicto

Actori de fructibus industrialibus post litem contestatã perceptis de dicto fundo per dictũ Reum, quæ extant & supersunt deductis expensis. Item in duobus sestarijs amigdalarum restituendis dicto Actori, de fructibus naturalibus post litem contestatã perceptis, & extantibus. Item condemnamus dictum Reum in x. solidis Tur. dãdis dicto Actori, ꝓ fructibus industrialibus caulium, & pro naturalibus ficuũ, seu pro valore eorũ, perceptis post litem cõtestatam per dictum Reũ, sic etiã consumptis non extantibus. Item in v. solidis Tur. dandis dicto Actori, pro fructibus industrialibus cauliũ, & pro naturalibus ficuum, seu pro valore eorũ, quos quidem non percepit dictus Reus, tñ eos honestè percipere potuisset post litem cõtestatam, vel eos Actor percipere potuisset, si sibi dictũ fundũ possidere licuisset. Et nihilominùs condemnamus dictũ Reum in c. solidis Tur. dandis dicto Actori, pro expensis per eũ factis occasione præsentis causæ, cùm idẽ Actor, delato sibi à nobis iuramento, iurauit ad sancta Dei Euangelia, taxatione nostra ꝓdicta ꝓhabita, se expendisse ꝓdictos c. solid. Tur. occasiõe ꝓsentis causę.

75 ¶Tunc, si Reus sentiat se † grauatum, & velit appellare, poterit ita dicere:

APELLO. Et incõtinenti dictus Reus dicat prædictã sentẽtiam esse nullam, & si qua est, ab ea, tanq̃ ab iniqua & perperã lata, viua voce, & apud acta ad dominum Locumtenentem illustris Regis Maioricarũ appellauit, & apostolos sibi dari petijt sæpè sæpiùs & instanter. De qua appellatione dicetur infrà in titulo de constituta pecunia.

ADDIT. Quidam dicũt, ꝙ pręddicta sententia est nulla: quia non est pronunciatum, fundum pertinere insolidum ad dictũ Actorẽ. & no. ff. de procur. l. Pomponius. §. sed & is. quod nõ est verum. vt ff. de ex. rei iu. l. si quis cùm totũ. in prin. & sic videtur dñs Azo intelligere, ff. de verb. sig. l. pupillus. §. fi. qui enim dicit, vel simpliciter petit fundum, totũ fundum dixisse videtur. vt no. ff. de rei ven. l. si in rem. j. in principio.

¶Item, si ex actis posset apparere † iudici, an dictus fundus ꝑtineret ad Actorẽ iure directi dñij, vel an iure vtilis, seu quasi dñij, crederẽ, ꝙ ipse debuisset illud declarasse in ꝓdicta sentẽtia. vt dicetur ĵ in titu. de actione in rem, ꝓ feudo aperto. 76

RVBRICA IIII.

Generalis libellus, De actione in rem pro reemphyteuticaria, quæ cecidit in cõmissum.

1 Libellus actionis in rem pro re emphyteuticaria, qua cecidit in cõmissum, quomodo formetur, & quibus iuribus ꝓbetur. nu 2.

3 Res qua omnibus nota est, declaratione alia non indiget.

4 Actor reũ vocãs emphyteutã, an sibi ꝓiudicet. nu. 5 Et ꝗd si solũmodo pensionẽ petat.

6 In actionibus in rem petitur declarari, rem pertinere ad Actorẽ iure dominij vel quasi.

7 Canone seu pensione nõ soluta ꝑ trienniũ continuũ, emphyteuta cadit ipso iure à iure suo, & transfertur in actorem.

8 Emphyteutã an de domo directus dominus propria authoritate expellere possit. nu. 14.

9 In libello actionis in rem cur dicere expediat, iure dominij vel quasi.

10 Emphyteuta si debeat dominus pecuniã numeratã, res emphyteuticaria in cõmissum non cadit, sed ipso iure fit compensatio.

11 Oblatio sola eius quod debetur, an præseruet aliquem à pœna committenda.

12 Domino nõ volẽte recipere pẽsionẽ seu canonẽ, an sit necessaria cõsignatio & depositio.

13 Dominus directus agit cõtra emphyteutã, nõ soluto canone, vel si in alienãdo alio modo versatus sit, q̃ sit dispositũ, ad rẽ emphyteuticariã, respectu possessiõũ, cõdictiõe ex lege. Et an sic agi possit cõtra aliũ possidẽtẽ.

15 Emphyteuta an possit rẽ emphyteuticariã vendere sine cõsensu domini. vbi ad longũ, quomodo se in alienatione habere debeat, ad intellectũ l. fin. C. de iure emphyteu.

16 L. fi. C. de iure emphyt. vtrùm de sola venditione strictè intelligenda sit, vel generaliter & indistinctè de omni alienatione disponat.

ponat. Itē, an tam in retinendo rem pro eodem precio, quàm in laudando, habeat locum d. l. fin. Et an idem sit, si precium non sit in pecunia numerata, sed in quodam alio, quod consistat in genere. nu. 17. 18.

19 Dominus directus retinere rem emphyteuticariam an possit, si alia precia, seu quasi precia non sunt in alienatione, & sic locum habeat prima attestatio, Et dominus habeat quinquagesimam pro nouo emphyteuta suscipiēdo, & incipitur ab attestatione secunda. num. 34.

20 Emphyteusis quando transfertur ex pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, an requiratur consensus domini.

21 Emphyteusis quando in dotem datur, an requiratur consensus domini.

22 Emphyteusis an sine consensu domini donari possit inter viuos. & quid in donatione causa mortis. nu 23.

24 Emphyteuta an in re emphyteuticaria possit seruitutem constituere, illamq; pignori dare: Et si ad dominū postea res perueniat, an seruitus & pignus euanescāt. nu. 31.

25 Emphyteuta an possint emphyteusim diuidere, & diuidētes pro qua parte quinquagesimam debeant.

26 Intellectus l. fin. C. de iure emphyt. super eo, an dominus possit rem emphyteuticariā cōparare pro eodē precio, & alteri pferri.

27 Emphyteuta alienante, an remaneat dominus, donec ad illius requisitionem secundus in possessionem susceptus fuerit.

28 Dominus directus non potest cogere emphyteutam vltrà procedere ad translationem sui iuris, nisi velit, vel nisi iam dominum super hoc requisierit.

29 Emphyteusis translatio quibus casibus fieri possit irrequisito domino: nec habeat locum quinquagesima. nu. 49.

30 In pacto reemptionis, si eam fieri cōtingat, dominus habet laudemium: Et an dominus possit rem retinere pro eodē precio, si cùm pdicebatur ei illud pactū, non reclamauit.

31 Emphyteuta an possit vsumfructum in re constituere, vel rem impignorare, vel hypothecare, vel seruitutem imponere, siue licentia domini. Et an & quando quatuor hæc euanescant, si res redeat ad dominum suo iure, siue iure cōmissi, siue iure plationis.

32 Emphyteuta an possit rē alij dare in feudū.

33 Emphyteuta an possit rem dare alicui in emphyteusim sub certa pensione.

34 Dominus an possit rem retinere, & præferri illi secundo emphyteutæ.

35 Dominus si dicat, quod non suscipiet eū, nunquid possit primus emphyteuta statim trāsferre ius suum in secundum.

36 Domino in mora constituto per lapsum duorum mensium, si primus in contumaciam domini transferat rem in secundum, nunquid secūdus tenebit tunc rem à primo emphyteuta in emphyteusim, & nō à domino.

37 Emphyteuta in cōtumaciam domini transfert ius suum, non ius domini.

38 Emphyteuta si vendit rem, vel alio titulo vult eam transferre, retentis sibi x. solidis Turonensibus redditualibus, & retēta quadam seruitute fortè aquæductus de re illa ad aliam rem suam, quid iuris.

39 Dominus si emat rem simpliciter ab emphiteuta, an ipse videatur eam emisse cū suis oneribus. Et quid si rem emat iure prælationis. Et quid in dubio præsumendum sit.

40 Cautela pro domino, ne videatur in emphiteutam alienantem consensisse.

41 Dominus si videat rei emphiteuticariæ imponi seruitutem, vel pensionem, ne vetustas tēporis aut præscriptio, de cuius initio memoria non exstat, sibi obstet, quomodo se habere debeat.

42 Domino danti prædium in emphiteusim, quod auxilium detur pro pensione: & contra quos. nu. 59.

43 Fructus prædij rustici emphiteuticarij, an sint domino tacitè obligati p pēsione. nu. 58

44 Emphiteuta si vendiderit vel transtulerit rem in alium secundum, dominus an possit agere contra illum secundum emphiteutā ad pensionem, actionibus personalibus, quas habebat

habebat contra primum.

45 *Emphyteuta primus si non soluat, vel non sit soluendo, nec etiam secundus velit soluere, an dominus à secundo dominiũ vendicare poßit, nu. 47.*

46 *Emphyteuticaria pensio seu præstatio annua, an sequatur rem. Et quid in seruitutibus, tributis, decimis, & anniuersarijs, quæ relinquuntur ecclesiæ pro fidelibus defunctis. nu. 63.*

48 *Domino an competat condictio, vbi induxit nouum emphyteutam in possessionẽ, quasi cũ ipso videatur contractum. nu. 50.*

51 *In locatione fundi, si colonus instrumentum fundi æstimatum accipiat, eo ipso videtur instrumentum emptum.*

52 *Præsumitur mutuum & donatio, dicendo, Tolle istam pecuniam.*

53 *Dominus, secundo emphyteuta inducto, si agat contra primum, an repellatur, quasi inter eos tacitè nouatio facta fuerit: & sic saltem repellatur exceptione.*

54 *Dominus, cùm consentit, quòd primus totum ius suum transferat in secundum tanquam idoneum, an videatur quædam plena subrogatio facta, vt deinceps à primo pensionem petere non poßit.*

55 *Domino si non soluatur pensio, & triennio in solutione cessatum fuerit, siue secundus fuerit verè susceptus in possessionem à domino, siue pro suscepto habitus, an poßit illum secundum repellere, vel rem vt commissam vendicare: & an secundo sufficiat, quòd paratus sit soluere, cùm iã in commissum ceciderit.*

56 *Dominus an poßit emphyteutam pro suscepto habitum, propria authoritate repellere: vel an hoc faciendo in legem Iuliam de vi publica vel priuata incidat.*

57 *Differentiæ quæ sint inter emphyteutam secundum susceptum in possessionem à domino, & inter pro suscepto habitum: Item in quibus à pari iudicentur.*

60 *Emphyteuta primus quomodo agat contra secundum, ad pacta inter eos conuenta.*

61 *Emphyteuta primus quia remanet, donec secundus fuerit susceptus, vel de iure pro suscepto habitus, de re illa ad rem suam imponere seruitutem an poßit. Et quid in secundo, ante susceptionem, & post. Et quibus actionibus illis consulatur.*

62 *Consuetudo ciuitatis Podiensis est, & locorum vicinorum, quòd si dominus constituat aliquod debitale seu reddituale, in prædio suo quito, quod à nemine tenet, illud debitale perpetuò afficit rem & sequitur possessorem. quod est contra ius ciuile.*

63 *Consuetudo item prædictorum locorum, quòd si emphyteuta vendat, vel aliâs constituat aliquod debitale super re emphyteuticaria, ipse potest se obligare: sed illud debitale non sequitur rem, nec possessorem, nec dominus cogetur consentire. Quod cõuenit cum iure communi. Sed si dominus consentiat illi debitali gratis, vel aliquo accepto, tunc debitale afficit rem. Quod item est contra ius ciuile.*

64 *Consuetudo item, si posteà emptor illius debitalis vendat illud alicui, dominus poterit illud debitale pro eodem precio retinere. vel si nolit, ipse habebit pro susceptione in quasi possessionem illius debitalis, laudemium aliâs ibi dari consuetum, pro qualibet re emphyteuticaria. Quod similiter est contra ius ciuile.*

65 *Consuetudine præsupposita, ille qui ius habebit percipiendi tale debitale in prædio, quomodo, & quibus actionibus agere poßit contra possessorem.*

66 *Si ille, qui habet ius percipiendi tale debitale, vendat illud, vel transferre velit in emphyteutam, nunquid dominus poßit illud retinere pro eodem precio: vel si nolit retinere, nunquid habebit laudemium ab emphyteuta suo emente.*

67 *Emphyteusis in quibus rebus consistat.*

68 *Emphyteuticaria res an sit, pensio annua seu debitale.*

69 *Consuetudo vbi disponit contra ius cõmune, in finibus suis seruari, nec extẽdi debet.*

70 Feudum, in quibus rebus possit esse & dari.

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possidet seu detinet, & facultatem restituendi habet quandam domum, vocatam porticum Deutinæ, sitam in Monte Pessulano. quam domum cùm dictus Reus teneret retroactis temporibus in emphyteusim à dicto Actore, ad annuam pensionem vj. denar. Tur. & sic dicta domus pertinebat tunc ad dictum Reum iure vtilis dominij vel quasi, dictus Reus stetit per triennium continuum & immediatè præteritum, quòd prædictam pensionem non soluit. Vnde cùm propter hoc dictus Reus ipso iure ceciderit à iure suo, quod habebat in dicta domo, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt prædictam domum pertinere ad dictum Actorem iure dominij vel quasi, per vestram sententiam declaretis. dictum Reum, vt dictam domum dicto Actori restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c. Petit expensas &c. implorans vestrum officium. &c.

2 ¶ Probatur † C. de iure emphy. l. ij. Rectè dicitur, quòd Reus possidet, &c. vt suprà in alijs actionibus in rem. ¶ Item prædicta domus vocata porticus Deutinæ, cùm nõ sit nisi vna sic vocata in Monte Pessulano, & omnibus † nota, non indiget alia declaratione. vt ar. ff. de lib. & posthu. l. ij. & de re. cre. l. certum. ¶ Item rectè dicitur, cùm dictus Reus teneret retroactis temporibus, &c. quia si hodiè Actor † vocaret eum emphyteutã, præiudicaret sibi. vt arg. C. de lib. causa. l. cùm precum. & ff. de lege commis. l. post diem. Item solummodo petendo pensionem præiudicaret sibi. ar. prædictarum ll. & C. de pac. inter emp. & vend. l. commissoriæ. & ff. de minorib. l. Aemilius.

Vide Guidon Papa in decis. q. 454 nu. 6

3

4

6 Item si Actor † assereret eum esse emphyteutam.

ADDIT. Dicendo in libello, vt multi Aduocati dicunt: Item asserit, quòd dictus Petrus emphyteuta dictum vsaticum soluere recusauit. diceret eum habere vtile dominiũ. & cùm dicat ipsum cecidisse à iure suo, dicit eum non habere vtile dominium. & sic tanquam sibi contrarius esset repellendus. vt ff. quando ap. sit. l. ij. §. sed si alius. & C. de mu. pa. l. professio. lib. x. Pro quo c. examinata. ext. de iud. & l. j. C. de fur. Aduertat ergo Aduocatus, quòd si ponat seu asserat eum esse emphyteutam, quòd apponat istud aduerbium, olim, dicẽdo: Item asserit, quòd dictus Petrus olim emphyteuta. Aduertatur ad hæc. quoniam multùm debet cauere Aduocatus, ne in libello faciat assertiones, quæ possint adinuicem sibi esse contrariæ, seu articulos, propter quos videatur sibi contrarius: quoniam esset repellendus, & iudex deberet pronunciare & decernere intentionem suam non tenere, iuxta c. examinata. extrà de iud. Et ideo vidi semel quendam solennem Aduocatum deficere, & succumbere, tanquam esset sibijpsi contrarius, quoniam Titius faciebat Seio quandam annuam pensionem xx. solidorum. finaliter Seius eam petijt à Titio: Titius eam denegauit soluere. libellus fuit per Seium contra Titium redditus: Et faciebat Seio pro tali domo, quam ipse Titius possidet, pro annali pensione viginti solidos. Item asserit, quòd dictus Seius est & fuit retroactis temporibus in quasi possessione percipiendi dictos xx. solidos à dicto Titio. & concludebat sic: Quare petit dictum Seium reducendum in quasi possessionẽ percipiendi. & etiam iuxta c. querelam. extrà de elec. Certè libellus suus tanquam contrarius fuit repulsus, ex eo, quòd per verbum, est, dicebat de præsenti se possidere: & per verbum, fuit, dicebat se deiectum de possessione. & posteà petebat se ad illam reduci, & tamen non erat reducendus: quia per verbum, est, asserebat se possidere, & in possessione esse, & sic tanquam contrarius fuit repulsus. Non debuit ergo dicere, est, sed solummodo, fuit, per quod ver-

verbum denegatur Actorem esse in possessione.

¶ Item rectè petitur, quòd dicta do-
6 mus † declaretur pertinere ad dictum Actorem iure dominij vel quasi, quia sic est in actionibus in rem. vt ff. de procu. l. Pomponius. §. sed & is. Et quia pensio
7 † non fuit soluta per triennium continuum, Reus emphyteuta tunc cecidit ipso iure à iure suo, & fuit translatum in Actorem. vt C. de iure emphy. l. ij. quod satis
8 apparet, quia propria sua † authoritate Actor potest eum repellere de domo, vt ibi. & verbum, cadat, quod est ibi, intelligitur ipso iure. vt e. ti. l. fi. in fi. & facit ff. de pigno. l. lex vectigali. ibi, dum dicitur, & propterea pronunciatum est, fundum secúdùm legem domini esse. ¶ Item
9 rectè dicitur iure † dominij vel quasi: si enim Actor diceret simpliciter iure dominij, esset sibi periculosum: quia si tūc non probaret se directum dominum dictæ domus, ipse succumberet. si autem diceret iure vtilis dominij, & appareret eum esse directum dominum, ipse etiam caderet à causa. directum enim & vtile dominium non patiuntur se inuicem sub illis verbis in eodem subiecto pro eadem re. Expedit ergo dicere, iure dominij vel quasi, quia illud hodiè de consuetudine toleratur, licèt ibi videatur quædam contrarietas: vt no. Insti. de act. §. sed istæ. Et tunc, si Actor probet directum dominium, quòd quomodo probetur, habetur suprà in primo libello, ipse obtinebit, propter verbum dominij, quod importat & significat directum. emphyteuta tantùm habuit tunc vtile dominium, licèt ipsum nunc amiserit. Si autem Actor concedens habuit tantùm vtile dominium, fortè ex præscriptione, tunc emphyteuta habuit illud vtile. Si autem emphyteuta credidit concedentem habere directum vel vtile dominium prædictæ domus, & verum non erat, tunc ipse fuit quasi dominus, tanquam Publicianista. & de hoc dictum est satis superiùs. vel si emphyteuta tenuit sic dictam domum, vel Publicianista longo tempore, ipse acquisiuit tunc vtile dominium verum dictæ domus ex præscriptione. Et sic siue prædictus Reus habuit vtile dominium, vel quasi dominium dictæ domus, illud ius quodcunque fuerit, modò propter non solutam pensionem translatum est ipso iure in Actorem. & sic Actor securè, & etiam rectè de consuetudine potest dicere, dictam domum ad se pertinere nunc iure dominij vel quasi, & etiam pertinuisse ad ipsum Reum iure vtilis dominij vel quasi, non tamen nunc. ¶ Item est notandum, quòd si prædicto † Reo, qui cessauit in solutio- 10
ne prædictæ pensionis vj. dena. Actor debuit pecuniam numeratam, ipso iure facta fuit compensatio: & sic domus non cecidit in commissum. In pœna enim vitanda fit compensatio ipso iure. vt ar. C. de compen. l. etiam. & no. e. ti. l. si constat. aliàs regulariter non fit compensatio ipso iure, sed tunc, cùm fuerit opposita ab homine. vt e. ti. l. fi.

Sequitur Guido Papa in decision. q. 171. nu. 5.

ADDIT. Et ideo dicunt Doct. quòd si emphyteuta cessauit in solutione pensionis, & si res debeat cadere in commissum, quòd si dominus directus illius rei debeat isti emphyteutæ tantam pecuniam, quanta est pensio debita per ipsum, quòd res non cadat in commissum. hæc dicunt per l. etiam. & l. si constat. C. de compen. quia ad pœnam euitandam, lex compensat pro homine. Et responde ad illud de compen. C. l. j. quæ videtur contrà. sed illam intellige in fisco, in quo est speciale, in quo non admittitur compensatio. vt l. in ea. C. de compen. & l. penul. Ratio horum est: quia qui compensationem obijcere potest, non videtur esse in mora. Item, sicut impedit cursum vsurarum, quia odiosæ sunt: ita eodem modo dicemus, quòd impediat commissionem pœnæ, quia odiosa est. Pro hoc ff. de neg. gest. l. qui aliena. & videtur tex. ff. de peti. hære. l. si quid possessor. §. sed & si. in fi. & ff. si certum peta. l. lecta. Et hanc partem tenet Odo. in d. l. si constat. Alij, vt Guil. de Cug. tenent contrà, & dicunt, quòd præcedens opinio nunquam potuit cadere in capite suo. vnde, quòd non admittatur talis compensatio, videtur

casus legis C. de compensa. l. in ea. nec dicas, vt suprà est dictum, quòd ibi sit speciale in fisco: quia illa quæ possunt compensari fisco, possunt compensari priuato, & non aliàs. vt ff. de compẽsat. l. idem iuris. Ad cuius euidentiam debes scire, quòd emphyteuta debet pensionem domino, ratione fidei & subiectionis, quam debet domino, in recognoscendo eum vt dominum. vt C. de fi. instru. l. plures apochis. & de præscrip. xxx. an. l. malè. benè agnoscendo illa debita, quæ sunt æqualia, possunt compensari. vt C. de compen. l. fi. Igitur quod dominus debet emphyteutæ, debet sibi vt priuato. sed quod emphyteuta debet domino, debet sibi vt superiori. vnde ista debita non dicũtur æqualia. quare dico, quòd illud, quod dominus debet emphyteutæ, non impedit commissionem pœnæ. sic etiam videmus, quòd illud, quod ex deposito debetur, ratione fidei compensari non potest. Sic dicemus hîc, quòd ratione fidei, quam debet emphyteuta domino, non possit compensari, vt l. fina. C. de compen. Vide Bar. in ibi disputatis per eum. & idem tenet dominus Astorgius de Gailhaco.

11 ¶ Item est notandum, quòd sola † oblatio eius quod debetur, præseruat quem à pœna committenda. vt ff. de arbit. l. Celsus. in fi. & facit C. de vsur. l. si per te. Et sic dicunt quidam, debere obseruari in emphyteuta. Sed fortè speciale est in

12 eo, vt si dominus † non vult recipere pensionem, quòd etiam sit necessaria cõsignatio & depositio. vt C. de iure emphy. l. ij. in fi. Idem in pacto reemptionis, si emptor non vult recipere preciũ, quòd sit necessaria consignatio & depositio. vt C. de pac. inter empto. l. si à te. A quibus duabus legibus esset periculosum recedere. In dubio fiat ergo in vtraque earum oblatio, consignatio, & depositio omnimodo, licèt quidam dicant illa ibi fieri ex abundanti.

¶ Item est notandum, quòd in casu
13 nostro † posset agi contra Reum ad prædictam domum respectu possessionis condictione ex lege, C. de iur. emphy. l. ij. iuxta illud, quod notatur in cor. de non alie. aut permut. reb. eccles. §. scire. colla. ij. & in lib. feu. de cõtrouersia inter dominum & emptorem. c. vno. & idem, si in alienando domum, alio modo versatus fuerit, quàm sit dispositum C. de iure emphy. l. fi. Sed contra alium possidentem non posset agi condictione ex lege, cùm sit personalis, vt Insti. de act. §. appellamus. imò dicitur personalissima, vt dixit Iohãnes in sua arbore actionum. Personalis autem actio non sequitur fundum. vt ff. ad Trebel. l. j. §. si hæres. Licèt condictio ex lege fortè inueniatur in rem scripta. C. de debitoribus ciuitatum. l. ij. lib. xj.

¶ Item in casu nostro Actor † posset 14
propria authoritate Reum repellere de domo: vt C. de iure emphy. l. ij. Et idem, si Reus versatus fuerit in alienando aliter quàm sit dispositum eod. tit. l. fi. cùm sit eadem ratio. Consulo tamen, quòd non repelleret eum in casu l. vltimæ. cùm lex hoc non dicat. nec l. ij. prædicta est trahenda ad consequentiam, cùm sit contra iuris rationẽ. Item curiæ sunt hodiè nimis promptæ ad inquestas. Item Actor non repellat aliquo modo emptorem, nec alium possessorem, etiam in casu l. ij. cùm lege cautum non sit. licèt emphyteuta ipso iure ceciderit à iure suo, expellens eum committeret vim publicam vel priuatam, & incideret in l. si quis in tantam. C. vnde vi.

¶ Item circa l. finalem, C. de iure emphy. quia de ea facta est mentio, est notandum, quòd emphyteuta potest † rem 15
emphyteuticariam vendere sine consensu domini, dum tamen contractus stet in finibus suis: hoc est, quòd solùm sit facta emptio & venditio, ita quòd non est precium solutum, nec res tradita: si enim alterum istorum affuerit, non remaneret contractus in finibus suis, & tunc esset periculum de commisso. contractus enim nudus à traditione, non inuenitur prohibitus nec punitus. Sed emphyteuta solùm prohibetur rem sine consensu domini vendere, vel in alium transferre, vt prædicta verba pro eodem accipian-

Sequitur Guido Pape in eadem q. 101.

accipiatur. Attamen si emphyteuta velit vltra contractum procedere, & in alium velit ius suum transferre, ipse debebit venire ad dominū, & attestationē, i. denūciationē ei facere corā testibus, quantum preciū potest ꝑ illa re ab alio re vera accipere: & tūc à dicta attestatione incipiūt duo menses currere, infra quos poterit dominus illā rem emere pro illo precio. Quibus duobus mēsibus elapsis, si dominus nō curauerit rēemere, seu pro eodē precio retinere, tūc emphyteuta poterit licitè sine consensu domini rē vendere. & sic in prædicta l. fi. §. fin aūt duorū mensium. intelligitur ibi vendere, s. si venditio nō fuerat priùs celebrata, sed solùm tractatus super ea fuerat habitus. vel si venditio in suis finibus existens fuerat celebrata, intelligatur ibi verbum, vēdere, id est, in prima venditione persistere. vel quasi videatur noua vēditio, s. sub quadā cōfirmatione redacta pro eo: quia dominus de cætero rem illā non poterit retinere. Item emphyteuta post illos duos mēses nō debebit plùs vltrà procedere, s. ad aliquam rei translationem faciendā, sed veniet ad dominum, & faciet ei secundam attestationem, scilicet requirendo eum, vt emptorem in possessionem suscipiat: & à dicta attestatione secunda incipient duo menses currere, alij à primis duobus, secundùm Placentinum, infra quos si dominus dictum emptorem in possessionem susceperit, ipse habebit quinquagesimam precij vel æstimationis rei. Item illis duobus mensibus elapsis, si dominus dictum emptorem in possessionem suscipere supersederit: tunc emphyteuta poterit licitè rem in alium transferre, etiam domino non consentiente, nec dominus habebit tunc quinquagesimam. Item si à prima attestatione citrà emphyteuta in alienando aliter versatus fuerit, cadet à iure suo. Et in summa, contractus nudus non est prohibitus. & vocatur nudus, scilicet à traditione. vt C. de pac. l. traditionibus. Sed alienatio seu translatio rei emphyteuticariæ, id est, vtilis dominij vel quasi vtilis, est prohibita: super qua alienatione, si pactiones aliquæ interuenerint, illæ obseruentur. Si autem nullæ pactiones interuenerunt, tunc à prima attestatione incipient duo menses, infra quos poterit dominus rem retinere pro eodem precio, quod si non fecerit, posteà eam non poterit retinere, & à fine illorum duorum mensium, vsque ad secundam attestationem, nullum est tempus à lege statutum: sed potest fieri secunda attestatio posteà quandocunque. Item similiter à tempore contractus nudi initi, vsque ad primam attestationem, non est aliquod tempus taxatum: sed poterit fieri illa prima attestatio post contractum nudum posteà quandocunque, sine pœna aliqua: quia nec ante illam primam attestationem erit aliquod ius acquisitum domino, pro retinenda re pro eodem precio, nec aliquod aliud ius. Item à secunda attestatione incipiunt alij duo menses currere, infra quos debebit dominus emptorem in possessionem suscipere: personam tamen non prohibitam, & idoneam ad soluendum canonem, quod debebit facere per se, non per procuratorem. licèt hodiè de consuetudine contrarium fiat, scilicet quia fit per procuratorem. pro qua susceptione in possessionem habebit dominus quinquagesimam precij, vel æstimationis rei, si precium non interuenit. Item post prædictos duos menses vltimos, si dominus emptorem in possessionem non susceperit: tunc emphyteuta poterit licitè in alium rem transferre sine consensu domini, super quo nullum est tempus taxatum in lege. Nec dominus habebit tunc quinquagesimam. Item si in prædictis, pro domino & contra emphyteutam facientibus, emphyteuta aliter alienando versatus fuerit, à iure emphyteuticario cadet. Et iste est verus intellectus, C. de iure emphy. l. fi.

¶ Et est notandum, quòd in † illa l. 16 in prin. quæritur de alienatione generaliter & indistinctè, quod apparet, dum dicit, quòd dubitatur, vtrùm emphyteuta posset alienare vel ius emphyteuticum in alium transferre &c. Et postmodùm

modùm in responsione dicit, quòd non licet ei alijs vendere, vel ius emphyteuticum transferre. quod idem est secundùm quosdam, scilicet quòd non licet vendere, scilicet transferendo in alium. & sic secundùm illos, lex illa non respondet nec ordinat, nisi solùm super venditione cum traditione seu translatione dominij facienda. Quod non est verum, imò præsumendum est, quòd sicut lex generaliter quærit de alienatione, sic & generaliter respondeat, cùm dicit, minimè licere alijs vendere, vel ius emphyteuticum in alium transferre &c. quæ verba generalia sunt ad omnem alienationem seu translationem. Et licèt super venditione aliquantulum prosequatur materiam, quasi exemplificando, tamen posteà inferiùs dicit, transponere. & postmodùm subiungitur, quòd non liceat dominis accipere, nisi quinquagesimam precij vel æstimationis loci &c. & sic loquitur & disponit de omni alienatione generaliter. Lex etiã xij. tabul. emptionis verbo omnẽ alienationẽ amplecti videtur: vt ff. de statulib. l. statuliberi à cæteris. §. j. licèt ibi notetur, ꝙ C. de iure emphy. l. j. & fin. vocabulum emptionis strictè accipiatur. quod non est intelligendum ita indistinctè seu crudè, vt apparet ex superioribus. & facit ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. venditionis. Item precium potest dici largè, licèt non sit in pecunia numerata: vt ff. de statu ho. l. & seruorum. §. j. & C. de epis. & cleri. l. si quenquam. cum similibus. Et ita vide-
17 tur, quòd lex illa tam † in retinendo rem pro eodem precio, quàm in laudando, nedum habeat locum in venditione, verùm imò & in locatione, quæ fit ad non modicum tempus, scilicet x. annorum, quia tunc est alienatio: vt ff. si ager vecti. vel emphy. pe. l. si. licèt contrà notetur ff. de leg. ij. l. penult. §. instituto. Item si ad modicum tempus fiat locatio de loco publico fruendo: vt no. ff. de superfi. l. j. §. quod ait prætor. ¶ Item & in datione in solutum, cùm pecunia numerata deberetur. & facit C. de euict. l. si prædiũ. ¶ Item & in datione in dotem, si res detur æstimata. & facit ff. de iure dot. l. quoties. ¶ Itẽ in donatione, si res detur æstimata. verbi gratia: Martine, cùm ego proposuerim tibi donare centum libras Turoñ. pro illis cen. lib. Turoñ. tibi do talẽ rem emphyteuticariam: quia tunc non est mera liberalitas in re illa sic data: quia à dante est æstimata. & facit ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. interdum. Vbicunque ergo est precium in rei alienatione in pecunia numerata, habebit locum lex illa, tam in retinendo, quàm in laudando.
¶ Item fortè † & si non sit in pecunia numerata, sed in quodam alio, quod quidem consistat in genere: verbi gratia, si res emphyteuticaria detur pro centum sestarijs bladi, quia si dominus velit dare illud bladum, fortè poterit rem sibi retinere: quia cùm illud precium sit in genere, emphyteuta non potest habere maiorem affectionem ad bladum dandum per vnum quàm per alium. 18

¶ Item, si alia † precia, seu quasi precia, non sunt in alienatione, dominus rem retinere non poterit: & sic non habebit locum prima attestatio: vt est in permutatione, & diuisione, & in Do vt des, & in Do vt facias, & in similibus omnibus, in quibus dominus non posset dare vel facere illud, quod per alium, in quem facienda esset translatio vtilis dominij, dandum vel faciendum esset. Sed tunc dominus habebit quinquagesimam pro nouo emphyteuta suscipiendo: & tunc incipietur à secunda attestatione, & obseruabuntur ea quæ dicta sunt ab ea vsque in finem. 19 Vide Guidonem Papa in decis. q. 47. 48. & 92.

ADDIT. Nota, quòd in permutatione non habet locum retentio rei per dominum directum. & ideo videtur etiam dicendum, quòd si aliquis tertius veniat, & velit pro laudemio æstimationis rei plus offerre, adeò quòd rẽ retineat, quòd dominus directus non debeat admittere illam oblationem. ratio est: quia vbi dominus directus non habet ius retinendi rem emphyteuticariam, ita nec ius recipiendi oblationem plurium pro laudemio, & quòd res emphyteuticaria permutata remaneat penès illum plus offerentem:

rentem: quia dominus non poteſt plus iuris transferre, quàm ipſe habeat. ergo &c. excepta translatione in hæredem vel legatarium facienda, pro quibus nec prima atteſtatio, nec ſecunda locum habet. vt ff. de verb. ſig. l. in conuentionibus. & ita obſeruatur, & ita tenent Doctores. licèt l. illa clarè hoc non dicat, vt mihi videtur. attamen ibi fit translatio dominij ſine traditione.

20 ¶ Item ſi † ex pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, fieret translatio: nec enim tunc requireretur in aliquo conſenſus domini: quia in illo caſu ipſo iure, & de iure communi fit retranslatio dominij ſine homine & ſine traditione: vt no. C. de pac. l. traditionibus. ¶ Item, ex-

21 cepta datione † in dotem, cùm datur res inæſtimata: quia licèt ſit tũc donatio ob cauſam, & ſit ibi titulus oneroſus: vt C. de iure do. l. pro oneribus. & ff. qui. mo. pi. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. ꝙ ſi in dotem. & ſic videretur, ꝙ deberet dari quinquageſima æſtimationis ipſius rei: attamẽ tãtus eſt fauor in dotibus: vt C. cõmu. de leg. authen. res quæ. & de liti. l. fi. in fi. & ff. de iure do. l. in ambiguis. & ſol. ma. l. j. ꝙ ibi cõſenſus domini nõ expectatur. ¶ Itẽ ex-

22 cepta donatione † inter viuos: vt C. de fũ. pa. l. j. li. xj. & Inſt. de loc. & cõdu. §. adeò. quæ iura licèt hoc clarè nõ dicãt, vt mihi videtur, tñ Doctores & maiores noſtri ita tenuerũt. & qdem reddiderũt talẽ rationem, ſ. qa donatio fit ex mera liberalitate: vt ff. de dona. l. j. in prin. & ſic qa donator nullã habet vtilitatẽ pecuniariã, ſed ſolũ virtutẽ liberalitatis exercet. ideo dñs bono modo nõ poteſt inuenire, q eſtimet: ſic etiã nõ oportet venire donatorẽ, nec donatariũ corã dño, poſtq̃ dñs rem retinere nõ poteſt. Idẽ videtur velle Coll e c. in c. potuit. de loca. vbi recitauit quæſtionem glo. & alij qui hãc partẽ tenẽt, vt Barthol. & Cõpoſt. & Ioan. qa nullũ preciũ eſt, nec aliquã qnquageſimã habere poteſt, qa res æſtimari nõ debet: vt dictũ eſt. Sed cõtrà C. de liti. l. fi. vbi æſtimatur res donata. ſed illud eſt ibi propter dolum commiſ-

Vide Guidonem Pape in decis. q. 46.

23 ſum. ¶ Item excepta donatione † cauſa mortis: vt apparet ex prædictis. Illa enim habet inſignia donationis inter viuos, & etiã legati: vt Inſti. de dona. circa prin.

¶ Itẽ eſt notandũ, ꝙ emphyteuta † poteſt ſeruitutẽ cõſtituere in re emphyteuticaria, & valebit cõſtitutio: vt ff. de ſerui. l. iij. Itẽ poteſt rẽ impignorare, & valet: vt ff. de pig. l. lex vectigali. Attamen ſi res poſteà peruenerit ad dominum, pignoris obligatio euaneſcit: vt ibi. Itẽ & eodẽ modo euaneſcit ſeruitus. ar. eiuſdẽ l. cùm ſit eadẽ ratio. & facit in lib. feud. de inueſti. de re ali. facta. c. vno. §. qd ergo. niſi dominus in ea cõſtituenda cõſenſit: vt ff. de aqua plu. ar. l. in diẽ adiecto prædio. Item prædicta vera ſunt, ſi res redeat ad dominũ ex antiqua cauſa, vt ad dominũ, ſ. iure dominij, ſ. qa res cecidit in commiſſum: vel quia cùm alij venderetur, ipſe eam comparauit eodem precio, vt dominus, & iure ſuo, iure prælationis. 24

Vide Guidonem Pape in decis. q. 575.

ADDIT. Quid ſi directus dominus vendidit illud ius prælationis & retentionis alicui tertio, & ius laudandi, quod ipſe habet: nunquid ſi ille emptor laudemij retineat rem, ſicut directus dominus poſſet retinere, euaneſcit pignoris obligatio? Videtur quòd ſic: quia eodem iure vti debet, ex quo in locum eius ſuccedit. Videtur contrà: quia iſtud, quòd dominus pro eodem precio poſſit retinere, eſt ius ſpeciale. ergo in ſuis terminis tenẽdum, ſcilicet quòd habeat locum in ipſo domino directo, & non in alijs, licèt cauſam habeat ab eo: quia cùm tale ius retinendi ſit odioſum, ergo reſtringendum & nõ ampliandum. ff. de legi. l. ius ſingulare. Et facit ad illud, quod Doctores no. an ſi dominus velit retinere pro alio, an poſſit? Dicunt communiter, quòd non: niſi pro ſe velit. Secus, ſi res peruenit ad eum alio modo, fortè quia emit eam ab emphyteuta, vel in ſolutum aliàs ex permutatione, vel ex donatione, vel ex legato, vel alio titulo eam ab emphyteuta habuit, vt priuatus, & non iure prælationis, nec iure commiſſionis: quia tunc remaneret ſeruitus & pignoris obligatio firma: vt ff. de acqui. re. dom. l. traditio. §. j. & de contrahen. emptio. l. alienatio. & pro ſocio, l. idemq́. in fi. & C. de diſtrac.

Communis opinio.

ſtrac.pigno.l.ſi debitor. & de euictio. l.ſi prædium.cum ſimilibus. Nota cautelam ex iam dictis,quòd ille qui emit rem emphyteuticariam, quæ fortè eſt pluribus creditoribus obligata, ſi vult eam habere,ius pignoris non habeant, faciat cum emphyteuta, qui vendit rem, quòd tractet illam vendere alicui, & facta venditione illi, ille veniat ad dominum directum pro laudemio ſoluendo, & dominus directus retineat illam rem iure ſuo, & ſoluat illi precium : ecce quòd nunc ex quo peruenit ad manum domini ius pignoris euanuit, & tractu temporis tu qui illam rem volebas emere, ſed dubitabas de obligatione creditorum, recipias illam rem à domino directo in nouum acapitum, & ſic habebis illam rem ſine aliqua obligatione creditorum. & ſic ius pignoris, quod ſemel eſt extinctum,ampliùs in illa re non reuiuiſcit.l. qui res.§.aream. ff. de ſolut. Ex prædictis nota duo.primum,quòd ille,qui aliam rem vult emere ab aliquo,quem credit eſſe diuerſis creditoribus obligatum, & ideo dubitat eam emere, ſi tutè vult eam emere, faciat ſic, quòd dominus directus ſuper commiſſo det libellum ſuum, & per ſententiam diffinitiuam pronuncietur & declaretur, rem illam cecidiſſe in commiſſum. quo facto ille, qui illam rem vult emere, emat eam à domino vel ab eo recipiat in nouum acapitum ſeu emphyteuſim, quo facto iſte etiam tutè poſſidebit. Ratio : quia cùm dominus talem rem habuit, vt directus dominus, incōtinenti ius pignoris, quod ibi poſſunt habere creditores, eſt extinctum: quia quo'ad præiudicium domini emphyteuta eam obligare non potuit: & cùm domino pro penſione ſeu vſatico priùs fuerit obligata, quàm alijs creditoribus, eſt potior in iure, & per conſequens, iſte emptor, qui cauſam habet ab eo. Secundò nota,in curia parui ſigilli eſt ſtilus, quòd non auditur volens allegare, quòd dominus recipit rem in commiſſum. intellige, iudicio pendente ſuper obligatione: ſecus,ſi ante: quia ſi dominus directus ceperit eam in commiſſum, & de hoc conſtet per ſententiam diffinitiuam, & ita ius pignoris euanuit, iuxta l. lex vectigali. de pignoribus. ff. ſi poſteà, ex quo directi domini eſt facta illa res, veniat fortè vxor illius, cuius erat illa res, & ratione dotis ſuæ velit eam euocare ab illo, qui eam habet à domino directo, non poterit : quia ipſa præſuppponit ibi ius pignoris. ſecus ſi agat, antequàm conſtet illam rem eſſe domini directi : quia tunc cùm non conſtet, durat adhuc ius pignoris. Item in primo caſu, ſcilicet cùm rediret ad eum, vt ad dominum, ſeu iure ſuo, non noceret ei aliqua præſcriptio in ſeruitute, vel in pignoris obligatione : vt C. de præſcrip. triginta annor. l. cùm notiſsimi. §.illud.& de anna. excep.l.j.in fine.

¶Quidam tamen dixerunt,quòd quia indiſtinctè emphyteuta prohibetur à lege rem alienare, ipſe non poteſt ſeruitutem imponere, nec rem impignorare: vt C.de re.alie.non alie.l.fi.& leges illæ,quæ illud fieri permittebāt,ſunt correctæ per Iuſtinianū, C.de iure emphy.l.fi.quæ lex fuit vltimò facta.Quod non eſt dicendū: quia legum correctio eſt vitanda. Item l. illa fi.non prohibet generaliter alienationē,ſed iuris emphyteutici ſolùm prohibet venditionem vel in alium translationem fieri ſine conſenſu domini. Per ſeruitutis aūt impoſitionem, vel per impignorationem,non fit iuris emphyteutici translatio. ¶ Itē qualiter in diuiſione † eſt 25 alienatio ſeu translatio, & per cōſequens pro qua parte diuidentes debeant quinquageſimam, recurratur C. fa. her. l. ſi familię.in glo.

¶Lex fi.C.de iure emphy.poteſt intelligi duobus modis, ſuper hoc, ſ. quando dominus poſsit rem † emphyteuticariam 26 comparare pro eodē precio & alteri præferri. ¶ Primus intellectus.Primò debet intelligi in vēditione: qa de ea ibi expreſſè loquitur. Item in locatione, ſi ex ea fiat translatio : vtile enim dominium quandoq; transfertur in conductorē, vt ſuprà dictū eſt. & etiam tūc cōductor poſſidet: vt no.ff.de acqui:poſ.l.ſi quis ante. Item in Do vt des, ſcilicet ſi res debeat dari,

vt

vt certa pecunia numerata detur, licèt nō sit venditio: vt ff. de condi. causa data. l. fi. Item, si res detur in solutum pro pecunia numerata, quod potest euenire: vt C. de euic. l. si prædium. Item, si res detur ex causa transactionis, accepta pecunia numerata. & sic de similibus, vbi interueniet pecunia numerata. Itē, si debeat dari res pro certa mensura bladi, vel pondere olei. Illa enim suscipiunt functionem in suo genere, sicut pecunia numerata: vt ff. de rebus cre. l. ij. §. j. & tantum valet emphyteutæ illa accipere ab eo volente dare, sicut ab illo extraneo. Et in prædictis dominus poterit rem retinere pro eodē precio seu quātitate, siue sit in pondere, numero, vel mensura: q͠a in illis est eadē ratio. ergo sit idem ius. ar. C. ad leg. Falcid. l. fi. Item ratio diuersitatis bono modo reddi non potest. ergo sit idē ius. arg. ff. de verbo. obli. l. à Titio. Item, est sine incōmodo emphyteutæ, quod multùm inspicit l. illa finalis, ibi dum dicit: & ex hoc commodum emphyteutæ depereat &c. & facit de aqua. plu. ar. l. ij. §. itē Varus. Item, vtile dominium, quod habet emphyteuta, exiuit à directo domino, non ex præscriptione, sed ex volūtate domini, & ideo multùm habet cōcernere dominum, & ad eum oculos ponere, ita quòd cùm cadit in commissum, redit & consolidatur cum directo domino, sed directum nunquam cōsolidatur cum vtili. Et ideo probabiliter potest dici, quòd res prædictis modis redeat ad dominum, si eam velit cōparare magis, quàm si transferatur in alium extraneū, cùm sit sine incommodo emphyteutæ, vt dictum est. & quia etiam res de facili redit ad naturam suam primæuam. arg. ff. de pactis. l. si vnus. §. quod & in specie dotis. Itē, si dominus non vult eam comparare, habebit locum secūda attestatio. & dominus habebit ab illo, quem suscipiet in possessionem, quinquagesimam illius quātitatis. ¶In cæteris autem contractibus, in quibus non erit quantitas in pondere, numero, vel mēsura, dominus nō poterit rem retinere: sed habebit pro susceptione in possessionem à nouo emphyteuta quinquagesimam æstimationis rei emphyteuticariæ.

ADDIT. Ex hoc patet, quòd in rebus emphyteuticis, in quibus dominus directus non habet rei emphyteuticariæ retentionem, non potest vnus tertius dare in laudemio vltrà, quàm res illa æstimetur. ideoq; sicut dn̄s directus eam retinere non potest, ita nec poterit ille, qui vltra quantitatem æstimationis & valoris rei offert in laudemio. & ideo ille, cum quo fit permutatio, nō habet offerre directo domino pro laudemio, nisi tantum, quantum deberetur sibi secundùm valorem & æstimationem rei permutatæ, licèt vnus alius tertius plus offerat: quia si dominus vellet laudare illi plus offerenti in laudemio, plus offerens rem illam retinere non poterit, inuito illo, qui permutat, sicut nec posset dominus directus. ergo in eum plus iuris non transfert, quàm habet.

¶Secundus intellectus. Secundò potest intelligi l. illa, in sola venditione, in qua debet esse preciū in pecunia numerata, aliàs non esset venditio: vt Instit. de emptio. & venditio. §. item precium. & tūc dominus possit rem retinere pro eodem precio, & aliàs non. & sic vocabulū emptionis debet ibi accipi strictè: vt notatur ff. de statulibe. l. statuliberi à cæteris. §. j. sed si dominus rem retinere non vult, ipse habebit quinquagesimam precij cōuenti. sed si fuerit alter contractus excepta venditione, dominus non poterit rem retinere: sed habebit quinquagesimā æstimationis rei emphyteuticariæ pro susceptione in possessionem.

¶Primus intellectus satis videtur æquus & probabilis de iure. Secundus autem intellectus, licèt non videatur ita æquus, sicut primus, ipse tamen posset sustineri meliùs in Scholis iuris ciuilis, accepta glossa pro vexillo, ff. de statulib. l. statuliberi à cæteris. §. j. vbi notatur strictè debere accipi vocabulum emptionis, C. de iure emphyteu. l. finali. & accepta glo. pro vexillo in illa l. super verbo, precij. & super verbo, vel æstimationis. à quibus glossis tardè recederetur in

E 3 iudicijs.

iudicijs.nec dicerem recedendum,nisi in loco,in quo consuetudo aliqua legitimè præscripta in contrarium probaretur.

¶In eadem l. iij. §. necessitatem. dicitur, re vendita secundùm præfatum modũ.quod debet intelligi, scilicet quia dominus noluerit rẽ retinere, & res vendita est personis nõ prohibitis. dominos habere necessitatem accipere emphyteutam.quod intelligit glo.cõfirmando scilicet venditionem. vt sic non restet, nisi quòd ad requisitionẽ emphyteutæ venditoris, dominus suscipiat nouum emphyteutam in possessionem: vt in eadem l. §.sin autem nouum. Et cùm sequitur, vel ius emphyteuticum &c. super verbo,vel,ponatur a.&super verbo,ius,ponatur d. & super verbo, transponere, quod est ʃ, ponatur c. & super verbo, si emphyteuta, ponatur b. & super verbo, non contradicere, ponatur e. & sic construatur cautè secundùm ordinẽ alphabeti. Super autem verbo, non cõtradicere,supplet glo.s.censemus dominos: sed non oportet supplere,censemus: sed ꝗ reassumatur verbũ, disponimus, quod est suprà e.l.nec oportet supplere,dominos: sed quòd reassumatur de principio huius §.necessitatem. ¶Et est notandum, quòd l. illa vsque nunc disponendo locuta est solùm de venditione, quia in illa solùm habet locum retentio: sed in hoc §.necessitatem.quia in eo solùm tractatur de transferendo, & nõ de retinendo, iam loquitur in venditione, & in omni alio contractu,ex quo possit sequi translatio.& probatur infrà, cùm dicit,quinquagesimã precij. quod exponitur,scilicet quando res est vendita : vel æstimationis, scilicet quando titulo res transfertur. ¶Item colligitur hic, quòd emphy-
27 teuta† transfert rem,& nõ dominus.consensus tamen domini debet concurrere. & sic apparet, quòd emphyteuta remanet dominus, donec ad requisitionem eius secundus fuerit susceptus in possessionem. quod etiam probatur infrà in e. l.finali, circa finem. vbi habetur,quòd in contumaciam domini nolentis nouum emphyteutã suscipere, primus emphyteuta potest ius suum trãsferre in secundũ.ergo apparet, quòd primus remanserat dominus vsque tunc. ¶Itẽ colligitur hic in §. necessitatem. ibi, dum dicit, si emphyteuta noluerit &c. quòd † domi- 28
nus non potest cogere emphyteutam, vltrà procedere ad translationem iuris sui: nisi velit, vel nisi iam dominum super hoc requisierit, quod est notandum. ¶Aliquando autem potest fieri transla- 29
tio † domino irrequisito, nec habebit locum quinquagesima. Primò, in donatione inter viuos. Secũdò, in donatione dotis inæstimatæ datæ: vt de prædictis satis dictum superiùs. Tertiò, in omni trãslatione, quæ fit ipso iure:|vt in hæredẽ, & in legatarium,& in mortis causa donatarium,vel in ecclesiam ex causa donationis, vel venditionis. vt C. de sacrosanct. eccle.l.fi. In prædictis enim fit translatio sine traditione. vt C. de pact. l. traditionibus.

Vide Guidonẽ Papæ in decisio q. 46. circa fi. & q. 112. nu. 1 in fi.

ADDIT. Ex prædictis nota, quòd de hæredis institutione, nec de legato nõ debetur laudemium.Sed contra istos casus facit textus in l.fi.C.de iure emphyt. ibi,cùm textus dicit, alij vendere vel ius emphyteuticum transferre.sed ex hæredis institutione, & ex iam dictis casibus ius emphyteuticum in alium transfertur. Potest responderi, quòd ille textus potest intelligi in contractibus inter viuos,qui ex mera liberalitate & voluntate contrahentium procedũt, vt permutando, vel in solutũ dando: secus in vltimis voluntatibus,ex quibus fiunt ex necessitate dictæ translationes, & non ex liberalitate: aliâs non esset cuicunque volẽti de rebus suis disponere liberum arbitrium, quod in vltimis voluntatibus debet esse.l.j.C.de sacrosan.eccle. Quartò,in omni translatione, quæ fit ipso iure: vt|in retranslatione, quæ fit ex pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, vel ex pacto non seruato super alimentis præstandis interposito iuxta donationem: vt C.de dona.quæ sub modo. l.j. In prædictis enim fit retranslatio sine traditione, vt notatur l. prædicta, traditionibus. Idem in retranslatione rei dotalis,

talis, quæ fit fine aliqua retraditione dissoluto matrimonio. vt C. de iure do. l. in rebus. Idem, si emphyteuta obseruata l. finali, locet vel vẽdat rem ad decem, vel ad viginti annos. quia finito illo tempore, fortè eoipso emphyteuta habebit vtile dominium, sicut antè habebat.

30 ¶Secus in pacto † reemptionis, quod aliquando fit. vt C. de pac. inter emptor. l. ij. quia ibi si fiat retranslatio, necessaria erit retraditio, & erit opùs facto hominis: & sic dominus habebit laudemium, si contingat reemptionem fieri. sed fortè tunc dominus non poterit rem retinere pro eodem precio, si cùm prædicebatur ei illud pactum, ipse non reclamauit.

31 QVAESTIO. Sed an emphyteuta † poterit vsumfructum constituere in re, vel rem impignorare, vel hypothecare, vel seruitutem imponere, sine licentia domini? Et credo quòd sic: quia licèt illa quatuor nomine alienationis contineantur: vt C. de re. alie. non alie. l. fi. attamen illa res emphyteutica non transfertur in alium, quod requirit l. illa finalis, ad hoc, vt habeat locũ eius dispositio, prohibitio, & pœnæ impositio: vt ibi apparet. Sed illa quatuor euanescent, si res redeat ad dominũ suo iure, siue iure commissi, siue iure prælationis. argu. ff. de pigno. l. lex vectigali. nisi dominus in eis consenserit. ar. ff. de aqua plu. ar. l. in diem adiecto prædio. sed secundùm cõsuetudines libri feudorum illa nomine alienationis in feudis continentur, & prohibentur fieri sine voluntate domini: vt in lib. feu. in constitutione imperialem. de prohibita. feu. aliena. per Frideric. & de capi. Corra. c. vno. cum ibi no.

32 QVAESTIO. Sed an † emphyteuta poterit rem alij dare in feudum? Credo, quòd dominus non habebit cogi aliquẽ suscipere in vasallũ. quia natura seu qualitas feudi est alia & prorsus extranea ab emphyteusi, nec possunt esse in eadẽ re, nec in eodem subiecto seu homine, nec in duobus hominibus ratione eiusdem rei: quia contraria sunt. Item dominus illaquearet se. si enim efficiatur feudum, ipse poterit pluribus modis amittere proprietatem: vt dicetur in suo loco. Item contractus feudalis est incognitus à iure ciuili, & erat incognitus tempore illius l. finalis.

QVAESTIO. Sed an emphyteuta † poterit rẽ dare alicui in emphyteusim 33 sub certa pensione? Et dico, quòd sic: vt no. Insti. de lo. & conduc. §. adeò. cũ consensu tamen domini. licèt de consensu illo glo. ibi taceat. & vtile dominiũ, quod habet, transfert in eum: vt ibi no. Sed dominus Azo in Summa sua dicit clarè, quod si emphyteuta dederit rem alteri in emphyteusim, nolente domino, si posteà secundus emphyteuta velit rem alienare, exquiretur tantùm voluntas domini requirenda: cùm primus emphyteuta iam desijt esse dominus alienando, nec ciuiliter, nec naturaliter possideat, nec est eius requirenda volũtas. Item à domino, qui induxit secundum in possessionẽ, secundus videtur habere causam. Item illud idem notat glo. in illa l. fi. licèt ibi loquatur in primo emphyteuta vendente, & non in dante in emphyteusim: attamen idem est, quantum ad prædicta. Et secundùm ea, quæ dicta sunt, apparet euidenter, prædictam dationem improprijssimè fore dictam, dationẽq; in emphyteusim. Postquàm enim primus emphyteuta dominus non est, nec aliquod ius dominij, nec possessionis habet, nec retinere potuit in re illa alienando: ideo quãtum ad eum non est emphyteusis in veritate, sed est & remanet emphyteusis quantum ad dominum, & quantum ad secundum emphyteutam in possessionem susceptũm.

QVAESTIO. Sed an dominus † poterit rem retinere, & præferri illi secundo emphyteutę? sed dico, quòd nõ. quia iuxta secundum intellectum illius l. finalis, suprà positũ, qui verior est, retentio solùm habet locum in venditione. datio autẽ in emphyteusim non est venditio. sed dominus si suscipiat nouum emphyteutam in possessionem, habebit ab eo quinquagesimam æstimationis illius rei. 34

QVAESTIO. Sed si dominus † dicat, 35

cat, quòd non suscipiet eum, nũquid poterit primus emphyteuta statim transferre ius suum in secundum? Et credo quòd non: quia dominus non est adhuc in mora, & si hodiè non vult, cras fortè poterit velle. & super hoc sunt sibi statuti duo menses ad inducendam moram.

QVAESTIO. Sed quid, si transierũt
36 illi duo † menses, & primus in contumaciam domini transferat rem in secundũ, nunquid secundus tenebit tũc rem à primo emphyteuta in emphyteusim, & nõ à domino? Dico, quòd solùm à domino. Primus enim non potest transferre in secundum, nisi prout si ipse esset dominus, deberet in tali translatione consentire, & secundum in possessionem suscipere, arg. ff. de solutio. l. j. §. j. nec inuenitur, quòd dominus ex tali cõtumacia debeat amittere ius suum. Damnum tamen patietur, quia quinquagesimam nõ habebit: quia cessante causa, cessat effectus: & quia non laborauit, non manducet. arg. ff. ad munici. l. Titio. in prin. Ius autem suum dominus non amittet. Lex enim finalis, circa finem, dat licentiam, quòd in con-
37 tumaciam † domini emphyteuta transferat ius suum, & non dicit ius domini. Nec aliquid debet fieri contra dispositionem illius legis: & ideo si transferat sub pacto conuento, quòd secundus teneat ab eo in emphyteusim, timendum est, quòd cadat à iure suo. Sed & si in cõtumaciam domini trãsferat rem in personam prohibitam, vel non idoneam ad soluẽdum canonẽ, certè ipse cadet à iure suo. Idem dico in casibus suprà enumeratis, in quibus fit translatio sine consensu domini: quia tũc si emphyteuta alienet, seu transferat in personam prohibitam, vel minùs idoneam ad soluendum canonẽ, ipse caderet iure emphyteutico.

QVAESTIO. Sed quid erit, si em-
38 phyteuta † vendit rem, vel alio titulo vult eam transferre, retentis sibi x. solidis Turoñ. reddituali bus, & retenta quadam seruitute, fortè aquædnctus, de re illa ad rem aliam suam? Dico, quòd dominus poterit rem retinere pro eodem precio, si est venditio. & naturalem possessionem, quam habet emphyteuta, habebit dominus sub nomine naturalis: sed vtile dominium, quod habet, non habebit dominus sub nomine vtilis dominij. Directũ enim dominium, & vtile, non possunt esse sub suis nominibus in eodem homine, ratione eiusdem rei. Vtile enim consolidatur, & consolidando confunditur cum directo: sicut vsusfructus formalis, quando consolidatur cum proprietate, à qua exiuit. Et dominus retinens debebit soluere emphyteutæ precium cõuentum: item & x. solidos Turoñ. reddituales, & singulis annis, præscriptis verbis actione, vel actione ex vendito informata. vt C. de pact. inter emp. l. ij. res autem non erit affecta pro illa pensione, vt sequatur possessorem. Seruitutem autem prædictam dominus non cogetur in re constituere: quia rem ratione sui directi dominij oportet habere sine omni onere reali. arg. ff. de pig. l. lex vectigali. & de regu. iu. l. nõ debet. Sed ne dominus sit in lucro, cum damno emphyteutæ, ipse tenebitur ei dare æstimationem illius seruitutis: tantũ enim minus videtur esse in precio pecuniæ numeratæ, quantum valet illa seruitus. Natura enim æquum est, &c. vt ff. de condic. inde. l. nam hoc natura. & de reg. iuris. l. iure naturæ. ¶ Si autem dominus non retinet rem, quia non vult, si est venditio: vel quia nõ potest, quia alter contractus, vt dictum est superiùs in secundo intellectu legis: Tunc si est venditio, ipse habebit quinquagesimam precij, & æstimationis illorum x. solidorum, & illius seruitutis, non tamen cogetur eam laudare. Sed si est alter cõtractus, ipse habebit quinquagesimam æstimationis rei emphyteuticariæ, & pensio illorum x. solidorum & etiam seruitus erunt sine præiudicio eius: vt apparet ex superioribus. ¶ Et notandum, quòd si dominus † 39
emat simpliciter rem ab emphyteuta, ipse videtur eam emisse cum suis oneribus. vt ff. de contrahen. empt. l. alienatio. & ff. de acquiren. re. do. l. traditio. §. j. Sed si rem emat iure prælationis: tunc euanescent omnia onera ibi per emphyteu-

phyteutam sine consensu suo imposita. argu. ff. de pig. l. lex vectigali. Et in dubio videtur rem retinere, saluo iure suo: quia sciebat ius suum vbique duraturum: vt argu. ff. quibus modis pig. vel hypo. soluitur. l. sicut. §. non videtur.
40 ¶Sed in loquendo & respondendo † caueat sibi dominus: quia talia verba poterunt ei prædici, cùm rem retinebit, vel cùm suscipiet in possessionem nouũ emphyteutam, quòd nisi contradicat & reclamet, ipse tacẽdo fortè videbitur consentire. iuxta id, quod no. ff. qui satisdare coguntur. l. si fideiussor. in princi. Semper ergo dicat, Saluo iure suo, & erit securus. argu. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. ¶Item,
41 si dominus † videat ibi imponi seruitutem per emphyteutam, qui illud potest facere: vt ff. de serui. l. iij. expedit, quòd contradicat, & quòd faciat fieri publicum instrumentũ: aliàs erit sibi periculosum, si aliquis & prædecessores sui vsi fuerũt illa seruitute tanto tẽpore, quòd de contrario memoria non extet. Idem fortè dicerem & de pensione; vetustas enim posset nocere, & excludere dominum. arg. ff. de aqua. plu. ar. l. j. in fine. & l. sequenti. in principio.
42 QVAESTIO. Dominus † dedit prędium in emphyteusim: quæritur quod auxilium habebit pro pensione? Dico, quòd ipse poterit agere condictione ex lege Zenoniana, vel præscriptis verbis, ac contra emphyteutam, & eius hæredes. vt C. de iure emphyteuti. l. j. Instit. de lo. & conduc. §. adeò. & C. de rerum
43 permuta. l. rebus. Item fructus, † si prędium est rusticum, sunt ei tacitè obligati pro pensione: vt ff. in quibus cau. pign. taci. contrahitur. l. in prædijs. & sic ad eos poterit agere hypothecaria. & hoc, si fuerunt à solo separati: aliàs sunt pars fundi: vt ff. de rei vendic. l. fructus.
44 ij. Sed si ille emphyteuta † vendiderit, vel transtulerit rem in alium secundum, dominus non poterit agere contra illum secundum emphyteutam ad pensionem actionibus personalibus, quas habebat contra primum: quia illæ non sequuntur fundum: vt ff. ad Trebelli. l. j. §. si hæres. Sed si primus † nõ soluat, vel non 45
sit soluendo, nec etiam secundus velit soluere, Ioannes dicit, quòd si non soluatur pensio, dominus vendicet dominium à secundo. & sicaut pensionẽ soluat, aut rem restituat. Et si excipiat de re data in emphyteusim, replicabit dominus, quòd nõ est ei fides seruanda &c. vt C. de pact. l. cùm proponas. ij. & hoc recitat glo. C. de iure emphyteu. l. ij. & notat glossator eod. titu. l. fi. & ff. vsufruct. quemadmodum ca. l. si vsusfructus nomine. Et videmus, quòd aliquando ad aliud ago, & aliud consequor. vt C. de pactis. l. si pacto, quo pœnam. Apparet ergo, quòd pensio † illa non sequi- 46
tur rem. Licèt enim seruitutes afficiant, & sequantur possessorem: vt ff. de acquiren. rerum do. l. traditio. §. j. & ff. de seruitu. rustico. prædio. l. via. §. si fundus. & etiam tributa: vt C. sine cen. vel reliquis. l. fi. quia illa sunt à lege humana. & etiam decimæ sequuntur rem, quia illæ à lege Dei sunt: vt notatur ff. de mu. & hono. l. munerũ. §. patrimoniorum. Non tamen est sic in annua præstatione inter priuatos conuenta. ar. ff. de contrahen. emp. & vendi. l. fi. §. fin. & notatur ff. de an. le. l. liberto suo. in princ. & de act. emp. l. in venditione. nisi in quibusdã fauorabilibus: vt in alimentis: vt ff. de ali. & ciba. le. l. Lucius. & idem fortè in anniuersarijs, quæ relinquuntur ecclesiæ pro fidelibus defunctis. Est enim modus in rebus &c. vt ff. de verbo. obli. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. Sed & Azo in Summa dicit † idem, quod Ioan- 47
nes, scilicet quòd dominus vendicet rem à secundo: sed ibidem subiungit Azo, dicens: Sed & condictionem † darem do- 48
mino, vbi ipse induxit nouum emphyteutam in possessionem, quasi cum ipso videatur contractum. Quod satis benè & probabiliter dici potest de iure: licèt Ioannes fortè non fuerit illius intentionis, nec etiam glossator: licèt expressè reprobet Azo. ¶ Dicamus ergò, quòd si dominus † non suscepit, nec induxit in 49
possessionem secundum emphyteutam,

Vide Guidonem Papę in decisionib. q. 432. nu. 17.

quod potest esse in quatuor casibus suprà enumeratis, in quibus consensus domini non requiritur, nec in eis quinquagesima locum habet. & etiam in quinto casu, s. cùm secundùm dispositionem illius l. finalis, circa finem, in cōtumaciam domini primus emphyteuta transfert ius suum in secundum: quòd tunc in illis quinque casibus, excepto, quando fit translatio in hæredem, fit necessaria opinio Ioan. nec ab ea discordet Azo. ¶ Sed
50 si dominus † induxit secundum in possessionē: tunc dicamus, quòd dominus possit agere contra eum ex lege Zenoniana, non illa eadem numero seu substantia, qua tenebatur primus emphyteuta: quia illa non sequitur possessorem: sed aget condictione ex lege Zenoniana, inter eos de nouo nata propter inductionem in possessionem. Tacitè enim videntur intellexisse se contractum emphyteuticarium celebrare. quod autem subintelligitur, non deest: vt ff. de re. credi. l. cùm quid. Considerato enim, quòd dominus induxit & suscepit secūdum emphyteutam in possessionem, vt personam non prohibitam, & idoneam ad soluendum solitam pensionem: & sic non facta fuit mentio de illa pensione, sine qua non est emphyteusis, & ab eo quia suscipiebatur habuit quinquagesimam, iuxta dispositionem legis illius finalis: nec negari potest, quin à domino inducente ille secundus causam habere videatur: ideo probabiliter potest dici cum Azone, quòd videantur inter se contraxisse, & quòd detur domino condictio ex lege Zenonis contra illum secūdum ad pensionem solitam. ¶ Nec miretur quis, si illis cōcurrentibus, videantur inter se contraxisse.
51 Videmus enim, quòd iuxta † locationem fundi, si colonus instrumentum fundi æstimatum accipiat, eo ipso videtur instrumentum emptum. vt ff. lo. & cōduc.
52 l. iij. Item dicendo, Tolle † istam pecuniam, præsumitur aliquando mutuum, & aliquando donatio, vt no. ff. de re. cre. l. cùm quid. Item credo, quòd si illo indu-
53 cto † dominus agat contra primum, ipse repellετur, quasi nouatio facta fuerit inter eos tacitè, quod potest fieri: vt C. de noua. l. fi. in fi. & sic dominus saltem repelletur exceptione, iuxta id quod ibi no. Item, cùm dominus † consentit, quòd 54
primus totum suum ius transferat in secūdum tanquam idoneum, iam videtur facta quædam subrogatio plena. ar. ff. de condi. & de. l. filiæ. §. Attia. & sic primus non debet de cætero conueniri ad pensionē. Et facit optimè ad hoc C. de iu. emphy. l. j. vbi habetur, quod si res intereat, ita quòd nihil penès emphyteutam permaneat, ipse non tenetur ad pensionē. cùm ergo facta translatione prędicta, nihil permaneat penès illū primum, ergo non teneatur ad pensionē: vt, quod operatur ibi interitus totius rei, operetur hîc trāslatio totius rei integraliter facta, de voluntate domini inducētis secundum in possessionē, & quinquagesimam accipientis. & sic videmus tota die, s. postquàm susceptus est secundus, per dominū nunquam magis aliquid petitur à primo.
¶ Itē, succurritur † domino, si non soluatur pensio: quia si fuerit cessatum triēnio in solutione, siue, secūdus fuerit verè susceptus à domino in possesionē, siue pro suscepto habitus, quod est in quinque casibus suprà enumeratis: dominus poterit illū secundū repellere, vel rem vt commissam vendicare. nec sufficeret tunc, si quis esset paratus soluere, cùm iam cecidisset in commissum. Consulerem, quòd 55
tunc dominus † nullo modo emphyteutam secundum pro suscepto habitū, propria authoritate repelleret. Credo enim, quod ipse incideret in legē Iuliam de vi publica vel priuata. quia tunc ille secūdus causam non videtur habere à dño, nisi quando translatio † illa facta esset de primo emphyteuta in hæredem, & tūc posset eū repellere. Et hæc est vna differētia inter secundū emphyteutam susceptum in possessionem à dño, & inter pro suscepto habitum. ¶ Est autem alia differētia inter eos: quia contra pro suscepto habitum non potest agi condictione ex lege Zenonis, nec præscriptis verbis, ad seruanda pacta conuenta inter dominū & primum emphyteutā, vt apparet ex superi-

perioribus: nisi quando translatio facta esset de primo emphyteuta in hæredem suū. ¶Aliâs non est differentia inter eos. Sicut enim verè susceptus debet obseruare l. finalē in omnibus: ita & pro suscepto habitus. & sic in alienando debebit requirere cōsensum dñi, licèt causam ab eo non habeat: quia ipse habet vtile dominium, & ius emphyteuticum in re, & dñs remansit directus dominus illius rei, & adhuc est dñs. Si ergo ille pro suscepto habitus, vt donatarius, & alij similes, in alienando nō requirant consensum dñi, non obseruabunt legē illam, quæ dicit, consensum dñi requirendum: & sic debebunt cadere à iure suo emphyteutico. Idē, si cessatum fuerit triennio in solutione canonis: quia tunc pro suscepto habitus cadet à iure suo. Item si pactiones initæ inter dominum & primū emphyteutā non obseruentur in omni casu, in quo verè susceptus caderet à iure suo, eodem modo & ille pro suscepto habitus. vel & si non esset casus amittēdi seu cadendi à iure suo, dñs poterit rem vēdicare, & sic aut ille pro suscepto habitus pacta seruet, vel rem restituat, iuxta opinionem. Io. & Azo. quando non soluitur pēsio. & facit optimè ad hoc ff. de ac. emp. l. in
58 vēditione. Itē, si prædium est †rusticum, fructus prædij à quocunq; fuerint seruati, sunt domino tacitè obligati. ar. ff. lo. & conduc. l. si in lege locationis. §. si colonus.

59 ¶Et in summa, dominus †potest agere ad pensionē, contra illum, cui rem dedit in emphyteusim, & cōtra eius hæredem, condictione ex lege Zenoniana, vel præscriptis verbis actione. Itē credo, ꝙ poterit rem vēdicare ab illo: vt sic aut soluat, aut rem restituat. Item, si cessetur triennio, res cadit in cōmissum. Item fructus sunt ei tacitè obligati, si sit prædiū rusticum. ¶Sed si ille emphyteuta vendat rem, vel aliquo titulo transferat eam in alium, & pensio nō soluitur: tunc aut dominus non susceperat secundum in possessionem, sed fuit pro suscepto habitus: vt est in prædictis quinq; casibus s̄ enumeratis. & tunc agat dñs cōtra primum, si vult: ꝗa nullā actionē personalē habet cōtra secundū: nisi sit hæres emphyteutæ. sed benè poterit rem vendicare à secūdo, vt sic aut soluat, aut rem restituat. Si autē dominus susceperat illum secundum in possessionē, tunc videtur cum eo contraxisse in emphyteusim, & sic poterit agere contra eum condictione ex lege Zenonis. Item poterit rem ab eo vendicare: vt sic aut soluat, aut rem restituat. nec tunc poterit aliqd petere à primo, quasi nouatione facta, vel plena subrogatione. Item, siue ille secūdus fuit susceptus per dominum, siue de iure pro suscepto habitus, si cessatum fuerit triennio in solutione pensionis, res cadet in commissum. Item & fructus sunt tacitè obligati domino, si prædium est rusticum.

¶Dictum est, cuiusmodi auxiliū habeat dominus contra emphyteutam, & contra illum, in quem emphyteuta rem transtulit, si non seruatur pensio. Modò
dicendū est, quomodo agat †primus em- 60
phyteuta contra secūdum, ad pacta inter eos conuenta. Glo. in §. adeò. Insti. de lo. & conduc. dicit, ꝙ si emphyteuta det rem in emphyteusim alteri, ipse poterit agere contra illum secundum, præscriptis verbis actione, vel condictione ex lege Zenonis, ad mercedem. Et potest fulciri glo. quia inter eos videtur cōtractus emphyteuticus celebratus. ergo posset agere primus ex lege Zenonis. & nedum ad pensionē, imò & ad omnia, quæ in illo cōtractu possunt venire: vt ibi no. & C. de iure emphy. l. j. ¶Sed secūdùm illud videbitur, ꝙ primus emphyteuta sit directò dñs, quod non est verum. Dñs enim cùm suscipit secundum, remansit dñs directus. primus aūt emphyteuta nullum ius dominij retinuit, nec aliquam possessionem in re, sed totū ius suum transtulit in secūdum. Et ita intelligit glo. & etiam Azo in Summa. Et sic primus non potest agere ex lege Zenonis. Et hæc est ipsa veritas. Et cū dicitur, ꝙ ibi est cōtractus emphyteuticus: ergo possit agi condictione ex lege Zenonis ad pensionē: di. o, ꝙ si ibi est ille cōtractus, cōsequētia illa est vera & necessaria. Et sequtur etiā, ꝙ nedū agat

ille primus ad pensionē cōditione illa, immò & si secundus non soluat, primus post triennium poterit eum repellere, & rem vt commissam vendicare: vt C. de iure emphyt. l. ij. & quòd de cætero in alienando requiratur voluntas primi, & non domini. quæ vera non sunt. Debet ergo dici, quòd ibi, s. inter primum & secundum, non est contractus emphyteuticus, nec esse potest: quia primus non est domin⁹, nec ius aliquod habet in re. Leges enim C. de iure emphyt. omnes loquũtur de domino, & in domino solùm locum habent, vt in eis apparet. Sed est inter eos contractus innominatus, scilicet quia primus dat rem secundo, vt detur ei illa pensio, & fortè aliquod intrargium. ¶Item, quòd glossator non dicat, dominum posse agere contra secundum ad pensionem conditione ex lege Zenoniana: & in §. adeò. dicat, primum, qui dominus non est, posse agere contra secundum illa conditione, est mirandum. Sed ipse erat iuuenis Doctor, quando glossauit Institutiones, vt dicebat dominus Franciscus filius eius. ¶Modò dico, quòd dictus emphyteuta, siue venerit vt emphyteuta, vel vt emptor, vel ex alio titulo, quicunque sit ille, qui fuerit susceptus per dominum, vel de iure pro suscepto habitus, vt in quinque casibus suprà enumeratis: tūc primus poterit agere contra eum ad pensionem, si fuit ex pacto retenta: & ad seruitutem ex pacto constituendam præscriptis verbis, vel ex vendito, vel alia actione bonæ fidei, vel stricti iuris informata, si ibi inueniatur informanda. Et hoc est, quod dicitur, ꝙ pactum iuxta contractum appositū nouam parit præscriptis verbis actionem, & veterem informat, si eam inueniat informandam: vt C. de pact. inter emp. & ven. l. ij. & ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimmò. & de verbor. obliga. l. si ita quis promiserit. §. Seia. & C. de pact. l. petens. Et si in prædictis pactis interuenerit stipulatio, & certum fuit in stipulatione deductum: vt x. solid. Turo. tunc agetur certi conditione ex stipulatione. Si autem incertum fuit in ea deductum; vt par caponum dari: vel certa mensura tritici, non adiecto optimi: vel certam seruitutem constitui: tunc agetur actione ex stipulatu. vt Insti. de verbo. obli. in princ. & ff. e. l. stipulationum quædam certæ. & l. seq. ¶Et est notandum, quòd quia primus emphyteuta † remanet, donec secundus fuerit susceptus, vel de iure ꝓ suscepto habitus: ideo interim ipse non potest imponere illam seruitutem, scilicet de re illa ad aliam rem suam: quia res propria nemini seruit. vt ff. de seruit. vrba. prædi. l. iure communi. & si vsusfruct. pe. l. vtifrui. in prin. Nec etiam secundus: quia rem illam non habet. vt ff. commu. præd. tam vrban. quàm rustic. l. j. in fi. Sed ille secundus, cùm susceptus fuerit, vel pro suscepto habitus, poterit eam imponere. vt ff. de serui. l. iij. Et si eam promiserit cōstituere, tunc primus poterit agere cōtra eum suis actionibus, vt suprà dictum est: & etiam conditione incerti, vt & eam constituat. vt ff. de condi indebi. l. sed & si me putem. §. cùm inter. & de act. emp. l. si tibi liberū. Qua constituta, poterit agere primus confessoria in rem actione, contra quemcunque, etiam contra dominum, impedientem eum dicta seruitute vti. ¶Audiui, quòd ab antiquo † est in ciuitate Podiensi, & in locis circum vicinis, quòd si dominus constituat aliquod debitale seu reddituale, fortè x. solid. Tur. in prædio suo quito, quod à nemine tenet, illud debitale perpetuò afficit rem, & sequitur possessorem, sicut seruitus prædialis. quod est contra ius ciuile, ar. vt ff. de contrahen. emp. l. fi. §. fi. ¶Item in illis locis, si emphyteuta † vendat, vel aliàs constituit aliquod debitale super re emphyteuticaria, ipse potest se obligare: sed illud debitale non sequitur rem, nec possessorem, nec dominus cogetur consentire. & illud est de iure. Sed si dominus consentiat illi debitali gratis, vel aliquo accepto, tunc debitale afficiet rē, & perpetuò sequetur eam, sicut seruitus prædialis. & illud est cōtra ius ciuile. Licet enim seruitutes, & tributa, & decimæ sequantur rem, non tamen est ita

61 62 63

in debitali seu pensione inter priuatos conuenta: vt suprà dictum est. Item, si
64 posteà emptor † illius debitalis vendat illud alicui, dominus poterit illud debitale retinere pro eodem precio: vel si nolit retinere, ipse habebit pro susceptione in quasi possessionem illius debitalis, laudemium aliàs ibi dari cõsuetum pro qualibet re emphyteuticaria. & sic sequitur rem semper eodem modo, sicut seruitus prædialis. quod est contra ius ciui-
65 le. Et supposita prædicta vetustate † in illis locis, ille qui ius habebit percipiendi tale debitale in prædio, poterit agere cõtra possessorem condictione ex lege non scripta ad soluendum debitale. vt Insti. de iure na. gen. & ci. §. fine scripto. & ff. de condic. ex lege. l. vna. Et sic illa condictio erit in rem scripta: licèt sit personalis ex parte agentis. vt aliàs condictio ex lege pro tributis, & condictio ex canone pro decima, est in rem scripta, & condictio ex l. si coloni. vt C. de agri. & censi. l. si coloni. lib. xj. Vel poterit agere interdicto Vti possidetis, si turbetur in quasi sua possessione percipiendi illud debitale. Vel interdicto vtili Vnde vi, si dolo malo fuerit quasi expulsus de sua quasi possessione percipiendi. Vel fortè poterit agere vtili confessoria in rem, vt declaretur ipsum habere ius percipiendi ex vetustate illud debitale: & quòd non impediatur vti illo iure percipiendi, ad instar seruitutum: & veniet ibi interesse, scilicet reyratgrum, id est, debitale præcedentis anni. sic etiam agitur aliquando pro decima, & pro iurisdictione, licèt verè seruitutes non sint.

QVAESTIO. Sed quid si ille, qui
66 habet † ius percipiendi tale debitale, vendat illud vel transferre velit in emphyteutam, nunquid dominus poterit illud retinere pro eodem precio: vel si nolit retinere, nunquid habebit laudemium ab emphyteuta suo emente? De facto fuit ibi ista quæstio. Credo, quòd si emphyteuta emat ad opus sui & hæredum suorum, tunc dominus poterit retinere illud debitale, pro eodem precio: & tunc emphyteuta tenebitur ei soluere illud debitale singulis annis vltra canonem solitum. Vel si dominus nolit retinere, ipse habebit laudemium à suo emphyteuta emptore. Si autem emphyteuta nõ emat ad opus sui nec hæredum suorum, sed simpliciter aliquo dato vult acquirere perpetuam liberationem & exonerationem rei emphyteuticariæ: tunc credo, quòd dominus non poterit retinere illud, nec habebit aliquod laudemiũ. ¶ Et est notandum, quòd emphyteusis † solùm 67
consistit in rebus soli. vt satis colligitur ff. si ager vec. vel emphy. pet. & Insti. de lo. & conduc. §. adeò. Et ideo, quia debitale seu † pensio est res incorporalis, ipsa 68
non est res emphyteuticaria, nec esse potest. & ideo, licèt ex vetustate † in illis lo- 69
cis debitale assimiletur in aliquibus rei emphyteuticariæ, illud tamen debet stare & obseruari in finibus suis, nec debet in aliquo extendi. argu. ff. de itinere actúque priua. l. j. §. Iulianus ait. Et ideo si contingat, quòd dominus retineat illud debitale ab eo, qui vendebat emphyteutæ, vel alicui alteri, si posteà emphyteuta cesset triennio in solutione illius debitalis, non propter hoc cadet res in commissum: quia non est de iure communi, nec de illo est ibi aliquid in consuetudine deductum. ¶ Feudum autem † potest esse & 70
dari in re corporali, vt est in soldata, quę est præstatio annua, quandoque in vino, & annona, vt in lib. feu. quis dicatur dux, marchio, vel comes. c. vno. in fi. Sic eadem ratione vsusfructus potest dari in feudum, & seruitutes prædiales, & decimæ. iuxta id, quod no. in lib. feu. de fratribus de no. bene. inuesti. c. vno. in principio. & de feu. cog. c. fi.

RVBRICA V.

De eadem actione in rem. Generalior libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in rē pro re emphyteuticaria generalior, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Libello super emphyteusi generaliter formato,*

mato, omnis causa, per quam res ceciderit in commissum, & propter quam Actor potest rem vendicare, apprehensa videtur.

4 *Emphyteuta, qui pensionem per triennium soluere cessat, cadit à iure suo.*

5 *Emphyteuta vendens & tradens rem emphyteuticariam, sine consensu domini, cadit à iure suo.*

6 *Emphyteuta cùm vendit & tradit rem sine consensu domini, transfert quidem & separat à se ius quod habet in re: sed illud non transfert in emptorem, cui tradit lege prohibente, imò ius illud redit ad dominū.*

7 *Vsufructuarius transferens vsumfructum in alium, ipsum amittit, & redit ad proprietatem. Et quid in re donata inter virum & vxorem.*

8 *Emphyteuta in fraudem domini celans verum precium rei emphyteuticariæ venditæ, vt aut minorem quinquagesimam inde habeat, aut rem non retineat, an cadat à iure suo.*

9 *Emphyteuta, prima attestatione facta, cùm dominus non vellet rem retinere pro eodem precio, transactis duobus mensibus primis, secunda attestatione omissa, rem tradens emptori, an cadat à iure suo.*

10 *Emphyteuta, secunda attestatione facta, non expectatis alijs duobus mensibus à secunda attestatione computandis, tradens rem emptori sine consensu domini, an cadat à iure suo.*

11 *Sententiæ formula in actione in rem pro re emphyteuticaria, quæ cecidit in commissum.*

12 *Emphyteuticaria res quando cecidit in commissum, dominus potest agere actione in rem, iure dominij vel quasi, non expresso, quòd res fuerit quōdam emphyteuticaria, vel in commissum ceciderit, & procedit libellus.*

13 *Domino expedit, quòd emphyteuta excipiat, rem in emphyteusim datam esse: quòd tunc in parte sua sit fundata intentio. Idem, si ageret contra tertium. Vel si tertius emisset ab emphyteuta, & consensum domini interuenisse non probaret. Vel si tertius ab emphyteuta causam non habeat, & is de emphyteusi exciperet.*

14 *Excipiens de iure tertij, à quo causam non habet, audiendus non est.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus tenet seu possidet, & restituendi facultatem habet, domum vocatam porticum Dentirie, sitam in Monte Pessulano, quam domum cùm dictus Reus teneret retroactis temporibus in emphyteusim à dicto Actore, ad annuam pensionem vj. denariorum, & sic dicta domus pertinebat ad dictum Reum tunc iure vtilis dominij vel quasi vtilis, dictus Reus versatus est contra emphyteusim prædictam aliter, quàm dispositum est C. de iure emphy. l. ij. & iij. Vnde cùm dictus Reus propter hoc ceciderit à iure suo, seu à iure emphyteuticario, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt prædictam domum pertinere ad dictū Actorem, iure dominij vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dicto Actori dictam domum restituat, sententialiter condemnetis, & cōdemnatum ad restituendū iuris remedijs compellatis. Petit expensas &c. implorans vestrum officium &c. 1

¶ Probatur † vt supra, & C. de iure emphy. l. ij. & iij. Et quia libellus † est ita generaliter formatus, ideo omnis causa, per quam res ceciderit in commissum, & propter quam dictus Actor potest rem vendicare ex prædictis duabus legibus, videtur in prædicto libello apprehensa. ar. ff. de except. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. 2 3

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit Actor, quòd cùm dictus † Reus teneret olim ab eo dictam domum in emphyteusim, ipse cessauit soluere pensionem per triennium. Effectus: quia sic Reus cecidit à iure suo. 4

ſuo. vt ſuprà in præcedenti libello.

5 ¶ Item ponit, quòd dictus Reus† vendidit & tradidit dictam domum Sempronio, ſine conſenſu ipſius Actoris. Effectus: quia ſic Reus cecidit à iure ſuo. vt C. de iure emphy. l. fi. ¶ Et circa hoc eſt notã-
6 dum, quòd emphyteuta,† cùm vendit & tradit rem ſine conſenſu domini, ipſe, quantum eſt in ſe, tranfert & ſeparat à ſe ius, quod habet in re: ſed illud non transfert in emptorem, cui tradit, lege prohibente: ſed illud ius redit ad dominum, vt in prædicta l. fi. Simile eſt in vſufru-
7 ctuario,† qui ſi vult vſumfructum in alium transferre, ipſum amittit, & redit ad proprietatem. vt Inſti. de vſufru. §. item finitur. Sed non eſt ita in re donata inter virum & vxorem. vt C. de do. inter vi. & vx. l. à marito. vbi licèt non transferatur dominium, tamẽ donator illud nõ amittit. & facit ff. de acquir. poſ. l. j. §. ſi vir. & l. quod meo. §. ſi. furioſo.

8 ¶ Item ponit Actor, † quòd cùm dictus Reus vendidiſſet dictam domum pro centũ libris Turonenſibus, ipſe dixit dicto Actori, quòd vendiderat eam pro l. libris Turonenſibus, fortè vt Actor minorem quinquageſimam haberet exinde. vel dixit, quòd eam vendiderat pro cc. libris, fortè vt Actor audiens tam magnum precium, dictam domum non retineret. Effectus: quia emphyteuta, qui verum precium non dixit, cadit à iure ſuo. vt C. de iure emphy. l. fi.

Sequitur Guido Papa in decisi. q. 171 nu. 1. in fi. Vbi ex hoc loco notat caſum, in quo mendacium punitur.

ADDIT. Et circa hoc etiam eſt notandum, quòd debebit cõputari in precio illud, quod nomine ſeu ratione ioyarum datum erit, vel promiſſum vxori emphyteutæ, aliàs nolentis vendere, niſi illud daretur vxori, vt fit hodiè aliquando. ar. ff. de ædil. edic. l. debet autem. cum ſua glo. Quæ faciunt ad multas quæſtiones, quæ poſſunt fieri, cùm vltra precium aliquid debet dari vel fieri per emptorem, an illud debeat computari in precio, tanquam quædam acceſſio.

9 ¶ Item ponit, quòd prima† atteſtatione facta, cùm dictus Actor nõ vellet rem retinere pro eodem precio, ipſe, tranſactis duobus menſibus primis, ſecunda atteſtatione omiſſa, dictam domum tradidit dicto emptori. Effectus: quia ſic cecidit à iure ſuo, vt ibi dicitur.

¶ Item ponit, ꝙ atteſtatione † ſecunda facta, nõ expectatis alijs duobus menſibus à dicta ſecunda atteſtatione computandis, tradidit dictam domum emptori ſine conſenſu Actoris. Effectus: quia ſic cecidit à iure ſuo, vt ibidem colligitur. 10

SENTENTIA.

CVM dictus† Actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua, idcirco per ſententiam in his ſcriptis declaramus, dictam domum pertinere ad dictum Actorem iure dominij vel quaſi: & condemnamus dictum Reum, vt dictam domum dicto Actori reſtituat. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. ſolidis Turonenſibus, dandis dicto Actori pro expenſis &c. 11

¶ Et eſt notandum, quòd quando res †cecidit in commiſſum, Actor poſſet agere actione in rem, iure dominij vel quaſi, non faciendo mentionem, quòd res fuerit emphyteuticaria quondam, nec quòd cecidiſſet in commiſſum, & procederet benè talis libellus. Et tunc ſi Reus exciperet de re ſibi data in emphyteuſim ab Actore, Actor replicaret, quòd res iam cecidit in commiſſum, quo probato ipſe obtineret in cauſa. & expediret † Actori, quòd Reus illo modo exciperet, quia tũc in parte eſſet fundata Actoris intentio: quia non haberet vlteriùs probare dationem in emphyteuſim fuiſſe factã, quod fortè fuiſſet ſibi difficile probare. ¶ Item ſi ageret Actor contra tertium actione in rem, & ille exciperet de datione in emphyteuſim, eſſet etiam vtile Actori, eadem ratione: & ſi ille tertius emiſſet rem ab emphyteuta, niſi probaret conſenſum Actoris interueniſſe, ipſe caderet à cauſa: vt apparet ex ſuperioribus. ¶ Item, ſi ille tertius non habuit cauſam ab emphyteuta, & exciperet de dicta emphyteuſi, eſſet etiam vtile Actori: vt ſuprà. Sed ſi ille tertius vellet probare ſolutionem penſionis, vel quòd emphyteuta verſatus fue- 12 13

rit in alienando, vt est dispositum C. de iure emphyteu. l. finali, ipse non audire-
14 tur. quia super iure † tertij, à quo causam non habet, non deberet audiri. vt arg. ff. de superficie. l. j. §. is autem. & si seruitus vendicetur. l. loci corpus. §. competit.

RVBRICA VI. ET VII.

De actione in rem pro re feudali, quando ipso iure cecidit in commissum.

De eadem actione, si agatur contra emptorem.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in rem pro re feudali, quando ipso iure cecidit in commissum, & quando agitur contra emptorem, quomodo formentur, & quibus iuribus probentur. nu. 2. & 3.*

4 *Dominus post commissum, & feudum apertum, in libello ponere debet dictionem, quondam, vel æquipollentem, vt euitetur contrarietas.*

5 *Libelli verba, Iure vtilis dominij vel quasi, efficiunt commissum, siue dominus directum, siue vtile dominium in re feudali habuerit.*

6 *Feudum vt in commissum cadat, à feudatario vendente illud traditum esse oportet, alioquin nudus contractus non punitur. Et ibi, an de iure valeat.*

7 *Feudatarius tradens feudum venditum sine permissione domini, cadit ipso iure à iure suo.*

8 *Dominus an cogatur vasallo vendenti, sicut emphyteutæ, consentire. Et quòd natura contractus emphyteutici, & feudalis, quibusdam in locis ex errore confunditur.*

9 *Vasallus vendendo feudum, si in instrumento inseri faciat hæc verba, Saluo iure domini, habita eius permissione, voluntate & consensu: an præseruent feudum, ne cadat in commissum.*

10 *Libelli verba, Iure dominij vel quasi, comprehendunt directum, vtile & quasi dominium, qualecunque, verum & fictum.*

11 *Libellus actionis in rem pro re feudali formari an possit contra quemcunque possessorem: Quod non procedit in Publiciana, qua agi non potest contra verum dominum.*

12 *Libello formato simpliciter, Iure dominij vel quasi, non expresso de feudo, nec quòd feudum cecidisset in commissum, domino esset vtile, si reus exciperet de re data in feudum à domino. & si à tertio, nihil reo proficeret exceptio.*

13 *Feudatarius quando alienando feudum, eo priuatur ipso iure, quando verò per sententiam.*

14 *Vasallus cùm amisit ius suum, an possit à possessione sua naturali, quam habet, propria authoritate domini expelli. & quid in emphyteuta.*

15 *Feudum si cecidit in commissum, quibus actionibus & auxilijs domino subueniatur.*

16 *Sententiæ formula in actione in rem pro re feudali, quæ cecidit in commissum, & quando agitur contra emptorem.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit, 1
& proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus tenet seu possidet & facultatem restituendi habet turrim de Bilho, sitam in Monte Pessulano. quam turrim cùm dictus Reus teneret retroactis temporibus in feudum à dicto Actore, & sic dicta turris pertinebat tunc ad dictum Reum iure vtilis dominij, vel quasi vtilis, dictus Reus ipsam vendidit & tradidit sine permissu dicti Actoris Sempronio. Vnde cùm dictum feudum ex hoc tunc fuerit apertum dicto Actoris: quia eo ipso dictus Reus cecidit à iure suo, quod habebat in dicta turri: agit dictus Actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam turrim per-

pertinere ad dictum Actorem, iure dominij vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reũ, vt dicto Actori dictam turrim restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis. Petit expensas &c. implorans vestrum officium &c.

De eadem actione, si agatur contra emptorem.

2 CORAM vobis domino iudice† Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Sempronium, quòd dictus Sempronius tenet seu possidet, & restituendi facultatem habet, turrim de Bilho, sitam in Monte Pessulano. quam turrim cùm Martinus teneret quondam in feudum à dicto Actore, & sic dicta turris pertineret tunc ad dictum Martinum, iure vtilis dominij vel quasi, dictus Martinus ipsam vendidit dicto Sempronio Reo sine permissione dicti Actoris. Vnde cùm ob hoc dictum feudum fuerit apertum dicto Actori, & Martinus tunc sic alienãdo ceciderit ipso iure, à iure, quod habebat in dicta turri: agit dictus Actor contra dictum Sempronium, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam turrim pertinere ad dictum Actorem iure dominij vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Sempronium, vt dictam turrim dicto Actori restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

3 ¶ Probantur prædicti† duo libelli in constitu.imperialem.§. callidis. de prohib.feud.aliena.per Frider.& de controuer.inter domi.& empto.c.vno. ¶ Rectè
4 dicitur, quòd Martinus† teneret quondam &c. quia Actor non debet vocare eum vasallum modò, nec dicere, quòd teneat modò turrim illam in feudum ab eo: vt dictum est suprà de emphyteuta.
5 ¶ Item rectè, quòd turris pertinebat† tũc ad Martinum iure vtilis dominij vel quasi: quia, si Actor, cùm dedit ei in feudum, habebat in ea directum dominium vel vtile, Martinus feudatarius habuit vtile dominium in ea. vt no. C. vnde vi. l. si quis in tantam. etsi Martinus credidit dantem in feudum habere directum vel vtile dominium, verum, seu fictum, seu quoddam quasi dominium vtile. vt Insti. de ac.§. sed istæ. & ar. ff. de Publi. in rem act.l. cùm sponsus. §. in vectigalibus. De ficto autem dominio habetur ff. de in inte.rest.l. nemo. & quod me.causa.l. putat. §. j. aliàs l. metum. §. licèt. Et si existens Publicianista, possedit turrim dictus Martinus, per longum tempus, ipse acquisiuisset tunc vtile dominium verum ex præscriptione. vt C. de præscrip. xxx.an.l. si quis emptionis. in prin. Nihilominùs tamen & illud caderet in cõmissum. ¶ Item rectè† dicitur, & tradi- 6
dit: quia nudus contractus non est punitus: vt apparet in d.§. callidis. ibi, dũ dicitur, & in alios transferunt. & fortè tũc etiam contractus est nullus ipso iure, vt ibi. ¶ Item rectè dicitur, & tradidit sine †permissione Actoris: quia sic ipso iure cecidit à iure suo, vt statim dicetur, & 7
dicetur etiam infrà in titulo de condic. ex l. imperialem.

Sequitur Guido Papa in deci. q 101. & q 162. nu. 1. insi.

¶ Et est notandum, quòd dominus
†non tenetur nec cogitur consentire va- 8
sallo vendenti, quia hoc cautum lege non inuenitur, licèt in emphyteuta sit secus. vt C. de iure emphy.l.fi. Sed hodiè aliter obseruatur. quia ex quodam errore, quibusdam locis dominus cogitur consentire vasallo alienanti, vel retinere rem pro eodem precio, si precium interueniat: vel aliàs recipere emptorem in possessionem feudi, idoneum tamen pro feudo obtinendo & seruiendo. Et ex eodem errore, dominus percipit aliquid pro quinquagesima. quod in aliquo textu non inuenitur cautum super feudo. licèt in consti.imperialem.§. illud quoque. in glo. Columbi. de prohi.feu. alie. per Frideric. fiat mentio de laudemio, quando feudum alienatur. Ad vnum autem errorem, aliquando sequitur alius error. vt ff. de rei ven.l. & ex diuerso.§.j. Attamen dominus non tenetur, nec posset cogi, inuestire emptorem, seu eum suscipere in possessionem feudi, si fieret

Vide omnino Guidonem Papæ in decis. q. 415. nu 1. & 3 & consi. 213. nu. 5.

Sequitur Guido Papa d. q.

415.nu.1. in fi. alienatio de nobili ad rusticum seu ignobilem: quia non est verisimile, nec est regulare, quòd ignobilis sit ita sufficiens, & promptus ad seruiendum cum armis, sicut nobilis. & facit argu. in libro feudorum, si de feu. defunct. controuer. fuerit. c. beneficiũ. & de lege Corra. c. ij. §. similiter. & facit quod no. de capitulis Corradi. c. vno. §. j. super verbo, omnes alienationes. in fi. & de prohibita. feu. aliena. per Lotarium. c. j. super verbo, commercium. Quod credo verum indistinctè, si feudum est simplex & indeterminatum. Si autem esset conditionatum ad aliquid certum, tunc debet distingui, an illud esset tale, quod posset ita sufficienter explicari per ignobilem, sicut per nobilem, vel non. De simplici autem & conditionato feudo dicitur infrà in vij. distinctione feudorum.

¶Item est notandum, quòd si vasallus
9 † vendit feudum, & exinde fiat instrumentum, in quo contineatur, quòd vendidit & tradidit, vel constituit se nomine emptoris possidere, omnimodo subiungatur: Et prædicta voluit & concessit dictus venditor, saluo iure domini, à quo tenetur in feudum, & salua & retenta eius permissione & voluntate & consensu. & sic verba illa præseruabunt feudum, ne cadat in commissum. verbum enim, Saluo, est in hoc magnæ efficaciæ & virtutis. argu. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j.

ADDIT. Caueat tamen tunc ille vasallus venditor, quòd posteà requirat consensum domini, & veniat ad eum: aliàs si emptor teneret sic diu feudum sine consensu domini, viderentur verba illa, s. Saluo &c. esse apposita in fraudem, & quidam color quæsitus contra dominũ: & illud quod erat domino facile, videretur vasallus fecisse difficile contra emptorem, & videretur obscurasse ius domini, & sic venire contra iuramentum fidelitatis.

10 ¶Item, rectè petit Actor, † declarari turrim ad se pertinere iure dominij vel quasi. Potest enim esse, quòd ipse sit directò dominus. quod qualiter probetur, vide suprà in primo libello. Vel si Martinus habuit vtile dominium ab Actore, quod fortè Actor solum tunc habebat, vel habuit quasi vtile dominium, vt Publicianista: quia Actor fortè, cùm dedit ei turrim in feudũ, nõ erat dominus. vel posteà Martinus ex præscriptione verum vtile dominium acquisiuit. certè totum illud ius vtilis dominij, vel quasi, veri, vel ficti, qualecunq; esset, amisit ipso iure, & acquisitũ fuit ipsi Actori. vt in d. §. callidis. & de hoc tangitur suprà, in secundo libello, in decima positione Actoris.

¶Item est notandum, quòd prædictus
† libellus posset formari cõtra quencũq; 11
possessorem: quia possessio parit in rem actionem. vt C. de ali. mu. iudi. cau. fa. l. vna. Nisi quòd Publicianista non posset agere contra dominum verum. vt ff. de Publi. in rem act. l. fi. ¶ Item & posset formari prædictus libellus simpliciter,
† iure dominij vel quasi, non faciendo 12
mentionem de feudo, nec quòd turris cecidisset in commissum. & expediret Actori, quòd Reus exciperet de re data in feudum ab actore: & si talis esset ille Reus, qui causam non haberet à Martino, non proficeret ei opponere de iure illius tertij. Posset tamen in aliquo proficere ipsi actori, vt de hoc dictum est suprà de emphyteuta.

¶ Item est notandum, quòd feudatarius
rius† vendens, vel donans, vel per ingres- 13
sum religionis dedicans, vel in fraudem aliter in feudum dans, vel alio modo conetur alienare rem seu transferre vtile dominium vel quasi vtile, quod habet in re feudali, tradẽdo rem vel quasi tradendo, sine permissione domini, & sic lege prohibente, certè illud dominium, quantum in se est, transfert & à se abdicat, & transferendo & à se abdicando illud ipse amittit, nec vadit ad illum, in quem vult transferre, sed redit liberè ad dominum. vt in d. § callidis. & si de feu. contro. fu. c. qui clericis. Et sic vna ratione debemus dicere, quòd tunc ipso iure vasallus priuatur feudo. Nec requiritur super priuando aliqua sententia, quia ipsemet pri-

uauit

nauit se. Sic etiam est in emphyteuta alienante. vt C. de iure emphy. l. fi. Et in vsufructuario à se vsumfructum abdicante. vt Insti. de vsuf. §. item finitur. ¶ Si autem ex alijs causis, quæcunque sint, vasallus amittat feudum, non debet dici, quòd illud amittat ipso iure : sed debet priuari per sententiam. cùm ratio supradicta cesset, nec est iure cautum, quod ipso iure tunc amittitur. & facit in libro feudorum, de feu. fine culpa non amittẽdo. c. j. ¶ Item, quòd per sententiam fiat, est æquius: quia interpretatione legum, pœnæ sunt molliendæ. Item in constitu. imperialem. §. insuper. & §. illud. de prohibi. feu. aliena. per Fride. dicitur, quòd vasallus feudo priuetur, & non dicitur, fit priuatus. & sic debet priuari per sententiam. Est enim differentia magna inter priuetur, & fit priuatus. vt C. de sacrosan. eccle. l. iubemus nulli. §. œconomus autem. de hoc plenè in Spe. ti. de iu. emphy. §. j. vbi lege.

14 ¶ Item est notandum, quòd licèt† emphyteuta, cùm amisit ius suum, possit quandoque repelli à domino propria authoritate. vt C. de iure emphy. l. ij. Dominus tamen vasallum in aliquo casu à possessione sua naturali, quam habet, nullo modo expellat authoritate sua: quia nulla lex dat sibi talem potestatem. quia si faceret, ipse committeret violentiam. vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. deijcitur. & facit, quo tempore miles inuesti. pe. de. c. fi. in principio.

Sequitur Gui. Pape in decis. 9. 107. nu. 2.

15 ¶ Item, si feudum cecidit† in cõmissum, tunc nedum dominus habet actionem in rem, imò & potest agere condictione ex lege contra vasallum quondam, & contra eum etiam in quem tradendo voluit rem alienare lege prohibente. vt in d. §. callidis. sed contra alios possessores non. quia actio personalis non sequitur fundum. Item quando feudum non cadit ipso iure in commissum, sed est expectãda sententia, tunc non debet agi actione in rem, quæ competit ratione quasi dominij: sed condictione ex lege, vt dicetur statim in sequenti titulo.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor† sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in prædicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, prædictam turrim pertinere ad dictum Actorem iure dominij, vel quasi. & condẽnamus dictum Reum, vt dicto Actori dictam turrim restituat. & nihilominùs cõdemnamus dictum Reum in c. solidis Tur. dandis dicto Actori pro expensis. quos c. solidos dictus Actor, delato à nobis sibi iuramento, taxatione nostra prædicta præcedẽte, iurauit se expendisse occasione præcedentis causæ. 16

RVBRICA VIII.

De actione in rem pro feudo aperto. Generalis libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in rem pro feudo aperto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, remissiuè. nu. 2.*

3 *Dominus directus quid in actione in rem pro feudo aperto probare debeat, quid vasallus excipiendo, quid item dominus replicando, vt obtineant.*

4 *Actione in rem rectè agere potest, ad quem res iure dominij pertinet.*

5 *Dominium cùm simpliciter dicitur, de directo tantùm intelligitur. & directo non probato, dominus succumbit.*

6 *Verbum, vel quasi dominij, in libello in rem actionis pro feudo aperto, quando vtilitatem aliquam adferat, quando non.*

7 *In libello actionis in rem pro feudo aperto si dictum esset, turrim pertinere ad Actorem iure vtilis dominij seu quasi, nunquid probata replicatione tali, propter quam Reus ipso iure esset priuatus feudo, Actor in causa obtineret.*

8 *Feudum cùm amittitur ipso iure, si ille qui dedit in feudum, est directò dominus, habet dominium non sub nomine vtilis vel quasi, sed directi dominij. Secus, si non est directò dominus.*

9 *Feudum cùm amittitur per sententiam, ille qui dederat in feudum, ante sententiam priuationis, an & quod dominium habeat, & probato directo dominio, an obtineat.*
10 *In libello actionis in rem pro feudo aperto, an rectè petat Actor, turrim sibi restitui, adiecta causa, quia sua est.*
11 *Sententiæ formula in actione in rem pro feudo aperto.*
12 *In libello si dictum fuerit, turrim pertinere ad Actorem, iure dominij vel quasi: nunquid in sententia Iudex debebit dicere, Declaramus, dictam turrim pertinere ad Actorem, iure dominij vel quasi.*
13 *Dictio, Vel, disiunctiua, an incertum videatur in sententia deducere.*
14 *Sententiam qualiter Iudex pronunciare debeat.*
15 *Alternatiua, Iure dominij vel quasi, in libello actionis in rem permittitur de consuetudine, & contra ius scriptum. Secus in sententia.*
16 *Alternatiua sententiæ ex confessione partis reæ, si alia certitudo haberi non potest, an toleretur.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus tenet, & restituendi facultatem habet, turrim vocatam de Bilho, quæ ad dictum Actorem iure dominij pertinet. Vnde cùm dictus Reus dictam turrim dicto Actori restituere contradicat, agit contra eum, & petit ab eo, vt dictam turrim sibi restituat, quia sua est: vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictam turrim ad dictum Actorem pertinere iure dominij, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dictam turrim dicto Actori restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † vt suprà in primo libello huius operis.

¶ Item Actor † debebit probare, se esse directò dominum prædictæ turris. 3 quod qualiter debeat probari, dictum est ibi. Itē, dicto directo dominio probato, si Reus nihil excipiat, Actor obtinebit. vt ff. de rei vendi. l. officium. in prin. Si autem Reus excipiat, de turri prædicta sibi vel prædecessoribus suis in feudum data, & verum probetur: tunc si Actor nihil replicet, Reus obtinebit. argu. ff. de superficieb. l. j. §. is autem. & si ager vecti. vel emphy. pe. l. j. in fi. Si autem Actor tunc replicet, & dicat, Martine, benè exciperes de turri prædicta tibi vel prædecessoribus tuis data in feudum, nisi quia tu cucurbitasti me: & sic fides non est tibi seruanda. vt C. de pactis. l. cùm proponas. vel replicet ita, Martine, benè exciperes, nisi quia tu dictam turrim sine permissione mea iure prohibente alienasti: & eo ipso feudum amisisti, & sic fides non est tibi seruanda. certè si altera de prædictis causis vera probetur, Actor fortè iam obtinebit in causa. vt simile notatur C. de iure emphy. l. ij. & l. iij. & ff. vsufruc. quemadmodum ca. l. vsusfructus nomine.

¶ Rectè dicitur, quòd turris pertinet † ad Actorem iure dominij: quia sic rectè 4 potest agere actione in rem. vt ff. de rei ven. l. in rem actio. in prin. Attamen cùm simpliciter † dominium dicitur, de di- 5 recto tantùm intelligitur, & non de vtili, vt notatur ff. de euic. l. minor. §. j. Et ideo, nisi Actor probet directum dominium, ipse succumbet, qualiscunque fuerit replicatio. quia in præsenti libello dictum est, iure dominij tantummodo, nec est ibi subiectum, vel quasi dominij. ¶ Est tamen notandum, quòd si causa † replicationis sit talis, ex qua feu- 6 dū nō amittitur, nisi per sententiā, vt cucurbitatio, & similes: certè verbum, vel quasi dominij, si esset subiūctū in libello, nullā afferret vtilitatē, & pro nihilo esset ibi appositū, qa tūc ad Actorē non posset pertinere regulariter ius alicuius quasi dominij, quia nec Reus priuatus esset suo quasi dominio. Si autem causa replicatio-

cationis esset talis, propter quam Reus esset priuatus ipso iure, vt quia dictam turrim iam vendiderat, & eam nomine emptoris se possidere constituerat: tunc esset vtile Actori, si fuisset dictum in libello, iure dominij vel quasi. vt si tunc Actor non posset probare directum dominium, quòd saltem probaret vtile seu quasi dominium. quod satis videretur probatum, eo ipso, quòd Reus diceret turrim datam sibi fuisse in feudum: quia iam appareret Reũ habuisse in ea quasi dominium. & si causa replicationis probaretur vera, appareret Reum amisisse illud, & esse trãslatum in Actorem: & sic quia Actor non posset probare directum dominium, saltem proficeret ei prædictum quasi dominium ad obtinẽdum in causa. & quasi iuxta hoc formati sunt duo præcedentes libelli.

QVAESTIO. Sed quid si in libello
7 †prædicto dictum esset, turrim pertinere ad Actorem iure vtilis dominij seu quasi dominij, nunquid probata replicatione tali, propter quã Reus ipso iure esset priuatus feudo, Actor obtineret in causa? Et videtur quòd sic. quod & verum est, si Actor non esset aliàs directò dominus. Si enim esset directò dominus, & hoc constaret iudici aliquo modo ex actis: tunc Actor succumberet & caderet ab actione tanquam inepta: quia directum dominium & vtile, nõ se compatiuntur suis nominibus, in eodem subiecto pro eadem re: sicut nec proprietas & vsusfructus formalis possunt esse in eodem. ¶Et in
8 summa, cùm feudum amittitur ipso †iure, si ille, qui dedit in feudum, est directò dominus, ipse nõ habet vtile dominium sub nomine vtilis dominij, nec sub nomine quasi dominij: sed habet illud tunc, vt consolidatum & vnitum directo dominio: nec tunc debet dici, nisi vnum dominium, s. directum. Si autem ille nõ est directò dominus, ipse habet tunc vtile dominium sub nomine vtilis seu quasi dominij. quod est, quia & vasallus amisit
9 illud ipso iure. Si autem feudum †debeat amitti per sententiam, tunc ille, qui dederat in feudum, non habet aliquod vtile seu quasi dominium, nec consolidatum, si est directò dominus: nec principaliter, si non est directò dominus, ante sententiam priuationis. probato tamen directo dominio, ipse obtinebit, vt superiùs dictũ est: quo non probato, ipse succumbet. debebit ergo agere condictione ex lege non scripta ad priuandum, si directò dominus non est.

¶Item, rectè petit† Actor, turrim sibi 10
restitui, adiecta causa, quia sua est. Non enim video, quicquid dixerit dominus Io. de Blonosco, quòd actio in rem competat ad rem corporalem, nisi ad eam restituendã. non dico, quòd ex aliqua obligatione personali, sed adiecta causa, quia Actoris est, seu q̃a sua est. & facit optimè gl. Insti. de act. §. sed istæ. ibi, dum dicit, Dico ergo esse formandum in hunc modum libellum: Peto rem talem mihi restitui iure quasi dominij &c.

SENTENTIA.

CVM dictus† Actor sufficienter pro- 11
bauerit intentionẽ, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictam turrim pertinere ad dictum Actorem iure dominij, & condemnamus dictum Reum, vt dicto Actori dictam turrim restituat &c.

QVAESTIO. Sed quid si in libello
†dictum fuerit, dictam turrim pertinere 12
ad Actorẽ, iure dominij vel quasi: quod & approbat consuetudo: vt no. Insti. de act. §. sed istæ. & potest esse vtile, vt apparet ex supradictis: nũquid in sentẽtia iudex debebit dicere, Declaramus, dictam turrim pertinere ad Actorẽ, iure dominij vel quasi? Et credo, quòd non: quia illud non esset propriè declarare, sed quodãmodo in obscuro remanere, & sic videtur oppositũ in obiecto. Ex illa enim dictione† disiunctiua, vel, videretur in- 13
certum deductum in sententia. ar. ff. de verb. obli. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. Immò debebit dicere, iure dominij, vel dicere, iure quasi dominij, prout ex actis apparebit probatum. Si enim dicat, iure dominij vel quasi, sententia erit incerta. quod esse non debet. vt Insti. de

 act.

act. §. curare. Et si dicatur, quòd ibi loquitur de certa quantitate, seu de certa re: hîc autẽ est res certa, s. prædicta turris, & sufficit, vt sententia valeat. Poterit responderi, quòd forsan videtur satis res incerta, cùm est in ea incertitudo in qualitate dominij vel quasi dñij: postquàm super illa qualitate agitur & litigatur. Itẽ iudex cognouit super iure dominij vel quasi dominij: & certus debet esse super illa qualitate ex actis: & impossibile est vtrũque inesse penès Actorem.
14 Pronunciare † ergo debet iudex sub certo.vt ff.de iud. l. de qua re. in prin. & sic super probato.quod non potest esse, nisi vnum de illis duobus. Item permittitur
15 de consuetudine † & contra ius scriptũ, quòd illa duo possunt poni alternatiuè in libello: quia Actor potest esse incertus an iure dominij, vel an iure quasi dominij res ad eum pertineat. ergo in sententia hoc non est iudici permittendũ: quia ipse super hoc debet esse certus ex actis, & necessariò, si velit ferre sententiã condemnatoriam. Attamen si Reus confes-
16 sus fuerit † dictam turrim pertinere ad Actorem iure dominij vel quasi, & sic alternatiuè, vt & Actor asseruerat in libello, & iudex nullam aliam certitudinem possit habere ex actis: credo quòd ipse tunc in sententia poterit vtrunque alternatiuè ponere. Nec obstabit §. curare. quia tunc iudici non erit in plus possibile, certam ferre sententiam super prædicta qualitate. Nec video, quòd tunc Reus possit in aliquo cõqueri, propter confessionem suam: & quia saltem res, scilicet prædicta turris, certa est: nec iudex aliàs de qualitate prædicta certus est ex actis.

RVBRICA IX.

De actione in rem, contra illum, qui dolo desijt possidere.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in rem, contra illum, qui dolo possidere desiit, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2. 6.*

3 *Actione in rem actor directò agere potest, cùm Reus possidet.*

4 *Actio in rem ipsi Actori eadem remanet, vt priùs erat, licèt eius qualitas ex parte Rei, qui conuenitur, immutata fuerit, quando Reus rem dolo possidere desijt. nu. 11.*

5 *Dolus probatur ex perspicuis indicijs. & quæ sint illa.*

6 *Verba, Iure dominij vel quasi, omne dominiũ comprehendunt. Et an sub illis verbis libellum ita generaliter formare expediat.*

8 *Dolosus sic debet condemnari, etiam ad restituendum, ac si verè rem possideret.*

9 *Dolosus si non restituit fundũ, contra eum iurabitur in litem: vel si Actor nollet iurare in litem, condemnaretur, quanti ea res esset, si Actor vellet: vel si dolosus recuperaret fundum, restitueret eum iussu iudicis, vel manu militari possessio in Actorem transferretur. Si autem fundũ non recuperet, sentẽtia executioni contra tertium non mandabitur.*

10 *Dolo possidere desinens, tenetur vtili actione in rem. & si proponatur directa, an & quatenus mutari oporteat. nu. 11.*

12 *Succurrẽdum ei, qui suum recuperare intendit.*

13 *Malitijs hominum obuiandum est.*

14 *Dolo Rei si fundus factus fuerit litigiosus, incurrit pœnas l. fin. C. de litig.*

15 *Dolosus propter dolum suum tenetur crimine stellionatus, & condemnatur in expensis.*

16 *Sententiæ formula in actione in rem, contra illum, qui dolo possidere desiit. nu. 17. & 18.*

19 *Furato libro meo, si reus, ne inueniatur, timore ductus eũ igne consumat, & sic dolo possidere desinat, an contra eum agere possim actione in rem. nu. 25.*

20 *Res consumpta licèt condici possit, tamen vendicari non potest.*

21 *Rei vendicatio an competat quondam domino ad illud ferruminatum, quod quis ferru-*

ferruminauit mala fide.

22 *Vsufructu dolo domini, mutatione rei, extincto, an agatur confessoria actione in rem.*

23 *Hypothecaria actio an competat, re desinente.*

24 *Iura fingentia, eum qui dolo possidere desiit, pro possessore haberi, intelligi debent, re in rerum natura existente: nec propter hoc iura fingunt, post rei consumptionem eius me dominum esse.*

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Reus possideret, vel haberet quendam fundum, situm in territorio de Latis, sic & sic confrontatum, qui fundus tūc pertinebat & adhuc pertinet ad Actorem iure dominij vel quasi: dictus Reus sciens dictum Actorem velle ab eo dictum fundū vendicare, ipsum dolo malo desijt possidere. Vnde, cùm dolus pro possessore debeat haberi, agit dictus Actor cōtra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictū fundum pertinuisse tunc & adhuc pertinere ad dictum Actorē iure dominij vel quasi, per vestram sentētiam declaretis, & dictum Reum ad restituendum dicto Actori dictum fundum cum fructibus sententialiter condemnetis, & condēnatum &c. Petit expensas &c. implorans officium &c.

2 ¶ Probatur † ff. de rei vendi. l. in rem actio. in prin. & l. fin autem. §. sed & is. & de reg. iur. l. qui dolo. & l. parem. ¶ Rectè dicitur, cùm dictus Reus possideret:
3 quia sic † Actor poterat tunc contra eum agere directò actione in rem. vt Instit. de actio. §. j. ¶ Item rectè dicitur, quòd do-
4 lo desijt † possidere: quia sic remāsit actio in rem ipsi Actori eadem, vt priùs erat: licèt qualitas fuerit immutata ex parte Rei, qui conuenitur. vt in d. l. qui dolo. &
5 l. parem. cum similibus. Et quia Reus † sciebat Actorem velle ab eo tunc vendicare, & Aduocatū iam perquisiuisse, fortè satis videtur probari dolus. Dolus enim probatur ex perspicuis indicijs. vt C. de dolo. l. dolum. ¶ Item rectè dicitur, fundum † pertinuisse tunc & adhuc pertinet 6
&c. quia si tunc non pertinuisset ad Actorem, dolus non fuisset commissus contra eum. Item, si non pertineret nunc, ipse non posset agere: quia non esset dominus. ¶ Item rectè dicitur, iure † domi- 7
nij vel quasi, vt omne dominiū & quasi comprehendat, vt apparet in superioribus libellis. Cogitet tamen Aduocatus, an expediat ita generaliter formare libellum: posset enim specificare, si vellet. ¶ Item rectè petitur Reus † condemna- 8
ri ad restituendum: quia dolosus sic debet condemnari, ac si verè rem possideret. vt ff. de regu. iuris. l. qui dolo. Item, si non † restituat fundū, iurabitur in litem. 9
vt ff. de rei vendi. l. qui restituere. & de in li. iuran. l. in actionibus. vel si Actor nollet iurare in litem, condemnaretur Reus quanti ea res esset, si Actor vellet: vt ff. de rei vendi. l. quòd si possessor. vel si dolosus recuperaret fundum, restitueret eum iussu iudicis: vel manu militari trāsferretur possessio in Actorem. vt in d. l. qui restituere. Si autem Reus non recuperet fundū, non mandabitur executioni contra tertium possessorem: quia res taliter iudicata inter alios non debet nocere.

¶ Item notandum est, quòd ille, qui dolo † desijt possidere, tenetur vtili actio- 10
ne in rem. arg. ff. de rei vend. l. fin autem. §. sed & is. & de reg. iur. l. qui dolo. & de noxali. l. si bona fide. & l. electio. §. si is quem. & ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc interdictum. vij. ¶ Item, qualitas illius actionis † non immutatur, nec diuersifi- 11
catur ex parte Actoris, licèt Reus desierit dolo possidere. Diuersificatur tamē eius qualitas ex parte Rei dolosi: quia illa actio, quæ erat antè directa, est modò vtilis. & debet sanè intelligi l. illa. actio, quæ antè competebat directò contra verum possessorē, vel rem habentem, competit modò vtiliter contra Reum dolosum: vt quia est diuersificatio qualitatis actionis ex parte Rei dolosi, significetur seu.

seu distinguatur per aduerbia directò & vtiliter. & sic exponitur C. de nego. gest. l. curatoris. & de hoc dicetur satis intrà, de ac. nego. ge. cōtraria. ¶Item prędicta diuersitas est tanta, quòd oportet forma-
11 re † diuersimodè libellos in eis, vt apparet in forma præsentis libelli, & superiorum: intantum, quòd si Actor proponat actionem in rem directò cōtra possidentem, vel rem habentem, & ille desinat posteà dolo possidere: Actor cadet ab acti one incepta, & econtrà. & sic oporteret mutare libellum. Attamen si formato libello, iuxta vnam qualitatem actionis, Reus post litem contestatam immutet qualitatem illam, scilicet desinendo dolo possidere, vel incipiendo possidere, cū priùs desijsset dolo possidere: certè nihilominùs procedetur in causa iuxta libellum traditum, & fiet condemnatio iuxta libellum. argu. ff. de aqua plu. arcen. l. quanquam. §. Iulianus. & de rei ven. l. si in rem actum sit. & l. seq. & ad exhi. l. de eo. §. fi. Sed si ante litem cōtestatam Reus faceret illam fraudem seu ludibrium, Actor damnificaretur valde, mutando, & sic singulis vicibus, libellum, & nunquam etiam veniret ad finem. Oporteret
12 † ergo sibi succurri, volenti suum recuperare. argu. ff. de eo quod certo loco. l.
13 j. Item, quia † malitijs hominum est obuiandum. vt ff. de rei vendi. l. in fundo. Iudex ergo audiens ista, videat, si fundus
14 † factus fuerit litigiosus: vt C. de liti. authen. litigiosa res est. & sic incurreret Reus pœnas, quæ sunt eodem tit. l. fi. Item
15 propter dolum † suum, tenebitur Reus crimine stellionatus: vt ff. de crimi. stel. l. iij. §. j. & sic Reus ille meritò poterit timere, & fortè iustè poterit condemnari in expensis, quas Actor fecerit propter dolum eius. ar. in cor. de defen. ciuit. §. & iudicare. col. iij.

SENTENTIA.

16 CVM dictus † Actor probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis pronūciamus & declaramus, dictum fundum pertinuisse, tunc cùm dictus Reus ipsum dolo desijt possidere, & adhuc pertinere ad dictum Actorem, iure dominij vel quasi, & condemnamus dictum Reum, vt dictum fundum dicto Actori restituat &c.

ALIA SENTENTIA.

SI dictus Reus † prædicto modo fundum non restituat, feretur alia sententia cum iuramento in litem, vocato Reo, quæ talis erit: 17

CVM sententia per nos fuerit lata contra prædictum Reum, super prędicta actione in rem, & fuerit condemnatus fundum restituere, & constet nobis dolo & calliditate eius factū esse, quo minùs eum restituat dicto Actori, & delato à nobis iuramento in litem eidem Actori, taxatione nostra præhabita, iurauerit se nolle dictum fundum non fuisse sibi restitutum pro xx. libris Turoñ. idcirco per sentētiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis xx. libris Turoñ. dandis dicto Actori &c.

¶Probatur ff. de dolo. l. arbitrio. §. j. & de rei ven. l. qui restituere. & de in lit. iu. l. j. & l. videamus. §. si tamen. & §. iurare. & l. in actionibus.

ALIA SENTENTIA.

SI autem † Actor nolit iurare in litē, 18
sed magis vult cōsequi, quanti ea res est: tunc vocato Reo, & informatione facta, quòd fundus valeat communi æstimatione xv. lib. Turon. feretur talis sentētia:

CVM sententia diffinitiua lata fuerit per nos super secundo dicto fundo restituendo, & constet nobis dolo & calliditate dicti Rei factum esse, vt fundū non restituat: & Actor velit magis consequi quanti ea res est, quàm iurare in litem: & constet nobis, dictum fundum valere communi æstimatione xv. lib. Turoñ. condemnamus dictum Reum in prædictis xv. lib. Turoñ. dandis dicto Actori &c. ¶Et probatur ff. de dolo. l. arbitrio. in prin. & de rei ven. l. quòd si possessor. & de verbo. sig. l. inter hæc verba. & l. hęc verba.

QVAESTIO. Martinus furatus † 19
fuit mihi quendam librum meum, vt & fuit de facto: & ne liber inueniretur, timore ductus consumpsit eum igne, & sic desijt

desijt dolo malo librum habere & possidere. Quæritur, an ego possũ agere actione in rem, libro consumpto, cõtra eum?
20 Et videtur, quòd nõ: quia licèt res†consumpta condici possit, tamen vendicari non potest: vt Insti. de re.di. §. si tamen alienam purpuram. Item, si quis ferru-
21 minauerit†rem alicuius etiam mala fide, non competit domino quõdam rei vendicatio ad illud ferruminatum: vt ff. de rei ven. l. in rem actio. §. item quæcunq;.
22 Item, si dolo † domini vsusfructus, mutatione rei, sit extinctus, non agitur confessoria actione in rem: vt ff. quibus modis vsusfruc. amit. l. repeti. §. si. & no. ff. de no. ope. nuncia. l. ij. Item hypotheca-
23 ria † actio in rem non competit, re desinente: vt ff. de pigno. ac. l. si conuenerit. §. si quis. & de iure fisci. l. deferre. §. si. & facit C. de cõdi. ex lege. l. mala fide. si qs benè vellet eam inducere. ¶Sed contrà, ff. de regu. iu. l. qui dolo. & l. parem. vbi dicitur, quòd dolus pro possessore est. & est glo. pro parte ista, in prædicta l. mala fide. & dominus Bern. reputabat eam veram. Ego tamẽ nescirem benè respondere ad ll. in contrarium allegatas, nec scirem formare libellum: quia si in libello dicam, librum esse meum, certè non
24 est verum nũc: & licèt iura † fingant prædictum dolosum nunc possidere, non tamen inuenio, quòd propter hoc iura fingant, me dominum esse illius rei, post eius consumptionem, & quæ in rerũ natura non est. & sic iura, quæ dicũt, quòd fingunt dolosum possidere, debẽt intelligi, re in rerum natura existente.

¶Quidam dixit mihi, ita formãdum
25 libellum: Domine † iudex, talis liber fuit meus, & cùm talis possideret eũ, consumpsit eum igne dolo malo, & sic dolo malo desijt eum possidere. Vnde ago cõtra eum, & peto per vos declarari, prædictum librum fuisse meum ante consumptionem: & quia certum est, quòd dictum librum mihi decætero restituere non potest, peto per vos mihi deferri iuramẽtum in litem, & eum condemnari, inquantum iurauero &c.

¶Probatur ff. de dolo. l. arbitrio. §. non tamen. Mirabilis tamen videtur talis libellus. sed si libro in rerum natura existente, & rectè formato libello, lite contestata Reus dolo consumpserit librum: tunc iudicium rectè & ritè inceptum procederet, & posset ferri sententia condemnatoria ad restituendum librum, vt apparet ex superioribus.

RVBRICA X.

De rei vendicatione vtili, quæ competit ex cessione.

SVMMARIVM.

1 Libellus rei vendicationis vtilis, quæ competit ex cessione, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Actio in rem vtilis cessa, an sit eadem in substantia cum ea, quam habet cedens. nu. 9.

4 Actionem in rem vt possit cedere dominus, necesse est, rem ad eum pertinere, iure dominij vel quasi.

5 Libells alternatiua, Iure dominij vel quasi, consuetudine approbatur.

6 Cedit actionem in rem sibi competentem, qui ipse non possidet, alioquin ipso possidente, vel possessione vacante existente, ipse actionem in rem non habebat: & sic cessio esset nulla.

7 In actione in rem, quæ ex cessione competit, petitur declaratio dominij vel quasi. nu. 20.

8 Causa quæ sint, quare iustè & benè petatur fieri condemnatio ad restitutionem fundi, in actione rei vendicationis vtili, quæ ex cessione competit.

10 Cessio inter absentes fieri potest.

11 Actionem in rem vtilem habens, eam cedere potest, & vtraque vocabitur actio in rem vtilis: non tamen eodem respectu, sed qualitate diuersa.

12 Cessa cui est actio, an eam alteri tertio cedere possit, & an ille secundus cedens

H actio-

actionis aliquid retineat.

13 *Agens actione cessa, iurat de calumnia, & respondet interrogationibus: nisi dominus esset institor, vel meliùs sciret veritatem.*

14 *Cessionarius potest iuramentum deferre, pacisci, ante litem contestatam procuratores constituere, actionem cessam ad hæredem transmittere, & post litem contestatam fidem de cessione seu de mandato facere.*

15 *Cessionarius, an & quando cogatur dominum cedentem defendere in causa reconuentionis.*

16 *Compensationis exceptionem an opponere possit ille, contra quem cessa est actio, de eo, quod cedens sibi debet.*

17 *Dominus, qui cessit actionem, potest facere pactum de non petendo, item agere & transigere, non obstante cessione, & reuocare illum in quem facta est cessio: nisi in tribus casibus.*

18 *Cedens an possit esse testis, in causa eius, cui cessionem fecit.*

19 *Sententiæ formulà in vtili rei vendicatione, quæ competit ex cessione.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possidet seu habet, & facultatem restituendi habet, quendam fundum, situm in territorio de Latis, sic & sic confrontatum. qui fundus pertinet ad Mæuium iure dominij vel quasi. Vnde cùm dictus Mæuius cesserit dicto Actori actionem in rem sibi competentem pro dicto fundo, agit dictus Actor cõtra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad dictum Mæuium pertinere iure dominij vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum Martinum ad restituendum dictum fundum dicto Actori, ex prædictis causis, vnà cũ fructibus, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas factas occasione præsentis causæ, & de faciendis protestatur, quas suo loco & tempore legitimè declarabit, implorans, domine iudex, vestrum officium &c.

¶ Probatur † C. de hæred. vel ac. ven. 2
l. fin. cum ibi notatis. ¶ Rectè dicitur, quòd Reus dictum fundum tenet &c. quia ista actio vtilis † in rem cessa, quæ 3
hic intentatur, est eadem in substantia, cum ea, quam habet cedens: vt no. C. de peti. hæredi. l. si scripti. Possessio autem parit actionem in rem. vt C. de ali. mu. iudi. caus. facta. l. vna. ¶ Item rectè dicitur, quòd fundus † pertinet ad Mæuium 4
iure dominij vel quasi, aliàs non potuisset dictus Mæuius cedere actionem in rem, argu. ff. de acquiren. rerum do. l. traditio. ¶ Item rectè † dicitur, iure do- 5
minij vel quasi: quia hoc approbat consuetudo: vt no. Institu. de act. §. sed istæ. Et suprà in tertio libello videantur positiones, per quas poterit Actor probare prædictum Mæuium esse dominum, vel quasi, dicti fundi. ¶ Item rectè dicitur, quòd Mæuius cessit † actionem in rem 6
sibi competentem: & sic Mæuius tunc non possidebat dictum fundum, sed quidam alius. Si enim, quando cessit actionem, ipse possideret fundum, vel possessio fuisset vacans: ipse non habebat tunc actionem in rem: & sic cessio fuisset nulla. argum. ff. de legatis. j. l. si seruus. §. qui quinque. & notatur C. de hære. vel ac. ven. l. finali. ¶ Item, rectè petitur † declaratio dominij vel quasi: 7
quia actio, quæ intentatur, est in rem, licèt cessa. ¶ Item, rectè petitur † fundus 8
restitui ex prædictis causis: quia possessio aduersarij, & dominium vel quasi ipsius Mæuij cedentis, & cessio facta Actori per Mæuium, sunt causæ, quare iustè & benè petitur fieri condemnatio ad restitutionem fundi dicto Actori faciendã, non quod Actor habeat aliquod dominium vel quasi illius fundi ex prædicta cessione actionis in rem: vt dictum est

est suprà in secundo libello. ¶ Item, recte petuntur fructus: vt ff. de rei vendi. l. & ex diuerso. §. j. & §. sequen. & C. eod.
9 titu. l. certum. Actio † enim cessa est eadem in substantia cum illa, quam habet cedens, vt dictum est.

¶ De cessione actionum habetur C. ne li. po. l. j. & manda. l. penul. & fi. cum si-
10 milibus. Et potest fieri † cessio inter absentes: vt arg. ff. de procuratorib. l. j. in fine. & nota. eodem titu. l. in causæ. §. si
11 ex parte. Et est notandum, quòd si † aliquis habet actionem in rem vtilem, ipse potest eam cedere, & vtraque vocabitur actio in rem vtilis, non tamen eodem respectu seu eadem ratione. Qualitas enim erit diuersa: quia vtilis, quam habet cedens, erit vtilis in rem, ratione vtilis dominij vel quasi vtilis. sed cessa in rem actio non est nec dicitur vtilis, ratione alicuius dominij vtilis vel quasi: sed quia de voluntate domini cedētis ille, cui cessa est, agit, ad vtilitatem suam, substantia actionis eadem remanente: sicut & rusticus, quando arat cum alieno aratro sibi commodato à domino aratri, arat ad vtilitatem suam in fundo suo, & tamen aratrum idem est semper in substantia.

12 ¶ Item est notandum, quòd ille, † cui cessa est actio, potest eam cedere alteri tertio: sed tunc ille secundus cedens nihil actionis retinebit: vt in similinotatur de emphyteuta, C. de iure emphy. l. fi. & de hærede fideicommissario, ff. ad Trebel. l. ex asse. ¶ Item agens actione
13 † cessa, iurat de calumnia, & respondet interrogationibus: quia emolumentum est suum, & sic causa est sua propria. vt ff. quando appel. sit. l. j. §. in propria. C. de procur. l. qui stipendia. & facit ff. eod. l. non solùm. in princip. C. de hæredit. vel act. vend. l. emptor. nisi dominus esset iustior, vel meliùs sciret veritatem: quia & tunc iuraret ipse, & responderet interrogationibus. C. de procura. l. fi. & no. C. de iura. calu. §. sin autem absfue-
14 rit alterutra. ¶ Item, ille, in quem † facta est cessio, potest deferre iuramentum: vt ff. de iureiuran. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. & etiam pacisci: vt ff. de pact. l. rescriptum. in fi. & l. sequen. & l. sed si tantùm. in fi. & l. si cum emptore. ¶ Item potest ante litem contestatam procuratores constituere: vt C. de donat. l. illam. & no. C. de procurato. l. quod quis. ¶ Item transmittit actionem cessam ad hæredem: vt in prædicta l. illam. idem post litem contestatam facit fidem de cessione seu de mandato, quod satis apparet ex supradictis. & facit ff. de procurator. l. quæ omnia. §. planè. vbi est, quòd post litem contestatam fecit fidem: licèt in alijs procuratoribus sit secus. vt eodem titu. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ¶ Item non cogitur dominum † cedentem defendere in 15
causa reconuentionis: nisi ex causa lucratiua, vel in fraudem facta fuit cessio: vt ff. de procurato. l. seruum quoque. §. fi. & l. seq. & l. pater filio. Eadem distinctio potest fieri, si quæratur, an † ille, 16
contra quem cessa est actio, possit exceptionem compensationis opponere, de eo, quod cedens sibi debet. cùm videatur eadem ratio. Sed credo, quòd indistinctè possit eam opponere. ar. ff. de diuer. & tempo. præs. l. creditor. & communi di. l. in hoc iudicium. §. penult. Compensatio etiam pro solutione videtur haberi: vt C. de compensationib. l. si constat.

Sequitur Guido Papa in decisionib. q. 567. nu. 2.

Sequitur Guido Papa in decisionib. q. 567. in prin.

¶ Item est † notandum, quòd dominus, qui cessit actionem, potest facere pactum de non petendo. Item agere, & transigere, non obstante cessione. & reuocare illum, in quem facta est cessio: nisi in tribus casibus, scilicet si ille, in quem facta est cessio, fuerit litem contestatus: vel aliquid acceperit de eo, super quo facta fuit cessio: vel possessori denunciauerit, ne rem domino restituat, pro eo, quòd dominus iam cessit sibi actionem: vt C. de noua. l. iij. & facit ff. de transac. l. fi. & ff. de pactis. l. si cum emptore. & de pecu. l. quæ omnia. §. planè. & de compen. l. in rem. Nec sola scientia possessoris sufficeret ad impedien- 17

Sequitur Guido Papa vbi suprà nu. 2.

dum prædicta, nisi vnus de illis tribus casibus interueniret: licèt notetur contrà ff. de transact. l. fi. Alioquin illi tres casus frustra essent enumerati in textu, C. de noua. l. iij. Et debet prædicta denunciatio fieri ex parte eius, cui facta est cessio: vt not. C. quæ res pig. oblig. poss. l. nomen. Item, quòd debeat dici in ea, ne rem restituat deinceps domino, facit, quod notatur ff. de procur. l. procuratore in rem. & quod notat Azo in Summa sua, C. de noua. in fi. ¶Item, do-
18 minus † cedens potest esse testis in causa pro eo, cui cessionem fecit. Si tamen de euictione non teneatur, iuxta id, quod no. ff. de testi. l. nullus.

ADDIT. Hoc est dicere, dummodo commodum vel incommodū ad cedentem non pertineat: quia tunc diceretur esse causa sua propria: & ideo testis in ea esse non posset, iuxta l. j. §. in propria. ff. quando appel. fit. iuxta id quod nota. ff. de testi. l. nullus. Conclude ergo, quòd cedens in causa cessionarij potest esse testis, si cessionarius contra cedentem non habeat regressum de euictione: vel si in illa causa non habeat commodum vel incommodum. Pro quo l. eos. ff. finium regund. cum ibi no. glo. nota. C. de vsur. rei iudic. l. fi. §. fi. Pro quo ff. de test. l. nullus. ff. de pac. l. quod dictum. ff. de lib. le. l. si quis reum. Pro quo l. si partem. § si per fundum. ff. quemadmo. ser. amit. & ex illo textu dicunt communiter Doctores, quòd cedens potest esse testis in causa, quam alij cessit. Item, quòd confessio ipsius cedentis, non facta aliàs, quàm per modū testis, non noceat ei, cui facta est cessio. ad quod ff. de pactis. l. si cum emptore. ff. ad Trebel. l. facta. §. si hæres. ff. loca. l. qui fundū. in fi. Et mouetur hæc quæstio ff. de leg. ij. l. seruum filij. §. j. per Dy. & vide circa hæc, quod dicitur de confessione per Dy. C. de fal. l. & si ad te. & Spec. tit. de ces. ac. §. j. ver. sed nunquid sola confessio. Ad prædicta facit l. profectò. §. si procuratorio. qui §. est aliâs l. ff. quando ap. fit. cum ibi not. glo. exempla sunt &c. Et ex iam

Communis opinio.

dictis sume cautelam, quòd si quis non possit probare debitum, quod vult petere, nisi per vnum testem, & per consequens non poterit sententiam reportare, iuxta l. iurisiurandi. C. de testi. nec fortè est locus delationi iuramenti in supplementum vberioris probationis, iuxta l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. quòd cedat actionem illius debiti alicui extraneo. & sic ille, cui concessit, poterit probare debitum per cedentem & per primum testem: & sic cùm habeat duos testes, obtinebit in causa. Ratio est, quia post cessionem, factus est cedens in illa causa omnino extraneus: vt l. si cum emptore. ff. de pact. & l. venditor. §. nominis. ff. de hære. vel acti. vend. & no. in Spec. titu. de procur. §. fi. in fi. Iac. de Ra. in contraria opi. est, vt no. per Cyn. in l. omnibus. C. de testi. in vers. circa legem istam. &c. Et aduerte, quòd ad hoc, vt scias, an cedens ex illa cessione habeat commodum, vt per hoc possit à testimonio repelli, poteris hanc cautelam per iuramentum calumniæ submouere. ar. eorum quæ not. in l. si actor. ff. de procu. Item, si obtineat in causa ille, in quem facta est cessio, ipse aget actione iudicati: vt ff. de procu. l. si procurator meus.

Vide Guidonē Pape in deci. q. 530. in fi. vbi hoc se refert.

SENTENTIA.

C V M dictus † Actor sufficienter 19
probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum fundum pertinere ad dictum Mæuium iure dominij vel quasi, & dictum Martinum Reum, vt dictum fundum dicto Petro Actori restituat, per eandem sententiam condemnamus. & nihilominùs condemnamus eum in c. solidis Turonensibus dicto Actori dandis, pro expensis præsentis causæ: cùm idem Actor, delato ei à nobis iuramento, iurauerit ad sancta Dei Euangelia, taxatione nostra prædicta præhabita, se expendisse prædictos c. solidos Turonenses occasione præsentis causæ.

¶Posset dici, non † oportere declara- 20
ri in

ri in sententia, fundum pertinere ad Mæuium iure dominij vel quasi. Sed quia in libello fuit petitum, conueniens est, hoc in sententia declarari, seu super eo pronunciari. Sed & posset dici, quòd in libello non fuit necesse illud petere declarari, sed quòd sufficeret proponere Martinum possidere vel quasi, & dictum fundum pertinere ad dictum Mæuium iure dominij vel quasi, & cessionem esse factam. Item, quòd prædicta probarentur posteà in processu causæ, & quòd posteà sufficeret in sententia condemnationem fieri ad fundum restituendum Petro, qui iure cesso egit. Sed quicquid dicatur, credo, libellum benè formatum & sufficienter, & etiam prædictam sentẽtiam. Super fructibus satis est dictum superiùs in tertio libello.

RVBRICA XI.

De confessoria in rem actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus, confessoria in rem actionis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *In actione confessoria an necesse sit Actorem rem possidere, & ad quid.*

4 *Seruitus quæ acquiratur ex tempore, quæ non.*

5 *Confessoria datur, seruitute vti probibito. nu. 18.*

6 *Reus in actione confessoria, ad quæ sit condemnandus. nu. 19.*

7 *In actione confessoria an expediat generaliter agere ad seruitutem vel quasi, & an hæc saltem de consuetudine cumulari possint.*

8 *Seruitus constituitur ex omni contractu, & vltima voluntate. nu. 9.*

10 *Confessoria regulariter agit is, ad quem prædium pertinebat tunc, & adhuc pertinet, iure dominij, vel quasi.*

11 *Confessoria si agit Actor, quid probare debeat. & quando Reo probatio incumbat.*

12 *Quasi seruitus aquæductus, quòd perpetuam causam habet, præscriptione longi temporis acquiritur. Et quando id eueniat in eadem seruitute, perpetuam causam non habente. nu. 13. nu. 22. 32.*

14 *Aquæductus aliquando potest habere causam perpetuam, continuam seu naturalem: aliquando causam quasi perpetuam, quasi continuam seu quasi naturalem: aliquando nec hanc, nec illam, sed causam interpolatam.*

15 *Aquæductus ius habens sibi traditum per aduersarij patientiam, bona fide, vel alio titulo, licèt re vera prædij dominus non sit, probat se habere quasi seruitutem aquæductus in illo fundo*

16 *Publiciana in rem actio an habeat locum in seruitutibus.*

17 *Seruitute ex donatione constituta, si donatore sciente, per longum tempus eius subsequitur vsus, ex titulo allegato seruitus constituta præsumitur, licèt alio modo titulus non probetur.*

20 *Seruitutis aquæductus acquisitio impeditur per vsum, qui fit vi, vel clàm, vel precariò. & quando mala fides eam non impediat.*

21 *Seruitutem non præscribit, qui non opinatur & credit, se vti iure seruitutis sibi debita.*

23 *Seruitutem impedit in rusticis prædijs, medium prædium, quod non seruit.*

24 *Seruitutem aquæductus an impediat via publica.*

25 *Seruitutem impedit locus sacer & religiosus.*

26 *Seruitus vel quasi extinguitur, cùm dominus seruitutis prædium, quod eam debebat, comparauit.*

27 *Seruitus amittitur per non vsum x. annorum inter præsentes, & xx. annorum inter absentes.*

28 *Sententia formula in confessoria in rem actione. Et an iudex in sententia declarando exprimere debeat, an sit seruitus, vel*

quasi aquæductus.nu. 29.

30 Iurisdictio quanto tempore præscribatur.

31 Consuetudo quo tempore præscribatur seu inducatur.

32 Seruitutes non habentes causam perpetuam, quo tempore præscribantur.

33 Iura, quæ dicunt, quòd consuetudo dat iurisdictionem, quomodo intelligenda.

34 Iurisdictionem ex tempore per tacitũ consensum dare non possunt homines, qui vniuersitatem non habent.

35 Iurisdictio res est incorporalis, nec habet causam continuam, sed interpolatam.

36 De iurisdictione duobus litigantibus, quis super possessorio retinendæ possessionis, quis super proprietate iurisdictionis obtinere debeat.

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor tenet & possidet quoddam pratum, situm in riparia Lani, iuxta sanctum Blasium, sic & sic confrontatum, quod pratum pertinet ad eundem Actorem iure dominij vel quasi. Item ponit, quòd seruitus vel quasi seruitus aquęductus sibi competit ad dictum pratum per fundum Titianum, sic & sic confrontatum. Vndè cùm dictus Reus impediat dictum Actorem vti prædicta seruitute vel quasi, agit dictus Actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Actorem habere seruitutem vel quasi prædicti aquæductus per dictum fundum ad dictum pratum, per vestram sententiam declaretis: & dictum Reum, vt patiatur vti dictum Actorem, & vt caueat, ne ipsum Actorem in futurũm vti impediat, sententialiter condemnetis: necnon & interesse dicti Actoris, quod ęstimat x.lib.Turo. quia ipsum impediuit sine causa iusta vti prædicta seruitute vel quasi seruitute: necnon & in expensis factis occasione præsentis causæ, quas æstimat xx. solidis Turoñ. dandis dicto Actori, per eandem sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. & protestatur de futuro interesse, & de futuris expensis, suo loco & tempore, prout de iure fuerit, declarandis. Implorans, domine iudex, vestrum officium, in his, in quibus est, & de iure fuerit implorandum.

¶ Probatur Instit. † de ac. §. æquè si agat. ¶ Rectè dicitur, quòd Actor possidet † pratum, ad oppositionem remouendam, quæ posset fieri per iura, s. ff. de excep. l. fundum Titianum. & l. seq. & ad ostendendum clariùs interesse Actoris. Nõ tamen est necesse, vt credo, ipsum Actorem debere possidere pratum: quia nec seruitutem. vt no. ff. si serui. vend. l. loci corpus. §. in confessoria. ¶ Item rectè dicitur, quòd pratum pertinet ad Actorem iure dominij vel quasi. vt ff. e. l. ij. §. j. ¶Itẽ rectè dicitur, ꝙ seruitus vel quasi aquæductus competit Actori: vt generaliter comprehendatur omnis seruitus, siue sit acquisita tempore, vel alio modo. Ex tempore enim † non acquiritur seruitus, nisi vtilis. vt ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. Et ideo in libello dictum est, quòd seruitus vel quasi aquæductus &c. vt, cùm dicitur seruitus, intelligatur de directa: & cùm subiungitur, vel quasi, intelligatur de vtili seruitute, quæ ex tẽpore acquiritur, vel de alia quasi seruitute. ¶ Item rectè dicitur, quòd Reus impedit † Actorem vti: quod sufficit. vt ff. si serui. vendi. l. si quis diuturno. in fi. ¶ Item rectè petitur, declarari seruitutem vel quasi competere. vt ff. e. l. sicuti. §. sed si quæritur. ¶ Item rectè petitur, quòd Reus † condemnetur, ne impediat, & etiam vt caueat. vt in eo. tit. l. harum. & l. egi. ¶ Item rectè petitur, quòd Reus condemnetur in interesse Actoris. vt eo. tit. l. loci corpus. §. in confessoria.

2
3
4
5
6

¶ Et est notandum, quòd prædictus libellus † est intantum generalis, quòd 7 Actor omne ius suum, ex quacunq; causa prędicta seruitus vel quasi sibi debeatur, videtur vna petitione apprehẽdere & in iudicio deduxisse. Et si succumbat, vnam causam vel plures prosecutus, ipse non poterit posteà agere, etiam ex alia causa: nisi

nisi noua causa post sententiam euenisset. Sed si dixisset in libello, quòd prædicta seruitus debebatur ex causa legati, & succumberet, ipse posset iterum agere ex alia causa etiam antiqua : vt ex causa emptionis, & sic ex causa inter viuos, vel alia, scilicet ex præscriptione. vt ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandem. & l. & an eadem. §. actiones. vel si dixisset simpliciter in libello, seruitutem aquæductus competere, & succumberet : quia non posset probare eam constitutam fuisse à domino, ipse posset iterum agere ad quasi seruitutem aquæductus, scilicet ex tempore acquisitam. ex tempore enim non acquiritur seruitus, sed quasi seruitus. vel posset agere vt Publicianista. ¶ Caueat ergo discretus Aduocatus, an expediat insimul proponere in libello confessoriam actionem in rem directam & vtilem : vt in prædicto libello. Videtur enim hoc posse fieri, sicut & in actione in rem permittitur de consuetudine dicere, iure dominij, vel quasi. vt not. Insti. de ac. §. sed istæ. Attamen si iudex talem libellum velit recipere, quia nec de iure scripto est admittendus, tunc in libello debebit Actor eligere, an agat ad seruitutem aquæductus simpliciter, & sic solùm ad seruitutem à domino constituendam agit, petendo quasi seruitutem aquæductus. & sic videbitur agere solùm ad seruitutem vtilem ex tempore acquisitam : & videbitur agere vt Publicianista.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit Actor, quòd Titius, qui erat dominus fundi Titiani tempore † constitutionis, constituit sibi seruitutem prædictam. Effectus: quia sic probatur seruitus. vt Insti. de seruitu. in fi. & ff. e. l. ij. & l. via. in prin. & de ope. no. nun. l. de pupillo. §. impositititiam. & de seruit. rusti. præd. l. j. in fi. & l. per fundum. & l. vnus. & de aqua plu. ar. l. in diem adiecto prædio.

9 ¶ Item ponit, quòd Titius † dominus tunc dicti fundi in sua vltima voluntate legauit ei prædictam seruitutem, deinde decessit, & hæres adiuit eius hæreditatem. Effectus: quia sic probatur seruitus, vt Insti. de seruit. §. fi. & ff. communia prædio. l. fi. in fi. & de serui. rusti. prædi. l. si via.

¶ Item ponit Actor, quòd dictum pratum † pertinebat tunc, & ad huc pertinet ad eum, iure dominij vel quasi. Effectus : quia aliàs regulariter non agit quis confessoria. vt ff. si seruitus ven. l. j. §. j. & l. & si fortè. §. hęc autem actio. & de serui. l. ei qui. Probabitur dominium vel quasi, vt dictum est suprà in tertio libello. ¶ Et est notandum, quòd si † Actor, qui agit confessoria, sit in quasi possessione seruitutis, non oportet eum probare, se esse dominum fundi dominantis : & in hoc prodest sibi illa quasi possessio seruitutis : sed non prodest sibi, quin teneatur probare eam sibi constitutam, vel alio modo acquisitam : quia quilibet fundus præsumitur liber à seruitute. Item, tunc non oportet eum probare, constituentem fuisse dominum fundi seruientis. & in his duobus Actor agendo confessoria, est loco possessoris, & commodum possessionis habet. vt ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. sed si quæratur. Reus ergo habebit tunc probare, quòd Actor non sit dominus fundi dominantis, & quòd constituens non fuerit dominus fundi seruientis. 10 11

¶ Quartò ponit Actor, quòd ipse duxit † aquam ex fonte, & continuò fluxit per dictum fundum ad dictum pratum per x. annos inter præsentes, vel per xx. inter absentes, Titio domino dicti fundi sciente. Effectus: quia sic ex præscriptione lōgi temporis acquisita fuit talis quasi seruitus aquæductus, quæ perpetuam causam habet. vt C. de serui. & aqua. l. ij. etiam sine titulo. vt ff. si serui. vendi. l. si quis diuturno. 12

¶ Quintò ponit Actor, quòd ipse duxit aquam de cælo cadentem, & quasi perpetuò fluxit aqua per fistulas, canales, seu riuulos, per dictum fundum ad dictum pratum, scilicet quando pluebat, sciente domino dicti fundi, & per tempus supradictum. Effectus : quia sic ex tempore acquisita fuit quasi seruitus prædicta, quæ quasi perpetuam causam habet,

habes, vt in duabus legibus proximè allegatis.

¶ Sextò ponit Actor, quòd ipse & 13 prædecessores sui † duxerunt aquam de flumine Lani, tanto tempore, quòd de contrario memoria non extat, per dictum fundum ad dictum pratum, s. manu exercendo vsum dictæ aquæ. quia ibant ad flumen Lani, & aperiebant & fodiebant quasi singulis vicibus iuxta flumen, sic quòd veniebat aqua de flumine per dictum fundum ad dictum pratum. Effectus: quia sic acquisita est prædicta quasi seruitus ex tempore, licèt causam perpetuam vel quasi perpetuam non habeat, sed interpolatã: vt ff. de aqua quo. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & facit ad prædicta ff. de serui. vrb. præ. l. fora-
14 men. Et sic aquæductus † aliquando potest habere causam perpetuam seu continuam seu naturalem, & aliquando causam quasi perpetuam seu quasi continuam seu quasi naturalem, & aliquando nec illam nec illam, sed causam interpolatam: vt apparet ex prædictis tribus positionibus.

¶ Septimò ponit Actor, quòd ipse bo-
15 na† fide fuit, vel alio titulo habuit, & per patientiam sibi traditum fuit ius prædicti aquæductus à Titio, credens tunc eum esse dominum dicti fundi, & verum non erat. Effectus: quia sic probatur Actorem habere quasi seruitutem aquæductus in illo fundo. ar. Insti. de ac. §. sed istæ. Pu-
16 bliciana† enim actio in rem habet locum in seruitutibus: vt ff. de Publici. in rem act. l. si ego. §. j.

¶ Octauo ponit Actor, quòd Titius
17 † dominus dicti fundi ex causa donationis constituit ei prædictam seruitutem, & postmodùm dictus Actor vsus fuit dicta seruitute, Titio sciente, & per longum tempus. Effectus: quia sic seruitus prædicta præsumitur constituta ex titulo allegato, propter prædictum vsum subsecutum: licèt alio modo titulus non probetur: vt ar. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso.

Sequitur Guido Pape tract. de præsum ptionibus, nu. 71. & scripsit in decisionib. Parlamēti, q. 108.

18 ¶ Item ponit Actor, quòd Reus † impedit eum vti prædicta seruitute vel quasi. Effectus: quia sic habet locum confessoria actio in rem: vt ff. si serui. ven. l. si quis diuturno. in fine.

¶ Item ponit, † quòd interest sua, & 19 damnificatus est in x. lib. Turoñ. quia fuit iniustè impeditus à Reo vti prædicta seruitute vel quasi. Effectus: quia si probatur, tunc in tantum condemnabitur Reus: vt ff. si seruitus. ven. l. loci corpus. §. in confessoria.

POSITIONES REI.

PONIT & probare intendit Reus, circa quartam & quintam & sextam & octauam positiones, quòd dictus Actor † vsus fuit prædicto aquæductu, vi, vel 20 clàm, vel precariò. Effectus: quia sic impedita fuit prædictæ quasi seruitutis acquisitio. vt C. de ser. & aqua. l. j. Credo tamen, circa sextam positionem, quòd si Actor esset in possessione prædictæ quasi seruitutis, & vsus fuisset tanto tempore, ipse & eius prædecessores, quòd non extaret memoria in contrarium, non noceret ei, quòd mala fide vsus fuisset. ar. C. de præscrip. xxx. annor. l. si quis emptionis.

¶ Item ponit Reus, quòd dictus Actor † duxit aquam prædictam non iure ser- 21 uitutis, vt quia credebat fundum, per quem ducebat aquam, esse suum. Effectus: quia aliquis non præscribit seruitutem, nisi opinetur, & credat, se vti iure suo, scilicet iure seruitutis sibi debitæ: vt ff. quemadmodum serui. amittatur. l. si.

¶ Item ponit Reus, contra sextam positionem Actoris, quòd in contrarium memoria † hominum extitit, scilicet 22 quòd extat memoria, quòd dictus Actor non habebat ibi seruitutem prædictam, nec vtebatur ibi aliquo aquæductu. Effectus: quia sic confunditur & cessat prædicta sexta positio: vt ff. de proba. l. si. arbiter. & de aqua plu. ar. l. ij. §. idem Labeo. ij. Et poterit probari prædicta negatiua: vt docetur in glo. ff. de iti. actuq; priuato. l. j. §. hoc interdictum.

¶ Item ponit, quòd inter dictum pratum & dictum fundum Titianum est alter fundus, in quo dictus Actor non habet

bet seruitutem aquæductus. Effectus:
13 quia in rusticis † prædijs, medium prædium, quod non seruit, impedit seruitutem: vt ff. de ser. ru. prædi. l. qui sella. in
14 fi. Item, via publica † impedit seruitutem aquæductus: vt ff. de serui. l. serui-
15 tutes. iiij. §. pe. Item & locus sacer † & religiosus, impedit seruitutem: vt e. l. in fine.

¶ Item ponit Reus, quòd postquàm
16 dictus Actor † acquisiuit prædictam seruitutem vel quasi, ipse factus fuit dominus dicti fundi Titiani. Effectus: quia sic extincta fuit prædicta seruitus vel quasi in dicto fundo: vt ff. de serui. ru. prædio. l. tria prædia. in fi. & communia prædiorum. l. quicquid. Res enim propria domino non seruit: vt ff. si vsusfru. pe. l. vti frui. in princi.

¶ Item ponit Reus, quòd Actor stetit
17 † per x. annos inter præsentes, vel per xx. inter absentes, quòd ipse non fuit vsus prædicta seruitute vel quasi. Effectus: quia per tanti temporis non vsum amittitur seruitus: vt C. de serui. & aqua. l. sicut.

SENTENTIA.

18 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, dictum Actorem habere seruitutem vel quasi aquæductus per prædictum fundum Titianum ad dictum pratum dicti Actoris, & condemnamus dictum Reum, vt patiatur vti dictum Actorem pacificè dicta seruitute vel quasi, & vt cautionem ei præstet, ne in futurum eum impediat in eadē. & quia constat nobis interesse dicti Actoris in x. lib. Turoñ. quia fuit impeditus à dicto Reo vti prædicta seruitute vel quasi, condemnamus dictum Reum in prædictis x. lib. Turoñ. dandis dicto Actori pro interesse suo prędicto. & nihilominus condemnamus dictum Reum in c. solidis Turo. dandis dicto Actori pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ: cùm idem Actor, delato à nobis sibi iuramento, taxatione prædicta præcedente, iurauerit ad sancta Dei Euangelia, se expendisse prædictos c. solidos Turoñ. occasione præsentis causæ.

¶ Et credo, quòd iudex † in prædicta 19
sententia deberet declarando exprimere, an esset seruitus aquæductus, vel an esset quasi seruitus aquæductus: & super hoc videatur suprà, in titulo de ac. in rem pro feu. aperto, generalis libellus.

QVAESTIO. Quia de præscriptione seruitutum facta est aliqualis mentio, quæro de iurisdictione, † quanto tempo- 20
re præscribatur? Circa quod dicunt quidam, quòd quia iustitia est constans, & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens: vt ff. de iusti. & iure. l. iustitia. in prin. & iurisdictio est iustitia. ergo & iurisdictio videtur habere causam perpetuam, & sic debet præscribi x. vel xx. annis: vt C. de serui. & aqua. l. ij. ¶ Item alij dicunt, quòd iurisdictio non habet causam perpetuam seu naturalem, sed benè habet causam quasi perpetuam: quia tribunal & locus, in quo redditur ius, stant semper parata, vt reddatur ius, & exerceatur iurisdictio. sicut dicitur de stillicidio: quia licèt aqua non semper inde cašitet, attamen locus est semper paratus, ita quòd non eget, nisi quòd pluat. & sic stillicidium præscribitur longo tempore, tanquam habens causam quasi perpetuam, seu quasi continuam, seu quasi naturalem: vt ff. de se. vr. præ. l. foramen. in fine. Et sic etiam iurisdictio præscribatur x. annis inter præsentes, & xx. inter absentes: vt C. de serui. & aqua. l. ij. ¶ Tertij dicunt, quòd consuetudo dat iurisdictionem: vt C. de eman. lib. l. j. & de iuris. om. iudi. l. magisteriæ. & de testamen. l. testamenta omnia. & de fundis limitrophis. l. ij. lib. xj. & de diuersis offic. l. viros spectabiles. lib. xij. & ff. de iudic. l. cùm prætor. §. j. & de testib. l. iij. in fi. cum similibus. sed consuetudo † præ- 21
scribitur seu inducitur x. annis: vt no. C. quæ sit longa consue. in rubrica. ergo iurisdictio præscribatur & acquiratur x. annis. & multò fortiùs viginti annis, vel triginta.

¶ Sed dici debet, quòd seruitutes,

I † quæ

31 †quæ non habent causam perpetuam, nec quasi, vt seruitutes itineris, actus, vel viæ, & similes, non præscribuntur x. vel xx. annis, nec xxx. nec aliquo certo tempore: vt ff. de serui. l. seruitutes. iiij. sed benè præscribuntur tanto tempore, seu vsu tanti temporis, quòd in contrarium memoria hominum non extet: vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Cùm ergo iurisdictio sit incorporalis, vt seruitutes: & consistit in vsu, qui non habet causam perpetuam, nec quasi: quia non est ex naturali causa, & eius vsus sine facto hominis exerceri non potest: certè præscribi non potest aliquo certo tempore: vt suprà dictum est, de seruitutibus causam continuam, vel quasi, non habentibus. & ideo exigitur tantum tempus, quòd in contrarium memoria hominum non extet. & facit ff. de seruitu. vrbanor. prædi. l. foramen. Semper enim posset stare paratum tribunal, vel curia, vel furcæ in montibus: qa ibi nũquam iurisdictio exerceretur, nisi in singulis actibus factum hominis interueniret. & ad veritatem iurisdictio non habet causam perpetuam, nec quasi, sed interpolatam, & sic aliquo certo tempore præscribi non potest, sed solùm tanto tempore, quòd in contrarium memoria hominum non extet: vt ff. de aqua. quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Et iura, quæ dicunt
33 quòd consuetudo † dat iurisdictionem, debent intelligi, de antiqua consuetudine seu vetustate: vt C. de diuersis officijs. l. viros. lib. xij. exponatur longo tempore, id est, longissimo. sicut & aliàs sic exponitur ff. de iti. actuq̀ pri. l. apparet. §. si quis seruitutem. & C. de aquæductibus. l. vsum aquæ. lib. xj. & etiam C. de testamen. l. testamenta omnia. expressè dicitur, mos fidelissimæ vetustatis &c. ¶ Vel potest dici probabiliter, cùm de acquisitione iurisdictionis ex tempore quæritur, quòd si homines municipij vel ciuitatis vniuersitatem habentes, vel saltem maior pars eorum singulariter adiuerũt iudicem alicuius Baronis vel Comitis, iurisdictionem in illo territorio exercentem, & litigauerunt coram eo, non per errorem, sed scientes eum nullam iurisdictionem habere, & hoc sine interruptione fuit per x. annos obseruatum: tunc potest dici, iurisdictionem consuetudine tali fore acquisitam, & illi de municipio vel ciuitate non poterunt venire contra prędictam consuetudinem sic tacito consensu populi inductam, & tempore x. annorum roboratam & præscriptam. & ita possunt intelligi iura, quę dicunt iurisdictionem longa consuetudine acquiri. Si autem illi homines non habuerunt † vniuersitatem, vt est hodiè 34
in quibusdam villis & ciuitatibus, in quibus non sunt consules, nec syndici, nec sunt homines ausi ibi se congregare, vt est Briuatæ, & in Aiutio, & in Claromonte: si illi homines litigauerũt omnes, vel maior pars, coram illo iudice, ille iudex ex longo tempore non potuit acquirere iurisdictionem: quia illi homines cùm vniuersitatem non haberent, non possunt facere legem non scriptam. ergo nec iurisdictionem ex tempore possunt dare per suum tacitum cõsensum. Idem, si habuerunt vniuersitatem, sed errore credentes illum esse iudicem suum, litigauerunt coram eo: quia & tunc ad hoc, quòd essent adstricti tali vsu, requireretur tantum tempus, quòd memoria in contrarium non extaret: quia iurisdictio † res incorporalis est, & non habet cau- 35
sam continuam, sed interpolatam: vt suprà dictum est. ¶ Si autem duo Barones † vel Comites litigarẽt inter se de iurisdi- 36
ctione, ille super possessorio retinendæ possessionis obtineret, qui tempore litis contestatæ possidet, non vi, non clàm, nec precariò: vt Instit. de interdi. §. hodiè. sed super proprietate iurisdictionis obtineret ille, qui tanto tempore, quòd memoria hominum excessit, iurisdictionem acquisiuisset, & non alio tempore: quia iurisdictio interpolatam causam habet: vt dictum est.

RVBRICA XII.

De iurisdictione. Et super ea libellus.

Hæc si remittit Gui Papa in decis. q. 573 ...

SVMMARIVM.

1 Libel- ...

40 Cognitio sola eorum, quæ sunt de mero imperio, an sit meri imperij. Et quid in eorum sententia & executione. nu. 41. & 42.

43 Carnifex, qui furca figit condemnatos, mutilat, & exequitur sententias, merum imperium non habet, nec iure suo facit executionem: sed per eum, vt per nuncium, executio expeditur.

44 Imperij mixti quæ sint.

45 Causæ omnes ciuiles seu pecuniariæ, quæ sunt vltra ccc. aureos, sunt mixti imperij.

46 Quæstiones ingenuitatis & libertinitatis, sunt mixti imperij.

47 Imperij mixti sunt ea, quæ causæ cognitionem habent plenam, & magis officio iudicis expediuntur, quàm iure actionis.

48 Imperij mixti est, compellere aliquem captis pignoribus.

49 Imperij mixti est, opponere rem aliquam ad manum Curiæ, ne partes veniant ad arma & rixas.

50 Executio sententiæ in causis ciuilibus, est de mixto imperio.

51 Ius bannizandi in nemoribus, pascuis, & hortis, & in alijs locis, an sit de mixto imperio.

52 Priuatus an possit habere forasterium in foresta sua, & sic bannizare & pignorare.

53 Ius pedagiandi, seu habendi & leuandi pedagium in via publica, an sit de mixto imperio.

54 Ius mensurandi seu ponderandi, & authoritas eorum in concedendo, & ius frangendi falsas mensuras, an sit de mixto imperio. Et crimen falsi inde commissum, ad quod imperium pertineat.

55 Iurisdictionis bassæ quæ sint.

56 Causæ omnes aliæ, tam ciuiles, quàm criminales, quæ iure magistratus competunt, bassæ sunt iurisdictionis.

57 Causæ omnes ciuiles, quæ non inueniuntur esse de mixto imperio, id est, quæ non inueniũtur cõmissæ maioribus vt maioribus, nec interdictæ inueniuntur magistratibus municipalibus, bassæ sunt iurisdictionis.

58 Causa omnis criminalis, quæ non est de mero imperio, bassæ est iurisdictionis, tam in cognoscendo, quàm in sententiando & sententiam latam exequendo.

59 Iurisdictionem bassam habens, potest reos, qui maiora crimina committunt, capere, & in carcerem detrudere, & eos postea remittere ad eum, qui merum imperium habet. nu. 61.

60 Excubias facere de nocte, & arma portare; est de bassa iurisdictione.

62 Furcæ sunt signum meri imperij, & postellus est signum bassæ iurisdictionis. & an signa hæc inferãt aut probent iurisdictionẽ.

63 Furtum, de iure scripto, non est de mero imperio. & vnde hoc cognoscatur. Et quid de consuetudine, quæ fur furca figitur, aut membro mutilatur.

64 Furtum est crimen priuatum, & quare. Item, quando hoc publicum censeri possit.

65 Adulterium, cùm hodie non puniatur, an sit de imperio mero, vel mixto, vel bassa iurisdictione. Et licèt non sit capitale, an nihilominùs crimen publicum remaneat.

66 Iurisdictionem bassam habens, an sententiam suam in causis ciuilibus latam exequi possit. & quid in criminibus ad bassam iurisdictionem spectantibus.

67 Imperio mero vsus, quantum ad mutilationem, tanto tempore, quòd memoriam hominum excessit, an per hoc videatur cætera, quæ meri imperij sunt, præscripsisse.

68 Iurisdictio in via publica ad quem pertineat. nu. 76.

69 Viæ publicæ in prima sua publicatione fuerunt de solo fundorum.

70 Falsum vel immutatum ex toto non est, quod primordio veritatis adiuuatur.

71 Finium regundorum iudicium vtile datur habentibus fundos iuxta viam publicam, contra illos, qui habent fundos ex alia parte viæ publicæ.

72 Refectio viarum publicarum spectat ad eos, qui vicinos fundos habent.

73 Via

73 *Via publica destructa, via fit per fundum vicinum, & sic periculum viæ ad fundum vicinum pertinet.*
74 *Via publica in medio existens inter fundum & flumen, non impedit, quin illud quod per alluuionem flumen viæ adijcit, fundo acquiratur, perinde ac si via publica non esset in medio.*
75 *Via publica non impedit, quin proprietas riparum & arborum in ripis natarum sit eius, cuius est fundus, qui est iuxta viam publicam, ex parte altera.*
77 *Iurisdictio si est vnius ex parte vna, & ex alia parte sit alterius, an inter eos erit communis pro indiuiso, vel quilibet habebit eam pro diuiso, in medietate viæ, prout erit iuxta fundũ, in quo iurisdictionem habent.*
78 *Iurisdictionem in casu præsupposito quis habere debeat, in medio viæ scilicet indiuisibili.*
79 *Punctum quid, & quot modis dicatur: de vario puncti effectu, & quid à momento differat. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. & 91.*
80 *Momenta punctorum an sint indiuidua.*
81 *Bes, quid sit.*
92 *De iurisdictione viæ publicæ dictum, identitate rationis trahitur ad iurisdictionem fluminis publici.*
93 *Via publica, & flumina publica, an sint Imperatoris vel Regis, iure regaliarum.*
94 *Iurisdictionis prorogatio quot modis fiat.*
95 *Iurisdictionis prorogatio vt valeat, an necesse sit, quòd ille, in quem fit, iurisdictionem habeat. Et quæ sufficiat. Et quæ alia ad prorogationem requirantur.*
96 *Prorogatio de causis meri & mixti imperij, an & quando fieri possit.*
97 *Causa pecuniaria, quæ sunt vltra summã ccc. aureorum, licèt sint mixti imperij, earum tamen prorogatio in magistratum municipalem fieri potest.*
98 *Causa pecuniaria citiùs delegãtur, quàm alia causa mixti imperij.*
99 *Clerici iurisdictionem in aliquem prorogare an & quando possint, requisitis interuenientibus.*
100 *Iurisdictionis prorogatione facta in eum, qui nullam iurisdictionem habet, si posteà eam adeptus fuerit, an per hoc confirmentur, quæ acta fuerãt, ratihabitione superueniente. Et quid ratihabitio superueniens operetur, si per coactionem, vel errorem, in iudicem prorogatio facta fuerit.*
101 *Iurisdictionis prorogatio, an de loco ad locum fieri possit.*
102 *Iurisdictionem prorogare an possint duo Venianenses in Iudicem Montis Pessulani, quòd in Monte Pessulano cognoscat.*
103 *Iurisdictionem Iudicis Venianensis, si duo de Veniano, vel duo de Monte Pessulano prorogare velint, vt cognoscat in Monte Pessulano, an possint.*
104 *Iurisdictionis prorogatio an fieri possit in Iudicem chartularium, qui iurisdictionem habet sine administratione.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, quòd dictus Actor habet omnimodam iurisdictionẽ in territorio Cellæ nouæ, sic & sic confrontato, & in eo omnimoda iurisdictio est sua vel quasi sua. Vnde cũ dictus Reus dictum Actorem impediat vti prædicta iurisdictione in dicto territorio, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam omnimodam iurisdictionem dicti territorij ad eum pertinere, & esse suam vel quasi suam, per vestram sententiam declaretis. & dictum Reum, vt dictum Actorem patiatur vti prædicta iurisdictione, & vt caueat, ne ipsum in futurum vti impediat, sententialiter condemnetis. necnon & interesse dicti Actoris, quod æstimat x. lib. Turo. quia ipsum sine iusta causa impediuit vti prædicta iurisdictione. necnon & in expensis factis occasione præsentis causæ, quas

æstimat xx. solidis Turoñ. dandis dicto Actori, per eandem sententiam condemnetis, & condemnatũ ad prædicta iuris remedijs compellatis. & protestatur de futuro interesse, & de expensis faciendis suo loco & tempore legitimè declarandis. implorans, domine iudex, vestrum officium in his, in quibus est de iure, vel etiam de iure fuerit implorandum.

¶ Probatur, vt suprà in confessoria probatus est libellus.

¶ Circa quod est notãdum, quòd ser-
3 uitutum † quæ iam sunt reales, quædam personales: vt ff. de serui. l. j. Iurisdictio autem non inuenitur inter eas nominata, nec nominari debuit. Ipsa enim realis seruitus non est: quia realis debetur à prædio prædio: vt Insti. de serui. §. in rusticorũ. & ff. com. prædi. l. j. & licèt iuris-
4 dictio † concernat territorium: vt ff. de iurisd. om. iudi. l. fi. & de verbo. signifi. l. pupillus. §. territorium. attamẽ ipsa non debetur prædio, sed personæ, iuxta ea quæ notantur ff. de officio præsid. l. iij.
5 Item non est personalis † seruitus: quia illa ad hæredem non transit: vt ff. de lib. le. l. non solùm. §. tale. & de vsufruc. l. si
6 quis vnas edes. Iurisdictio † autem transit ad hæredem, nõ tamen ad hæredem præsidis: quia ille à se eam abdicare non potest: vt ff. de officio præsi. l. penul. sed ad hæredẽ Baronis, qui eam acquisiuit tempore, vel alio modo, benè transit. Vide-
7 mus enim hodiè, quòd iurisdictio † est in patrimonio Baronum quodammodo, sicut asinus est in patrimonio rustici. Item,
8 licèt † iurisdictio non sit seruitus, tamen si quis impediatur in ea, ipse poterit agere ad instar confessoriæ actionis in rem. cùm sit eadem ratio. ergo sit idẽ ius. Item
9 iurisdictio † est res incorporalis, & in vsu suo habet causam interpolatam: vt seruitus itineris, actus, vel viæ. de similibus autem procedetur ad similia: vt ff. de legib. l. non possunt. & sic formatus est libellus prædictus, & sic seruatur de cõsuetudine.

¶ Rectè dicit Actor, quòd iurisdictio
10 † est sua: vt ff. de offi. eius, cui manda. est iurisdic. l. j. circa princip. ibi, dum dicitur, iurisdictionem suam mandant. & si quis ius dic. non obtem. l. vna. & C. qui pro sua iurisdictio. iudi. dare possunt. in rubrica. ¶ Item rectè subiungitur, vel quasi sua: † vt sic in libello comprehen- 11
datur ille, qui eam habet ex præscriptione: quia tunc eam non potest verè dicere suam, sed quasi suam. arg. ff. de aqua plu. arcen. l. j. in fine. & etiam comprehendatur Publicianista, qui etiam non potest eam dicere verè suam, sed quasi suam: vt Insti. de act. §. sed istæ. & sic in libello prædicto Actor videtur inseruisse omnem causam, per quam iurisdictio possit esse acquisita.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit Actor, quòd Imperator † donauit ei prædictam 12
iurisdictionem. Effectus: quia Imperator † est dominus mundi, quãtum ad iu- 13
risdictionem & protectionem: vt in consti. ff. in princi. & sic potuit eam donare. sed ius superioritatis † imperij, quod Im- 14
perator habet in iurisdictione, vel alijs rebus Imperij, ipse non posset donare, vel aliàs ab ipso Imperio eximere, iuxta id, quod no. in cor. quomodo oporteat episcop. in princi. coll. j. ¶ Sed prædicta positio † non proficeret in loco isto: quia 15
hîc non subsumus Imperatori, nec de iure, nec de facto: vt dicitur infrà, de praeiudiciali in rem, per quã quæritur, an aliquis sit seruus. Item si subessemus ei, fortè iurisdictio prædicta non fuisset sua, 16
hodiè: quia hodiè † potest esse in patrimonio priuatorũ: vt suprà dictum est.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse & prædecessores sui vsi fuerunt † prædicta iu- 17
risdictione tanto tempore, quòd origo vsus eiusdem iurisdictionis excessit memoriam hominum. Effectus: quia sic sufficienter iurisdictio fuit præscripta: vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & sic pertinet ad Actorem, non vt verè sua, sed vt quasi sua ex præscriptione. ar. ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse emit † eam à Mæuio, ad quem pertinebat, & 18
erat sua vel quasi sua: & posteà fuit idem Actor vsus dicta iurisdictione per x. annos,

nos, dicto Mæuio sciente. Effectus: quia sic præsumitur eam acquisiuisse, & suam esse vel quasi ex titulo allegato, licèt titulus non probetur: vt ff. de vsur. l. cùm de in rem verso. In prædicta positione, quia iurisdictio habet causam interpolatam, allegatus est titulus, licèt non sit necesse eum probare. Sed si iurisdictio haberet causam continuã vel quasi, quod tamen non habet, non esset necesse titulum allegare: quia sine titulo † seruitutes, quæ cõtinuam causam habent, vel quasi continuam, præscribi possunt: vt ff. si seruitus ven. l. si quis diuturno. in princi.

19

20 ¶ Item ponit Actor, quòd ipse † ex causa venditionis habuit eam à Mæuio, cuius erat. Effectus: quia sic probat eam esse suam vel quasi suam: vt ff. de acquiren. rerum do. l. qua ratione. §. hæ quoque res.

¶ Item ponit, quòd Mæuius, cuius

21 erat prædicta iurisdictio, dedit † eam sibi in feudum. Effectus: quia sic probatur eam esse quasi suam. & sic est de consue-

22 tudine, † quòd possit dari in feudum: & ideo sic custodiri oportet: vt ff. de legi. l. de quibus. & potest dici probabiliter,

23 quòd data iurisdictione † in feudum, appellationes debebant deuolui ad dominum, qui dedit eam in feudum. & de hoc dicitur infrà, in titulo de condictione ex moribus libellus, secundùm prædicta.

¶ Itẽ ponit, quòd ipse bona fide emit

24 † eam, & per patientiam ei tradita fuit à Mæuio, credens eam esse ipsius Mæuij, & verum non erat. Effectus: quia sic probat eam esse quasi suam, & ad se pertinere tanquam ad Publicianistam: vt Insti. de ac. §. sed istæ. Publiciana enim in rem actio, habet locum etiam in incorporalibus: vt ff. de Publicia. in rem act. l. si ego. §. j.

25 ¶ Item ponit Actor, quòd ipse habet prædictam iurisdictionẽ † ex longa consuetudine, seu ex tacito consensu populi. Effectus: quia sic consuetudo dat iurisdictionem: vt C. de eman. lib. l. j. & Insti. de iure natura. §. sine scripto. & de hoc dictum est suprà in præcedenti libello. ¶ Prædicta tamen positio non proficeret in casu nostro: quia in territorio Cellæ nouæ nõ est populus vel vniuersitas hominum, quæ posset facere statutum, vel legem non scriptam seu consuetudinem ex suo tacito consensu inducere. Item non sunt ibi, nisi duo homines laici, qui non possunt facere vniuersitatem: vt ff. de ver. sig. l. Neratius.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, prædictam omnimodam iurisdictionem dicti territorij Cellæ nouæ pertinere ad dictum Actorem, & eã esse suam vel quasi suam &c. vt in præcedenti libello sententia est formata. 26

QVAESTIO. Circa prædictum libellum quæritur, an probato † mero imperio, videatur probatum mixtum imperium, & bassa iurisdictio? Et videtur, quòd sic: quia probata via, videtur probatus actus, & iter: vt ff. de serui. ru. præd. l. j. ergo &c. Sed dico, quòd iter, actus, & via, sunt tres seruitutes diuersæ, & vna probata, non eo ipso est alia probata: vt ff. si serui. ven. l. loci corpus. §. j. Sic & merum imperium, † & mixtum, & bassa iurisdictio, sunt tres species iurisdictionis diuersæ, & habentes suas proprias & discretas differẽtias essentiales: vt equus, mulus, & asinus. vt ff. de iurisd. om. iu. l. imperium. & sic vna probata, nõ sequitur, quòd alia sit probata. & facit ff. de tut. & cu. datis ab his. l. j. ¶ Est tamen aduertendum, quòd licèt via † non contineat actũ, nec actus iter, prout sunt seruitutes: attamen via habet in se commoditatem, & veri actus, & itineris. & actus habet in se commoditatem etiam veri itineris: vt ff. de ser. rusti. prædi. l. j. Merũ verò † imperium est per se taxatum & limitatum in iure, & eodẽ modo mixtum imperiũ, & bassa iurisdictio. & vna species non est alia prædicatiuè. nec qui habet vnam, eo ipso habet aliam, nec alterius cõmoditatem. nec vna est in alia constitutiuè: excepto mixto imperio: illud enim constituitur ex aliquo meri imperij, 27 28 29 30

rij,& ex aliquo iurisdictionis. vt in l. imperium. Sic & participium, partem capit à nomine, partemq; à verbo. vt mulus, ab equa & asino. non tamen illæ partes, sunt partes integrales: sed solum & superficies benè sunt partes integrales domus. vt ff. de vsucap. l. eum qui ædes. Dico ergo, quod tres sunt species † seu tria genera iurisdictionis distincta & separata,
31 s. merū, & mixtum, & bassa iurisdictio: vt sequitur per exempla.

32 De mero † imperio.

33 DE MERO imperio est, † mors naturalis, cùm in pœnam alicui per sententiam infligitur, propter aliquod crimen.
34 ¶ Item, de mero imperio † est, amissio libertatis & ciuitatis, vt quando aliquis damnatur in metallum. ¶ Item, amissio ciuitatis tantùm, vt quando aliquis deportatur in insulam. prædicta enim tria sunt de mero imperio. vt ff. de iurisdic. omnium iudi. l. imperiū. & ibi
35 not. ¶ Item, mutilatio † membri, est de mero imperio. quod probatur, quia mors naturalis & mutilatio membri quodam modo fraternizant, & coniunguntur in cor. de collato. §. ad hæc prohibemus. coll. ix. Item, quia sufficit, quantum ad merum imperium, animaduertere in totam personam, vel in partem eius. vt no. in l. imperium. & facit ff. de reg. iur. l. nemo potest gladij potestatē. ¶ Item, atrox
36 verberatio, † est de mero imperio: quia merum imperium cōstituitur & cognoscitur ex duobus, s. quòd sit pœna in corpore humano, & quòd cōmittatur maioribus vt maioribus: & per consequens delegari non potest. quæ duo rectè sunt in atroci verberatione. vt ff. de offi. procon. & lega. l. si quid erit. ¶ Item, relega-
37 tio est † de mero imperio. vt no. Insti. qui. mo. ius pa. potesta. sol. §. relegati. ¶ Item,
38 interdictio patriæ, † est de mero imperio. vt C. de sen. & interlo. om. iudi. l. nulli. & no. ff. de verbo. sig. l. pronunci-
39 atio. in princi. ¶ Item, bannire † aliquem, est de mero imperio. quod apparet: quia banniti æquiparantur deportatis vel relegatis. vt no. Instit. qui. mo. ius pa. po. sol. §. relegati. ergo &c. ¶ Nunc est notandum, quòd super prædictis, quæ sunt de mero imperio, sola cognitio † est de 40
mero imperio. vt ff. de offi. eius, cui mā. est iuris. l. j. §. huius rei. & meliùs ff. de officio procon. & lega. l. solet. in princ. vbi fit delegatio ad solam cognitionem: & dicitur esse contra ius commune, cùm sit gladij potestas. & sic exinde potest colligi, quòd cognitio eorum, quæ sunt meri imperij, per se sumpta, nec etiam inspecto debeat fieri condemnatio vel absolutio, dicitur gladij potestas seu coertionis potestas. ¶ Item, & sententia † causarum earum, quæ sunt meri impe- 41
rij, est de mero imperio. quod apparet, quia licèt proconsul demandet cognitionem, non tamen sententiam. vt in d. l. solet. Postquàm ergo sententia eorum, quæ sunt meri imperij, delegari non potest, nec habet aliquid in se iurisdictionis bassæ seu pecuniarij commodi, ipsa debet dici de mero imperio. vt in d. l. imperium. Item, facit ad hoc, quia talis sententia trahit secum executionem quandam. vt ff. de iniu. rup. testa. l. si quis. §. sed & si quis. ¶ Item, executio sententiæ † eorum, quæ sunt meri imperij, est meri 42
imperij. vt satis apparet in l. imperium. vbi dum dicit, ad animaduerēndum &c. quod debet intelligi, si legitimè & ritè cognitio præcessit. vt ff. de re iudi. l. iiij. §. condemnatum. & C. comminat. epist. l. fi. Et sic l. imperium. intelligatur, nedum in gladij potestate, quantum ad cognoscendum vel sententiandum, immò & quantum ad gladium, ad rem, seu in exequēdo. Sed opponitur † de morte de 43
vaca seu de carnacerio, qui furca figit condemnatos, mutilat, & exequitur sententias, & tamen erroneum esset dicere, quòd ille habeat merum imperium. Sed dico, quòd ille executor nō facit iure suo talem executionem, nec in eum transit merum imperium, sed per eum, vt per nuncium, executio expeditur. vt simile no. ff. de iurisdictione omnium iudi. l. j.

De mixto † imperio. 44

DE

DE MIXTO imperio sunt omnes
45 † causæ ciuiles seu pecuniariæ, quæ sunt vltra ccc. aureos. vt in cor. de defen. ciui. §. & iudicare. col. iij. ¶Item, quæstiones
46 † ingenuitatis & libertinitatis. vt C. de peda. iudic. l. ij. & ne de sta. defuncto. l. si pa-
47 ter. ¶Item, de mixto imperio † sunt ea, quæ causæ cognitionem habent plenam, & magis officio iudicis expediuntur, quàm iure actionis: vt est in dãda bonorum possessione, & in similibus. vt in l. imperium. & l. iubere caueri. & de offi. proconsul. & lega. l. nec quicquam. §. vbi decretum. & de tutelis. l. muto. §. tutoris datio, cum similibus. ¶Item, de mixto
48 imperio † est, compescere aliquem captis pignoribus. vt C. de pig. l. nominatori. & ff. de dam. infec. l. iiij. §. an tamen. & de muneri. & hono. l. si quis magistratus.
49 ¶Item, opponere rem aliquam † ad manum curiæ, ne partes veniant ad arma & rixas. de quo habetur ff. de vsufruc. l. æquissimum. in princ. est de mixto imperio, eadem ratione. ¶Item, executio
50 sententiæ † in causis ciuilibus, est de mixto imperio, iuxta id quod no. C. de bon. auth. iud. pos. l. cũ pponas. & de agric. & cens. l. cùm satis. §. caueant. lib. xj. & de
51 re iud. l. ij. ¶Item, ius † bannizandi in nemoribus, pascuis, & hortis, & in alijs locis, est de mixto imperio. Post bannum enim fit statim pignoratio, quæ est de mixto imperio, vt statim dictum est. & facit C. de pascuis publi. l. ij. lib. xj. Qui-
52 dam dicunt, quòd etiam priuatus † potest habere forasterium in foresta sua, & per consequens bannizare & pignorare. vt ff. de vsu & ha. l. si ita legatus. §. dominus. & de lega. iij. l. cùm quæreretur. §. prædium. & de fundo instruc. l. instrumenta. in fi. & l. quæsitum. §. saltuarium. Sed ibi non loquitur de pignorando. & facit contra eos ff. ad leg. Aquil. l. Quin-
53 tus Mutius. ¶Item, ius † pedagiandi, seu habendi & leuandi pedagium in via publica, vt videmus in pluribus locis, est de mixto imperio, sicut & ius bannizandi in nemoribus & pascuis. ¶Item, ius
54 † mensurandi seu ponderandi, & authoritas eorum in concedendo, & ius frangendi falsas mensuras, est de mixto imperio, seu de alta iurisdictione. ar. in cor. de collato. §. si autem collatores. colla. jx. & C. de suscepto. & arca. l. modios. lib. x. & ff. lo. & condu. l. item quæritur. §. si quis mensuras. Sed crimen falsi inde commissum, quia tendit ad deportationem, est de mero imperio, vt apparet ex superioribus.

De bassa † iurisdictione. 55

DE BASSA iurisdictione sunt oẽs 56
† aliæ causæ, tam ciuiles, quàm criminales, quæ iure magistratus competũt: quæ sunt in cor. de defen. ciui. §. nulla. & §. & iudicare. & §. audient. coll. iij. & not. in l. imperium. ¶Et in summa, omnes causę 57
† ciuiles, quæ non inueniuntur esse de mixto imperio, i. quæ non inueniuntur commissæ maioribus vt maioribus, nec interdictæ inueniuntur magistratibus municipalibus, seu defensoribus ciuitatum, sunt de iurisdictione, quæ speciem facit à mero & mixto imperio distinctã, quæ vulgariter bassa seu simplex iurisdictio appellatur. ¶Item in summa, 58
omnis † causa criminalis, quæ non est de mero imperio, i. quæ non est commissa maioribus vt maioribus, est de iurisdictione bassa, tam in cognoscendo, quàm in sententiando, quàm in sententiam latam exequendo. Et est exemplum in furto, & similibus, quæ non infligunt pœnas, quas dixi esse meri imperij. vt in cor. de defen. ci. §. audient. colla. iij. Nec obstat, quia ibi dicit, leuiora: quia leuiora dicuntur omnia crimina, quæ de mero imperio non sunt: vt est fustigatio furis. vt C. de ser. fugi. authent. sed nouo iure. Et quicquid quidam dixerunt, credo, quòd nulla causa criminalis est de mixto 59
imperio. ¶Item, qui habet bassam † iurisdictionem, potest reos, qui maiora crimina committunt, capere, & in carcerem detrudere, & eos posteà remittere ad eum, qui merum imperium habet. vt in §. audient. & sic per consequens, ex- 60
cubias † de nocte facere, est de bassa iurisdictione. & etiam arma portare. est enim tunc de iurisdictione bassa. vt ff. de

of. præfec. vigi. l. iij. §. sciendum. Et facit ad prædicta, quia præfectus vigilum non habet merum imperium. vt C. de of. præfect. vigil. l. vna. & tamen facit excubias, & portat arma. vt ff. e. l. iij. §. sci-
61 endum. Et cùm incendiarij † dolosi capite puniantur: vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. nonnunquam. & C. qui accusa. non pos. l. data opera. ideo præfectus vigilum de eis non cognoscit: sed remittit eos ad superiores. vt ff. de offic. præfec. vigilum. l. fi. alios verò fustibus cædit. vt ibi. Itē & de furto cognoscit, vt ff. e. l. iij. §. j. modicè tamen eos puniendo. vt ibi no. & facit ff. de condic. causa data. l. cùm seruus.

¶Ex prædictis satis potest perpendi,
62 quòd furcæ † sunt signum meri imperij: quia in pœnam quis ibi ad mortem ponitur. & postellus est signum bassæ iurisdictionis: quia ibi ponitur quis pro leuioribus criminibus. Sed signa prædicta non inferunt, nec probant iurisdictionem: quia quis non habet propter furcas, vel propter postellum iurisdictionē: nisi aliàs ꝓbetur acquisita, vt dictū est s.

¶Item, ex prædictis apparet, quòd
63 furtum † de iure scripto non est de mero imperio, nisi cùm agitur ad fustigationem cum atroci verberatione. sed in locis, in quibus est de cōsuetudine, quòd pro primo furto est pœna, membri mutilatio, & post mutilationem pro primo furto fur furca figitur: tunc indistinctè furtum est de mero imperio: quia merum imperium iudicatur & cognoscitur ex pœna infligenda, vt suprà dictum est. & facit ff. de pœnis. l. quod ad statum
64 damnatorum. Furtum tamen † est priuatum delictum seu crimen priuatum: quia extraneus non admittitur ad accusandum. vt no. ff. de priua. delic. l. fi. Sed in locis, in quibus permittitur de consuetudine cuilibet furem accusare, posset dici, furtum esse publicum crimen: ex hoc enim cognoscitur regulariter crimen publicum. vt Insti. de pub. iud. in princip.

65 ¶Item, cùm adulterium hodiè † non puniatur, nisi in quibusdam locis, & ibi in pœnam adulteri ducuntur nudi cum tubis per villam: dico, quòd adulterium nō est hodiè de mero imperio, quia non habet pœnam meri imperij. nec est de mixto, quia tendit ad pœnam corporalem talem qualem. Sed sine dubio est de bassa iurisdictione. & tamen remanet nihilominùs crimen publicum, licèt non sit capitale. & facit ff. de pub. iudi. l. ij.

¶Item ex superioribus apparet, quòd qui bassam iurisdictionem habet, sententiam † suam in causis ciuilibus latam ex- 66
equi non potest: quia illud est mixti imperij. sed sententiam suam latam in criminibus ad eum spectātibus benè potest exequi. vt in §. audient. habetur expressè. & potest esse ratio: quia maleficia non debent remanere impunita. vt ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. quòd si quis. & ar. C. de pœnis. l. causa reis. & eadem ratione capit indistinctè omnes criminosos. vt in §. audient.

QVAESTIO. Titius vsus est, & prædecessores sui, mero † imperio, quā- 67
tum ad mutilationem, tanto tempore, quod memoriam hominū excessit: quæritur, an per hoc videatur cætera, quæ meri imperij sunt, præscripsisse? Dico, quòd si aliquis alter vsus fuit alijs ad merum imperium pertinentibus, tunc Titius non videbitur alia præscripsisse, quæ sunt meri imperij. ar. ff. de acquiren. pos. l. iij. §. j. & de seruitu. rusti. prædi. l. vna est via. in princip. ¶Sed contrà ff. de itinere actuq; priua. l. j. §. Iulianus ait. Sed ibi præscriptio erat in præiudicium alterius, scilicet illius, cuius erat fundus. quilibet autē fundus præsumitur liber à seruitute: & ideo ibi debet præscriptio assumi strictiùs.

QVAESTIO. Nunc quæritur, ad 68
quem pertineat † iurisdictio in via publica. Et est dicendum, quòd iurisdictio *Hoc ferè* viæ publicæ est illorum, qui circumqua- *mutis G.* que iurisdictionem habent. & hoc pluri- *P. q. 444.* bus rationibus. Primò, quia certum est, *nu. 2. inf.* quòd viæ † publicæ in sua prima publica- *& q. 577.* tione fuerunt de solo fundorum. & non *in prin.* 69
est ex toto † falsum vel immutatū, quod 70
primordio veritatis adiuuatur. vt ff. de lega.

lega. ij. l. cùm filius. §. hæres meus. Se-
71 cundò, quia habentibus† fundos iuxta
viam publicam, datur vtile iudicium fi-
nium regundorum, contra illos qui ha-
bent fundos ex alia parte viæ publicæ. vt
ff. fi. regun. l. iiij. §. fi. Tertiò, quia refe-
72 ctio† viarum publicarum spectat ad eos,
qui vicinos fundos habent. vt ff. de mu-
ne. & hono. l. honor. §. viarũ. & de va-
ca. & excu. mu. l. sunt munera. & de via
73 pub. refi. l. ędiles. Quartò, quia si via† pu-
blica destruatur, per fundum vicinum
fit via, & sic periculum viæ ad fundum
vicinum pertinet. vt ff. quemadmo. ser.
amit. l. si locus. §. fi. Quintò, quia via
74 † publica in medio existens inter fun-
dum & flumen, non impedit, quin illud
quod per alluuionem flumen viæ adij-
cit, fundo acquiratur, perinde ac si via
publica nõ esset in medio. vt ff. de acqui-
ren. rerum do. l. Martius. Sextò, quia via
75 † publica non impedit, quin proprietas
riparum & arborum in ripis natarum sit
eius, cuius est fundus, qui est iuxta viam
publicam ex parte altera. vt no. Institu.
de re. di. §. riparum. Et sic apparet ex
76 prædictis sex rationibus, quòd via† pu-
blica debet censeri de fundo vicino. ad
quod facit optimè prædicta l. Martius. in
fin. vbi dicitur, quòd via publica dicitur
esse fundi vicini. Et sic etiam satis appa-
ret, quòd iurisdictio viæ publicæ perti-
neat ad eum, qui circumquaque iuris-
dictionem habet in fundis. ¶ Item, si ex
78 parte vna† iurisdictio sit vnius, & ex alia
parte sit alterius, iurisdictio nõ erit com-
munis inter eos pro indiuiso: sed quili-
bet habebit pro diuiso iurisdictionem
in medietate viæ, prout erit via iuxta
fundum, in quo iurisdictionem habent.
vt ar. ff. de acqui. re. do. l. adeò. §. insula.
¶ Item, si quæratur, quis eorum habebit
iurisdictionem in medio viæ, scilicet in-
diuisibili? certè non erit respondendum,
nec curandum, cùm sit quæstiò de pun-
cto seu quasi de momento. vt simile not.
ff. de in integ. resti. l. non solùm. in prin-
cip. & C. de bonis quæ liberis. l. fi. §. fi.
¶ Et quia de puncto facta est mentio,
79 est notandum, quòd punctus† vel pun-

Sequitur Guido Pape vbi suprà, nu. 4.

ctum vno modo dicitur, quædam mora
temporis, continens decem momenta,
quæ faciunt quartam partem vnius ho-
ræ diei. & sic qui benè computat, quatu-
or puncta seu quadraginta mométa, quæ
idem sunt, faciunt vnam horam inte-
gram. nec credat aliquis, quòd illa mo-
méta† punctorum sunt indiuisibilia seu 80
indiuidua: immò in quolibet momento
sunt xij. partes temporis. quod apparet,
quia ex bessibus momentorum colligi-
tur bissextus. ergo quodlibet mométum
habet bessem. Bes† autem sunt octo vn- 81
ciæ seu octo partes de duodecim. vt In-
stitu. de hære. insti. §. hæreditas. & ff. e. l.
seruum. §. fi. Et prædicta possunt recol-
ligi ex glo. ff. de verbo. signif. l. cùm bis-
sextus. & sic potest intelligi C. de malefi-
cijs & ma. l. nullus. Et quod dixit Iesus,
Non est vestrum scire tempora vel mo-
menta &c. vt no. eo. titu. l. nemo. ¶ Item,
momentum† ponitur, licèt impropriè, 82
pro vna die. vt C. de ferijs. l. omnes iu-
dices. ¶ Item, dicitur momentaneum il-
lud, quod aptum est parum durare. vt
C. si de momentanea pos. fue. appella. l.
vna. & ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. po-
namus. ¶ Item, punctum seu momen-
tum dicitur, quoddam tempus quasi in-
diuisibile. vt ff. de cond. insti. l. fi. & de
acquiren. hæred. l. placet. & de minori-
bus. l. iij. §. minore. & de vsucap. l. in vsu-
capionibus. & C. de ag. & cen. l. colonos. j.
lib. xj. Et exinde fit aliquando oppositio
de puncto, i. quòd in eodem verum &
falsum inuenitur. vt no. ff. de in integ.
resti. l. non solùm. ¶ Item, † dicitur pun- 83
ctum, spatium temporis, quod magis in-
tellectu percipitur, q̃ ore possit dici. vt
C. de bonis quæ liberis. l. fi. ¶ Itẽ, dicitur
punctum, † quoddam signũ, quod quan- 84
doq; fit in medio cuiusdã chordæ ad de-
clarandũ quod cuiuscunq; est. vt doce-
tur ff. de acquir. re. do. l. adeò. §. insula.
in glos. ¶ Item dicitur† punctum, quod 85
fit de incausto inter dictionem & dictio-
nem, ne cum vna alia coniungatur. vt ff.
de acqui. pos. l. quod meo. §. j. & de fun-
do instruc. & instrumento leg. l. instru-
menta. in fi. & C. communia vtriusq; iu-

dicij.l. si inter vos. & de cohortalibus. l.iij.lib.xij.Et exinde fit aliquãdo sophisima puncti, scilicet quãdo vnus punctat verba legis in vno loco, & alter in alio, sic quòd exinde habentur diuersi intellectus, vt Insti. quibus mo. ius pa.po.sol. §. cùm autem. in fi. & no. C. de sententiam passis.l. in insulam. ¶ Item, fit punctum
86 † inter dictionem & dictionem, vt sit ibi punctum loco copulæ, &. vt ff. de varijs & extraor. cog. l.pe. §. cõsumitur. & pro socio. l. cùm duobus. §. si in coeunda. & C. de sacrosanc. eccle. l. placet. post verbum, illationem. Est autem syllaba, seu dictio, seu articulus, &, copula. vt ff. de hæred. institu. l. si ita quis hæredes. & ad Trebell. l. sed & si tempus. ¶ Item,
87 si inueniatur aliqua † oratio soluta, id est, in qua nõ apparet ex verbis, nec ex mente, nec aliàs, an sit coniuncta, vel disiuncta, ipsa in dubio debet accipi pro coniuncta. vt no. ff. de verborum significatio. l. alienationis. §. oratio. & l. triplici. §. videamus. Verbi gratia, si dicatur: Plato, Cicero, & Socrates currunt. ibi non apparet, quòd Plato & Cicero sint coniuncti per, &: vel disiuncti per, vel. & ideo in dubio debet inter alias duas dictiones subintelligi coniunctio, &, & non disiunctio, vel. & sic deberet ibi apponi punctum loco copulæ. ¶ Item, ex
88 tali puncto † aliquando declaratur tertium adiacens. vt ff. de lega. j. l. cùm res. in princip. & no. ff. so. ma. l. si cùm dotem. in fi. ¶ Item, quandoq; fit punctum,
89 † & sequitur littera capitalis, in signum, quòd ibi est caput eius, quod sequitur, licèt materiam superiorẽ prosequatur. vt ff. ad Trebel. l. recusare. §. j. & l. scri-
90 bit Celsus. ¶ Item, fit punctum † inter diuersa legis responsa, in signum cuiusdam diuisionis: & tunc assignatur ibi versus, siue sequitur ibi litera capitalis, siue nõ. & sic potest intelligi C. de veteri iure enu. l. ij. §. sed cùm omnia. Attamen si illud tale responsum non prosequatur materiam superiorem, tunc debebit ibi fieri paragraphus. vt not. ff. de legat. ij. l. vnum ex familia. §. j. & de iniur. l. iniuriarũ. j. §. cõductori. Et secundùm hoc C. de epis. & cle. l. Deo nobis. §. his ita dispositis. est verè paragraphus. quia licèt ibi fiat continuatio ad præcedentia, non tamẽ prosequitur ibi materiam superiorem. est tamen ibi versus metrificaturæ. vt ibi no. ¶ Item, si inter prædi-
cta legis † responsa post punctum sequatur, Sed & si: tunc aduersatur præcedenti responso, in facto, & non in iure. sed si post sequatur, Sed si: tunc aduersatur facto & iuri. vt no. C. de filiofa. mino. l. j. Et tunc, licèt posset ibi assignari versus, tamen gratia euidentioris intellectus fit ibi quandoque paragraphus, iuxta id quod no. in prædicta l. vnum ex familia. §. j. ¶ Item, vbi in legibus inuenitur interpositio aliqua, ibi potest assignari versiculus. vt no. in cor. de non alie. aut permu. reb. eccle. §. nos igitur. coll. ij. 91

¶ Item, quod dictum est de iurisdictione viæ † publicæ, idem debet dici de flumine publico, per easdem rationes. 92
Sed videtur, quòd viæ † publicæ, & flumina publica, sint Imperatoris vel Regis. vt in lib. feud. quæ sunt regaliæ. c. vno. Sed quæ ibi dicuntur, sunt ius locale. & fuit cõpilatum à priuatis, scilicet ab Oberto de Orto, & Gerardo Capagisti. vt in lib. feu. incipit lib. secundus, de feudi. cogni. c. j. in princip. & si de feudo vas. ab aliquo interpellatus fuerit. c. vno. & hic finitur lex: deinde consuetudines incipiunt. circa princip. Item, in titulo illo, quæ sunt regaliæ, continentur multa, de quibus est trufatorium dicere, quòd de iure pertineãt ad aliquem regem, nisi in illo regno, de quo ibi loquitur, & de quo fit mẽtio in lib. feu. hîc finitur lex: deinde consuetudines incipiunt. in rubrica. & in illo regno est de cõsuetudine, & non de iure communi. 93

De prorogatione iurisdictionis.

PROROGATIO † iurisdictionis fit quandoque de tempore ad tempus. vt ff. de iudi. l. ij. §. si & iudex. Item, quandoque fit de re ad rem. vt eodem titu. l. de qua re. §. j. & ad municipalem. l. inter conuenientes. Item, quandoque fit de persona ad personam. vt C. de episcopa. 94

de episcopa. audi. l. episcopale. & de iurisom. iudi. l. j. & ff. de iud. l. j. ¶ Et vt va-
95 leat talis † prorogatio, oportet, quòd ille, in quem fit prorogatio, habeat aliàs iurisdictionem. vt C. de iurisdi. omni. iu. l. priuatorum. Et sufficit, quòd habeat eam ordinariam, siue delegatam. vt ff. de iu. l. j. sed de iure canonico requiritur, quòd habeat eam ordinariam. vt extrà de offi. dele. c. P. & G. Item sufficit, quòd habeat honorẽ iudicaturæ, licèt administrationẽ non habeat. vt intelligitur ff. de iud. l. j. & C. e. l. rẽ nõ nouã. circa prin. Itẽ requiritur consensus partium. vt ff. de iudi. l. ij. in princi. Item, quòd in illo cõsensu non sit coactio. vt ibidem habetur. Item, quòd non sit ibi error. vt ff. de iurisom. iudi. l. si per errorem. Item, quòd consensus non reuocetur ante litem contestatam. vt ff. e. l. si conuenerit. ¶ Item, de
96 causis † meri imperij potest fieri prorogatio: vt C. vbi de cri. agi oporteat. l. j. Dum tamen ille, in quem fit prorogatio, aliàs habeat merum imperium. vt no. C. de iur. om. iud. l. j. Si enim ille iudex aliàs merum imperium non haberet, non posset in eum causa meri imperij prorogari. iurisdictio enim quæ non est, prorogari non potest. ar. ff. de iniusto rupto testa. l. nam & si. §. post defectum. Idem est dicendum, de causis mixti imperij, scilicet quòd non possint prorogari in illum, qui aliàs mixtum imperium non habet. cùm sit eadem ratio. Sed fallit in causis
97 † pecuniarijs, quæ sunt vltra summam trecentorum aureorum, quæ licèt sint mixti imperij, tamen prorogatio earum potest fieri in magistratũ municipalem. vt ff. ad municipalem. l. inter conuenien-
98 tes. Est & aliàs in prædictis † causis pecuniarijs speciale, quòd citiùs delegantur, quàm aliæ causæ mixti imperij. vt C. de peda. iud. l. ij.

¶ Et est notandum, quòd licèt in cle-
99 rico † prædicta omnia interueniant, non potest iurisdictionem in aliquem iudicem prorogare: nisi & ille iudex sit ecclesiasticus, & quòd etiam consentiat episcopus, sub quo est clericus: vt extrà de fo. cõpe. c. si diligenti. & c. significasti.

¶ Item est notandum, quòd si proro-
gatio † facta fuerit in eum, qui nullam 100
iurisdictionem habet, si posteà ille adeptus fuerit aliquam iurisdictionem, non propter hoc confirmabuntur, quæ acta fuerant, licèt ratihabitio superuenerit. sed si per coactionem vel per errorem prorogatio facta fuerit in aliquem iudicem, ratihabitio posteà superueniens faciet valere, quæ acta sunt. vt ff. de iud. l. licèt. & C. de iure fisci. l. ij. lib. x. & facit quod not. C. vbi de criminib. agi oporteat.

¶ Sed an de loco † ad locũ possit fieri 101
prorogatio? Quidã dicunt quòd sic: quia cùm non sit prohibitum, ergo videtur concessum. ar. ff. ex quibus causis ma. l. necnon. §. quod eis. Et facit pro eis, quia prorogatio conceditur de loco ad locum super solutione. vt ff. de solu. l. quæro. Dicunt enim illi, quòd iudex ordinarius poterit ante litem contestatam prohibere illum iudicem prorogatum, ne cognoscat in eiusdem ordinarij territorio. ar. Insti. de rerum di. §. feræ. vers. planè. & ff. de iniur. l. iniuriarum. j. §. fi. & de seruitut. rusti. prædi. l. diuus Pius. Sed non prodesset multùm talis prohibitio, nisi ad agendum actione iniuriarum. nihilominùs enim valerent ea, quæ agerentur post prohibitionem coram tali iudice prorogato, iuxta id quod ibi no. Item, & si iure permittente posset fieri talis prorogatio, non credo, quòd priuatus posset eam illo modo impedire. Item facit pro eis, quòd tempus & locus æquiparantur. vt ff. de re. cre. l. vinum. sed de tempore ad tempus fit prorogatio. ergo & à simili de loco ad locum possit fieri. ar. ff. de legi. l. nõ possunt. Sed dico, quòd argumentum à simili non est multùm efficax: imò destruitur, si assignetur dissimilitudo, secundùm Philosophum, & etiam de iure. vt ff. de verb. ob. l. inter stipulantem. §. sacrã. ¶ Dicendũ est, quòd prorogatio iurisdictionis non potest fieri de loco ad locum. Prima ratio est: quia in iure non est cautũ. & erubescimus, &c. vt in cor. de trien. & se. §. consideremus. coll. iij. Secunda ratio est: quia iurisdi-

ctio licèt concernat tempus,& res,& personas, magis tamen concernit locum, & ex loco seu territorio metitur, & sortitur ius legitimæ potestatis suæ. vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. territorium. & de of. præf. vrbis. l. fi. & de of. præsidis. l. iij. in prin. & de iuris. om. iu. l. fi. & sic locum seu territorium excedere non potest. Tertia ratio est: quia leges expressè dicunt, quòd ex consensu potest fieri prorogatio de tempore ad tempus, & de re ad rem, & de persona ad personam. Sed leges quando de loco loquuntur, scilicet dicendo, quòd iudex extra territorium suum non cognoscit, sed est ibi priuatus: non subiungunt alicubi, quòd ex consensu partium possit talis prorogatio fieri. quod erat legislatori facile dicere, si voluisset illud posse fieri. Et ideo pro omisso habeatur. vt ar. C. de cadu. tollen. l. vna. §. sed vt varietatis.

102 ¶ Quid si duo Veniansenses † velint prorogare iurisdictionem in iudicem Montis Pessulani, & quòd cognoscat hîc in Monte Pessulano? Dico, quòd potest fieri talis prorogatio: quia est de persona ad personam, vt apparet ex superiùs allegatis. 103 ¶ Sed quid si duo † de Veniansio, vel duo de Monte Pessulano, velint prorogare iurisdictionem iudicis Veniansensis, vt cognoscat in Monte Pessulano? Dico, quòd illa prorogatio est de loco ad locum. & sic non potest fieri, vt apparet ex superioribus. Sed ad hoc videtur contrà. quia licèt iudex Veniansensis sit hîc vt priuatus, intantum quòd exercitium seu administrationem iurisdictionis suæ hîc non habet, tamen iurisdictionem suam & dignitatem seu honorem hîc retinet, nec est ab eo separata: vt de hoc ff. de of. præ. l. iij. in prin. Et sic videtur, quòd possit in eum iurisdictio ex consensu prorogari, vt cognoscat hîc in Monte

104 Pessulano. sicut dicitur de iudice † chartulario, qui iurisdictionem habet sine administratione, & tamen potest in eum fieri prorogatio. vt ff. de iudi. l. j. secundùm vnum intellectum. & etiam no. C. e. l. rem non nouam.

ADDIT. Sed non credo, quòd tales chartularij seu notarij, de quibus habetur C. de numerarijs. lib. xij. habeant aliquam iurisdictionem. Vel si ex priuilegio inuenirentur eos vel aliquos alios habere iurisdictionem sine administratione, illud esset ex illo territorio, & ratione illius territorij, in quo concessa esset eis talis iurisdictio per priuilegium: & sic tunc satis posset dici, fieri posse in eos prorogationem in illo territorio: quia nec esset de loco ad locum, sed de persona ad personam. Sed cùm dicitur, quòd iudex Veniansensis, existens hîc in Monte Pessulano, habet hîc & retinet suam iurisdictionem sine administratione: Dico, quòd verum est, sed non habet eam ex territorio Montis Pessulani: sed ex territorio Veniansensis, & sic non potest in eum fieri prædicta prorogatio, quia iam esset de loco ad locum.

RVBRICA XIII.

De confessoria in rem pro seruitute personali vsusfructus.

SVMMARIVM.

1 Libellus confessoria in rem pro seruitute personali vsusfructus quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Pro vsufructu vt confessoria in rem competat, quod impedimentum requiratur, & fructus quatenus in ea veniant.

4 Interdicta an competant pro impedimentis, etiam in seruitutibus, quæ non habent causam perpetuam nec quasi.

5 Vsufructuarius & vsuarius, si fundum tenent, eum possident naturaliter.

6 Vsufructuarius ius ipsius vsusfructus quasi possidet ciuiliter.

7 Vsufructuarium vti frui cùm dominus non debeat impedire, an possit, inuito vsufructuario vel vsuario, fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire.

8 Rex Maioricarum an possit tenere custodem in Curia Baiulis Montis Pessulani, ad custodiendum, ne in emolumentis Curia defraudetur.

9 Curatus

9 *Curatus ecclesiæ tempore messium & vindemiarum an possit habere custodem in campis & vineis, ne defraudetur in sua decima.*

10 *Ad curatum alicuius ecclesiæ si ex consuetudine pertinent omnes oblationes candelarum, quæ offerentur in alia aliqua ecclesia, fortè in festo omnium Sanctorum: an possit in illo festo ponere custodes, qui prædictas oblationes recipiant, & caueant, ne ille curatus defraudetur.*

11 *Dominus an possit ire vel mittere aliquando custodem in re emphyteuticaria, vel feudali, ne damnificetur.*

12 *Vsufructuarius quando faciat fructus suos, & quando ad proprietarium pertineant. Et quid in colono nu. 13.*

14 *Dominus fundi quibus modis seruitutem vsusfructus in fundo constituat. nume. 18.*

15 *Dominus nedum directus, sed & ille qui vtile dominium habet, seruitutem in fundo imponere potest.*

16 *Emphyteuta an & quatenus seruitutem in fundo imponere possit.*

17 *Feudatarius an seruitutem in fundo in feudum dato sine permissione domini imponere possit.*

19 *Vsusfructus certo tempore acquiri an possit.*

20 *Vsusfructus municipibus constitutus quàm diu duret, & an per vsum tanti temporis, quòd in contrarium memoria non extat, acquiri possit.*

21 *Vsufructu fundi vendito, an per vsum longi temporis, venditore sciente, vsusfructus præsumitur constitutus ex titulo allegato, licèt non probetur.*

22 *Vsumfructum emens bona fide ab eo, qui dominus non erat, an habeat Publicianam in rem actionem.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possidet quendam fundum, situm in territorio de Coldesi, sic & sic confrontatum, in quo fundo dicto Actori competit seruitus vsusfructus. Vnde cùm dictus Reus ipsum impediat vti prædicta seruitute, nec patiatur eum vti seu frui, agit contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt eundem habere seruitutem vsusfructus in prædicto fundo, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dictum Actorem patiatur vti prædicta seruitute, & quòd caueat, ne ipsum in futurum impediat, sententialiter condemnetis. & in fructibus, quos æstimat decem sextarijs, hordei, necnon & in alio suo interesse, quod æstimat viginti solidis Turonensibus, per eandem sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas factas occasione præsentis causæ. & protestatur de faciendis, & de futuro interesse, suo loco & tempore declarandis. implorans vestrum officium, domine iudex.

¶ Probatur † Insti. de act. §. æquè si 2 agat. & ff. si vsusfru. pet. l. j. in prin. ¶ In prædicto libello † continetur, quòd Re- 3 us possidet fundum. & sic quia percepit fructus, tenetur ad eos. vt ff. si vsusfruc. pe. l. vtifrui. §. in his. & §. fi. Sed non credo, fore necesse, quòd impediens impediat fundum: quia & si solùm impediat vti, potest agi contra eum confessoria in rem actione. vt in l. prædicta. §. vtrùm. & ff. si seruitus vendicetur. l. si quis diuturno. in fin. sed tunc venirent in ea fructus, vt interesse, non vt fructus. vt eod. tit. l. loci corpus. §. j. sicut enim possessio subijcit aliquid actioni in rem in rebus corporalibus: sic impedimẽti præstatio in incorporalibus parit confessoriam actionẽ in rem. licèt & † pro impedimentis competant in- 4 terdicta, etiam in seruitutibus, quæ non habent causam perpetuam nec quasi. vt ff. si ser. ven. l. ij. §. fi. & l. sicuti. §. Aristo. & vti possi. l. fi. & de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & de seruitu. l. quoties via. cum similibus.

¶ Item

¶ Item est notandum, quòd vsufru-
5 ctuarius † possidet fundum naturaliter, si eum teneat. vt ff. de acqui. pos. l. naturaliter. in princi. & de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & nedum vsufructuarius, imò & vsuarius possidet naturaliter fundum. vt ff. vti pos. l. fi. Item & vsufructuarius
6 † quasi possidet ciuiliter ius ipsius vsufructus. vt ff. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. item ei qui. & siue possideat, vel non possideat, dum tamen sibi seruitus vsusfructus competat, ipse potest agere confessoria contra impedientem eum vti in dicto fundo. vt apparet ex superioribus.

¶ Item est notandum, quòd licèt do-
7 minus † non debeat vsufructuarium impedire vti frui, ipse tamen potest etiã inuito vsufructuario vel vsuario fundum vel ædes, per saltuarium, vel insularium custodire. interest enim eius prædium tueri. vt ff. de vsu & habita. l. si ita legatus. §. dominus proprietatis. Sed videtur contrà eo. ti. l. si habitatio. §. fi. vbi satis colligitur, quòd dominus prohibetur ibi venire, & familiam mittere. Sed dici debet, quòd dominus prohibetur venire vel mittere, scilicet ad impediendum. sed ad custodiendum potest. ¶ Et prædicta faciunt ad solutionem plurium quæstionum, scilicet quòd rex Maioricarum
8 † potest tenere custodem in curia Baiulis Montis Pessulani, ad custodiendum, ne in emolumẽtis curiæ defraudetur. omnia enim emolumenta illius curiæ ad eum
9 pertinent. ¶ Item, curatus ecclesię † tempore messium & vindemiarum potest habere custodem in campis & vineis, ne defraudetur in sua decima. Item, si ad cu-
10 ratum † alicuius ecclesiæ ex consuetudine pertineant omnes oblationes candelarum, quæ offerentur in aliqua alia ecclesia, fortè in festo omnium Sanctorum: ipse poterit in illo festo ponere custodes, qui prædictas oblationes recipiant, & caueant, ne ille curatus defraude-
11 tur. ¶ Item, dominus † potest ire vel mittere aliquando custodem in re emphyteuticaria, vel feudali: interest enim eius ne damnificetur in prædictis rebus, potissimè cùm ipse ibi habeat directum dominium & ciuilem possessionem. Caueat tamen dominus, ne reddat se difficilem ibi, nec impediat vasallum in iure suo: aliàs se ponet in periculo amittendi proprietatem seu ius suum, vt apparebit infrà in tractatu feudorum. ¶ Item, licèt ponantur illi custodes per eos, quorum interest, vt dictum est: non propter hoc alij eximuntur à custodia, si ad aliquam custodiam tenebantur antè. argumen. ff. vsufru. quemadmo. ca. l. penulti. cum sua glo.

¶ Item notandum, quòd † vsufructu- 12
arius facit fructus suos, tunc demum, si eos recollegerit, & in horreo eos recondiderit. vt no. Institu. de rerum diui. §. si quis à non domino. & ff. de rei vendica. l. & ex diuerso. in princi. & l. si eius fundi. §. perceptionem. & de vsufru. l. arboribus. §. aliàs l. si fur decerpserit. & de vsur. l. qui scit. §. prætereà. & idem notauit dominus Azo in Summa sua, C. de rei vendicati. ¶ Sed iuxta illam opinionem, si vsufructuarius recollegit spicas frumenti propria manu, & cùm gerbas ad collum posuerit, moriatur, gerbæ illæ erunt proprietarij: vel si extra fundum eas causa vendendi deportauerit, vel in area causa excutiendi granum à paleis, & ibi moriatur, gerbæ erunt proprietarij. Vel ponamus, quòd portauerit eas ad domum, cùm ipse non habet ibi horreum. differunt enim domus & horreum. vt ff. de seruit. vrba. prædio. l. fi. in principio. ergo si moriatur interim, fructus non fuerunt sui, sed sunt proprietarij. Prædicta autem viderentur mirabilia & sine ratione, & ideo dicendum est, & veriùs, quòd vsufructuarius facit fructus suos statim, cùm à solo sunt separati ab eo, vel ab alio, nomine eius: secus si à fure, vel ab alio, non nomine ipsius fructuarij, fuerunt à solo separati, vel si per se ceciderint. Sed bonæ fidei possessor facit fructus suos statim, cùm sunt separati à solo, vel ab eo, vel à fure, vel ab alio quocumque, & quocunque nomine, vel si per se ceciderint. Et ita videtur dixisse Placenti. in Summa sua, Institu. de rerum diui.

diui. circa finem. ficut etiam intellexerunt domini Iohan.& Azo, ff. quibus mo. vsusfruc. amit. l. si fructuarius messem fecit. licèt dominus Azo contrarium dixerit in Summa sua, C. de rei vendi. & sic etiam recitat Odofredus, C. de rei vendi. l. certum. Item Placenti. dixit idem in
13 † colono, quod in vsufructuario dixit.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit Actor,
14 quòd Titius dominus † dicti fundi constituit eidem Actori seruitutem vsusfructus in prædicto fundo. Effectus: quia sic probatur seruitus vsusfructus. vt Institu. de vsufru. §. sine testamento. & ff. e.
15 l. iij. Et nedum dominus † directus, imò & ille, qui vtile dominiũ habet, potest imponere seruitutem in fundo. vt ff. de ser-
16 ui. l. iij. sic ergo emphyteuta † potest imponere seruitutem in fundo. attamen domino non consentienti non nocebit, si fundus cadat in cõmissum, vel aliàs dominus retineat eum iure suo, pro eodem precio, dum vendetur: quia tunc seruitus illa euanescet. argu. ff. de pig. l. lex vectigali. & de aqua plu. ar. l. in diem addicto
17 prædio. Feudatarius † verò, licèt habeat vtile dominium verum in fundo, ipse non potest ibi imponere aliquam seruitutẽ sine permissione domini: vt in consti. imperialem. circa prin. de prohi. feu. alienation. per Frideric. & no. in lib. feu. de capitulis Corradi. c. vno. licèt videatur contrà, de inuestitura de re alie. facta. c. vno. §. quid ergo.

¶ Item ponit Actor, quòd Titius do-
18 minus † dicti fundi legauit ei vsumfructum dicti fundi in sua vltima voluntate. Effectus in præcedenti positione.

¶ Item poterit Actor facere multas alias positiones. attende tamen, quòd v-
19 susfructus certo † tempore, scilicet x. vel xx. vel xxx. an. acquiri non potest: quia non habet causam perpetuam, vel quasi. vt ff. de serui. l. seruitutes. Item quia vsusfructus à certa persona incipit, & cum persona finitur: vt Institu. de vsufruc. §.
20 finitur. & si municipibus † constitutus fuerit: tunc est taxatum in iure certum tempus centum annorum, vt tunc finiatur, ne perpetuò duret. vt ff. de vsufr. l. an vsusfructus nomine. in fi. & de vsufruct. leg. l. si vsusfructus municipibus. ideo dico, quòd nulla ratio patitur, quòd seruitus vsusfructus possit acquiri per vsum tanti temporis, quòd de contrario memoria non extet: licèt contrà no. ff. de vsucap. l. iusto. §. non mutat.

¶ Item ponit Actor, quòd Titius dominus † dicti fundi vẽdidit eidem vsum- 21
fructum, & idem Actor vsus fuit posteà dicto vsufructu per longum tempus, scilicet x. vel xx. annorum, hoc dicto Titio sciente. Effectus: quia sic præsumitur vsusfructus constitutus ex titulo allegato, licèt non probetur. ar. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse bona fide emit † vsumfructum dicti fundi à 22
Titio, & sibi per patientiam traditus fuit, quem Titium credebat tunc dominum esse dicti fundi. & verum non erat. Effectus: quia sic Actor est Publicianista. vt ff. de Pub. in rem act. l. si ego. §. j.

ADDIT. Sed illa positio non proficeret ceu formatus est libellus: quia tunc Actor, quia esset solùm Publicianista, non posset se dicere vsufructuarium, sed quasi. ar. Insti. de ac. §. sed istæ. oportuisset ergo dicere in prædicto libello: & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Actorem habere seruitutem vel quasi ipsius vsusfructus in dicto fundo, per vestram sententiam declaretis &c. & tunc prædicta positio posset esse bona & vtilis. Vel iudex nollet admittere talem libellum ita largè formatum: quia de iure scripto non debet admitti. licèt fortè secus de consuetudine quadam formetur tunc libellus in Publiciana actione in rẽ, & petatur ibi solùm, quòd Actor declaretur habere in fundo quasi seruitutem vsusfructus, seu seruitutem quasi vsusfructus, sententia formaretur iuxta libellũ: vt suprà in alia cõfessoria est formata.

RVBRICA XIIII.
De seruitute pecoris depascendi.

SVMMARIVM.

1 *Libellus pro seruitute pecoris depascendi*

L quo-

quomodo formetur, probetúrque. nu. 2.
3 *Seruitus depascendi, an sit seruitus rustica tantùm. & nu. 15.*
4 *Vniuersitas an possit habere seruitutem depascendi.*
5 *Confessoria agitur pro seruitutibus, & datur contra impedientem.*
6 *Seruituti depascendi pecoris an & quo tempore præscribatur.*
7 *Seruitus directa ex tempore, & sic ex præscriptione, non acquiritur: secus est in vtili seu quasi seruitute.*
8 *Sententia non sequitur, nisi super petitis, & an in processu causæ quandocunque petitionem factam esse sufficiat.*
9 *Vniuersitas hominum quomodo possit acquirere quasi seruitutem depascendi sua animalia per vsum temporis. & nu. 11. 14. 16. 17. 18. Quomodò item priuati. nu. 19.*
10 *In confessoria seruitutis depascendi pecoris, quid operentur verba, Non vi, nõ clàm, non precariò.*
12 *Seruitus depascendi pecoris an debeatur de prædio ad prædium.*
13 *In seruitute reali debet ex ea esse vtilitas in prædio dominante.*
20 *Consuetudinem introducendi, actus iudiciales tres, in iure depascendi pecoris, & quid in illis ad probandum requiratur. Et quartus extraiudicialis. nu. 21. & 23.*
22 *Pro consuetudine introducenda, quomodo consensus tacitus in populo esse possit, cùm ius depascendi penitus sit damnosum.*

1 CORAM vobis domino † iudice de Latis dicunt & proponũt in iudicio Collinus Bertrandi & Geraldus Raueni cõsules Montis Pessulani, contra Petrũ & Guillelmũ habitatores castri de Latis, & cõtra Titiũ & Sẽproniũ curiales Seij, seruientes dicti castri, ꝙ homines vniuersitatis villæ Mõtis Pessulani habent ius seu quasi seruitutẽ depascẽdi pecora sua in pascuis & territorio dicti castri de Latis, sic & sic cõfrontatis, & vsi sunt depascere pecora, quæ habuerũt in Monte Pessulano, in pascuis & territorio prædictis, tãto tempore, ꝙ in cõtrariũ memoria hominũ nõ extat. Vndè cùm prędicti Rei suprà nominati impediant homines Montis Pessulani vti prædicto iure, seu quasi seruitute ꝑdicta, agũt prædicti consules cõtra eos nomine vniuersitatis seu hominũ prædictæ villæ Mõtis Pessulani, & petũt à vobis dicto domino iudice, vt dictũ ius seu prædictã seruitutẽ depascẽdi pecora pertinere ad dictos homines vniuersitatis prædictæ villæ in prædictis pascuis & territorio, per vestrã sententiã declaretis, & dictos Reos dictos homines prædictæ villæ prædicta quasi seruitute vti patiãtur, & vt caueant, ne in futurum eos vti impediant, sententialiter condemnetis, & cõdemnatos ad prædicta iuris remedijs cõpellatis. Petunt expensas &c. implorantes vestrum officium &c. vt suprà in pluribus alijs libellis.

¶ Probatur prædictus † libellus: quia 2
seruitus † depascendi, est seruitus rustica 3
tantùm. vt ff. de seruitut. rusti. præ. l. j. §. in rusticis. & Insti. de serui. §. inter rusticorũ. & potest † eam habere vniuersitas: 4
vt ff. si serui. ven. l. testatrix. §. j. & pro seruitutibus † agitur confessoria: vt eo. tit. 5
l. ij. in prin. & datur cõtra impedientem: vt ff. e. l. si quis diuturno. in fine. Itẽ, cùm
prædicta † seruitus nõ habeat causam cõ- 6
tinuam, nec quasi: qa in eius vsu opus est facto hominis: oportet enim, ꝙ homo ducat pecora, & ea reducat: ideo x. annis vel xx. vel xxx. præscribi nõ potest: vt ff. de serui. l. seruitutes. iij. sed requiritur tẽpus, ꝙ in contrariũ memoria nõ extet: vt ff. de aqua quo. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & de aqua plu. arcen. l. j. in fi. & l. ij. in prin. ¶ Rectè dicitur, homines Mõtis Pessulani habere quasi seruitutẽ prædictã: qa cõsules † innitũtur ex tẽpore, & 7
sic ex præscriptione, ex qua nõ potest acquiri directa seruitus, sed vtilis seu quasi seruitus: vt ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. ¶ Item rectè petunt eã declarari: vt ff. si ser. ven. l. sicuti. §. sed si quæratur. ¶ Item rectè petitur condemnatio fieri, vt prædicti rei patiãtur vti, & ꝙ caueãt ne impediant: vt co. tit. l. harũ. & l. egi. aliàs sen-

8 tentia † non posset sequi super prædictis, nisi esset petitum. ar. ff. communi di. l. vt fundus. & de nego. ge. l. Pomponius lib. xxvj. in negocijs. & forte sufficeret ea petere in processu causæ quandocunque ex officio deseruienti actioni petuntur: vt in d. l. harum. & l. egi.

9 ¶ Nunc quæritur, quomodo vniuersitas † hominum potuit acquirere talem quasi seruitutem depascẽdi sua animalia per vsum temporis alicuius? Ad quod potest dici, quòd vniuersitas potest acquirere per liberam personam: vt ff. de acqui. pos. l. ij. cùm ergo nõ extet memoria in contrariũ, quando homines Montis Pessulani indistinctè duxerint animalia sua, nõ vi, non clàm, non precariò, ad depascendũ in pascuis & territorio prædictis, debet dici & haberi loco constituti prædicta quasi seruitus. arg. ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & facit ff. quod cuiusq; vniuersitatis no. l. sicut. §. j. vbi videtur, ꝙ per bestias hominũ villæ, potest acquiri vsus nemoris.

Vide Guidonem Papem deci. fo. 9. 573 nu. 2.

10 ¶ Item benè dictum † est statim, non vi, non clàm, non precariò: quia sic potest agere prædicta vniuersitas, etiam si modo non sit in quasi possessione depascendi animalia sua: aliâs si vi, vel clàm, vel precariò vsi fuerunt, fortè non possent agere confessoria: nisi essent in quasi possessione: vt arg. C. de præscrip. xxx. annorum. l. si quis emptionis. ¶ Sed vide-

11 tur, quòd super prædicto libello † consules debeant succumbere: quia seruitus

12 † talis, siue sit vrbana, siue rustica, debetur de prædio ad prædium: vt Insti. de serui. §. inter rusticorũ. & ff. commu. prædio. l. j. & licèt in prædicto libello dicatur seruitus deberi à prædio, s. à pascuis & territorio prædictis, non tamen prætenditur deberi alicui prædio: nec video benè, ꝙ Mons Pessulanus possit dici prædium. Item alia ratione videtur, quòd consules debeant succumbere: quia in seruitute

13 † reali debet esse vtilitas ex ea in prędio dominante: vt ff. de seruitut. rusti. prædi. l. iij. in principio. & l. ergo. in fine. & l. veluti si figlinas. & de operis noui nunciatio. l. de pupillo. §. imposititiam. & facit ff. de serui. lega. l. pater filiæ. Item specialiter in seruitute pecoris pascendi est vtilitas, quòd boues per quos fundus dominans colitur, vel pecora, cum quibus stercoratur, pascantur. vel posset esse vtilitas, & sufficeret: quia forte prædium dominans est inutile, & nullum fructum seu vtilitatem affert, nisi quòd ibi morentur pecora: vt ff. de seruitu. rusti. præ. l. iij. & l. pecoris. Sed in casu nostro † non videntur tales vtilitates esse 14 in communibus, seu prædijs, seu macellis villæ Montis Pessulani. & si vtilitates essent, agerent tunc confessoria solùm illi, quorum essent illa prædia seu macelli. Et in l. testatrix. §. j. ff. si ser. ven. vniuersitas habebat aliqua prædia, quibus vtilis erat prædicta seruitus pecoris pascendi: quod tamen non prętenditur hoc in nostro libello. Sed videretur, quòd etiam illi, quorum essent domus, vel macelli, non possent agere: quia seruitus pecoris † pascendi est seruitus rustica: vt Instit. 15 de serui. §. inter rusticorum. & ff. de seruitut. rusti. præ. l. j. §. in rusticis. Planum est autem, quòd domus & macelli Montis Pessulani non sunt prædia rustica, imò vrbana: vt ff. de ver. sig. l. vrbana prædia. Sed dico, quòd seruitus pecoris pascendi esset tunc seruitus vrbana. Seruitus enim denominatur à prædio dominante: vt ff. de seruit. vr. præ. l. j. & no. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. apud Labeonem aũt. sic etiam seruitus viæ, est rustica: vt ff. de seruitut. ru. præ. l. j. & tamen si seruitus viæ debeatur domui, seu vrbano prędio, ipsa dicetur vrbana: vt no. ff. de ser. le. l. pater filiæ. ¶ Nunc dico, quòd siue prædicta † quasi seruitus pecoris pascendi in 16 casu nostri libelli sit prædialis, vel non, quod dimitto alijs terminãdũ: qa tamen multùm interest hominũ Mõtis Pessulani, habere illud ius pecoris depascẽdi, ex eo, qa valdè strictũ est eorum territoriũ, & vt statim habeant pecora pinguiora ad comedendũ, vel ad vendendũ, vel ad ponendũ in sale in hyeme: si ipsi vsi fuerũt, non vi, non clàm, non precariò, prædicta seruitute tali quali, tanto tempore, quòd impositio excessit memoriam, &

sic posſit agi ad inſtar confeſſoriæ actionis: ſicut dictum eſt ſuprà de iuriſdictione. licèt non ſit prædium, cui iuriſdictio debeatur, ſed in ea prætenditur intereſſe tempus, quod exceſsit memoriã. & idem dicitur in decimis, quæ nec prædio debẽtur, & tamen Doctores ſuper eis formãt libellũ ad inſtar confeſſoriæ. & in iſtis & ſimilibus, quę nec prędio debẽtur, nec ad vtilitatẽ prędij ſunt, poſſet etiã habere locũ allegatio vtilis, ſi ſecundũ bonã conſcientiã aliqs poſſet eã allegare, & ꝙ pro-
17 baretur † vſus x. vel xx. an. iuxta ea, quę habẽtur ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo. ¶ Quidam tamen dixerũt, ꝙ prædicti cõſules poſsẽt agere condictione ex lege non ſcripta. argu. ff. de condictio. ex le. l. vna. & Inſti. de iure na. gent. & ciui. §. ſine ſcripto. & ff. cõmunia præ. l. vẽditor. §. ſi cõſtat. vbi videtur quaſi caſus legis. & ſic ſufficeret longum tempus, ſ. x. annorum præceſsiſſe: vt C. quæ ſit lõga conſue. in
18 rubrica. ¶ Sed dico, ꝙ ſi conſenſiſſent † & conueniſſent expreſsè ab initio homines de Latis, in prædicta ſeruitute pecoris paſcẽdi, ſtatim fuiſſet acquiſita hominibus Mõtis Peſſulani, & ſic fortè haberet locũ vel quaſi l. teſtatrix. §. j. ff. ſi ſerui. ven. Si autem non conſenſiſſent expreſsè, ſed ſolummodo tacitè, ſ. non impediendo eos vti, & ita vſi fuerunt homines Mõtis Peſſulani: dico, quòd tunc requireretur vetuſtos, ſeu tantum tempus, quod excederet memoriam hominum. & in prædictis
34 duobus caſibus haberẽt locum communes actiones, ſ. cõfeſſoria, & aliæ. & in hoc vltimo caſu formatus eſt prædictus libellus. Si autem homines de Latis conſenſerunt tacitè, ſ. non impediendo vſum aliorum, & nihilominùs factum eorum interueniebat corroborans patientiam, ſ. quia fortè pro quolibet animali accipiebant aliquid quolibet menſe, vel anno: Tunc dicerem, eſſe conſuetudinem, quæ eſſet legitimè præſcripta, ſi homines Mõtis Peſſulani, vel ſaltem maior pars, ita vſi fuiſſent x. annis vel xx. & ſic fuit in prædicta l. venditor. §. ſi conſtat. quę loqtur in municipibus. & ſi ſic eſſet, poſſet tunc agi condictione ex lege non ſcripta.

Secus, ſi eſſet inter † priuatos: quia ſi pri- 19
uatus priuato præſtet talem patientiam in caſu pecoris paſcendi, recepto aliquo ſalario, fortè ſingulis menſibus, certè non erit conſuetudo, nec ſufficeret longum tempus: ſed requireretur ad pręſcribendum tantum tempus, quod excederet memoriam hominum. Priuati enim inter ſe non poſſunt facere legem non ſcriptam, quę ſtatim valeat: nec etiam conſuetudinem, quę eſt lex non ſcripta, poſſunt longo tempore inducere. Sed municipes ſeu vniuerſitas poſſet illud facere, ſcilicet legem inter ſe ſtatuere: vt ff. de iuſtitia & iu. l. omnes populi. & Inſtit. de iure natu. gen. & ciui. §. ſine ſcripto. & C. de conſtitu. pecu. l. ij. in fine. & hoc ſuper aliquo vniuerſo inter ſe, & valeret ſtatim, vt ibi: ſecus, ſi conſtitueret aliquid contra aliquem vnum priuatum: quia illud non valeret ſtatim: quia vniuerſitas non poſſet hoc facere: vt notatur C. quę ſit longa conſuetudo. l. ij. nec etiam ex tempore longo poſſent inducere conſuetudinem contra priuatum, eundo fortè per fundum eius, vel ibi depaſcendo animalia per decem vel viginti annos: niſi fortè ex parte illius priuati interueniret receptio alicuius ſalarij, vel aliud ſimile: ſicut fuit ff. commun. pręd. l. venditor. §. ſi conſtat. ibi enim municipes introduxerunt conſuetudinem contra priuatum ex longo tempore, illo priuato aliquid recipiente exinde, aliàs cõnſuetudo non fuiſſet introducta, quę eſſet lex non ſcripta. ¶ Nunc circa prędicta poteſt dici, quòd
ſi cùm † aliqui homines de Latis ce- 20
piſſent pecora hominum Montis Peſſulani, nec permitterent eos vti iure depaſcendi, & iudex dicti caſtri de Latis, ſciens eos non habere ius depaſcendi, iudicauit ritè, & ſedens pro tribunali more maiorum ſuorum, eos habere ius depaſcendi, & pecora capta fecit reſtitui: quod & pręſumuntur omnes ſcire de municipio, vel ſaltem pars maior, & ſic etiam fuit poſteà ſaltem alia vice iudicatum infra decem annos, & ſic fluxit tempus longum decem

cem annorum, in quibus vsi fuerunt iure depascendi: certè posset tunc agi condictione ex lege non scripta, seu condictione ex consuetudine. Esset enim tunc consuetudo legitimè introducta. vt ff. de legibus. l. nam Imperator. & l. sequenti. ¶Item, si ille iudex libellum vel querimonias hominum de Latis pluries respuit super prædicto iure depascendi, nec eos volebat audire, & sic illi de Monte Pessulano vsi fuerunt longo tempore: vt ff. de legi. l. cùm de consuetudine. & l. se. Item, si cùm homines Montis Pessulani, & homines de Latis litigarent, an esset consuetudo super prædicto iure depascendi, iudex pronunciauit esse consuetudinem: tunc etiam posset agi posteà condictione ex consuetudine, errasset iudex, vel non: res est enim iudicata ritè, quæ pro veritate habetur: vt ff. de re iudica. l. j. & l. iiij. §. condemnatum. & de regulis iur. l. res iudicata. Prædicti tres casus seu modi introducendi consuetudinē, sunt iudiciales vel quasi. Et in primo casu, ad probandum consuetudinem producentur prædictæ duæ sententiæ, cum fluxu longi temporis x. annorum. In secundo, respuitio querimoniarum pluries à iudice facta, cum fluxu longi temporis. In tertio, producetur sententia super consuetudinem lata. Item, pro inducendo consuetudinem est quartus
21 †modus, & est extraiudicialis, scilicet per vsum. & quia ius depascendi non habet causam cōtinuam, nec quasi, requiretur tantum tempus, quòd de contrario memoria non extet. & licèt tunc deberet dici potiùs vetustas, quàm consuetudo, & deberet agi confessoria, & sic formatus est prædictus libellus: Attamen propter tacitum consensum hominum de Latis vniuersitatem habentium, vel maioris partis eorum, potest dici consuetudo. & sic possit agi condictione ex consuetudine. ¶Item, si quæratur, quomodo potest
22 esse aliquis consensus † tacitus in populo prædicto, pro consuetudine seu pro lege non scripta introducēda, cùm illud ius depascendi penitus sit damnosum illis de populo, & nulli eorum vtile: & sic cum fine idem sit, non videretur saltem lex non scripta. Sed potest dici, quòd immò potest esse in aliquo vtilitas, vt quia impinguabitur terra ex stercore animalium. arg. C. de nundinis & mercation. l. vna. & de cursu pub. l. in omnibus. lib. xj. Vnum autem credo circa istū quartum
†modum, quòd si aliquid aliud interueniret, dictum tacitum consensum corroborans, scilicet quòd fortè pro quolibet animali reciperetur vnus denarius singulis mensibus, quòd tūc sufficeret longum tempus, s. x. an. ad consuetudinem præscribendam. & sic potest intelligi ff. communia prædio. l. venditor. §. si constat. aliàs requireretur super iure depascendi pro inducenda consuetudine, quę dicitur lex non scripta, tantum tempus, quòd de contrario memoria non extaret. 23 *Vide Guidonē Pape q. 573.*

RVBRICA XV.

De condictione ex consuetudine, [pro iure pecoris depascendi.]

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex consuetudine super seruitute pecoris depascendi quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Seruitus depascendi pecora, aut habetur ex consuetudine, aut ex seruitute.*

4 *Lex reputari non debet, quæ duellum permittit.*

5 *Consuetudo legitimè præscripta dicitur, siue longo, siue tanto tempore, quòd in contrarium memoria non extet, præscripta sit.*

6 *Ius depascendi, & ius seruitutis depascendi, faciunt differentiam confessoriæ in rem actionis, & condictionis ex consuetudine. & nu. 13.*

7 *Seruitus directa ex tempore non acquiritur, in seruitute iuris depascendi, & in alijs seruitutibus: sed benè vtilis seu quædam quasi seruitus. Vnde non simpliciter serui-*

tutis declaratio peti debet.

8 *Ius verum depascendi acquiritur ex consuetudine legitimè præscripta, propter tacitum consensum populi, vel maioris partis.*

9 *Confessoria in rem cùm agitur, petitur in ea seruitutis vel quasi fieri declaratio.*

10 *In actionibus personalibus num sit prohibitum petere declarationem fieri, & quomodo petitio illa formetur.*

11 *Municipes, vel maior eorum pars statuere an possint, quòd quicunque extraneus possit depascere animalia sua in pascuis & territorio sui castri, & an consuetudinem inducant,*

12 *Ius depascendi probatur ex conuentione, iuncta traditione iuris per patientiam.*

14 *Consuetudo legitimè præscripta inducitur, si post sententiam per longum tempus, & sine interruptione vsi fuerunt iure depascendi. Et quot sententiæ consuetudinem legitimè præscriptam inducant. nu. 18.*

15 *Consuetudo legitimè præscripta probatur, si post reiectionem querimoniarum effluxum sit longum tempus, in quo sine interruptione vsi fuerunt iure depascendi. 19.*

16 *Consuetudo iuris depascendi probatur, quando iudex semel ritè pronunciauit, consuetudinem legitimè esse præscriptam.*

17 *Consuetudo iuris depascendi legitimè præscripta inducitur, per tempus, cuius de contrario memoria non extat.*

20 *Consuetudo quando dicatur legitimè præscripta in actibus extraiudicialibus. vbi saluatur opinio Placentini.*

21 *Consuetudo quo tempore inducatur de Iure canonico, in iure depascendi.*

22 *Sententiæ formula in conditione ex consuetudine, pro iure pecoris depascendi.*

23 *Vniuersitatis nomine an duo consules agere possint, pluribus existentibus: & an syndicum vel actorem ad agendum constituere debeant, eiusq; approbatio per superiorem requiratur.*

24 *Syndicus ex communi opinione, pro vniuersitate experiri, & iurare de calumnia potest.*

CORAM vobis domino † iudice de Latis dicunt & proponũt in iudicio Colimus Bertrandi & Geraldus Raueni consules Montis Pessulani cõtra Petrum & Guillelmũ habitatores castri de Latis, & cõtra Titium & Sempronium seruientes curiæ dicti castri, quòd homines vniuersitatis villæ Montis Pessulani habent ex consuetudine legitimè præscripta, ius depascendi pecora sua, in pascuis & territorio dicti castri, sic & sic confrontatis. Vnde cùm pdicti Rei suprà nominati impediant homines prædictæ villæ Montis Pessulani in prædicta consuetudine iuris depascendi, agunt dicti cõsules nomine vniuersitatis seu hominum villæ prædictæ Montis Pessulani, contra prædictos Reos, & petunt à vobis dicto domino iudice, vt dictos homines Montis Pessulani habere ius depascendi pecora sua ex cõsuetudine legitimè præscripta in pascuis & in territorio prædictis, per vestram sententiam declaretis, & dictos Reos, vt prædictam consuetudinem obseruent & custodiant, nec dictos homines Montis Pessulani in vsu prædictæ consuetudinis impediant, sententialiter condemnetis, & condemnatos ad prædicta iuris remedijs compellatis. Petunt expensas &c. implorantes vestrũ officium &c. 1

¶ Probatur † Institu. de iure naturali, gentium, & ciui. §. sine scripto. & ff. de legi. l. de quibus. & l. seq. cũ similibus. 2

¶ Rectè dicitur, habent † ex cõsuetudine: aliàs nisi haberent hoc ex consuetudine, vel aliàs ex seruitute, ipsi non possent ibi depascere pecora sua. vt C. de pascuis pub. vel priua. l. ij. lib. xj. licèt sit contrà, de pace tenenda & eius vio. l. vna. in fi. sed nos non vtimur illa l. nec lex † debet reputari, cùm & duellum permittat. 3 4

¶ Item rectè dicitur, legitimè præscripta: † vt generaliter comprehendatur, siue fuerit præscripta longo tempore, scilicet x. an. vel tanto tempore, q̃ de contrario memoria non extet, de quo dictũ est 5

est statim in præcedenti libello. ¶Item
6 rectè dicitur, ius depascendi†, & non ius
seruitutis depascendi: quia si ageretur ꝓ
seruitute iuris depascēdi, deberet agi cō-
fessoria in rem actione. & sic formatus
est præcedens libellus: sed nunc in isto
libello agitur condictione ex consuetu-
dine. quod apparet & esse potest: quia
quando ex aliqua lege scripta oritur no-
ua obligatio, agitur tunc condictione ex
lege illa: vt ff. de condic. ex le. l. vna. Cùm
ergo consuetudo imitetur legem: vt in
§. fine scripto. & inducat nouā obligati-
onem: ergo potest agi condictione ex illa
consuetudine seu ex illa lege non scripta,
quæ condictio personalis est actio: vt In-
stitu. de ac. §. appellamus. ¶Item, rectè
petitur, declarari dictos homines Mon-
tis Pessulani habere ius depascendi &c.
7 quia in seruitute † iuris depascendi, & in
alijs seruitutibus, nō acquiritur ex tem-
pore directa seruitus: sed vtilis seu quæ-
dam quasi seruitus: vt ff. de aqua. plu. ar.
l. j. in fi. & sic tunc non deberet peti de-
claratio seruitutis simpliciter, sed quasi
8 seruitutis. Sed ex cōsuetudine † legitimè
præscripta acquiritur verum ius depa-
scendi, propter tacitum consensum po-
puli, vel maioris partis, quæ in ea præ-
scribenda requiritur: & quia etiam à le-
ge habetur tunc ius depascendi, licèt non
à lege non scripta. ¶Item rectè dicitur,
declarationem fieri. & satis probabiliter,
9 ad instar seruitutum, cùm agitur † con-
fessoria in rem, in qua petitur declaratio
fieri: vt arg. ff. si serui. ven. l. sicuti. §. sed si
quæratur. Et si opponatur, ꝙ ista actio, s.
condictio ex lege non scripta, est perso-
nalis, & sic nulla debet fieri declaratio. di-
10 co, quòd in actionibus † personalibus nō
est prohibitum petere declarationem fi-
eri. verbi gratia: in certi condictione ex
mutuo posset sic dici: Domine iudex,
ego mutuaui Martino x. quoniam mihi
contradicit reddere: quare peto per vos
declarari, dictū Reū mihi teneri & esse
obligatum ad x. ex causa mutui, & eum
condemnari ad reddendum, & conde-
mnatū compelli &c. & certè dico, quòd
talis libellus benè procedit de iure.

POSITIONES ACTORIS.

PONVNT prædicti consules, &
probare intendunt, quòd municipes† ca- 11
stri de Latis congregati, campana pulsa-
ta, duabus partibus præsentibus, ipsi, vel
maior pars duarū partium præsentium,
statuerunt, quòd quicunque extraneus
posset depascere animalia sua in pascuis
& territorio dicti castri. Effectus: quia
sic probatur & fit lex non scripta: vt ff.
de iustitia & iu. l. omnes populi. & facit
ff. quod cuiusque vniuersit. no. l. nulli. &
de tutoribus & curatorib. datis ab his. l.
vbi. & ad municipa. l. quod maior. & de
reg. iur. l. aliud. §. refertur. & C. de decu-
rionib. l. nominationum. lib. x.

ADDIT. Sed prædicta positio non
est bona: quia licèt statutum & consue-
tudo sit lex non scripta, tamen multùm
differunt: quia statutum ligat statim,
consuetudo non, nisi cum vsu & fluxu
temporis. Item, statutum habet consen-
sum expressum: sed cōsuetudo tacitum.
Vnde cùm prædictus libellus sit forma-
tus super condictione ex consuetudine,
si esset verum, quòd esset statutū, Actor
caderet ab actione tanꝗ inepta: vt ff. si
mensor falsum mo. dixit l. j. §. j. & Actor
illam positionem faciens, excluderet se-
ipsum, tanquam contrarius: vt ff. quādo
appel. sit. l. ij. §. j.

¶Item ponunt, ꝙ prædicti municipes
† conuenerunt cum hominibus Montis 12
Pessulani, ꝙ ipsi possent perpetuò depa-
scere animalia sua in prędictis pascuis &
territorio, & prędictū ius per patiētiam
eis tradiderunt. Effectus: quia sic proba-
tur eos habere ius ibi depascendi. vt ff. de
seruit. rusti. prædi. l. j. & fin. & Instit. de
serui. §. fi. Ista positio† non proficiet: quia 13
tunc illud ius depascēdi esset seruitus, &
deberet agi confessoria actione in rem,
vt ff. si serui. ven. l. ij. in prin. & l. testatrix.
§. j. & sic Actor prędictus caderet ab acti-
one tanꝗ inepta, vt in præsenti positione.

¶Ponant ergo consules, vt sequitur:
Ponunt prædicti consules, ꝙ cùm quidā
homo, qui erat de Monte Pessulano, li-
tigaret cum quibusdam hominibus ca-
stri de Latis, coram iudice dicti castri, su-
per

per pdicto iure depascendi, dictus iudex
14 sciens prædictũ hominẽ †non habere ius depascendi, ex certa sciẽtia, qa ille homo erat de Mõte Pessulano, pnũciauit ipsum posse ibi depascere animalia sua, & eodẽ modo postmodùm iudicatum fuit idem per eundem iudicem infra longũ tempus, scilicet x. an. & interim infra illos x. an. homines Montis Pessulani pacificè, & sine interruptione vsi fuerunt prædicto iure depascendi. Effectus: quia sic probatur consuetudo legitimè præscripta, & sufficerent duæ sententiæ, vt nota. C. quæ sit longa consuetudo. in rubrica.

15 ¶Item ponunt, quòd dictus iudex †de Latis, sciens homines Montis Pessulani non habere ius depascẽdi in illis pascuis & territorio, respuit pluries libellos querimoniarum, quę fiebant per homines de Latis super prædicto iure depascendi. & sic fluxit longum tempus in x. annos, in quibus sine interruptione aliqua homines Montis Pessulani vsi fuerunt prædicto iure depascẽdi. Effectus: quia probatur cõsuetudo legitimè præscripta, vt ibidem notatur.

¶Item ponunt, quòd prędictus iudex
16 †pronunciauit semel ritè & legitimè, esse consuetudinẽ legitimè præscriptã super prædicto iure depascendi. Effectus: quia sic probatur consuetudo. vt ar. ff. de sta. ho. l. ingenuum. & de hoc etiam in præcedenti libello.

¶Item ponunt, quòd homines Mon-
17 tis Pessulani vsi † fuerunt prædicto iure depascendi in prædictis pascuis & territorio, tanto tempore, quòd de contrario memoria non extat. Effectus: quia licèt tunc deberet dici potiùs vetustas, quàm consuetudo, tamẽ propter tacitum consensum populi seu municipum castri de Latis, videtur posse dici, consuetudinem legitimè præscriptam, & esse natam actionem personalem, scilicet condictionem ex consuetudine seu condictionem ex lege nõ scripta. Et sic potest intelligi dixisse Pla. qui dixit, oportet autem consuetudinem esse longæuam hominumq; excedere memoriã. Sed dominus Iohannes & Azo indistinctè dixerũt, quòd sufficiunt † x. anni cum bino actu pro con- 18
suetudine obtinenda. quod potest intelligi de consuetudine, quæ tempore præscribitur cum actu iudiciali, s. duarum sententiarum ad minus. vel quasi iudiciali, †vt quia iudex nõ recipiebat libellos 19
querimoniarum. vel quæ præscribitur †cum actu extraiudiciali, s. cùm tale ius 20
est, quod habet causam perpetuam: vt quod nullus ædificans debeat luminibus vicini officere. vel quasi perpetuam: vt quòd quilibet debeat supra suam domum depressam recipere stillicidium proximi vicini: quia tunc sufficit tempus x. annorum cum tacito consensu populi habito in vtendo. Et idem credo, in iuribus habentibus causam interpolatam, vt est ius depascendi, si municipes reciperent aliquid pro singulis animalibus, vt dictum est suprà in præcedẽti titulo. aliâs autem in iuribus seu actibus extraiudicialibus requiritur tantum tempus, quod excedat memoriam hominum, ad hoc, quòd cõsuetudo dicatur legitimè præscripta. Et sic saluatur in aliquo opinio Placentini & benè. Sed de iure † canonico con- 21
suetudo sumitur quadraginta annis. vt extrà de præscriptionibus. c. auditis. Dominus Bernardus dixit mihi semel in palatio, quòd triginta anni erant elapsi, fuerat controuersia super prædictis pascuis de Latis, & nemo fuerat adhuc ausus formare libellũ: & quòd fortè non esset maleficium, si formaretur super condictione ex lege non scripta.

SENTENTIA.

CVM dicti † consules probauerint 22
sufficienter intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per nostram sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, homines villæ Montis Pessulani habere ex consuetudine legitimè præscripta ius depascendi pecora sua, in prædictis pascuis & territorio de Latis. & condemnamus dictos Reos, vt dictam consuetudinem custodiant & obseruent, & dictos homines in vsu prædicto consuetudinis non impediant in futurum. & nihilominùs condemnamus

mnamus dictos Reos in decē libris Turoneñ. dandis dictis consulibus pro expensis &c.

23 ¶ Sed quomodo possunt †agere illi duo consules soli, cùm sint duodecim consules in Monte Pessulano? Item, vniuersitas villæ deberet constituere syndicum vel actorem ad agēdum. vt ff. quod cuiusq; vniuersitatis no. l. j. §. quibus. vel ipsi consules nomine vniuersitatis, vt eodem tit. l. nulli. cum authoritate tamen superioris, vt ibi. & si sine authoritate superioris iudicis factum esset, nihilominùs valeret, si ille iudex superior illum syndicum posteà approbasset: vt arg. C. de iure fisci. l. ij. lib. x. ¶ Sed potest dici, q; etiam vnus de consulibus potuisset agere. ar. C. si ex pluribus tuto. vel curat. l. j. & ibi notatur. & tunc licèt ageret vnus de consulibus, iuraret de calumnia syndicus vniuersitatis, vel maior pars consulum: vt notatur C. de iuramen. calum. l. ij. §. hoc etiam. vel sufficeret, q; vnus iuraret, vt notatur ff. quod cuiusq; vniuersitatis no. l. item. §. actor. Consulerem, vt procederetur in tuto, & propter illam intricationem iuramenti de calumnia, q; vniuersitas, vel saltem consules legitimè constituerent syndicum: quia secūdùm

24 omnes, ille †& poterit experiri, & iurare de calūnia: vt de hoc notatur ff. ad Trebel. l. ita tamen. in principio. Item alia glo. quæ dicit, quòd vnus de consulibus potest agere, non placebat domino Ber. propter prædictam l. nulli. Attamē aliâs non audiui eam reprobari.

Commune opinio.

RVBRICA XVI.
De furno. Libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus super furno quomodo formetur, probetúrque. nu. 2.*

2 *Seruitus directa ex præscriptione non acquiritur, sed quasi seruitus, vel vtilis: sicut nec directum dominium, sed vtile.*

4 *Seruitus furni probatur ex concessione, & traditione per patientiam.*

5 *Seruitute empta, si subsequatur vsus decem annorum, seruitus acquiritur ex titulo allegato, licèt titulus non probetur.*

6 *Præscriptio seruitutis furni incipit ab eo tempore, quo alios ædificare prohibuit. & nu. 11. 13.*

7 *Præscriptio seruitutis furni pro pane coquendo, quia habet causam perpetuam, completur per decem annos inter præsentes, vel viginti inter absentes. & nu 10.*

8 *Præscriptio seruitutis furni vt currere incipiat contra municipes, an sufficiat maiorem partem prohibitam, cum omnium cessatione, & an sine prohibitione maioris partis præscriptio procedat.*

9 *Præscribi an possit ius habendi furnum, ita quòd nullus alter eum habere possit in dicto loco.*

12 *In consuetudine inducenda super seruitute vel quasi furni, quid intersit inter vniuersitatem & priuatum.*

CORAM vobis domino iudice †de Latis, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd dictus Actor habet quendam furnum pro pane coquendo in castro de Latis, situm in tali careria, sic & sic confrontatum. Item dicit & proponit, quòd ipse habet seruitutem, vel quasi, non esse ius alicui alteri in dicto castro & eius pertinētijs habendi seu ædificandi furnum. Vnde cùm dictus Reus ædificauerit de nouo quendam furnum in dicto castro, pro decoquendo panem, situm in tali careria, sic & sic confrontatum, & sic impediat dictum Actorem vti prædicta sua seruitute, vel quasi, scilicet coquendo panem in dicto furno de nouo ædificato, in præiudicium dicti Actoris seu iuris eius: agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Actorem solum habere ius habendi furnum suum prædictum pro pane coquendo in dicto castro & eius pertinentijs, ita quòd nullus alter debeat, nec possit ibi habere furnum pro pane

 coquen-

coquendo, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt patiatur dictum Actorẽ vti prædicta sua seruitute, vel quasi seruitute, & quòd dictum furnum de nouo ędificatum suis sumptibus diruat, & vt caueat, ne dictum Actorem in futurum impediat, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis &c.

2 ¶Probatur † ff. de serui. vrba. prędiorum. l. j. ibi, dum dicit, aut non extollendi. & C. de serui. & aqua. l. altiùs. à contrario sensu. ¶Rectè dicitur, Actor quòd ipse habet prædictam seruitutẽ vel quasi &c. vt generaliter vna petitione comprehẽdat etiam illam quasi seruitutem, quæ super prædicto furno ex tempore potuit
3 esse acquisita. Ex præscriptione † enim nõ acquiritur directa seruitus, sed quasi seruitus vel vtilis seruitus: vt ff. de aqua pluuia. ar. l. j. in fine. sicutnec præscriptione acquiritur directum dominium, sed vtile, vt dictum est suprà in secundo libellõ &c.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT Actor, quòd municipes di-
4 cti castri concesserunt † ei prædictam seruitutem, & eam sibi per patientiam tradiderunt. Effectus: quia sic probatur seruitus: vt Insti. de seruitut. §. fi. Sic enim seruitutem imponendo, ius suum diminuerunt, & ius Actoris auxerunt: vt ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. imposititiã. Poterunt enim renunciare iuri suo: vt C. de pac. l. si quis in conscribendo.

5 ¶Item ponit, quòd ipse emit † prædictam seruitutẽ à municipibus, & posteà vsus fuit ea per x. annos. Effectus: qa videtur seruitus acquisita ex titulo allegato, licèt titulus non probetur: vt arg. ff. de vsur. l. cùm de in rem verso.

ADDIT. Sed prædicta positio non est multùm necessaria, quòd cùm illa seruitus habeat causam continuam, non est necesse allegare titulum: quia sine titulo posset præscribi: vt ff. si ser. ven. l. qs diuturno. Operaretur tñ pdicta positio seu prædicti tituli allegatio: quia tunc acquisita esset directa seruitus. sed aliàs ex præscriptione seu ex tempore sine titulo non acquireretur directa, sed vtilis seu quasi seruitus.

¶Item ponit, quòd cùm ipsi munici-
pes † volebant ædificare furnum in dicto 6
castro, ipse singulis vicibus prohibebat ædificare eos, vel maiorẽ partem eorum, & ipsi pòst abstinebant ab ędificando. Effectus: quia tunc actor incepit quasi possidere, & pręscribere illud, & non antè: vt no. C. de serui. & aqua. l. j. & ff. de seruit. vr. prædio. l. qui luminibus.

¶Item ponit, quòd post prædictas ꝓhibitiões † factas dictis municipibus, vel 7
maiori parti eorum, volẽtibus ædificare furnum, ne ipsum ædificarent, & sic acquisita quasi possessione, ipsis post ꝓhibitiones ędificare cessãtibus, ipse habuit & tenuit dictum furnum suum, & solus in dicto castro pro pane decoquendo per x. annos inter præsentes, vel xx. inter absentes. Effectus: quia sic probatur prædicta quasi seruitus acquisita ex prę scriptione prædicta, ad instar seruitutis altiùs non tollendi, quæ est seruitus vrbana: vt ff. de serui. vrba. præ. l. j. & habet causam perpetuam: vt no. eo. ti. l. qui luminibus. & sic potest pręscribi x. vel xx. an. vt ff. de serui. l. seruitutes. iij. & C. e. l. ij. Et in nostro casu posset accidere, licèt raro, quòd omnes municipes essent absentes, vel maior pars, missi in exercitu: & sic haberet locum contra eos præscriptio xx. annorum. Item, sufficeret, maiorem † partem 8
prohibitã, dum tamen omnes cessassent, ar. ff. ad mu. l. quod maior. & de reg. iur. l. aliud, §. refertur. Itẽ, si maior pars non fuit prohibita, non incepit præscriptio contra municipes: immò posset hodiè quilibet ædificare furnũ in dicto castro, exceptis illis, qbus specialiter dicta seruitus non ędificandi furnum fuit acquisita singulariter.

¶Item, quòd prędictum ius † habendi 9
furnũ, ità ꝙ nullus alter eũ possit habere in dicto castro, possit præscribi, ꝓbatur ff. de vsuca. l. fi. vbi cauetur, quòd in locis communibus vel publicis, s. in littore maris, vel in fluuio publico, quis nõ potest præscribere, vt ibi solus aliquid faciat, ita quòd nullus alter illud ibi facere possit.

Vide Cod. dom. Pa pag. 196

posSit. ergo in priuatis locis in contrariũ sit ius cõmune &c. Item, qui de vno negat, de alio permittit. ergo &c. Item, in priuatis locis nõ est prohibitũ. ergo &c.

10 ¶Quidam † dixerunt, ꝙ pro illa quasi seruitute præscribenda requiritur tantum tempus, quod excesserit memoriã hominum: quia in tali faciẽdo furnum, & in pane infurnando, est opus facto hominis, & nõ videtur habere causam perpetuam, nec quasi, sed interpolatã: quia manu habet fieri: vt ff. de serui. vr. præ. l. foramẽ. Sed dico, quòd illud est secundariò, & non principaliter: sicut in seruitute altiùs nõ tollendi, vel ne luminibus officiatur, in quibus venit factũ hominis secundariò, s. fortè factũ pelliparioꝛum, vel aliorum, qui operabantur in domo dominante, qui aliàs nõ essent operaturi ibidem, si alicuius domus seruiens extolleretur: quia tunc non viderẽt ibi clarè, scilicet in domo dominante.

¶Quidam dicũt, ꝙ in casu nostro debet agi condictione ex lege non scripta, ar. ff. de leg. l. de quibus. & cõmunia prædio. l. venditor. §. si constat. & Insti. de iure na. gent. & ciui. §. sine scripto. Sed dico, ꝙ si in prædicto castro non fuit aliquis furnus, nisi furnus Actoris, & ita venerunt omnes de castro per x. annos pro pane decoquendo ad dictũ furnum, non debet dici, ꝙ gens seu populus voluit inducere aliquam de nõ ædificando alieno furno cõsuetudinem, quæ posset dici lex

11 nõ scripta, nec etiam aliqua seruitus † videbitur introducta ante prohibitiones prædictas, etiam si fuit obseruatũ tanto tempore, quòd de contrario memoria non extet. Cessauerat enim fortè, quia nullus erat paratus ædificare furnum, in suo etiam cogi non poterat, vel non placebat eis ædificare, & quilibet est arbiter in re sua: vt C. manda. l. in re mandata. & credebãt ius suum duraturum sibi: vt ff. quibus mo. pig. vel. hyp. sol. l. si cut. §. nõ videtur. Erant enim semper in quasi possessione libertatis ædificandi furnũ, donec essent prohibiti, & donec post prohibitiones cessassent: vt notatur C. de serui. l. j. & ff. de seruitu. vrba. prædio. l. qui luminibus. & facit eo. tit. l. cum eo. & de damno infecto. l. Proculus. Sed si post prohibitionem & cessationẽ amissa sit quasi possessio libertatis, & acquisita quasi possessio seruitutis, potest quis præscribere prædictam quasi seruitutem x. vel xx. an. vt suprà dictum est. nec potest † videri ex 12 parte materiæ, nec ex parte formæ, quasi consuetudo introducta, quæ sit vel dici possit lex non scripta: quia tacitus consensus vnius non potest inducere cõsuetudinem aduersus populum, nec aduersus alium quẽdam. sed vniuersitas facit legem non scriptam, vel ex tacito cõsensu cum fluxu temporis inducit consuetudinem, quæ etiam est lex non scripta: quæ priuatus non potest facere, vt dictũ est superiùs. Vel potest dici probabiliter, quòd quãdo populus decurrit ad illum furnum, Actor nõ induxit aliquam consuetudinem, cùm sit quidam priuatus, sed populus potuit eam inducere cum fluxu longi tẽporis, scilicet, quòd gentes dicti castri possẽt, vellet aut nollet Actor, ire ad illum furnũ, & ibi decoquere panem, aliquo dato pro iure decoquendi. at gentes seu populus non est substrictus ad veniẽdum ibi panem decoquere, immò poterit alibi decoquere, dato, quòd ita fuisset decursum ad istum furnũ, tanto tempore, quòd de cõtrario memoria non extaret. Et sic rectè fuit in l. vẽditor. §. si constat. quia priuatus ille, cuius erat lapidicina, cogitur sustinere lapidem cędi in suo, recepto tamẽ salario. sed illi de populo, qui poterant ibi lapidem cædere, non coguntur ibi venire, immò poterunt ire alibi pro lapidibus. Sed in casu nostro, post prohibitionem † de non ędi- 13 ficando furnum, factam toti populo vel maiori eius parti, si ita fuit obseruatum longo tempore, s. x. an. certè videtur ibi prægnans seu reciproca consuetudo inducta, quę erit lex non scripta. Primò, ad vtilitatem popularium, s. quòd ille priuatus debeat ibi semper habere furnum ad opus populariũ, vt ibi possint coquere panem, aliquo per illum priuatũ recepto pro furnagio, aliàs non esset consuetudo ex longo tempore. Et hoc dicit

l. venditor. §. si constat. Item secundò facit ad vtilitatem illius priuati, s. quòd nullus alius habeat ibi furnum pro pane decoquendo, nisi ipse. Et in hac inducenda est potissimum ipsa prohibitio, aliàs induci non posset. & sic posset dici, quòd si ille priuatus, post prohibitionem factam municipibus, vel maiori parti, habuit & retinuit solus prędictum furnum suum, pro pane decoquẽdo, per longum tempus, in dicto castro, ipse posset agere condictione ex consuetudine contra non obseruantes consuetudinem. & de hoc aliquantulum dictum est suprà in prçcedenti libello, & alio præcedenti.

RVBRICA XVII.
De negatoria in rem actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus negatoriæ actionis in rem quomodo formetur, probetúrque. nu. 2.*

3 *Negatoria actio competit domino, vel quasi domino fundi, in quo negatur seruitus deberi.*

4 *Reus, contra quem agitur negatoria, vbi non est in quasi possessione seruitutis, commodum est actoris, quòd non oporteat eum probare se dominum, nec quasi, fundi, pro quo agitur negatoria.*

5 *Reus, contra quem agitur negatoria, si sit in quasi possessione seruitutis, quæ commoda habeat ex illa quasi possessione.*

6 *In negatoria, vbi non incumbit alicui probatio, oportet, quòd aduersarius probet cõtrarium, ad hoc, vt obtineat.*

7 *Cõfessoria vel negatoria inter duos quando agitur, & iudici constet, illum, qui pro seruitute agit confessoria, vel seruitutem defendit negatoria, esse in quasi possessione seruitutis vel quasi seruitutis, debebit prohibere aduersarium, ne eum impediat vti seruitute, causa pendente super confessoria vel negatoria: secus, si ille non sit in quasi possessione seruitutis vel quasi, quia tunc prohibebitur vti causa pendẽte. Et q̃d iuris, si non constet iudici, desuper contentione existente, quis eorum quasi possideat.*

8 *Negatoria vt locum habeat, detur q́; contra aliquem, quid requiratur.*

9 *Confessoria & negatoria cõtra quem dentur, & in quo conueniant.*

10 *In negatoria, difficultates pleraque mota per authorem, quarum decisiones relinquuntur peritioribus.*

11 *Sententiæ formula in actione negatoria in rem.*

12 *In actione negatoria in rem, Reus probare debet, se habere seruitutem, quæ ei negatur.*

13 *Fũdus quilibet quòd liber à seruitute præsumitur, quomodo intelligendum.*

14 *Seruitus naturalis probari non debet, quòd semper inesse præsumitur.*

15 *Actiones in rem, confessoria & negatoria, an competãt pro tali seruitute, quæ ex natura loci debetur.*

16 *Negatoria agi potest in illa seruitute, pro qua speciali actione prouisum non est.*

17 *Confessoria quando per non vsum seruitutis tollatur, quando non.*

18 *Seruitutis vel quasi itineris ius non habenti, an saluum sit ius eundi iure seruitutis vel quasi actus, vel viæ, de quibus Actor in libello nihil locutus est.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinũ, quòd dictus Actor tenet & possidet quendam fundum, situm in territorio sancti Cosmæ, sic & sic cõfrontatum. qui fundus pertinet ad dictum Actorẽ iure dominij vel quasi: per fundum dictus Reus vadit, & vtitur seruitute, vel quasi seruitute itineris, minùs iustè, ad quandam vineam proximam, sic & sic confrontatam. Vnde cùm dicto Reo non competat seruitus nec quasi itineris, ad dictam vineam, per dictum fundũ, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis domino iudicę, vt dictum Reum, non habere seruitutem, nec quasi

quasi itineris, per dictũ fundũ, ad prædictã vineã, & prædictũ fundũ esse liberum à prædicta seruitute, vel quasi seruitute, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, ne decætero vadat per dictum fundum ad dictam vineam, & quòd caueat de non eundo in futurum, & vt interesse præstet, quod æstimat Actor xx. solid. Turo. sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. Petit expensas factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciendis, & de futuro interesse suo, in processu præsentis causæ declarandis. implorans vestrum officium, domine iudex, in his in quibus est, vel de iure fuerit implorandum.

2 ¶ Probatur † quasi per iura superiùs allegata super confessoria.

¶ Et est notandum, quòd negatoria
3 † actio competit domino, vel quasi domino fundi, in quo negatur seruitus deberi: vt ff. si serui. vendi. l. j. in prin. Cir-
4 ca quod est † aduertendum, quòd vbi Reus, contra quem agitur negatoria, non est in quasi possessione seruitutis, est commodum Actoris, quòd non oporteat eum probare se dominum, nec quasi dicti fundi, pro quo agitur negatoria.

5 ¶ Secundò est notandum, quòd si † Reus, contra quem agitur negatoria, sit in quasi possessione seruitutis, vt in casu nostri libelli posset apparere: quia iter euidenter ibi apparet calcatum pedibus, vel paratum per gradus vel cliuos: vt ff. de seruit. vr. præ. l. seruitutes. §. j. tunc ille Reus inter alia habet triplex commodum ex illa quasi possessione. Primum est, quòd Actor habet necesse probare se esse dominum vel quasi illius fundi, pro quo agit negatoria, aliàs succumberet. Secundum est, quòd ille Reus non habet necesse probare, constituentem fuisse dominum fundi, in quo dicit seruitutem fuisse constitutam, si ex constitutione innitatur. Attamen probare debebit, seruitutem fuisse constitutam: quia quilibet fundus præsumitur liber à seruitute impositiua: vt notatur ff. de proba. l. circa. Tertium est, quòd non oportet eum probare, se esse dominum fundi, cui dicitur deberi seruitus. Et prædicta colliguntur & habentur ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. sed si quæratur. & si vsusfru. petatur. l. pe. §. quòd si fortè. & Insti. de interdictis. §. commodum. & C. de rei ven. l. si. Item in prædictis † casibus, vbi non incumbit ali- 6
cui probatio, vt dictũ est, oportet, quòd aduersarius probet contrarium, ad hoc, vt obtineat.

¶ Item est notandum, quòd si agatur
† negatoria vel confessoria inter duos, & 7
constet iudici, illum, qui pro seruitute *Sequitur*
agit confessoria, vel seruitutem defendit *Guido Pa*
negatoria, esse in quasi possessione serui- *pa q. 578*
tutis, vel quasi seruitutis: iudex debebit prohibere aduersarium, ne eum impediat vti prædicta seruitute, vel quasi, causa pendente super confessoria vel negatoria. Si autem ille non sit in quasi possessione seruitutis vel quasi prædictæ, tunc iudex prohibebit eum vti pendente causa. ar. ff. de vsufruc. l. cuiuscunque fundi. §. j. & de iti. actuq; priua. l. j. §. hoc interdictum. & de aqua quo. & æsti. l. pe. ¶ Si autem non constet iudici, quis eorũ quasi possideat, & contentio sit inter eos, quisquis possideat, & timeatur verisimiliter, quòd partes veniant ad arma & ad rixas: tunc, illis tribus concurrentibus, poterit iudex rem, super qua est controuersia, ponere ad manum suam, donec cognitum fuerit, quis illorum sit potior. ar. ff. de vsuf. l. si cuius. aliàs l. si vsusfructus. §. sed si inter duos.

¶ Item est notandum, quòd quidam dixerunt, quòd negatoria † non habet lo- 8
cum, nec datur contra aliquem, nisi ille, contra quem agitur, habuit priùs seruitutem illam, & dicatur eam amisisse, non vsu vel alio modo. Sed illud reprobatur ff. si serui. ven. l. ij. in prin. Attamen oportet, quòd ille, contra quem agitur, contendat se facere vel vti iure seruitutis: aliàs non posset contra eum agi negatoria, sed actione iniuriarum, vel alio modo: vt no. ff. de aqua plu. ar. l. apud Trebatium §. idem Trebatius. & facit, quod no. ff. si serui. ven. l. si cùm meus. §. si paries. Sicut enim confessoria † datur con- 9

tra eum, qui impedit seruitutem: vt ff. si ser. ven. l. si quis diuturno. in fi. sic & negatoria debet dari contra illum, qui intendit vti iure seruitutis. In hoc enim videtur conuenire confessoria & negatoria: vt ff. si serui. ven. l. ij. in prin. & à verbis legis in dubio non est recedendum. vt ff. de exercitoria. l. j. §. si is qui nauem. Et in hac opinione quasi omnes concordant. & sic formatus est libellus prædictus.

Cõmunis opinio.

¶ Sed opponitur ad illud: quia Actor
10 † fortè nesciet, an iure seruitutis Reus vadat per fundum ipsius Actoris, nec poterit hoc fortè probare, nec Reus etiam volet hoc dicere, scilicet causam quare vadit: nec tali interrogatorio tenetur respondere, & fortè in fine causæ dicet, quòd iure familiaritatis vadit & iuit, quod & potest esse: vt ff. de acqui. pos. l. qui iure familiaritatis. vel causa venandi: vt ff. de acqui. re. do. l. iij. & Insti. de rerum di. §. ferę igitur bestiæ. ¶ Item cõtrà ff. si ser. ven. l. fistulas. vbi agitur negatoria contra illum, qui ducebat aquam per fistulas, & quadam die ruptis fistulis exinde exiens aqua fluxit in parietem vicini. Illud autem non fuit ex intentione seruitutis, sed propter accidentem rupturam fistularum. ¶ Item contrà ff. e. l. si quando. in prin. vbi paries faciebat vẽtrem super domum vicini. agitur negatoria. & tamen illud fiebat ex vitio parietis, non quòd posset censeri seruitus. ¶ Item contrà ff. de arbo. cæ. l. fi. vbi arbore inclinata in fundum vicini, agitur negatoria. & tamen arbor illa erat inclinata vitiosè, nec potest ibi videri seruitus aliqua. Quomodo ergo potest dici, quòd ille, contra quem agitur negatoria, in prædictis legibus haberet illa ex intentione seruitutis: cùm seruitutes non essent, nec instar haberent seruitutis, nec ad aliquam seruitutem ordinata essent? Certè non video. immò videretur, si Actor agens negatoria, illud asseruerit in casibus prædictis prædictarum legum, ipse deberet cadere à causa. Et hoc relinquo peritioribus.

ADDIT. Et ita ex prædictis concluditur, quòd ille, qui agit negatoria, non habet probare, quòd ille, contra quem agitur, vtatur iure seruitutis, nec prętendat se habere seruitutem. quod no. Et ita apparet, quòd ista actio negatoria datur contra quemcunque, impedientem alium vti libertate, in qua quis est, licèt ille iure seruitutis illum non impediat. Et ideo pone, quòd dominus alicuius castri vult compellere subiectos suos ad custodiendum castrum suum. subiecti dicunt, quòd non tenentur. ipse compellit eos. ipsi appellauerunt, volunt reddere libellum appellatorium. Quæritur, super qua actione dabitur libellus? Certè super negatoria actione: quia dominus prætendit seruitutem in custodiendo, & subditi libertatem.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 11
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & Reus non probauerit se habere aliquam seruitutem, vel quasi itineris, per dictum fundum, ad dictam vineam: idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, dictum fundum esse liberum à dicta seruitute vel quasi, & dicto Reo non deberi seruitutem, vel quasi itineris, per dictum fundum, ad dictam vineam: & condemnamus dictum Reum, ne decętero vadat iure seruitutis, vel quasi itineris prædicti, per dictum fundum, ad dictam vineam: & vt etiam cautionem pręstet, ne decętero per illum fundum illo iure vadat. Item, quia constat nobis interesse dicti Actoris in xx. solid. Turo. quia dictus Reus sic iuit per dictum fundum, condemnamus prędictum Reum in prędictis xx. solidis Turo. dandis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus prędictum Reum in c. solidis Turo. dandis dicto Actori pro expensis pręsentis causę, cùm idem Actor, taxatione nostra pręcedente, delato ei à nobis iuramento, iurauerit se expendisse prędictos c. solidos Tur. occasione præsentis causę.

¶ Rectè dicitur, quòd Reus non probauit se habere seruitutem vel quasi itineris prędicti: quia in negatoria † actione 12
in rem

in rem Reus habet probare, & sibi incumbit probatio, se habere seruitutem, quæ
13 ei negatur. quilibet enim fundus † præsumitur liber à seruitute. vt no. ff. de probat. l. circa. quod est intelligendum de seruitute, quæ habet causam imposititiam, scilicet ab homine, vel ex præscriptione. de qua habetur ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. impositiciam. & Institu. de serui. circa fi. & C. e. l. ij. & ff. de ser. l. seruitutes. & per totum illum librum. & de aqua. quo. & æsti. l. hoc iure. §. ductus aquę. Sed est quædam alia seruitus, scilicet in agris, quæ est ex natura loci: vt quia agri inferiores naturaliter seruiunt superioribus, vt aquam recipiant: & illā ser-
14 uitutem † non oportet probare: quia semper inesse præsumitur. vt ff. de aqua plu. arc. l. j. §. fi. & l. se. in prin. Et pro tali
15 seruitute, † quæ ex natura loci debetur, potest agi confessoria actione in rem: & etiam negatoria, quia seruitus vera est, vt ibi. Pro seruitutibus aūt competunt illæ duæ actiones. vt ff. si seruitus ven. l. ij. in
16 princi. potissimè in illa seruitute, † pro aquis claris, quia pro illis non est prouisum per actionem aquę pluuiæ arcendæ. vt ff. de aqua plu. ar. l. j. §. j. & §. penult. & quòd possit agi negatoria, not. ea. l. §. item sciendum. ¶ Sed videretur, quòd pro tali seruitute non competeret confessoria, nec negatoria: cùm de ea nihil dicatur ff. de serui. in toto libro, nec C.
17 nec Institu. Item, quia tollitur † confessoria per non vsum seruitutis. vt C. de serui. l. sicut. & de præscrip. lon. tempo. l. fi. Seruitus autem, quę ex natura loci debetur, nunquam per non vsum amittitur. vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. sed & si vicinus. & istud relinquo peritioribus.

¶ Item rectè dicitur, quòd Reus non
18 vadat † de cętero iure seruitutis, vel quasi itineris: quia adhuc est sibi saluum ius eundi iure seruitutis vel quasi actus, vel viæ, de quibus Actor in libello nihil locutus est: sed solùm ad negandum seruitutem vel quasi itineris se retulit. Seruitutes autem illę sunt diuersę & separatę formaliter. vt ff. si seruitus vendi. l. loci corpus. §. j. & ex qualibet quis potest ire. vt ff. de seruitu. rusti. prędi. l. j.

RVBRICA XVIII.
De Publiciana actione pro re mobili.

SVMMARIVM.

1 *Libellus Publicianæ actionis pro re mobili quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
2 *In Publiciana, verba, Iure quasi dominij, quomodo intelligenda.*
4 *Dominium directum sicut in re mobili per vsucapionem acquiritur: ita per quasi vsucapionem, quæ prætenditur in Publiciana actione, agitur iure quasi dominij directi.*
5 *In Publiciana actione Actor probans venditorem fuisse dominum equi, an succumbere debeat. & an ad directam rei vendicationem regressum habeat, in eaq; obtinere debeat.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, di- 1
cit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dict Reus possidet seu tenet, & facultatem restituendi habet, quendam equum pili mauri, stellatū in fronte, ad dictum Actorem pertinentem iure quasi dominij, pro eo, quia ipsum emit, & per traditionem accepit à Titio, quem credidit esse dominum dicti equi, & verum non erat. Vnde cùm dictus Reus dictum equum sibi restituere contradicat, agit contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum equum ad dictum Actorem pertinere iure quasi dominij, quasi ipsum vsuceperit, licèt in veritate ipsum non vsuceperit, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum dicto Actori sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. sed istę. & 2
ff. de Pub. in rem act. l. j. & l. eum qui. §. Publiciana actio. ¶ Item dicit Actor † in 3
libello,

libello, dictum equum ad eum pertinere iure quasi dominij. & debet intelligi quasi dominij, scilicet quasi directi: quia à directo domino credidit eum acquirere.

¶ Item petit Actor dictum equum, quasi ipsum vsuceperit, & sic formatus est libellus super re mobili, in qua † sicut per
4 vsucapionem acquiritur directū dominium, ita per illam quasi vsucapionem, quæ prętenditur in Publiciana actione, agitur iure quasi dominij directi. ¶ Item,
5 si probetur, illum, à quo † dictus equus fuit emptus, fuisse dominum, succumbet Actor in Publiciana actione: sed ipse poterit adire ad rei vendicationem directam, & in ea obtinebit: vt not. in d. §. sed istæ. & ff. de euictionib. l. minor. § si seruus.

RVBRICA XIX.

De Publiciana actione pro re immobili.

SVMMARIVM.

1 *Libellus Publicianæ actionis pro re immobili quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu 2.*
3 *Publiciana pro re mobili, & pro re immobili, diuersa ratione agitur.*
4 *Verbum, quasi vsucepisse, positum Inst. de act. §. sed istæ. accipi debet propriè, & impropriè.*
5 *Publicianam actionem habens, dominium quale habeat.*
6 *Azo quomodo intelligendus, in eo, quod dixit, dominium vtile, quod contingit per Publicianam, duorum insolidum esse posse.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possidet, seu tenet, & facultatem restituendi habet, quendam fundum, sic & sic confrontatum, ad dictum Actorem iure quasi vtilis dominij pertinentem pro eo, quia eum emit, & per traditionem accepit à Titio, quem credidit tunc habere directum dominium vel vtile dicti fundi, & verum non erat. Vnde cùm dictus Reus dictum fundum restituere contradicat, agit dictus Actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad dictum Actorem pertinere iure quasi vtilis dominij, quasi prædictum fundum pręscripserit, licèt verum non sit, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum ad restituendum dictum fundum dicto Actori, vnà cum fructibus, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † ff. de Publiciana in rem actio. l. cùm sponsus. §. in vectigalibus. 2

¶ Et pro re mobili † debet agi iure 3
quasi dominij directi, quasi Actor eam vsuceperit, licèt verum non sit: sed pro fundo, quia est res immobilis, debet agi iure quasi vtilis dominij, quasi Actor ipsum pręscripserit, licèt verum non sit. Et secundùm prędicta, verbum, † quasi 4
vsucepisse, positum Instit. de act. §. sed istæ. ponatur ibi propriè, & impropriè. propriè, pro re mobili, in qua habet locum vsucapio: & impropriè, pro re immobili, in qua propriè non habet locum vsucapio, sed solùm pręscriptio, vt & alias no. Insti. de vsucapio. circa prin. scilicet quòd verbum, vsucapiantur, ponitur propriè pro re mobili. & idem not. ff. de vsucapio. l. iij.

¶ Circa prędictos duos libellos dicunt quidam, quòd Publicianista † habet 5
vtile dominium. & no. ff. de Pub. in rem act. l. si seruus. & de acqui. re. do. l. traditio. in princi. & notat hîc dominus Azo in Summa sua Insti. de acti. Et secundùm hoc essent aliter formādi libelli, & indistinctè Actor agendo Publiciana actione in rem, deberet dicere rem ad se pertinere iure vtilis dominij. Sed credo prædictos libellos sufficienter formatos esse de iure. Publicianista enim non habet aliquod vtile dominium verum, seu directum, vt dictum est suprà in secundo libello. licèt vtile dominium habeat similitudinarium, seu ex quadam fictione iuris, in tantum, quòd potest agere quasi domi-

dominus, non quòd sit dominus iure directi dominij, nec iure vtilis dominij veri: sed solùm similitudinarij vtilis, seu ficti vtilis. iuxta istum intellectum, do-
6 minus Azo † videatur dixisse, Insti. de ac. in Summa sua, quòd vtile dominium, quod contingit per Publicianam, potest esse duorum insolidum. quod non dixisset, si de vero vtili dominio ibi locutus fuisset, quod habetur ex præscriptione, vel quod habet emphyteuta verus, vt suprà in secundo libello. impossibile est enim, duos habere insolidum vtile dominium verum eiusdem rei: licèt in ficto vtili dominio, seu in quasi dominio, possit esse verum illud, quod dictus Azo ibi dixit.

ADDIT. Sed hodiè de quadam generali consuetudine curiarum, licèt sit contra ius scriptum, potest formari libellus largiùs, & poterit dicere Actor simpliciter, rem ad se pertinere iure dominij vel quasi. quæ verba important dominium directum & quasi directum, & vtile & quasi vtile, & effectum dominij seu quasi dominij, vt dictum est suprà in tertio libello. Caueat tamen discretus Aduocatus, an expediat Actori, ita generaliter loqui in libello: quia periculum erit, si succumbat in lite, quia omnem causam videbitur vna petitione apprehendisse. vt ff. de excep. rei iudi. l. & an eadem. § actiones.

RVBRICA XX.

De restitutione in integrum, vt posit aliquis agere rescissoria actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus restitutionis in integrum, vt possit aliquis agere rescissoria actione, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *In præscriptione restitutionis in integrum complenda, an absentiæ tempus duplicandum sit, si Actor per illum annum, quo absens fuit, alibi domicilium transtulisset.*

4 *Absens ex causa voluntaria, contra præsentem non restituitur.*

5 *Per iurisdictionem iudicis simpliciter petitum, an videatur petitum per officium.*

6 *In his, quæ petuntur per officium Iudicis, an sit ciuilis, vel naturalis obligatio.*

7 *Interpellatus extra iudicium, in his quæ competunt ex officio, an constituatur in mora.*

8 *Absentiæ tempus an ob læsionem de medio tantùm subducendum sit, vel læso totum quadriennium ad restitutionem in integrum petendam sit indulgendum. Quæ posterior sententia est Martini, hodiè canonizata. & quomodo illa sit intelligenda.*

9 *Rescissoria actione non agitur, nec ipsa habet effectum, nisi restitutione obtenta.*

10 *Restitutio in integrum, an perpetuetur litis contestatione.*

11 *In restitutione in integrum sine litis contestatione potest procedi, & sententia ferri, si aduersarius fuerit absens per contumaciam in non veniendo. Quod etiam procedit, in causa appellationis, & in priuatis delictis.*

12 *Sententiæ formula, in restitutione in integrum, vt possit aliquis agere rescissoria actione.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd cùm dictus Actor & dictus Reus fouerent domicilium in Monte Pessulano, dictus Reus tenuit & possedit, iusto titulo, per decem annos, quandā vineam sitam in territorio de Coldesi, sic & sic cōfrontatam, & ita eam præscripsit bona fide, quæ vinea ante præscriptionem prędictam pertinebat ad dictum Actorem iure dominij vel quasi. Item asserit dictus Actor, quòd de decem annis prędictis, per quos prędictus Reus tenuit & possedit dictam vineam, dictus Actor fuit absens causa Reipublicę, vltra mare, in exercitu Imperatoris contra Sarracenos,

per vnum annum continuum, & sic non potuit dictum Reum conuenire, nec rem ab eo vendicare, & multò minùs hodiè, quia præscriptio est completa. Vnde cùm prędicta absentia dictus Actor sit & fuerit lęsus, petit & supplicat vobis dicto domino iudici, vestrum officium implorando, vt ipsum per vestram sententiam aduersus lęsionem prędictam, vocato dicto Reo, in integrum restituatis, scilicet prędictum annum, quia fluxit in prędicta absentia sua, de medio subducendo, taliter, quòd rescissa prędicta prescriptione dictus Actor possit prędictam vineam per actionem in rem rescissoriam vendicare.

2 ¶ Probatur † Insti. de acti. §. rursus. in fi. ¶ Rectè dicitur, quòd Actor & Reus fouebant domicilium in eodem loco: quia si Actor † transtulisset domicilium

3 alibi per illum annum, in quo fuit absens, tunc fortè tempus illius absentiæ deberet duplicari, & sic ad prædictam prescriptionem complendam fuissent necessarij xj. anni. vt C. de prescrip. lon. tem. authen. quòd si quis quibusdam. ¶ Item rectè dicitur, quòd Actor fuit absens causa Reipublicæ: quia secus esset, si

4 ex causa † voluntaria, quòd tunc absens contra prȩsentem non restitueretur. vt ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per pretorem. in fi. & l. se. in prin. & l. qui mittuntur. in fi. & l. seq. cum similibus. ¶ Item rectè dicitur, petit, vestrum officium implorando. vt ff. de mi. l. quòd si minor. in fi. & ex quibus cau. ma. l. si quis stipulatus. & C. de resti. milit. l. j. & facit C. de in integ. resti. l. si curatorem. & l. minoribus. & ff. de acqui. here. l. Pantonius. in

5 prin. Item, si aliquid † petatur simpliciter per iurisdictionem iudicis, videtur petitum per officium. vt ff. de leg. j. l. si res obligata. in fi. Item vocandus est aduersarius. vt C. si mi. ab here. se abstin. auth. si omnes. & ff. de mi. l. in causæ. j. §. causa. & ar. ff. de adop. l. nam ita. & C. si per vim vel alio modo. l. fi.

6 ¶ Et est notandum, quòd in his † quæ petuntur per officiũ, non est ciuilis, nec naturalis obligatio. vt ff. de ac. emp. l. qui per collusionem. in fi. & de an. le. l. Quintus Mutius. & no. ff. va. & extraor. co. l. j. in fi. Nec quis † interpellatus extra iudici- 7 um, in his quę competunt ex officio, cõstituitur in mora. vt ff. de dam. infec. l. cùm postulassẽ. in prin. licèt ad prędicta videatur contrà ff. de precario. l. fi. in fi.

¶ Item, rectè petitur vnus annus subduci † de medio, in quo Actor fuit lęsus, 8 propter suã absentiam, quia fortè in illo anno fuit completa prescriptio: vel prędicta absentia, si fuit in medio illorum x. annorũ, ipsa fuit coadiuuatiua cõpletionis illius præscriptionis. illud aũt debet subduci, si t primũ, mediũ, vltimũve. vt C. de resti. mil. l. quod tẽpore. Itẽ qa solũ est læsus in vno anno, nõ restituetur nisi ad vnũ annũ tãtùm: nec etiã restituetur, nisi infra vnũ annũ continuũ de quadriennio. vt ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorẽ. §. si feriæ. & §. seq. & ar. ff. ad Velleia. l. debitrix. §. si ꝓ eo. & quæ in fraucre. l. ait ꝑtor. §. si cõditionalis. Est enim in casu nostro idẽ tẽpus, ad quod, & infra quod. vt ar. ꝑdictarũ legũ. licèt quadriẽniũ continuũ sit statutũ ad petendã restitutionẽ in integrũ. vt C. de tẽp. in inte. resti. l. fi. & ita intellexit ibi glo. Sed dominus Martinus & Odoffredus sequẽs eum, dixerũt, ꝙ nõ ęst idẽ tẽpus ad quod, & infra quod. & eorũ opinio est hodiè canonizata: vt extrà de in integ. resti. c. ecclesia. lib. vj. & sic si læsio fuit vnius anni, iã dabitur totũ quadrienniũ in integrũ ad restitutionẽ petendã: sed restitutio fiet tãtùm ad vnũ annũ. Sed illud fortè deberet intelligi, s. si ille læsus in vno anno, fuerit per totũ quadrienniũ diligẽs: alioquin si læsus in vno anno, fuerit negligens per vnũ annũ de quadriennio, cõpleta ꝑscriptione: vel læsus in vna die, fuerit negligẽs per vnã diẽ solã de quadriennio post cõpletã ꝑscriptionẽ, tũc tẽpus negligẽtię, siue fuerit vnius anni, siue vnius diei, cõpẽsabitur sibi cũ tẽpore, s. cum anno seu die læsionis. & sic non dabitur in integr ũ restitutio aliqua, tẽpore negligẽtiæ cum tẽpore absentiæ cõpẽsato. vt ff. ex q. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed ꝙ simpliciter.

¶ Itẽ, circa prædicta tria sunt notãda. Pri-

9 Primũ est, quòd resciſſoria actione † non agitur, nec ipsa habet effectũ, nisi restitutione obtenta. vt ff. ex quibus cau. ma. l. necnon. §. exẽplo. & de iureiuran. l. nam
10 posteà. §. si minor. Secundũ est, ꝙ in † integrũ restitutio nõ perpetuatur litis contestatione. vt not. C. de tem. in inte. resti. l. fi. & de dolo. l. fi. Tertium est, ꝙ sine litis
11 † cõtestatione potest procedi, & ferri sententia in restitutione in integrũ, si aduersarius fuerit absens per contumaciam in non veniendo. ar. ff. de mi. l. in causæ. §. causa. & C. si mi. ab hære. se absti. auth. si omnes. Itẽ in causa appellationis. vt C. de tẽp. appel. l. vlti. §. illud. Item in priuatis delictis. vt ff. de pœnis. l. absentem.

Vide Caudam Pa. 3 p. quæst. 419. nu. 2. in f.

SENTENTIA.

12 CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionẽ suã, seu contenta in dicta petitione seu supplicatione sua: idcirco per sententiã in his scriptis ipsum restituimus in integrũ, aduersus illius anni spatiũ, in quo ipse fuit absens, & dictum annum sibi de medio subducimus, decernentes, quòd, non obstante prædicti anni spatio, dictus Actor supplicãs possit dictã vineam suã actione resciſſoria vendicare.

ADDIT. Credo, quòd in isto titulo malè & ineptè aliquis vocatur Actor, vel Reus: quia officium iudicis non est actio. vt de hoc infrà in tit. super l. fi. C. de edi. diui. Adri. tollen. libellus. in fine.

RVBRICA XXI. De resciſſoria actione in rem.

SVMMARIVM.

1 *Libellus resciſſoria actionis in rem quomodo formetur, probetúrque. nu. 2.*
3 *Resciſſoria actione agens, quæ ponere & probare debeat.*
4 *Actio in rem, quæ antè competebat, & actio in rem resciſſoria, quæ nunc agitur, an sint eadem numero seu substantia. & nu. 7. 8. 9. 10.*
5 *Actio semel extincta, ampliùs non reuiuiscit.*
6 *Lazarus resuscitatus, an fuerit idem numero seu substantia. & nu. 11. 14.*
12 *Intelligentem, neceſſe est phantasmata speculari.*
13 *In intellectu nihil est, quin priùs fuerit in sensu singulari & communi.*
15 *Resciſſoria an sit proprium nomen actionis, seu quadam adiectio. & nu. 8.*
16 *Restitutio in integrum, vt finitur quadriennio, vel minori tempore, an ita finiatur resciſſoria.*
17 *Restitutione in integrum obtenta, an actio resciſſoria habeatur pro contestata.*
18 *Doctores taxantur, quòd in materia istius resciſſoria in rem, variant scutum suum albo & nigro.*
19 *Resciſſoriam habens actionem, an vtile dominium habeat.*
20 *Dominium vtile eiusdem fundi, an duo insolidum habere poſſint.*
21 *Dominium directum & vtile non se compatiuntur in eodem subiecto: sicut nec proprietas, & vsusfructus formalis.*
22 *Resciſſoria agens, an dicere debeat, fundum ad se pertinere, iure quasi vtilis dominij, vel simpliciter iure quasi dominij, & illud petere declarari.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Peſſulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possidet seu tenet, & facultatem restituendi habet, quandam vineam sitam in territorio de Coldesi, sic & sic confrontatam. quæ vinea cùm pertineret retroactis temporibus ad dictum Actorem, iure dominij vel quasi, dictus Reus ipsam tenuit bona fide, & iusto titulo per x. annos, & sic dictam vineam præscripsit. infra quos x. annos dictus Actor fuit absens causa Reipublicæ per vnum annum continuum. Vnde cùm tempus illius anni, quod fluxit in eiusdẽ Actoris absentia prædicta, sit de medio subductum, in integrum restitutione à cõpetenti iudice obtẽta, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam vineã pertinere ad dictũ Actorem iure vtilis do-

minij, per vestram sententiam declaretis: & dictum Reum ad restituendum dictam vineam dicto Actori, non obstante prædicta præscriptione, sententialiter condemnetis, & cōdemnatū ad restituendū iuris remedijs cōpellatis. Petit etiā expēsas &c. implorans vestrum officium &c.

2 ¶Probatur†Insti. de ac. §. rursus. Actor
3 habebit ponere † & probare, qualiter vinea pertinebat ad eum iure dominij vel quasi ante præscriptionem. de quo habetur suprà, in tribus primis libellis. Itē, quòd ipse fuerit restitutus in integrū ad prædictā vineā petendā, probabit per actionem in integrum restitutionis, seu per sententiam in prædicta causa latam. quam credo sufficere ad probandum.

4 QVAESTIO. Sed an actio † in rem, quę antè cōpetebat, & actio in rē rescissoria, qua nunc agitur, sint eædem numero seu substātia, potest quæri. Ad quod probabiliter potest dici, quòd si actio, quę priùs cōpetebat, fuit ex toto extincta: vt quia Actor habebat priùs vtile dominiū ex præscriptione, & illud vtile dominiū verè amisit ex præscriptione postmodū cōtra eū cōpleta: vt no. C. de præscrip. xxx. an. l. si qs emptionis. in prin. tūc nō possunt dici eædē nu-
5 mero seu substantia, quia actio † semel extincta, ampliùs nō reuiuiscit. vt ff. de sol. l. qui res. §. aream. Et sic facit ar. quòd La-
6 zarus † non fuit resuscitatus idem numero seu substantia. Si autem prima actio
7 † non fuit extincta, vt quia Actor erat primò directò dominus, s. quia cùm vinea illa fuisset priùs insula fluminis agris publicis Lani vndique limitatis, idem Actor occupauit eam, & sic fuit directò dominus: tunc dico, quòd actio prima in rem non fuit ex toto sublata per præscriptionem: quia Reus, qui fundum præscripsit, non acquisiuit ex præscriptione directum dominium, sed solum vtile. & sic actio prima, & ista rescissoria, possunt dici idem in substantia. ar. ff. de preca. l. sed & si manente. & facit ff. ad Trebel. l. si hæres institutus. in prin. & quod no. ff. de eo per quem factum erit. l. iij. in princ.

¶Item, secundùm prædicta dicunt qui-
8 dam, quòd vbi † non sunt idem in substantia, tunc nomē, rescissoria, est nomen actionis proprium: sed vbi sunt idem in substantia, tunc non est nomen proprium actionis, sed quædam adiectio seu nomen adiectiuum primæ actionis. Item dicūt, quòd vbi † non sunt idem in substantia, 9
tunc rescissoria cōpetit, in integrum restitutione obtenta, & non antè. & restitutione obtenta infra quadriennium quandoque, incipit actioni rescissoriæ suus annus vtilis, & non antè. antè enim nō potuit sibi aliquod tēpus currere, cùm ipsa nō esset. & sic restitutio & rescissoria quælibet habet tēpus suū distinctū & separatū. Sed vbi sunt idē in substātia, tunc restitutio & rescissoria durāt quadriennio regulariter, & in ipso quadriēnio finiūtur: quia illa rescissoria in sua substātia erat antè, & sic potuit sibi currere tēpus. ¶Dico nūc, quòd in prædictis † oportet nos conniuentibus oculis pertrāsire, & facere intellectū 10
de l. nemo. ff. de in integ. resti. vbi dicitur, quòd nō videtur re exclusus, quē prætor in integrū restituere pollicetur. & sic statim cùm Actor potuit & debuit petere restitui, statim habuit actionē in rē rescissoriā de iure prætorio, licèt inefficacē seu sine effectu, quæ fictione iuris prætorij videtur cōtinuata cū prima actione. Et sic indistinctè potest dici, quòd actio rescissoria est eadē numero cū prima. Et sic potest dici ar. quòd Lazarus † fuit resuscitatus idē nu- 11
mero seu idē supposito. Ipse tamē resuscitatus fortè, naturaliter loquēdo, nō potuit reminisci, nec aliqua narrare de illis, quæ eius anima separata à corpore viderat. quia, vt dicit Philosophus, intelligentē † necesse est phantasmata speculari: quia 12
ergo illa, quæ in alio seculo viderat, non fuerat in phātasmate ipsius Lazari, nec in sensu eius singulari, nec in sensu communi: quia ipse tūc mortuus erat, & per cōsequens omnia eius organa & potentiæ animales: ideo illa nō potuerūt esse in intellectu: nihil. n. est † in intellectu, quin pri- 13
ùs fuerit in sensu singulari & cōmuni. & cū anima † redijt in corpore Lazari, secū- 14
dùm Platonē, ipsa mole carnis oppressa, statim oblita fuit eorū, quæ ipsa viderat à corpore separata. De quo Lazaro. no. ff. de

Vide hic & inf. nu. 17. Gaudo. Papa. q. 143. nu. 1. vers. & circa hāc materiā.

ff.de legi.l.ex his. ¶Item, in casu nostro
15 †verbum,rescissoria, non est nomē pro-
prium actionis,sed quædam adiectio : vt
actio de peculio, & de in rem verso. Et
16 sic etiam potest † dici indistinctè, q̀ sicut
in integrum restitutio finitur quadrien-
nio:sic etiam actio in rem rescissoria.& si
minori tempore, quàm sit quadrienniū,
finiatur in integrum restitutio, vt quia
fuerit minoris temporis,ff. de restitu.in
integ.l.scio.sic & minori, rescissoria fini-
atur. Magna est ergo connexitas seu soci-
etas inter eas,& tanta,quòd dominus Io.
17 dixit,quòd in integrum restitutione†ob-
tenta, actio rescissoria habetur pro con-
testata.in quo Doctores alij non consen-
tiunt,dicentes,quòd requiritur alia per-
petuatio.vt C.de præscriptio.xxx anno.
l.cùm notissimi.in prin.& l.fi.quę tamen
magis videtur facere pro dño Iohā. Sed
contra Io. est ff.de actio.& oblig.l.in ho-
norarijs.vbi habetur,q̀ rescissa vsucapi-
one, rescissoria anno vtili tollitur. ergo
nō habetur ꝓ cōtestata,alias esset ꝑpetu-
18 ata, nec tolleretur anno vtili. In materia
†istius rescissoriæ Doctores modò dicūt
vnum, modò aliud, sumpta occasione
immediatè superiùs allegatorum, & ff.
de actio. & obligatio.l. in honorarijs. &
C.quibus ex cau.maio.l.fi. & quibus nō
obijcitur lon. tempo. præscriptio.l.ab
hostibus. & de postli. reuer. l. ab hosti-
bus.iij.& variant, sicut Rogerius varia-
uit scutum suū albo & nigro,ff.de oper.
no.nuncia.l.prætor ait. §. hoc autem in-
terdictum.& argu.ff. de inoffi.testamen.
l. Papinianus.§.sed neque impuberis.
19 ¶An autem prædictus†Actor,qui ha-
bet rescissoriam, habeat vtile dominiū
dicti fundi? Videtur contineri in prædi-
cto libello,quòd sic. & ita quasi omnes
formant libellū. Sed dico, quòd ille non
habet vtile dominium verum. si enim
Reus ille fundum præscripsit, vt in li-
bello supponitur: ergo habet vtile do-
minium ex præscriptione xxx. anno. vt
C.de prescriptio.xxx.an.l.si quis empti-
onis.& si dicamus modò,quòd Actor,re-
stitutione obtenta, habeat vtile domini-
20 um : ergo duo † insolidum habent vtile
dominium eiusdem fundi, quod est in-
conueniēs dicere. Non ergo dicat Actor,
quòd declaretur ad eum pertinere fun-
dus iure vtilis dominij. ¶Item potest
esse, quòd prædictus fundus pertinebat
ad Actorē iure directi dominij ante præ-
scriptionē, de quo directo dominio ha-
betur suprà in primo libello.ergo & ad-
huc est directò dominus. præscriptio
enim non abstulit nisi vtile dominium.
Ergo si Actor dicat fundum ad eum per-
tinere iure vtilis dominij, ipse succum-
bet: quia directum † & vtile dominium 21
non se compatiuntur in eodem subiecto:
sicut nec proprietas & vsusfructus for-
malis. ¶Ex prædictis satis Petrus con-
cludit, & benè, quia Actor rescissoria
† agens, non deberet dicere fundum ad 22
se pertinere nunc iure vtilis dominij,vel
succumbere deberet in omnem euētum.
sed tamē Actor habebat ante præscripti-
onem vtile dominium verum. modò a-
gēdo rescissoria, rectè possit dicere, fun-
dum ad se pertinere iure quasi vtilis do-
minij, vel simpliciter iure quasi domi-
nij,& illud petere declarari.

ADDITIO. Consulerem in dubio, quòd Actor diceret, nunc fundum ad se pertinere iure dominij,vel quasi, ꝓpter largam significationem illorum verborum: & quia vsus curiarum admittit hodiè illa verba, vbicunq; fit mentio de dominio, agendo vel defendendo, & Actor in agendo, vel Reus in defendendo fortè de qualitate dominij dubitant.

RVBRICA XXII.

De in integrum restitutione, vt possit agi rescissoria personali actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in integrum restitutionis, vt posit agi rescissoria personali actione, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu.2.*
3 *Restitutio pro re minima non datur.*
4 *Absens nedum restituitur contra præsentem, imò & præsens contra absentem, & absens contra absentem.*

stari possit, patria potestate non obstante.

39 *Pater au possit donare filio suo & in sua potestate existēti, aliquas res, vt eas habeat in profectitio peculio, & quando id factum intelligatur.*

40 *Donare an pater possit filio donatione simplici inter viuos, & si pater sub silentio decedat, an tacitè morte confirmata sit.*

41 *Donatio simplex non confertur, nec computatur in quartam, nisi in duobus casibus. vbi tertius à glossa exceptus reijcitur.*

42 *Donatio simplex morte tacitè confirmata, est quasi legatū, non vt verè legatum. Quando illa fieri dicatur. Et quid hac interse differant. 46.*

43 *Donare an possit pater filio, vt extraneo, & vt benè merito, & an merita filiū probare oporteat. nu. 45.*

44 *Argumenta de, tanquam, remissiuè.*

47 *Donatio simplex omnis, in se supremum iudicium habens, vt tacitè morte confirmetur, requirit, quòd in ea traditio aliqua vel quasi interueniat. Idem in donatione inter virum & vxorem.*

48 *Donans pater filio nubenti libros vel fundos, propter nuptias, an statim donatio valeat, donata cum alijs fratribus conferat, ant in quartam computet, & si donatio inofficiosa inueniatur, fratres contra querela agere possint.*

49 *Donare an possit pater filio ob causam dignitatis, vel militiæ empta.*

50 *Donatio à patre facta filio, vt vadat pro eo Parisiis in Parlamētum, vel vt decem det Prædicatoribus, an sit simplex, & cōferri debeat.*

51 *Donatis à patre libris vel fundis filio eunti ad studiū generale, quatenus sint quasi castrensis peculij, eosq́ filius præcipuos habere possit.*

52 *Doctoribus alibi legētibus, an Scholares, qui ibi essent causa addiscēdi, possint dici absentes studiorum causa, priuilegia habeant, & in integrum restitutionē obtineant, si reuersi inueniant se læsos ex tempore.*

53 *Ecclesia post aduentum Christi multùm dominatur supra Imperatorem.*

54 *Absens ex causa peregrinationis, quia fortè iuit Romam visitatum limina beati Petri, an debeat restitui, si reuersus inueniatur læsus ex præscriptione propter illam absentiam. Et quomodo.*

55 *Anima præfertur omnibus rebus mundanis.*

56 *Scholaris, qui causa studiorum abest, restituitur ex clausula generali, Si qua iusta causa mihi esse videbitur.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd ipse, xxx. anni sunt elapsi, mutuauit dicto Martino c. lib. Turo. & ita ex transcursu temporis præscriptū est certi condictioni ex mutuo. nec idem Petrus potest nunc agere efficaciter ad prędicta centum, prædicta præscriptione obstante. Vnde cùm per v. annos continuos de illis xxx. an. dictus Petrus fuerit absens causa reipublicæ, & sic inuenitur læsus propter illam absentiam, propter quam sibi subueniri de iure debet super præscriptione: petit & postulat à vobis prædicto domino iudice, vestrum officium implorando, vt ipsum aduersus prædictam læsionem seu præscriptionem sententialiter in integrum restituatis, prædictos v. annos, qui in eius prædicta absentia fluxerūt, vt dictum est, subducendo de medio, taliter, quòd rescissa prędicta præscriptione, ipse possit efficaciter contra dictum Martinū certi condictione ex mutuo personali actione rescissoria experiri. 1

¶ Et probatur † C. de resti. mi. l. quod tempore. videantur duo libelli præcedentes. ¶ Et est notandum, quòd pro satis minima re † non datur restitutio. vt ff. de in integ. resti. l. scio. & facit ff. de impē. in re. dotali. fac. l. omnino. ¶ Item, nedum absens † restituitur cōtra præsentem, vt hic, immò & præsens contra absentem, & absens contra absentem. vt ff. 2 3 4

ex

ex quibus cau. maio. l. j. in princ. & l. fina.
5 Sed cùm absens læsus † ex tẽpore petit restitui, debebit explorari, an fuerit absens ex causa probabili & necessaria, an ex causa probabili tantùm, an ex causa necessaria tantùm: & aliàs non restituetur, nisi
6 ex aliqua ex illis causis. Sed cùm † absens præscribit contra pręsentem, non est curandum, qua absentia ille fuerit absens, sed sufficit, quòd non esset aliquis, qui eum defenderit. vt ff. eo. l. j. §. item si qua. & l. ait prætor. §. j. & §. fi. & l. seq.

7 ¶ Sed an restitutio † & rescissoria possunt simul in eodem libello intentari? Et credo quòd sic. quia nõ est prohibitum, & etiam causa dirimendarum litium. sicut de exhibitorio iudicio & restitutorio not. C. ad exhiben. l. fi. & de hoc infrà, in ti. de acti. ad exhibendum. Sed quia rescissoria non competit cum effectu, nisi præhabita restitutione in integrum, licèt cõpetat sine effectu post reuersionem ante restitutionem: vt ff. ex quibus cau. ma. l. necnon. §. exemplo. & meliùs C. e. l. fi. ideo si proponantur insimul, oportebit primò expedire & diffinire ex toto causam restitutionis in integrũ. Et ideo consulerem, ne insimul proponãtur, sed separatim suo loco & tempore: quia timendum est, quòd propter vnitatem libelli intricentur duo processus, qui necessariò debebunt fieri exinde. separata
8 † enim meliùs intelligẽtur. vt ff. de excep.
9 doli. l. j. in prin. & nihil tam † proprium legum, quàm claritas. vt in cor. de testa. imperfec. §. j. colla. viij.

Huc se remittit G. P. q. 143. nu. 1. ver. an restitutio in integrum. in decision.

SENTENTIA.

10 CVM dicit † Petrus sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis ipsum in integrum restituimus aduersus prædictam læsionem seu præscriptionem, & pręditos v. annos, qui in eius absentia fluxerunt, de medio subducimus, decernentes, quòd ipse, non obstante prædicta præscriptione, possit agere certi condictione ex mutuo personali rescissoria. &c.

¶ In prædicta sententia subducitur tẽpus absentiæ de medio, sed de tempore quasi absentiæ, quod est modicum tempus diligentiæ post reuersionem immediatè ante præscriptionem completam, nihil in ea dicitur: quia in casu nostro fortè non fuit aliqua talis quasi absentia. vel si fuit, † nõ fuit dictum, nec petitum 11
in libello, & ideo in sententia fuit tacendum. vt ff. communi di. l. vt fundus.

¶ Nunc est notandum, quòd si Petrus fuit absens † causa reipublicæ, fortè so- 12
lùm per v. an. in principio præscriptionis, vel solùm per v. in medio, vel solùm per v. in fine: certè subducentur ei completa præscriptione v. anni, in quibus fuit absens. & hoc dixerunt B. & Io. & Azo. Et iuxta hoc dicit B. subducitur omne tempus absentiæ, sit primum, medium, vltimúmve. & si per v. annos vltimos Petrus fuit præsens, & tunc in fine illorum v. annorum completa fuit præscriptio, nihilominùs restituentur ei v. anni, qui fluxerant in eius absentia in principio præscriptionis, vel in medio. vt ff. de restit. milit. l. quod tempore. ibi, dum dicitur, amota præscriptione temporis medij &c. ¶ Sed Mar. & Pla. dixerũt idẽ, si in v. vltimis annis Petrus fuit absens saltẽ in fine præscriptionis, s. cùm complebatur præscriptio. Sed si in prædictis v. annis vltimis Petrus fuit præsens, fuit tamen negligens, non in petenda restitutione, quia illam petere non potuit, quia præscriptio non erat completa: sed fuit negligens agere certi cõdictione ex mutuo, quam habebat adhuc directam, & sic posteà completa fuit præscriptio, ipse non restituetur in aliquo, nec subducetur ei aliquod tẽpus absentiæ, nec etiam tempus quasi absentiæ, scilicet in quo fuit fortè diligens. & est ratio, quia ipse inuentus fuit negligens in præsentia sua, & passus fuit præscriptionem compleri in sui præsentia. Et dicunt esse casum legis ff. ex qui. cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & l. seq. vbi habetur, quod si finita fuerit præscriptio in pręsentia alicuius, & intra modicum tempus post reuersionem, in quo modico tempore fuit diligens, continuè quærendo aduocatũ &c. vel aliàs ex iusta causa fuit impeditus

peditus agere sua actiõe directa, vel alia, quę sibi tunc cõpetebat, q̃ diligentia seu impedimenta arbitrio iudicis tẽperanda erunt: ille restituetur ad tempus absentię & quasi absentiæ. quę quasi absentia dicitur tempus, in quo fuit diligens immediatè & continuè post reuersionem, aliàs si finita fuerit præscriptio post reuersionem & post modicum tempus, scilicet eo negligente agere, non dabitur ei restitutio in aliquo: quia negligentibus non subuenitur, vt ibi.

¶ In summa, discordia est inter prædictos Doctores: quia Bulgarus dicit, ꝙ si finita sit pręscriptio in pręsentia reuersi, licèt negligẽtis agere, nihilominùs dabitur ei restitutio. sed Martinus dicit, ꝙ si sit finita in præsentia reuersi, & in negligentia existentis, ille in aliquo non debet restitui, negligentia sua sibi obstante.

13 Opinio Bulgari † videtur melior, scilicet quòd etiam completa præscriptione in præsentia Petri, etiam negligentis agere ad prædicta centum, detur ei restitutio ad tempus absentiæ. vt C. de restitu. mi. l. quod tempore. vbi videtur casus legis. Item facit pro Bulgaro, generalitas verborum edicti prætoris, ff. ex qui. cau. ma. l. j. vbi super ista restitutione nõ distinguitur, an fuerit completa præscriptio in absentia, an in pręsentia. Item facit pro Bulgaro, e. ti. l. videlicet. & de re. iur. l. absentia. & C. quibus non ob. lon. temp. præscrip. l. fi. in quibus etiam habetur indistinctè, quòd absentia eius, qui reipublicæ causa abest, non debet esse ei damnosa nec lucrosa. Item facit pro Bulgaro, quia ille, cõtra quem præscriptum est, certat de damno vitando, scilicet ne amittat centum, quæ sibi debẽtur. & non est par eademq; ratio, debita amittere, & lucra non capere. vt C. de codi. l. fi. §. penul. Item facit pro Bulgaro, ff. ex quib. cau. ma. l. cùm miles. in princ. vbi habetur, quòd si milite mortuo, qui præscribebat rem præsentis, hæres militis fortè post modicum tempus compleuit præscriptionem, nihilominùs datur restitutio præsenti contra hæredem militis: licèt ille, cõtra quem præscriptum est, fuerit præsens, & negligens agere contra illum hæredem militis. & sic in eius præsentia & negligentia completa fuit præscriptio. Et absens, in cuius absentia quidam præsens præscribebat contra eum, debet restitui contra illum præsentem, licèt Petro reuerso, & post modicũ tempus, & sic eo negligente agere, completa fuerit præscriptio. Et credo, quòd sicut quando præsens pręscribit contra absentem, habet locum distinctio, scilicet an completa fuerit intra modicum tempus præscriptio, vel post, licèt modica aut nulla sit ibi differentia in effectu, vt apparebit inferiùs: ita & habeat locũ prædicta distinctio, quando absens præscribit contra præsentem: cùm sit eadem ratio. & illa verba edicti, scilicet, posteàve, possunt adaptari ad clausulas edicti prætoris, quæ loquuntur, siue præsens præscribat contra absentem, siue absens contra præsentem. sed minus tempus debebit dari pro modico tempore, quando absens præscribit contra pręsentem, quia præsens semper fuit præsens, nec oportuit eum tantum laborare pro sarcinulis &c. & totum illud in vtrisque arbitrio iudicis temperabitur. Item facit pro Bulgaro, quia opinio Martinij videtur multùm iniqua. Ponamus, quòd Petrus fuit absens per xxx. an. præter annum & diẽ, & reuersus immediatè inceperit esse diligens, quęrẽdo aduocatum &c. & durauit diligentia & impedimenta solùm per annum, in crastinum quòd illius anni Petrus fuit inuentus negligens agere sua actione ad prædicta centum: & illo die, quo in sua negligęntia existebat, finita est præscriptio. modò secundùm opinionem Mar. Petrus non restituitur ad aliquod tempus. Sed illud videtur nimis rigidum & iniquum, scilicet quòd propter vnam diem negligentiæ de xxx. an. in qua die cõpleta fuit præscriptio, ipse amittat beneficium restitutionis totius temporis absentiæ, quæ fuit de xxx. an. præter annum & diem, & totius temporis suæ diligentiæ, quod fuit de vno anno, quod potest vocari modicum tempus, vel ipsius quasi absentiæ magistra-

liter. Et si quis dicat palliando illam iniquitatem, quòd illud est, quia in illa die fuit tantùm læsio, & nō ante: Dico, quòd verum est, ꝙ in illa die solùm apparuit læsio, & ante illam diem non apparuerat læsio: tamen pręcedens absentia, & quasi absentia, fuerant ordinata ad casum pręscriptionis, & coadiuuatiua læsionis & præscriptionis. sic etiam dicit Philosophus, ꝙ vltima gutta cauat lapidem formaliter, & tamen negari non potest, quin aliæ guttæ præcedentes adiuuerint illam vltimam guttā seu vltimā cauationem. Et sic debet dici, ꝙ si Petro præsente cōpleta fuit præscriptio, quòd non debeat ei denegari restitutio medij tēporis præcedentis. Item facit ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. si quis sæpiùs. vbi habetur, ꝙ si plures fuerint absentię, non datur solùm restitutio ad tēpus nouissimæ absentiæ, sed ad omnia & singula tempora absentiarum. Et sic apparet, ꝙ tempus absentiæ primæ non perdit æquitatem sibi debitam, seu beneficium suum restitutionis, propter tempus præsentiæ subsecutæ. Et fortè, quando fuerunt plures absentiæ, quælibet earum potuit habere suā quasi absentiam, seu beneficium diligentię immediatè post absentiam subsecutæ, scilicet qualibet quasi absentia pro absentia, cui continuata fuerit, reputata. ¶Nunc

14 †ad §. sed quod simpliciter. cum l. seq. super quibus fundatur opinio Mar. respondetur, ꝙ cùm ibi primò dicitur, quòd si post reuersionem, & intra modicū tempus, quod est tempus diligentiæ, cōpleta fuerit præscriptio, datur restitutio ad tempus absentiæ, & ad modicū tempus præsentiæ, in quo post reuersionē immediatè & continuè fuit diligens: certè planum est & verum. Sed cùm ibi secundò dicitur, quòd si post reuersionem & post modicū tempus, i. post tempus diligentiæ, completa fuerit præscriptio in negligētia, non dabitur restitutio, quia negligenti nō subuenitur: est verum, & debet intelligi, secūdùm Bulgarum, quòd non debebit dari restitutio tunc ad totū tempus absentiæ, vel quasi absentiæ, immò priùs recompensabitur tempus, quod fluxit posteà post finitā præscriptionem, si quod tempus fluxit in negligentia petenti restitutionem, quo tempore negligentiæ restitutionis in integrum recompensato, subducetur residuū tempus absentiæ, & quasi absentiæ, & ad illud residuum fiet restitutio. Sed quæritur in secundo casu, s. quando post modicū tempus †completa est pręscriptio, magis denegatur restitutio temporis absentiæ, s. recompēsando illud pro rata temporis, cum tempore, quod fluxit, secundùm Bulgarum, & in primo casu nihil de negligentia loquitur ibi lex: & tamē in primo casu posset esse negligentia in petenda restitutione, sicut in secundo casu? Potest dici, quòd lex ibi retulit se ad illud, quod verisimiliter & frequenter potest accidere: quia cùm post modicum tempus finita est præscriptio, ille fuit negligens, cùm complebatur pręscriptio. & ideo vix est, quin posteà durauerit negligentia, & fuerit negligens super petenda restitutione. sed in primo casu, s. cùm intra modicū tēpus finita est pręscriptio, & sic eo existēte in diligentia, verisimile est, ipsum posteà fuisse diligētem. & sic in illo primo casu lex omisit loqui de negligentia: licèt & ibi posset etiā euenire negligentia, quam si & ibi contingeret euenire, idem esset, quod & dictum est in secūdo casu. Si ergo idem esset, super modico & debili fundamento fit differentia inter primum & secundū, vt apparet ex prędictis. & est fundamentū, ꝙ pręsumptio seu consequentia nō necessaria, sed talis qualis fit de pręterito ad præsens. arg. ff. de accu. l. si cui. §. si tamē. sed in effectu finali idem ius est in vtroque casu.

¶Sed quęritur, cur cū tanto † & tali subauditu, & cum tanta subtilitate responde tur illi §. sed quod simpliciter. cum l. seq. quę fortiter videretur obstare opinioni Bulgari, si planè construantur: quia ibi simpliciter & indistinctè videtur denegari restitutio, si in pręsentia absentis, post reuersionē, in eius negligentia completa fuerit pręscriptio. Itē sunt ibi duo iurisconsulti, s. Vlpianus & Paulus. Potest dici, ꝙ etiam pro Bulgaro sunt rationes & iura, vt apparet ex superioribus. & ideo oportet discordias per subauditus

concordare: quia promptum est, leges legibus concordare: vt C. de inoffi. dotib. l. vna. Posset etiam dici probabiliter, quod esset recurrẽdum ad Principem, cùm sit ibi dissensio dominorum Doctorũ, iuxta id quod no. C. de legi. l. leges sacratissimæ. Vel potest dici, quòd illa responsio & subauditus sit ad amplectẽdã æquitatẽ opinionis Bulgari, & ad euitandã rigiditatẽ Martini. Aequitas n. prualet & de iure prualere debet. vbi etiã nõ habetur copia principis, debet accipi & interpretari lex in benigniorẽ partẽ: vt no. e. ti. l. cũ de no-
17 uo. ¶Sed videtur, quod opinio † Bulgari sit iniqua. ponamus, quod prima die xxx. an. Petrus fuit absens causa reipublicæ, & in crastinum eo reuerso immediatè fuit diligens, & cõtinuè per annũ quærẽdo aduocatum &c. posteà verò fuit negligens, & sic in eius præsentia & negligẽtia transiuerunt xxx. an. & finita est præscriptio, qua finita, Petrus petit restitui aduersus præscriptionem. & secundùm Bulgarũ, ipse restituetur ad vnam diem, pro tempore absentiæ, & ad vnum annum, pro tempore quasi absentiæ. quod prima facie videtur iniquum, s. quòd pro vna die absentiæ restituatur ei dies & annus de xxx. an. in quibus fuit continuè præsens, excepta vna die, s. prima die, in qua incepit præscriptio. nec videretur restituendus in aliquo, cùm nedum longo tẽpore, sed quasi longissimo tempore fuerit continuè præsens & negligens, & sic in culpa nimia existens. Sed potest dici, quod non est iniquũ: quia licèt annus ille non sit tempus absentiæ, est tamẽ tẽpus quasi absentiæ, magistraliter loquendo: quia post reuersionem immediatè & cõtinuè fuit diligens per illũ annum. & ideò debet ei restitui, ac si fuisset absens per illũ
18 annum. ¶Sed quidam † subtiliãtes se, videntes, quod vndique sunt angustiæ, volunt distinguere, s. quod si Petrus fuit negligens agere sua actione per longum tempus: & tunc habeat locũ opinio Martini. Si autẽ fuit negligens agere non per longũ tempus, quod tunc habeat locũ opinio Bulgari.
19 quod nihil est. Sed dicamus, quod nimius † rigor videtur in opinione Martini, sed æquitas magna in opinione Bulgari: quia ille Petrus, qui fuit absens, & reuersus est, certat de damno vitando, s. ne amittat c. libras, quas mutuauerat: & aduersarius certat de lucro. & nõ est par eademque ratio &c. vt suprà dictũ est. & ideo opinio Bulgari est tenenda tanquam melior, & in ea inclinare glossator videtur ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. si quis sæpiùs. quæ lex est Vlpiani. & l. cùm miles. in prin. quæ lex est Pauli iurisconsulti. ¶Et in summa † ex 20
prædictis: Si Petrus aliquãdo fuit absens, & aliquando præsens: si in eius absentia finita fuit præscriptio, ipse restituetur ad tempus absentiæ de medio subducendũ. & idem, si semper fuit absens. Si autẽ finita fuerit præscriptio in eius præsentia, & intra modicũ tempus, restituetur ad tempus absentiæ & quasi absentiæ. Si aũt finita fuerit præscriptio post modicum tempus, & sic in negligentia, ipse etiam tunc restituetur ad tempus absentiæ & quasi absentiæ. Si aũt finita fuerit nõ intra modicũ tempus, nec post modicum tempus, sed cùm Petrus reuersus fuit, non curauit, nec fuit diligens agere ad illa centum, & sic in negligentia persistẽdo finita fuit præscriptio, ipse restituetur ad tempus absentiæ. Et in primo casu tempus ad petendam restitutionem computabitur à tempore reuersionis: sed in tribus vltimis casibus computabitur à tempore completæ præscriptionis. Attamen in prædictis quatuor casibus, si Petrus fuerit negligens petere in integrum restitutionẽ finita præscriptione, illud tempus negligẽtiæ fuerit modicum vel magnum, recõpensabitur sibi pro rata temporis cum tẽpore absentiæ, & quasi absentiæ, s. si quasi absentiæ tẽpus ibi fuerit.

¶Sed an fiet restitutio † ad rem, per in integrum restitutionẽ immediatè, sic, quod 21
non expectetur, vt agatur rescissoria ad rem seu ad debitũ? Quidam dicunt, quod sic: quia frustra fit per plura, quod potest fieri per vnum. & circuitus est euitandus. & etiã allegatur ff. de condic. ob causam. l. si quis accepto tulerit. Alij dicunt, aut constat de dominio seu debito, aut non. Alij dicũt, aut cõuentus habet causam ab

 Actore:

Actore:& tunc fit restitutio ad rē,& aliàs non. Alij dicunt, aut post absentiā Petri aliquis incipit possidere rem illā,& tunc fiat restitutio nō ad rē. Si aūt Petrus possidebat rem illā, cùm inceperit abesse: & tunc fiat restitutio ad ipsam rem. Sed dicendum est, q nō datur ad rem: sed iuris ordinatione priùs per officiū iudicis rescinditur vsucapio seu prescriptio, & posteà per viam ordinariā agatur ad rem actione rescissoria. & q talis fit iuris ordinatio, apparet manifestè, C. de restit. milit. l. quod tempore. & quibus ex cau. maio. l. fi. & ff. de actio. & obli. l. in honorarijs. §. pe. & Insti. de actio. §. rursus. ab
22 eo aūt, quod lex † expressè ordinat, nō est recedendum, iuxta id, quod no. C. lo. & condu. l. si quis conductionis. & Insti. de nup. in prin. & facit ff. de exercitoria. l. j. §. si is qui nauem.

23 ¶Nunc est notandum, q † quasi absentia, quę iudicatur & habetur ex modico tempore diligētiæ, habitę post reuersionem & ante prescriptionē finitam, habet locū in duobus casibus solùm. Primo, si reuersus immediatè fuit diligēs, & intra modicum tempus illius diligentię finita fuit pscriptio: vt in d. §. sed quod simpliciter. & iuxta hoc dixit Pla. Ex cōsequentia enim prioris absentiæ, propè est, vt quis adhuc æstimetur abesse. Secundo, si etiā post illud modicū tempus, & sic in negligentia, finita fuerit prescriptio: vt ibi secundū B. & Io. & Azo. & regula hæc tenetur hodiè quasi secūdùm oēs Doctores, contra Mar. & Pla. ¶Item prędicta
Cōmunis opinio.
24 † quasi absentia, seu effectus diligentiæ modici temporis, non habet locū in tribus casibus. Primo, quādo finita est præscriptio in absentia: tunc enim illa absentia nō potest habere sequelā quasi absentiæ, pro eo, quia finita est prescriptio. Secundo, nō habet locū, si reuersus de absentia statim fuit negligēs agere sua actione directa vel alia, quam habebat: licèt fortè aliqn posteà euigilauerit & fuerit diligens, & postmodùm finita fuit præscriptio. & hoc est, quia post reuersionē non fuit immediatè secuta diligentia cū absentia. Tertio, nō habet locū quasi absentia, si reuersus non indiguit, nec opus habuit illo modico tēpore diligentiæ: vt quia statim aduocatum habuit &c. & in absentia de omnibus sibi prouiderat, nec aliquod impedimentū interuenit super actiōe sua directa, vel alia, quā habebat, exercēda: & posteà finita fuit prescriptio, ipso existēte in illa psperitate, & in negligētia posteà subsecuta: tūc enim nulla sua diligētia fuit cū absentia consignata. Sed in isto tertio casu Pla. respondebat sub verbo fortè. Attamē sub dubio Fortè respōdere, sæpe periti est, siue Fortè philosophiæ temperamētum: vt no. ff. de procu. l. mutus. in prin. & de arbi. l. si duo.

¶Sed an absens † ex causa mercaturæ 25
debeat restitui, si lęsus fuerit, pter illam absentiam? Gaufredus, & Speculator sequēs eū, dicunt, q sic. & docēt super hoc cōformare libellos suos. Et facit pro eis: quia nō est prohibitū, ergo videtur permissum: vt ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. Itē facit de nundi. l. fi. vbi habetur, q ad hoc, q ciuitas possit benè & beatè habitari, negociatores sunt ibi necessarij, qui iuuent & teneant singula. & sic videtur, q mercatura sit pbabilis & necessaria. Sed dicendū est, q nō debet restitui: qa non iuuatur, qui causa sui cōmodi est absens: vt ff. ex qui. cau. ma. l. item hi qui. nec q data opera abest: vt in l. ibidem se. nec q ex voluntate sua: vt e. ti. l. sed & si per pretorem. in fi. Sed ille mercator est absens causa lucri sui, & data opera, & ex volūtate sua. ergo &c. Itē, si ille debet restitui, multò fortiùs & † agricola: qa nihil 26
melius est agricultura: vt not. C. de agri. & cen. in rubri. lib. xj. Ergo si fossores Veniansenses venirēt ad Montē Pessulanū, vt locarent ibi operas suas pro cultura agrorum, ipsi deberēt restitui, si propter illam absentiā essent læsi. quod tn̄ non est dicendū. Item multò fortiùs † medicus, si 27
abesset causa curādi infirmos, ipse debet restitui. cura enim medicorū est vtilior, q̄ professorū est: quia medici agunt curā salutis hominū, sed pfessores studiorū: vt ff. de va. & extraor. cog. l. j. in princ. qd' tn̄ nō est concedendū, pter supradictas ratiōes, p quas dico satis esse phibitū. Me dici

dici tñ militũ debẽt restitui: vt ff. ex qui. cau. ma. l. inter eos. §. fi. si tamen principaliter pro curandis militibus absuerũt: secus, si principaliùs propter lucrum. inspicietur ergo, & iudicabitur illud, quod principaliùs intendebant, iuxta id, quod no. ff. e. l. non verè. ¶ Sed videtur, quòd mer-
28 cator † debeat restitui, licèt voluntariè & ex causa lucri absit. ar. ff. e. l. necnon. in
29 prin. vbi habetur, quòd ille, qui † causa studiorum abest, debet restitui, & tamen volũtariè & data opera abest. Sed dicendum est, quòd ille saltem non abest causa lucri sui pecuniarij. Item, qui causa studiorum abest, nedum abest ex causa probabili, imò & ex causa iustissima: vt ibi expressè dicitur in textu. & facit C. ne fi. pro pa. authen. habita. vbi habetur, quòd Scholares, qui causa studiorum peregrinantur, vbi exercentur studia, laudem & protectionem habere merentur: quia ex earum scientia mundus illuminatur ad obediendum Deo & Imperatori, & eis ministris vita subiectorum informatur.
30 Prædicta † autem non sunt in mercatoribus. Est ergo differentia, inter absentes causa studiorum, & absentes ex causa mercaturæ. & hoc innuit nobis glo. ff. de in integ. re. l. fi. vbi expresè dicit, quòd qui causa studiorum abest, ex causa probabili abest, & restitui debet. sed absentiam ex causa mercaturæ non vocat ibi probabilem: sed simpliciter vocat eam voluntariam. & ideo mercator non restituitur: licèt glo. ibi loquitur in iudicijs & in appellationibus.

31 ¶ Item ad hoc, quòd Scholaris † possit dici absens causa studiorum, est notandum, quòd studia scientiarum seu literarum debent exerceri in certis & deputatis locis: & Magistri & Doctores debent ibi esse in numero certo idonei & comprobati, qui Scholares instruant. & hæc possunt recolligi in consti. ff. §. hęc autem tria. & de excu. tul. si duas. §. j. vsq; ad fi. legis. & C. ne fi. pro pa. auth. habita. & de ꝓfes. & me. l. medicos. & l. magistros. lib. x. & de stu. libe. vrbis Romę. l. vna. lib. xj.

¶ Item oportebit, quòd Scholaris sit ibi absens seu peregrinus, non vt vagus, non vt addiscat idioma illius loci, non vt citet & vexet compatriotas: vt multi vadunt Parisijs, & sic de similibus. sed debebit ibi esse causa addiscendi, & quòd addiscat in scholis publicis ibi deputatis, & à Magistris & Doctoribus & legentibus. aliàs nullum habebit priuilegium, nec restituetnr, si reuersus inueniat se læsum ex præscriptione vel vsucapione, propter illam absentiam: quia cessante causa, debet cessare effectus: vt C. de epi. & cle. l. generaliter. cum similibus.

ADDIT. Hodiè verò Ecclesia cõtraxit sibi collationem Studiorum. & meritò: cùm multùm faciant ad conseruationem fidei nostræ: vt satis colligitur in authen. habita. & dominus Papa concedit ex priuilegio certis ciuitatibus & certis locis, prout sibi videtur expediens, quòd ibi sit Studium generale, & quòd ibi fiant Magistri & Doctores, qui ibi legant & regant: & si alibi legerent, præterquàm in locis à domino Papa deputatis, esset timendum, quòd adulterinam scientiam traderent. vt in consti. ff. §. hæc autẽ tria. legitur de Doctoribus legum, seu de scientia iuris ciuilis. Et credo etiam, quòd in alijs locis, licèt ibi legeretur, non habebit locum glo. quæ est. ff. de ope. no. nun. l. stipulatio de noui operis. §. siue autem. scilicet, quia scriptor quandoque posit poni in compedibus. Item nec in alijs locis habebit locum glo. ff. de ædil. edi. l. j. in princ. scilicet, quòd pro libris mendosis habeat locum vtilis redhibitoria. Prędicta enim duo à iure communi scripto exorbitant: sed ita Bononiæ Doctores conuenerunt fauore Studij generalis, prætendentes publicam vtilitatem.

¶ Item, si filiofamiliàs eunti † ad Studium dati fuerint libri legales ad addiscendum, credo, quòd non habebit eos in quasi castrensi peculio, nisi dati fuerint ei eunti ad Studium generale per Papam concessum, seu priuilegiatum. & si prædicto modo pater dederit filio in sua potestate existenti, & ad Studium generale eunti, libros legales, vel pecuniam pro illis libris emendis, videbitur tunc in dubio ei dedisse eos in quasi castrensi pecu- 32

lio.& ita notat Odof. C. de collatio. authen.ex testamento. & l.si donatione. &
33 fami.her. l. si filius. Castrense enim† peculium,& quasi castrense,& armata militia,& inermis seu literata, æquiparantur. C.de inof.tes.l.fi.& de aduo.diuersorum iudicior.l.fori. & l. aduocati. & de proxi.sac.scri.l.proximos.lib.xij. Sed si filiofamiliâs eunti ad castra,data fuerint arma vel equi,à patre, vel à matre, vel à propinquis,vel amicis: in dubio eo ipso illa sunt & esse debent in castrensi peculio, dum tamen non sit ibi fictio, sed veritas: vt C.de castrensi pecu. milit.l. j. lib.xij.& C.fami.her.l.si filiusfamiliâs.in prin.& ff. de castren. pe.l.si fortè. Sic ergo à simili potest dici probabiliter,quòd si filiofa. eunti ad Studium generale dati fuerint libri legales,quòd eo ipso libri illi sint in quasi castrensi peculio. Aequiparantur enim milites & Scholares,& arma & libri: vt no.de verbo. sig.l. Nepos Proculo. Item & milites & Scholares legum. vt no. C.de ferijs.l.ij.& ff.e.l.pe.Item libri & arma: vt no.ff.fami.her.l. quæ pater. sicut enim militibus armatæ militiæ necesse est habere arma & scientiam armorum: vt C.de iure delibe.l.fi.in prin. & ea addiscunt in scholis,& sic scholares vocantur: vt C. de priui.scho.l. fi. circa prin.& de deca.l.fi.lib.xij. sic & Scholaribus literatæ militiæ in studio necesse est habere libros, vt ibi addiscant: vt in consti.ff. §. discipuli igitur. & §.hæc autem tria volumina.& Insti. in proœmio. §.fi.Item,sicut milites cum armis & cum armorum scientia rempublicam defendunt ab omniū armorum necessitate: vt C.lo.& condu.l.milites.in fi.& de re mili. l.milites.ij. lib.xij. sic & per Scholares cum libris legalibus, & cum eorum scientia seu militia literata, mundus illuminatur, ad obediendum Deo & Imperatori, & vita subiectorum informatur: vt in authen.habita. C.ne filius pro pa.&
34 Scholares† legum quandoque faciliùs aduocantur in causis, quàm insufficientes Doctores: vt no. C. de anno.ciuilib. l.j.lib.xj.Item,arma & leges coadiuuant se in summa tuitione reipublicæ: vt C. de Iusti. Cod. confir. in prin. & Insti. in proœ.in prin. Leges autem sunt in libris legalibus: vt dictū est,& C.de ve.iu.enu. l.ij.§.omnia igitur.& §.has itaque leges. Item, in armata militia est conflictus armorum,& per consequens strepitus: vt C.de testam.mili. l.milites.& Insti.eo.§. si ergo.sic & in literata militia,in iudicijs, est conflictus legum: vt C. comminationes vel epi.l.fi. & de aduo.di. iudi. l. aduocati. & in illo conflictu est strepitus aduocatorum allegantium: vt C.ad leg. Cor.de fal.l. vbi. illa enim non sunt sine legibus: quia legibus est certandum: vt C.de ve.iu.enu.l.ij.§. has itaque leges.& de postu.l. quisquis. Leges † autem non 35
sunt nisi in tribus libris, scilicet in Instituti.& in C.& in ff. vt in consti.ff.in prin. & §.hæc autem tria volumina.& sic quilibet allegans debet allegare Institutiones,vel C.vel ff. aliâs iudex non debet alicui concedere allegare: vt in consti.ff. §.illud autem.& si quis ex alijs libris vellet leges recitare vel ostendere, esset criminii falsi subiectus, vnà cum iudice: vt C.de ve.iu.enu. l.ij. §. has itaq; leges. apparet ergo, quòd libri legales habent locum seu ostenduntur & deferuntur in conflictu iudiciorum. Et sic apparet, propter magnam similitudinem, quæ est inter arma & libros legales, vt dictum est, illi libri † erunt quasi castrensis peculij, 36
nec pater poterit donationem reuocare: arg.ff.de castren.pe. l.iiij. in princi. & l. pater, q dat.& C. e.l. iij. lib.xij. & de his filius poterit testari, non obstante patria potestate.ar.C.qui te.fa.pos.l.fi. & Insti. de mi.test.§.fi.& facit ad prædicta, quod no.ff.si à parente quis fu. ma.l.ij.§.est & alius. vbi illud,quod est in armata† mili- 37
tia, trahitur ex interpretatione ad inermem militiam. Item, quod est in armata † militia,trahitur ad cælestem, in glo. ff. 38
de re iudi.l.miles. in prin.

¶ Nunc dico, quòd pater † potest do- 39
nare filio suo,& in sua potestate existenti,aliquas res, vt eas habeat in profectitio peculio. verbi gratia,dicēdo sic: Fili, libros istos, vel fundos istos,dono tibi in peculio.vel sic:Dono tibi in peculio profecti-

fectitio: qa idē sunt in casu isto. vel sic: Do no tibi in peculio, vt ex fructibus seu obuētionibus te sustineas. licèt. n. verbū, dono, sit aptū de se, ad cōferendū supremū iudicium de patre in filium: vt C. de do. inter vi. & vxo. l. donationes. j. tamen illud non est hic, cùm pater subiecit verbum, in peculio. & ita debet intelligi C. fa. her. l. filiū quem habentem. in prin. in glo. quòd pater subiecit ibi verbum, in peculio. & ita videtur dicere Azo in Sūma. Item, pater videbitur dare in peculio, licèt de peculio non faciat mentionem, scilicet dicendo ita: Fili, tene, do tibi istos libros, vel fundos, & administra eos separatim & seorsum à rationibus meis. Erunt enim tunc illę res in peculio. arg. ff. de pe. l. peculium est. in prin. & l. depositi. §. fi. & debebit esse ibi naturalis datio, id est, traditio: vt e. ti. l. non statim. vel aliquid, quod pro traditione habeatur, vt ibi habetur. Et prędictis modis filius habebit libros vel fundos in peculio, nec habebit eos præcipuos: vt C. fa. her. l. certum. sed venient in communionem: vt ibi. & C. de collat. l. filiæ licèt. §. j. nec tenet donatio à principio, nec mor te cōfirmatur: vt no. C. e. l. si donatione.

40 ¶ Secundò, potest donare † pater, filio, donatione simplici: vt quia donat ei libros vel fundos donatione simplici inter viuos: sicut consueuit fieri donatio simpliciter inter extraneos. Et licèt prædicta donatio non teneat, potestate patria impediente oriri ciuilem obligationem inter eos: vt ff. de iudi. l. lis nulla. & Instit. de inuti. stip. §. item inutilis. Ipsi enim penè sunt eadem persona: vt C. de impu. & alijs sub. l. fi. & vox vnius est tanquam vox alterius: vt Insti. de inuti. stipu. §. ei verò. attamen valet donatio in hoc, quia si sub silentio decedat pater, confirmata erit tacitè morte donatio: vt C. de do. inter vi. & vxo. l. donationes. j. & filius habebit illos libros vel fundos præcipuos, nec tenebitur eos conferre. Simplex

41 enim donatio † non confertur, nec computatur in quartam, nisi in duobus casibus, scilicet ad euitandam inæqualitatem, vel nisi pater illud dixerit; vt C. de collat. l. penul. & de inoffi. test. l. si quando. §. & generaliter. & no. in cor. de trien. & semis. § illud quoque. collat. iij. Attamen C. de collat. auth. ex testamento. gl. excipit tres casus, sed etiā improprijssimè excipit ibi tertium casum, scilicet de peculio profectitio: qa ille tertius casus non potest esse sub regula. Et prædicta simplex donatio † morte tacitè confirmatur, quasi legatum, & non vt verè 42
legatum. ¶ Differunt enim legatum, & donatio simplex. Primò differunt, quia licèt legatum non conferatur: vt C. de collat. l. à patre. & l. filiā. tamen computatur in quartam: vt C. de inof. testa. l. omnino. quod non est in donatione simplici; vt dictum est. & quòd donatio simplex non conferatur, no. ff. fa. her. l. quæ pater. vbi reprobantur Ioh. & Pla. qui dixerunt, quòd donatio simplex confertur hodiè. Secundò differunt, quia cùm simplex donatio tacitè morte confirmatur, non est necesse patris hæreditatem adiri: vt no. C. fa. her. l. filiæ. sed legatum non valet, nisi sit hęreditas adita. vt C. de fideicom. l. eam quam. & ff. de iure co. l. cōficiuntur. in prin. & l. ab intestato. & de hęre. insti. l. qui filio. §. j. Tertiò differunt, quia in legato non curatur de insinuatione: sed in donatione simplici sic, ad hoc, quòd vltra summam legitimam morte tacitè confirmetur, vt C. de do. inter vi. & vxo. l. donationes. Item oportet, quòd donatio simplex fuerit corroborata traditione: ar. ff. de do. inter vi. & vx. l. Papinianus. quod non est necesse in legato. Item, in donatione simplici sufficiunt duo testes: sed in legato sunt necessarij quinque. ¶ Item, dicitur donatio simplex, cùm pater dat filio libros, vel fundos, donatione inter viuos, vt extraneo, vel vt benè merito, quod idem est. & si illud pater non dicat, videtur ei donare vt benè merito. Et prædicta videntur nobis tradere gl. multùm confusè. Et quòd possit donare † pater filio, vt extraneo, & 43
vt benè merito, not. C. de collat. l. si donatione. & ff. pro hære. l. ij. §. filium. & pro donato. l. j. §. j. & facit quod no. ff. de pac. l. si tibi decem. §. si pactus. vbi no.

quòd

quòd potest considerari filia, vt filia, & vt extranea, & vt benè merita: vt habes
44 futura ar.† de tanquam, quod habetur ff. de adop.l.si pater.§.j.& de iure do.l.profectitia.§.si pater non quasi. & de legat.
45 ij.l.fi.§.quatuor filios. Item, in casu† prędicto oportebit filium probare merita, vt not.C. de collat.l.si donatione. & idē notat ibi Odof. Quod non videtur placere: quia donatio non respicit meritum, sed solùm liberalitatem animi donatoris. vt ff. de dona.l.j.in prin.& l.affectionis. Item, legislator non dixit illud in l.prædicta, donationes. nec alibi. ergo habeatur pro omisso. Nec obstat ar. ff. de castren.pe.l.si fortè. quia ibi tractatur de tali donatione, quæ statim valet, non obstante patria potestate: & ideo non est mirum, si requiratur & veritas, & probatio. Et idem esset dicendum, si pater daret dotem vel donationem propter nuptias liberis: quia si pater fingeret dare nubenti, quæ non nuberet, non esset dos, nec donatio propter nuptias. ar. C. de do.ante nup.l.fi. Vel potest dici, quòd filius debeat probare merita, si pater expressè dixit, quòd donabat ei, vt benè merito, aliàs non habeat probare merita. Sed nec illud debet placere: quia nec tunc filius habebit probare meritum, sed sufficit quòd non offenderit patrem. ar. ff. de le.ij.l.cùm pater.§.rogo. ¶ Item fit
46 †donatio simplex de patre in filium, si pater emit libros vel fundos nomine filij: & si pater decedit sub silentio, filius habebit eos præcipuos. vt C. fa.her.l. fi. eo enim, quòd nomine eius emit, eos videtur contulisse in eū per supremū iudicium. vt ibi no.& C. de collat.l. si donatione. & ad hoc allegatur ibi l. donationes. per quod apparet, quòd fit donatio simplex. ¶ Item fit donatio simplex, si pater donet filio, eunti ad castra, vel ad Studium non generale, libros vel fundos: & sic tacitè morte confirmabitur talis donatio vt simplex iuxta id, quod no C. fa.herci.l.si filiusfa.§.prædia. & hæc fuit intentio glossæ, quia & ibi allegat l. donationes.& fa. her.l.filiæ. ¶ Item fit donatio simplex, si pater donet filio donatione inter viuos libros vel fundos, vt inde se alat vel sesustentet, non adijciendo verbū, in peculio. fortè enim, vt credo, erit donatio simplex, & videbitur pater in filiū conferre supremū iudiciū: quia verba prædictæ donationis possunt hoc tolerare. nec pater adiecit ibi verbum, in peculio. Item, quia verba, vt inde se alat, habentur pro non appositis. ar. ff. de ali. & cib. leg.l. libertis.& l.seq.& l.pe.in fi. Item, quia illa debemus in dubio præsumere, propter votum parentum. ar. ff. vnde liberi.l.scripto.in fi. ¶ Item fit donatio simplex, si pater donat filio libros vel fundos sub coditione, Si nauis venerit ex Asia, vel sub simili conditione, quæ non fit ad vtilitatem vel affectionem patris. est enim tunc donatio simplex. vt no.ff. de dona.l.j.§.j.& sic filius habebit eos præcipuos, si morte tacitè fuerit donatio confirmata. ¶ Et est notandū, quia ad hoc, quòd donationes inter virum & vxorem tacitè morte confirmentur, requiritur, quòd etiam traditione fuerint confirmatæ. vt ff. de do. inter vi.& vxo.l. Papinianus. & ibi no. & idem notat Azo in Summa sua, in donationibus parentum in liberos factis. Et sic in omnibus donationibus † simplicibus, de quibus 47
statim dictum est, quę in se habent supremum iudicium, oportet, quòd in eis traditio vel quasi traditio aliqua interuenerit, aliàs tacitè morte non confirmabuntur.

¶ Tertiò, donat † pater filio nubenti 48
libros vel fundos ob causam, scilicet in donationem propter nuptias, & tunc statim valet donatio. vt no. C. de inof. donat.l.ij. sed illa conferet ille filius cum alijs fratribus, & computabit in quartam, si vult esse hæres: si verò non velit, tunc non conferet. ar. C. de collat. l.à patre. nec etiam tunc poterit conqueri de quarta, licèt eam non habeat integram, postquàm non vult esse hæres, si hæres esse posit. sed si plus sit ibi, quàm sit quarta sua, & inueniatur inofficiosa, fratres poterunt agere querela contra eum.

¶ Quartò, donat † pater filio, ob cau- 49
sam, scilicet dignitatis nomine, vel militiæ

tiæ fortè emptæ. sed quid sit illud, perfectè nescimus hoc in Monte Pessulano. sed lucrum illius donationis conferretur deducto onere: vt de hoc ff. de colla. bo. l. j. §. sed an id quod dignitatis. & quòd habeat ibi locum collatio, satis habetur C. de collat. auth. ex testamento. ibi dum dicit, & aliorum datorum. & de inof. test. l. omnimodo. §. imputari.

50 ¶ Quintò, donat † pater filio libros vel fundos, ob causam, scilicet vt vadat pro eo Parisijs in Parlamentum, & sic donat ad vtilitatem suam. vel vt det decem Prædicatoribus, & sic dat pater ad affectionem suam: & tunc non est simplex donatio: vt ff. de donat. l. j. §. dat aliquis. sed ob causam. & sic illa debebunt conferri, nisi pater conferre prohibuerit. C. de collat. authen. ex testamento. credo tamen, quòd deducto onere, vt dicitur de dato ob causam militiæ. Sed videtur cōtrà ff. fa. her. l. si filia. §. si pater. vbi non facit donationem simplicem, & tamen videtur conferre supremum iudicium in filios. Sed ibi satis apparet de voluntate patris, quòd voluerit in eos conferre supremum iudicium: quia bona sua diuisit inter eos, & etiam onus æris alieni inter eos distribuit.

51 ¶ Sextò, donat † pater libros vel fundos filio eunti ad Studium generale: & tunc probabiliter potest dici cum Odof. licèt super hoc Placen. & Azo tacuerint, quòd illi libri, si sunt legales, sint quasi castrensis peculij: vt de hoc dictum est statim. Fundos verò sic donatos, & libros non legales, poterit filius habere præcipuos, tanquam pater videatur fecisse donationem simplicem. iuxta id, quod no. C. fa. her. l. si filius familiâs. §. prædia. & satis dictum est superiùs. Iterū credo,

52 quòd si † alibi legerent, Scholares, qui ibi essent causa addiscendi, non possent dici absentes studiorum causa, nec priuilegia haberent, nec in integrum restitutionem obtinerent, si reuersi inuenirent se læsos

53 ex tempore. Ecclesia † enim post aduentum Christi multùm dominatur supra Imperatorem: vt dicitur infrà de præiudiciali in rē, ꝑ quā queritur, an aliqs sit seruus.

¶ Sed an absens † ex causa peregrinationis, quia fortè iuit Romam visitatum limina beati Petri, debebit restitui, si reuersus inueniatur læsus ex præscriptione, proter illam suam absentiam? Et credo, quòd debebit restitui, si causa voti implendi iuit, & sic ex illa causa fuit absens, & aliâs non. iuxta id, quod no. ff. de offi. præsi. l. illud. Anima † enim præfertur omnibus rebus mundanis: vt C. de sacrosanc. eccle. l. sancimus. j. in fi. & fiet tunc restitutio ex illa clausula generali: Item, si qua alia iusta causa mihi esse videbitur, &c. quæ est ff. ex quibus cau. ma. l. j. in fi. sic etiam † Scholaris, qui causa studiorum abest, restituitur ex illa eadem clausula: vt ibi. & l. sed & si per prætorem. §. fi. & l. necnon. in prin. 54 55 56

RVBRICA XXIII.

De rescissoria personali actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus rescissoriæ personalis actionis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *Præscriptio similis est satisfactioni.*
4 *Actio rescissoria perpetuatur litis contestatione, si præhabita restitutione infra quadriennium, infra illud idem lis contestetur: aliâs finitur quadriennio.*
5 *Actio quibus & quot modis perpetuetur.*
6 *Restitutione non impetrata, litis contestatio an posit proficere super rescissoria, facta infra quadriennium, vel post. Et quid in iureiurando, conuentione per executorem facta, & adeptione possessionis rei præscriptæ.*
7 *De restitutione si reuersus non curet, & quadriennium transeat: vel restitutionem obtineat, sed rescissoria non sit perpetuata aliquo de prædictis modis, & sic quadriennium transeat, licèt ille reuersus non possit se iuuare per actionem rescissoriam nec agendo, nec excipiendo: nunquid saltem se poterit iuuare de Iure communi.*

8 *Actio rescissoria, quæ statim reverso post reversionem datur, ex edicto prætoris seu à prætore mortuo, demum post restitutionem datam à prætore vivo, infra quadriennium, num effectum habeat agendi, excipiendi, & replicandi. Et ibi Placentini sententia declaratur.*

9 *Intellectus §. rursus. Instit. de actionibus.*

10 *Verbum, tunc, extremum tempus significat.*

11 *In actione rescissoria an quadriennium non incipiat, nec currat, donec ex ea agi possit.*

12 *Rescissoria omni modo tollitur, si reversus taceat per quadriennium post reversionem, quòd non restituatur.*

13 *Actionis rescissoriæ impetratio an finiatur quadriennio.*

14 *Restitutio obtenta est eiusdem rescissoriæ interpretatio, & causa sua vera nativitatis, saltem sub nova quadam qualitate.*

15 *Placentini sententia exploditur in eo, quòd voluit post impetrationem rescissoriæ eam tanto tempore durare, quanto antè fuerat duratura.*

16 *Actio directa & utilis ut sunt eadem in substantia, licèt sit in eis diversa qualitas: an sic & actio rescissoria, quæ datur post reversionem, sit eadem in substantia cum actione, quæ competebat ante præscriptionem, sive illa antiqua esset directa, sive utilis.*

17 *Actio rescissoria, an sit eadem in substantia cum prima, in veritate, vel fictione iuris.*

Item, an sit proprium nomen actionis, seu potiùs adiectio primæ & antiquæ actionis. & nu. 27.

18 *Actio rescissoria an semper sit prætoria. & nu. 27.*

19 *Verbum, reddendi, propriè habet significationem retrò dandi.*

20 *Actio, quæ datur reversis restituendis sine effectu, & restitutis cum effectu, dicitur utilis actio, item rescissoria: sed illa, quæ ante præscriptionem competebat, dicitur directa, licèt quandoque possit esse utilis.*

21 *De restitutione petenda si reversus non curat, sed agit ad centum actione antiqua ex mutuo, & excipiatur de præscriptione xxx. annorum: nunquid possit replicare de læsione, quam passus est, qui Reipub. causa abfuit.*

22 *In actione personali rescissoria quæ dicta sunt, an obtineāt in omni actione reali, post præscriptionem, vel post usucapionem.*

23 *Præscripta rei in absentia, si reversus nanciscatur possessionem, quid iuris.*

24 *Ioannes in arbore sua actionum, quas actiones omiserit.*

25 *Actio rescissoria seu restitutoria, & actio institoria, invenitur in materia Senatusconsulti Velleiani.*

26 *Recompensatio an fiat pro rata temporis, de tempore absentiæ cum tempore negligentiæ habitæ super petitione restitutionis in integrum.*

28 *Ioannes ob subtilitatem à pluribus aquila subtilitatis vocatus, & an Azone subtilior.*

29 *Possessio naturalis & civilis, an sit una in substantia, duásque qualitates habeat, an verò sint in substantia duæ.*

30 *Testis unus an sufficiat ad probationem pro tormentis, vel duo sint necessarij.*

31 *Factum manu publica scriptum, an indigeat publicatione.*

32 *Odofredi iudicium de Summis Rogerij, Placentini, Ioannis, & Azonis.*

33 *Sententiæ formula, in actione rescissoria personali.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor mutuavit dicto Reo, xxx. anni sunt elapsi & plus, c. lib. Turoñ. & sic præscriptum fuit certi condictioni ex mutuo. Item dicit & proponit, quòd cum per v. annos de illis xxx. annis ipse fuisset absens causa reipublicę, ipse posteà, finita præscriptione, fuit per competentem iudicem adversus prædictam præscriptionem in integrum restitutus, amotis prædictis v. annis, qui iam fluxe-

fluxerant in eius absentia prædicta. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt prædictas c.lib.Turoñ.sibi reddat & soluat, vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum ad reddendum & soluendum dicto Actori prædictas c.lib.Turoñ.per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur, quòd sit † dare actionem personalem rescissoriam, ff.de ac.& obli. l.in honorarijs.§.pe.& C.de postli.reuersis.l.antepenul. Sed videtur, quòd Petrus non possit agere ad illud mutuum: quia iam supponitur in libello præscriptum

3 esse actioni. Præscriptio † aũt similis est satisfactioni: vt ff.de adminiſt.tu.l.si pupillus.in fi. Sed benè veritas est, quòd ipse non posset agere efficaciter: nisi, quia obstaculum præscriptionis sublatum est per in integrum restitutionem priùs obtentam.

¶ Et est notandum generaliter super

4 actione † rescissoria, quòd ipsa perpetuatur litis contestatione, si præhabita restitutione infra quadriennium, contestetur lis super illa rescissoria infra illud idem quadriennium: aliâs finitur quadriennio illa rescissoria, id est, illa vtilis, quę erat ante pręscriptionem directa, vel alia quæcunq; fortè vtilis. & extendatur

5 † tunc à tempore citationis litis vsque ad xl.annos. vt C.de pręscrip.xxx. annorũ. l.fi. ¶ Item, eodem modo perpetuatur iureiurando: vt ff. de iureiu.l.nam posteà.§.si is, qui temporali. ¶ Item, eodem modo perpetuatur, si conuentio facta fuit per executorẽ: vt C.de præscrip. xxx. an.l. cùm notissimi. in prin. & l. sicut in rem. & facit quod no. ff. si quis cau.l. si eum.§ qui iniuriarum.& de iureiuran.l. nam posteà.§.si is, qui temporali. ¶ Item, eodem modo perpetuatur, si ille, cuius res est vsucapta vel præscripta, post restitutionem obtentam nondum intentata rescissoria, nec iureiurando delato, nec conuentione facta per executorem, nactus fuerit sine vitio possessionem rei præscriptæ: quia tunc habebitur lis pro contestata in rescissoria, s. quia tunc erit perpetuata: vt ff. ex quibus cau.ma.l. si is, cuius.& facit C. de præscrip. xxx. annor.l.cùm notissimi.§.imò. Idem credo, si ante restitutionem obtentam nactus fuit possessionem, si posteà restitutione obtenta, ille infra illud quadriennium rem illam adhuc possideat, cùm sit eadem ratio. sed illud erit non considerato principio, sed magis considerato, quòd post restitutionem obtentam, & infra illud idem quadriennium, ille inuentus est rem illam possidere. Oportebit tamen in istis tribus vltimis casibus, quòd nihilominùs lis contestetur posteà quandocunque super rescissoria, si super ea quis velit habere sententiam: quia aliâs sententia ferri non posset super ea.

¶ Item est † notandum, quòd restitu- 6
tione non impetrata, litis contestatio non potest proficere facta super rescissoria, infra quadriennium, vel post: sic nec proficiet iusiurandum, nec conuentio per executorem facta, nec adeptio possessionis rei præscriptæ, non erit tunc perpetuata rescissoria: quia ipsa non fuit cum effectu, restitutione non habita. & sicut tunc rescissoria locum non habebit, nec habere poterit: sic nec exceptio, nec replicatio, nec aliquod aliud ius, ex ea proueniens, poterit habere locum: vt ff. ex qui.cau. maio. l.necnon. §. exemplo. & de iureiuran.l. nam posteà. §.si minor.& de condictio.indeb.l.fi.§.fi. & facit ff. de exceptioni.l. exceptiones.vij. in fine.

¶ Sed quid erit, ille Petrus † reuersus 7
non curauit de restitutione, & transiuit quadriennium, vel obtinuit restitutionem, sed rescissoria non fuit perpetuata aliquo de prædictis modis, & sic transiuit quadriennium: licèt ille Petrus non possit se iuuare per actionem rescissoriam, agendo, nec excipiendo, vt apparet ex superioribus: nunquid saltem poterit se iuuare aliquo modo, de iure communi? Et credo, quòd sic. verbi gratia: Petrus reuersus, licèt fuerit destitutus omni auxilio rescissoriæ, ipse poterit agere contra Martinum certi condictione ex mutuo ad prædicta centum, quia actio illa non fuit sublata ipso iure: quia tempus non est modus tollendæ vel in-

ducendæ obligationis: vt ff. de actio. & obli. l. obligationum ferè. §. placet. sed tunc Martinus poterit excipere de præscriptione, quam fortè non probabit, non quòd deficiat ei ius, sed probatio: vt & aliàs est quandoque, vt ff. de testamen. tu. l. duo sunt Titij. & sic ipse succumbet, & reddet illa centum. Si autem probet præscriptionem, ipse obtinebit. nec Petrus poterit replicare de læsione, nec se iuuare virtute actionis rescissoriæ: quia non fuit obtenta per restitutionem in integrum suo tempore, & sic fuit finita quadriennio. & si fuit obtenta, non fuit perpetuata infra illud quadriennium.

¶ Item, si Martinus agat contra Petrum ad alia centum, quæ sibi debet ex aliqua alia causa, videtur, quòd Petrus possit excipiendo obijcere compensationem de illis centum, quæ Martinus adhuc debebat sibi ex causa prædicti mutui. ar. ff. de compen. l. etiam. Sed hoc non est verum de iure: quia Martinus poterit replicare, quòd ad illa centum ex mutuo habet exceptionem præscriptionis contra Petrum, & sic Petrus non poterit illa centum ei compensare: vt ff. e. l. quæcunque. secus, si rescissoria fuisset perpetuata: quia tunc contra illam replicationem præscriptionis, Petrus posset duplicare de restitutione in integrum obtenta, & de rescissoria perpetuata: & sic haberet locum compensatio, & aliàs non. facit ff. de condic. indebi. l. fi. §. fi.

¶ Item, si ad delationem Martini, Petrus iurauerit sibi deberi illa centum, si ipse iurauerit, causa adiecta, scilicet sibi deberi illa centum ex illo mutuo iam præscripto, tunc fortè Petrus non poterit agere: quia tunc videretur agere actione rescissoria, quod non potest esse: quia non fuit perpetuata suo debito tempore ex illo iureiurando. Sed si simpliciter iurauit sibi deberi, causa non adiecta: tunc benè poterit agere actione in factum ex illo iureiurando de iure communi. & facit quod no. ff. de iureiur. l. nam postea. §. si is, qui temporali. ¶ Item, si Petrus reuersus nactus fuerit sine vitio possessionem rei præscriptæ, & Martinus agat contra eum vtili actione in rem ex præscriptione xxx. anno. licèt Petrus rescissoriam non habeat, quia suo debito tempore perpetuata non fuit, nec etiam aliqua restitutio præhabita: ipse poterit iustè, & de iure communi excipere, si Martinus possideat rem illam sine titulo, licèt bona fide, vel mala fide, licèt cum iusto titulo: quia tunc in vanum agitur ex præscriptione contra dominum: vt C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. Illę enim exceptiones sunt de iure communi: vt ibi, non considerata, nec inspecta rescissoria, nec iuribus eius.

¶ Nunc resumendo multa de prædictis, dico, quòd ex edicto prætoris, seu à prætore mortuo, datur † reuerso statim 8
post reuersionem actio rescissoria: vt Insti. de ac. §. rursus. & C. de cap. & postli. reuer. l. antepen. sed illa rescissoria est tunc sine effectu, quia ex ea non potest agi, nec excipi: sed post restitutionem datam à prætore viuo, infra quadriennium, est cum effectu agendi, & excipiendi, & replicandi: vt satis not. C. quibus ex cauf. maior. l. fin. & ff. e. l. necnon. §. exemplo. Placentinus verò dixit in Summa sua, de resti. militum: Datur autem rescissoria non reuerso statim, vt quidam falsò affirmant, sed datur restituto &c. Quod verum est, si ipse intellexit de rescissoria, quæ datur cum effectu, aliàs sine dubio malè dixit: quia rescissoria tollitur anno vtili, & hodiè quadriēnio cōtinuo: vt ff. de ac. & ob. l. in honorarijs. §. pe. & C. de tempo. in integ. resti. l. vlti. necessariò ergo habemus dicere, ꝙ quadrienniū in rescissoria incipiat reuerso à tēpore reuersionis, finita pręscriptione: licèt sit tunc sine effectu. aliàs, nisi tunc esset nata, nō posset incipere tolli: quia quod nō est, tolli nō potest, sicut nec rumpi: vt ff. de iniusto rup. testa. l. nā & si. §. post defectū. ¶ Quòd aūt incepto
† quadriennio, quod datur pro restitutione in integrū, incipiat rescissoria, & finito 9
eo, finiatur, probatur satis benè Insti. de acti. §. rursus. ibi, dum dicit, tunc intra annum rescissa vsucapione &c. Verbum

10 bum enim seu † articulus, tunc, ibi positus, extremum tempus significat, vt ff. de condi. & demon. l. iiij. §. j. cùm ergo ibi loquatur de rescissoria, & præcedit ibi immediatè ad illud verbum, abesse desierit, apparet, quòd statim cùm abesse desijt, post illam reuersionẽ incepit tempus in rescissoria. Item, cùm ibi sequatur post verbum, tunc, immediatè, intra annum rescissa vsucapione &c. apparet, quia verbum, tunc, extremum tempus significat, quòd intra illum eundem annum, rescissoria finiatur. cui bono modo responderi non potest. ¶Sed videtur, ꝙ

11 quadriennium † non incipiat, nec currat in rescissoria, donec ex ea posset agi: quia non potenti agere, nõ currit præscriptio: vt C. de iure do. l. in rebus. §. omnis. & de an. ex. l. j. §. fi. si ergo ante restitutionem obtentam non possit agi rescissoria, vt dictum est: ergo nec aliquod tempus debet currere contra eam. & respondeat, qui poterit.

ADDIT. Potest dici, quòd tanta est connexitas seu coniunctio inter restitutionem in integrum, & rescissoriam, & intantum rescissoria cõcernit restitutionem, quòd eodem tempore incipiunt, & eodem tempore finiuntur: nisi quòd restitutio non potest perpetuari, sed rescissoria sic. vt no. ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. quoties. ita tamen, si priùs restitutio fuerit obtenta, & aliàs non: vt apparet ex superioribus.

12 ¶Item, nullus † dubitat, quòd si reuersus taceat per quadriennium post reuersionem, quòd nõ restituatur, quin rescissoria omnimodo tollatur: vt ff. de ac. & ob. l. in honorarijs. §. pe. & tamen tunc infra illud quadriennium illa rescissoria non habuit effectum, nec ex ea potuerat agi, nec excipi. & sic apparet, quòd ipsa tollitur & finitur, licèt ex ea non potuerit agi: vt dictum est. Item potest dici, ꝙ rescissoria non tollitur propriè illo quadriennio, in quo tacetur: sed eius impetratio benè tollitur. Eius autẽ impetratio est in integrum restitutio obtenta. ergo si restitutio tollitur quadriennio, per cõsequẽs & necessariò debet tolli & finiri rescissoria, impropriè loquẽdo. & quia in prædicto casu finitur quadriennio, in quo casu fuit sine effectu, nec fuit quis in negligentia agendi: quia nec agere potuisset ex ea. multò fortiùs continuetur eius sublatio, si obtenta fuerit restitutio, & quis neglexerit agere illa rescissoria, & eam perpetuare. si enim in rescissoria currit tempus non potenti agere, de quo minùs videretur: multò fortiùs debet currere, vel cursus continuatio fieri potenti agere. Item potest dici, quòd cùm rescissoria detur contra ius ciuile: vt ff. de act. & obligationib. l. in honorarijs. §. penul. Item, cùm ipsa sit eadẽ in substantia cum antiqua actione, & illa antiqua sit debilis & vulnerata ex præscriptione, intantum, quòd ex ea agi non potest efficaciter, certè illa rescissoria nõ habet bonum fundamentum in substantialibus, sed multùm debile, cùm substantiã habeat ex antiqua: ideo non est mirum, si rescissoria, tanquam anomala, citiùs tollatur & finiatur. Vel potest dici, quòd licèt reuersus non habeat statim rescissoriam cum effectu agendi, ipse tamen potest facere, vt eam habeat, s. per restitutionem in integrum: quod quia non facit, sibi imputet. ar. ff. de reg. iur. l. qui potest facere. & facit, quod no. super pignoratitia actione, C. de præscrip. xxx. an. l. cùm notissimi. § j. in fi.

¶Item est notandum, quòd Placentinus in Summa sua, de præscrip. in integrum resti. dicit, secundùm sententiam vestram, rescissoriæ impetratio † finitur 13 quadriennio. Aiunt enim principes Constãtinus & Iustinianus, restitutionis causam in quadriennium esse inchoandam & finiendam: vt C. de tempo. in inte. resti. l. ea quæ. & l. vl. atqui in iudicio meo, vbi rescissoria fuerit impetrata, tanto tempore durabit, quanto tempore antè fuerat duratura: vt ff. de mino. l. vlti. & ex quib. cau. ma. l. si is, cuius. Prima duo verba satis benè stant, & exinde datur intelligi, quòd propriè rescissoria nõ tollitur quadriennio. sed quia restitutio tollitur, ergo & rescissoria: quia restitutio † obtenta est eiusdẽ rescissoriæ interpre- 14

tatio, & causa suæ veræ natiuitatis, non dico natiuitatis substantialis seu essentialis, sed natiuitatis sub quadam noua qualitate: substantia enim non est immutata ab antiqua actione. Sed terti-
15 um † verbum Placentini non potest stare, cùm dicit, quòd iudicio suo post impetrationem eius tanto tempore durabit, quanto antè fuerat duratura: immò est falsum. Sed Placentinus non est multùm vituperandus super hoc: quia & Ioannes, qui dicitur fuisse magnæ authoritatis, defecit iuxta hoc, dicens, quòd eo ipso, quòd restitutio est petita, videtur rescissoria perpetuata. & ita recitatur C. de tempo. in inte. resti. pe. l. penul. & credo, quòd ipse intellexit, petita & obtenta. Sed nec Placentinus, nec ipse possent prædicta sustinere de iure: quia expressè contra eos est ff. de ac. & ob. l. in honorarijs. §. pe. vbi dicitur, quòd cùm rescissa vsucapione aliqua actio redditur, anno finitur: quia contra ius ciuile datur. si enim rescissoria esset duratura, quantum & ante præscriptionem, vt dicit Placentinus: vel esset perpetuata, restitutione obtenta, vt dicit Ioannes: certè non finiretur anno. cuius contrarium dicit ibi lex, cui sufficienter responderi non potest.

16 ¶ Item est notandum, quòd actio † directa & vtilis sunt eædem in substantia: licèt sit in eis diuersa qualitas: vt no. C. de pe. hæred. l. si scripti. & ff. fami. her. l. sed & eius. § j. Sic & actio rescissoria, quę datur post reuersionem, est eadē in substantia cum actione, quę competebat ante præscriptionem, siue illa antiqua esset directa, siue vtilis. Et si dicatur, vt multi dicũt subtiliātes se, plusquā Azo, qui benè respicit in Summa de resti. militum. quòd illud posset esse verũ, si prima actio nō esset sublata: sed si esset sublata ex toto, vel per vsucapionem, per quam adimitur dominium directum, & per consequens actio in rem: tunc rescissoria non posset dici eadem cum prima: quia prima esset extincta. & actio semel extincta ampliùs non reuiuiscit. ar. ff. de sol. l. qui res. § aream. Potest dici, quòd etiam tunc fictione iuris prætorij est eadem cum prima, & videtur quasi durare dominiũ penès reuersum: quia nemo videtur re exclusus, &c. vt ff. de in inte. resti. l. nemo. nec de hoc dubitet aliquis: quia ius prætorium magnæ & tãtæ authoritatis est, quòd potest prædicta supplere & facere, & etiam maiora: vt ff. de iust. & iu. l. ius autem. §. fi. & l. seq. & facit Insti. de ac. §. rursus. vbi de revsucapta loquitur, & sic fuit amissum dominiũ directum: & tamen ibi dicitur, quòd rescissa vsucapione, restitutus potest petere rem, & dicere eam esse suam, quasi vsucapta non fuisset. & facit etiam ff. de ac. & ob. l. in honorarijs. §. pe. vbi in vsucapione loquitur, & tamen ibi dicitur, quòd rescissa vsucapione actio redditur, & anno finitur. ¶ Ex prædictis apparet, qa indistinctè rescissoria est † eadem in substantia cũ 17
prima, in veritate, vel fictiōe iuris, quòd rescissoria non est proprium nomē actionis: vt no. in §. rursus. & no. Odofre. C. qui. ex cau. ma. l. fi. & Azo in Summa, de resti. militum. sed est adiectio, seu quasi cognomē, seu adiectiuum primæ seu antiquę actionis: sicut & actio de peculo: vt ff. de pecu. l. licèt. §. Iulianus. Actio enim de peculio, & de in rem verso, & similes, non sunt proprium nomen actionis, sed adiectiones, secundùm Ioannem: vt no. Insti. quod cũ eo qui in alie. po. §. fi. Placentinus etiam dicit Inst. e. ti. immiscens rescissoriā, quòd prædicta nomina, sunt nomina appellatiua, & non sunt actionũ nomina propria. ar. C. e. l. j. Et sic apparet, quòd in prædicto libello agitur certi condictione ex mutuo rescissoria. & si prima seu antiqua, quæ competebat ante pręscriptionem, erat stricti iuris, & ista: & si erat ciuilis, & ista: & si personalis, & ista: & sic de similibus quibusdam. Sed videtur, quòd ipsa sit † semper prætoria: 18
vt Insti. de ac. §. sed istæ. & §. rursus. vbi habetur, quòd rescissoria ex iurisdictione prætoris comparata est. Sed potest dici, quòd verè non est à prætore mortuo, nec viuo: sed datur seu redditur ab eis in substantia sua antiqua, ex æquitate, & contra ius ciuile, sub quadam tamen quali-

qualitate noua: quia non competit cum effectu, nisi restitutione præhabita, & finitur quadriẽnio illo eodem, quo & restitutio. & facit ad hoc, ff. de ac. & ob. l. in honorarijs. §. pe. vbi habetur, quòd ipsa
19 redditur à prætore. propriè autem † verbum, reddendi, significationem habet retrò dandi: vt ff. de ver. sig. l. verbum reddendi. nõ ergo verè datur à prætore: sed redditur illa, quæ erat antè. & si inueniatur alicubi, quòd detur: vt C. qui. ex cau. ma. l. fi. dicatur, quòd non datur de nouo, quo ad substantiam, sed solùm respectu nouæ qualitatis: vt ibi. ¶ Item in
20 summa, actio, q̃ † datur reuersis restituẽdis sine effectu, & restitutis cum effectu, dicitur vtilis actio. vt C. qui. ex cau. ma. l. fi. Item dicitur actio rescissoria. vt ff. e. l. necnon. §. fi. & C. de postli. re. l. antepenul. & illa, quæ ante præscriptionẽ competebat, dicitur directa, vt ibi. sed & illa, quę antè competebat, quandoq; poterat esse vtilis. vt no. C. quibus non ob. lon. temp. præscriptio. l. ab hostibus.
21 ¶ Sed quid si Petrus † reuersus non curat de restitutione petenda, sed agit contra Martinum, ad prædicta centum, actione antiqua ex mutuo. Martinus excipit de præscriptione xxx. an. quod & potest facere de iure: vt C. de præscrip. xxx. an. l. sicut in rem. nunquid Petrus poterit replicare de lęsione, quam passus est, quia reipublicæ causa abfuit? Dico, quòd ipse non audietur per modum illum, immò debebit cadere à causa. est enim super hoc ipsa veritas, quòd qui rescissoriam cum effectu non habet, ipse non potest ex ea agere, nec excipere, nec replicare, donec causa cognita per restitutionem in integrũ eam obtinuerit per sententiam à prætore viuo. inuanum ergo & ineptè replicat nũc Petrus, proponendo illa verba, quæ verè replicationem nec vim replicationis habent. Sed si quadriennium non sit adhuc elapsum, ipse poterit restitutionem postulare, & interim nihil debebit innouari. vt C. in integ. resti. postu. ne quid no. fiat. l. vna. qua restitutione obtenta, ipse habebit rescissoriam, cum effectu agendi, & excipiendi, & tunc poterit replicare aduersus exceptionem pręscriptionis oppositam. & sic Petrus obtinebit in causa. & hoc est verum, si adhuc Petrus est infra quadriennium, & aliâs non. Sed & post quadriennium poterit etiam replicare, si & infra illud idem quadriennium fuit rescissoria perpetuata, & aliâs non: quia quadriẽnio lapso, ipsa esset sublata, & omnis eius virtus, & omnis eius effectus. Sed videbitur mirũ, quòd actio antiqua vulnerata proposita iuuetur & conualescat illo modo. Sed quasi simile videmus, si factum esset pactum de non petendo, & posteà factum esset de petendo. vt ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. Quod dictum est in prędicta † actione personali, idem credo dicendum & in omni actione reali, post præscriptionem, vel post vsucapionem. 22

QVAESTIO. Quid erit, Petrus, cuius † quędam res pręscribebatur in absentia, si ipse reuersus nactus est possessionẽ illius rei? Dico, quòd si pręscriptio non erat tunc finita, attamen ex detentione in illa facta est interruptio & perpetuatio actionis in rem, si cadat posteà à possessione. vt C. de pręscrip. xxx. an. l. cùm notissimi. §. immò. & sic Petrus tũc non indiget restitutione, nec rescissoria actione. Si autem tunc finita erat pręscriptio, & agatur cõtra eum actione in rem ex illa pręscriptione, ipse non poterit excipere de læsione. sed est cõsilium, quòd postulet restitutionem in integrũ à prætore viuo, & nihil debebit innouari interim, vt dictum est. qua restitutione obtenta, si sit infra quadriennium, repellet Martinum excipiẽdo, quia tunc iam habet rescissoriam cum effectu, & cui damnus actionem, multò fortiùs exceptionem. vt ff. de superfi. l. j. §. is autẽ. idem post quadriennium: quia per illam dationem rei factam infra quadrienniũ, perpetuata fuit actio rescissoria: vt apparet ex superioribus. 23

¶ De ista actione † personali rescissoria, Io. non posuit circulum specialem in arbore sua actionum, & tamen posuit ibi circulum de actione in rem rescissoria, & in- 24

& inter prętorias actiones, licèt quãdoq; sit prætoria, & quandoque ciuilis, scilicet secundùm quod erat ante præscriptionem & restitutionem impetratam. Item Iohannes non posuit ibi circulum de actione incerti, quæ tamen est actio per se: vt apparet infrà in ti. de condic. incer. Item, nec de actione in factum, quæ datur contra iudicem, qui facit litem suam. de qua habetur ff. de var. & extraor. cogni. l. fi. Item, nec de actione in factum, quæ intentatur, vt nunciatio noui operis firma maneat. de qua habetur ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. qui opus. Item, nec de actione in factum contra magistratum, qui nõ curauit de præstanda cautione ex causa damni infecti. de qua habetur ff. de dam. infec. l. iiij. §. in eũ. Nec de interdicto, quod datur volenti apportare rem suam, de quo habetur ff. eo. l. hoc ampliùs. §. de his. Item, nec de interdicto de ruderibus tollẽdis. de quo habetur ff. eod. l. prætor ait. §. fi.

25 Item, est notãdum, quòd in materia † Senatusconsulti Velleiani inuenitur actio rescissoria seu restitutoria, & actio institoria, vt habetur C. ad Velle. l. si mulier alienam. & l. fœminis. nec de illis fit mẽtio in arbore Iohannis.

¶ Cùm satis cogitaui circa l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. cum l. seq. ff. ex quib. caus. maior. opinio B. & Io. & Azo. debet placere. licèt secundùm quod ibi tex. exponitur secundùm eos differentia, quam ibi tex. videtur facere, scilicet an intra modicum tempus vel post prę scriptio fuerit completa, quasi ad nihilum seu in fauillam ignis videtur redacta: vt apparet ex supradictis. ¶ Item, cùm dicunt, quòd cùm recompensatio

26 fit † pro rata temporis, de tempore absentiæ cum tempore negligentiæ habitę super petitione restitutionis in integrum: debet etiam placere. licèt illud non dicatur ibi, nec alibi, ita clarè, sicut vellẽ. Et ad prędicta tenenda debet nos cogere summa, quę in eis est, æquitas, & summa prædictorum Doctorũ authoritas, qui post multas altercationes diuersis temporibus habitas prædicta ita intellexerunt. & glo. etiam inclinat se ad prædicta: vt suprà dictum est.

¶ Item, circa rescissoriam notauerũt quidam super arbore actionum, quòd ipsa † est proprium nomen actionis, & 27
semper prætoria, nec est eadem cum prima actione. Alij plures, non modicæ authoritatis, subtiliantes se, dicũt illud esse verum, si prima actio fuit ex toto sublata: aliàs non est proprium nomen actionis, sed quędam adiectio. Sed dicẽdum est indistinctè, quòd nunquam est proprium nomen actionis. nec est prætoria, nisi & antè erat prætoria. vt satis de hoc suprà dictum est.

¶ Io. fuit multùm † subtilis super ar- 28
bore actionum condenda, vt indè à pluribus vocatus est aquila subtilitatis. sed quandoque non apparuit subtilitas. vt quia dimisit circulum saltem super rescissoria actione personali. Item dubitauit ponere casum ff. de iure codicil. l. ij. §. j. Item aliquando quæsiuit, & non soluit. vt ff. rerum amota. l. j. & de ope. no. nuncia. l. ij. Item adhæsit tex. ff. de verb. ob. l. hoc iure. & no. e. titu. l. stipulationũ. §. fi. ¶ Sed do. Azo videtur quandoque subtilior. Dicit enim † naturalem & ciui- 29
lem possessionem esse vnam in substãtia, sed eam habere duas qualitates. Ioh. verò dixit esse duas in substantia. quod videtur grossius, & tamen tutius. & no. ff. de acqui. pos. l. j. in principio. ¶ Item secundùm Azo. vnus † testis sufficit ad probati- 30
onem pro tormentis: vt not. in Summa sua, C. de quæstio. Sed Iohannes dixit, duos esse necessarios. vt ff. de quæstio. l. maritus. quod est verius: quia indicia debent pręcedere. ergo probatio per duos testes de iure communi: vt ff. de testi. l. vbi. ¶ Item in quæstione, an factũ † ma- 31
nu publica scriptum, indigeat publicatione: Azo dixit, & validiora argumenta habuit, quàm Ioh. qui dixit non indigere. & Ioh. opinio de cõsuetudine approbatur. vt C. de fide instrumen. l. fi. ¶ Item dicit † Odofre. quòd Rogerius & Pla. & 32
Iohan. fecerunt Summas, & nihil valuerunt: sed Summa domini Azonis est bona.

SEN-

SENTENTIA.

33 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in petitione sua dicta: idcirco per sententiam in his scriptis ipsum restituimus aduersus prædictam læsionem seu præscriptionē, & prædictos quinque annos, qui in eius absentia fluxerunt, de medio subduximus, decernētes, quòd ipse, non obstante prædicta præscriptione, possit agere condictione ex mutuo personali rescissoria &c.

RVBRICA XXIIII. De actione in factum Pauliana.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis in factum Pauliana quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Actione Pauliana cōuentus, si fundum non possidet, sed eum fortè alicui bona fide ementi vendidit, agetur contra eū ad precium, quod inde habuit.

4 Actione Pauliana instituta, in titulo oneroso necesse est, quòd Reus fraudem participauerit: secus, in titulo lucratiuo. & nu. 13.

5 Actio Pauliana datur, bonis alienantis in fraudem priùs excussis.

6 Actio Pauliana est personalis.

7 Verbum, actio, est generale, ad omnes actiones reales, & personales, & mixtas.

8 Fraudem debitoris in actione Pauliana allegans, eam regulariter probare debet.

9 Debitor quis ex crimine, quantum ad fiscū, nō dicitur, nisi fisco aliquid dare condemnatus fuerit. Et contrà fiscus ante condemnationem creditor non est: vnde ad alienata, nisi post condemnationem, non agit.

10 In actione Pauliana si Reus offert debitum probatum Actori, potest rem alienatam, fraude non obstante, retinere.

11 Actio Pauliana, an cum alio auxilio concurrat.

12 Occidere cogitans hominem, timens, quòd fiscus haberet bona sua, in fraudem fisci donauit, vel vendidit omnia bona sua, vel partem eorum. posteà cōmisso homicidio, confiscata sunt omnia bona eius, vel ex annotatione bonorum ritè facta: an fiscus possit prædictam alienationē reuocare vel infringere.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd dictus Reus possidet, seu tenet, & facultatem restituendi habet, quendā fundum, situm in territorio sancti Martini de Primeto, sic & sic confrontatū. quem fundum Titius debitor dicti Actoris in x. lib. Tur. ex causa mutui, in dictum Reum alienauit in fraudem eiusdem Actoris, dicto Reo fraudem participāte. Vnde cùm dictus Actor bona dicti Titij debitoris sui excusserit, & iussus fuerit authoritate competentis iudicis bona dicti Titij possidere, nec tamē potest debitum suū recuperare, scilicet prædictas x. lib. Turo. cùm dictus Reus non inueniatur aliqua bona possidere, agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi dictū fundum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad restituendum dictum fundum dicto Actori, cū fructibus, qui cohærebant dicto fundo tempore alienationis, & cum fructibus, quos dictus Reus percipiet vel percipere potuerit post litem contestatam de dicto fundo, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad restituēdum iuris remedijs compellatis. Petit expensas &c. Implorans vestrum officium &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. item si quis 2
in fraudē. Rectè dicitur, quòd Reus possidet dictum fundum: quia si eum † non 3
possideret, sed eum fortè vendidisset alicui bona fide ementi, ageretur tunc contra dictum Martinū Reum ad precium, quod inde habuisset. vt ff. de his quæ in frau. credi. l. qui à debitore. ¶ Item rectè dicitur, quòd Titius debitor in fraudem

alienauit fundum. vt ff.e.l.j.in princip. ¶Item recte dicitur, quòd Reus partici-
4 pauerit † fraudem.quod est necesse in titulo oneroso: sed in donatione sufficeret fraus ex parte debitoris donantis, licèt donatarius non participaret fraudem. vt ff.e.l.qui autem.§.hoc edictum.& §. simili modo. & C.e.l.penul. ¶Item rectè
5 dicitur,quòd bona dicti † Titij debitoris fuerunt excussa:vt C.e.l.j.& l.fin. ¶Item
6 rectè dicitur,agit Actor,quòd ista † actio est personalis.ar.ff.de vsur.l. videamus.
7 ij.§.in Pauiana.actio † tamen,est generale verbum,ad omnes actiones reales, & personales,& mixtas. vt satis apparet C. & ff.& Inst.de ac.quasi per totum. ¶Item rectè petuntur fructus, qui cohærebant fundo &c.vt ff.quæ in frau.cre.l.ait prętor.§.per hanc.& l.fi.§.non solùm.

¶Item est notandum,quòd qui frau-
8 dem † debitoris allegat,eam probare debet, excepto, quandò debitor donat oĩa bona sua, sciens se habere creditores, quia tunc præsumitur fieri in fraudem. vt ff.eo.l.omnes.§. Lucius.

9 ¶Item est notãdum,quòd aliquis † ex crimine non dicitur debitor, quantũ ad fiscum, donec fuerit condemnatus aliquid dare fisco.vt arg.C.de iure fisci.l.fi. lib.x.& facit ff.de donat.l.post contractum.& de peculio.l.licèt.§.idem scribit. Ante condemnationem ergo factam de certa pecunia danda fisco, non potest dici fiscus creditor:& sic non habet tunc locum hæc actio.vt C.de iure fisci.l.j.lib.x. nec ad alienata ante condemnationẽ poterit agere fiscus hypothecaria actione. vt C.de priuil.fisci.l.si debitor.

¶Item est notandum,quòd si Marti-
10 nus Reus † prædictus offerat Actori prædicta x. cùm ea sibi probet deberi à dicto Titio,& probet fundum fuisse Titij,& in fraudem alienasse, Reo fraudem participante: certè sufficiet, nec fundum tenebitur restituere Actori. quia sic est in pignore : nam quilibet possessor offerens creditori debitum repellit eum. vt ff. quibus mo.pig.vel hypo.sol.l.Paulus. §.qui pignoris. & not. C. de præscrip. xxx.an.l.cùm notissimi.§.j.in fi. Item dicitur in Euangelio, Tolle, quod tuum est. quasi dicat,quòd sufficiat.& facit ff. de solu.l.solutionem.licèt in prædictis quidam vacillent.vt ff. quæ in fraudem credi.l.ait prætor.§.illud. Item est notandum, quòd prædicta petitio procedit,etiam si fundus esset Actori hypothecatus: quia vbi lex non distinguit, nec nos.

¶ Cõcurrit † etiam Pauliana cum alio 11
auxilio.vt ff.eo.l.qui autem.§.penult.& l.si pater.& l.debitor.

¶ Quidam cogitans occidere † quen- 12
dam hominem, timens, quòd fiscus haberet bona sua,in fraudem fisci donauit, vel vẽdidit omnia bona sua, vel partem eorum.posteà, commisso prædicto homicidio,cõfiscata sunt omnia bona eius, iuxta authen.bona damnatorum. C. de bo.proscrip. vel ex annotatione bonorũ ritè facta,vt ff.de requi.reis.l.fi. quæritur, an fiscus possit prędictam alienationem reuocare vel infringere? Potest dici,quòd prædicta alienatio nõ debeat infringi: quia lege cautum non est. & erubescimus, cùm sine lege loquimur:vt in cor.de triente & semisse.§.cõsideremus. colla.iij. Item,non fuit difficile legislatori hoc dicere. ergo pro omisso habeatur.ar.C.de ca.tol.l.vna.§.sed vt varietatis.& ff.sol.ma.l.si verò.§.de viro. & de verbo.ob.l.quicquid adstringendæ. Item,pœnæ sunt molliendæ vt ff.de pœnis.l.interpretatione. Item,cõfiscatio est odiosa.vt C.de bo.proscrip.l.pe.in prin. ibi, dum dicit, quod absit &c. odia autẽ sunt restringẽda.vt ff.de lib.& posthu.l. cùm quidam. Item facit C. man.l.in re mandata. Itẽ facit C.de bonis proscrip. l.pe.§.si quid etiam. vbi indistinctè dicitur, donationẽ factam ante tempus criminis valere.ergo nec nos distinguere debemus.vt ff.de Publi.in rẽ act.l.de precio. Item, cùm ille alienat,licèt sub spẽ homicidij committendi, attamen illa alienatio non potest dici aliquis actus homicidij, sed solùm cogitatio homicidij. cogitationis autem pœnam nemo meretur. vt ff. de pœnis.l.cogitationis. & sic, quia illa alienatio legitimè facta fuit,

fuit, non debet reuocari. ar. C. de ad mi. tu. l. sancimus. Itē, in criminibus tempus cōmissi criminis debet inspici. vt ff. de pœnis. l. j. Item, cùm ille sic alienauit, multa poterunt venire, ex quibus homicidium prædictū potuit impediri. ergo illud malum propositum seu cogitatio, non debet attendi, nec inspici. ergo nec alienatio irritari. ar. Inst. de re. di. §. illud. & ff. de acq. re. do. l. naturalem. §. j. ¶ Vel potest dici, & satis benè, quòd probata expressè fraude, s. quòd ille alienauit bona sua, vt liberiùs committeret homicidiū, & ne fiscus haberet ea, & sic homicidium fuit subsecutum, q̄ tūc rectè, confiscatione bonorum subsecuta, fiscus poterit alienationem reuocare seu irritare,
13 s. donationem † ex solo dolo donantis, sed venditionem ex eius dolo, emptore tūc dolum seu fraudem participante. vt arg. ff. quæ in frau. cre. l. qui autem. §. hoc edictum. & §. simili modo. Et potest induci ad hoc, ff. de do. causa mor. l. si aliquis. in fi. & quod no. C. de bonis ꝓscrip. l. si deportatus. in fi. & l. si quis intra. Et ad hoc curiæ sunt satis promptæ, sit de iure, vel non: vt malitijs hominum obuietur: & vt auferatur occasio malignandi. & magis, vt lucrum habeant exinde domini curiales.

RVBRICA XXV.
De hypothecaria actione.

SVMMARIVM.

Libellus hypothecariæ actionis quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2

3 *Hypothecare seu impignorare rem potest, qui vtile dominium habet, & qui est quasi dominus.*

4 *Hypothecaria vt locum habeat, sufficit, si creditor fundum esse debitoris tunc credidit, si posteà fundus cœpit pertinere ad debitorem iure dominij vel quasi.*

5 *Hypothecaria quando agitur contra debitorem, qui fundum hypothecauit, ipsum fuisse dominum vel quasi, probare an oporteat.*

6 *Hypothecaria competit, debito nondum soluto.*

7 *Hypothecaria agens repellitur, si ei debitū offeratur.*

8 *Debitor si nomen sui debitoris hypothecauerit suo creditori, potest agere ad illud nomen hypothecaria actione: & quod inde consequitur, si est species, eam loco pignoris retinebit: si verò pecunia, eam sibi compensabit.*

9 *Obligatione in generali omnium bonorum, veniunt indistinctè omnia, quæ posteà debitor acquisiuit: Nomina item debitorum ipsius debitoris.*

10 *Obligans duobus priuatis bona sua præsentia & futura, diuersis temporibus, in posteà quæsitis prior tempore non erit prior, sed simul in eis concurrent.*

11 *Pignori accepto fundo, si talis creditor à possessione cadat, an possit hypothecaria agere.*

12 *Hypothecatæ rei possessor si negat rem esse eius, cuius esse prætenditur, & de mendacio conuincatur, ante omnia in Actorem possessio transferri debet.*

13 *Debitore possidente rem hypothecatam, creditor pro suo arbitrio contra eum agere potest hypothecaria, personali, vel vtraque, & simul in eodem libello.*

14 *Creditor, extraneo possidente, quibus actionibus, & contra quem, iure veteri, & nouo, experiri debeat.*

15 *Intellectus §. ab hoc. auth. de liti. col. viij.*

16 *Exponitur multipliciter, cuius veritas ignoratur, secundùm Boethium.*

17 *Opinionibus diuersis inter interpretes existentibus, ob declarationem ad Principem recurrendum non est, si aliqua de consuetudine approbata est.*

18 *Seruiana actio datur locatori ad inuecta & illata. Quasi Seruiana & hypothecaria, quæ idem sunt, dantur pro alijs rebus obligatis ex conuentione expressa. Quanuis quasi Seruiana & hypothecaria possint dici Seruiana.*

19 *Hypothecaria in quibus locum habeat, & actio ciuilis dicatur.*

20 Sententiæ formula in actione hypothecaria.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinũ, ꝙ dictus Reus possidet, seu tenet, & facultatem restituẽdi habet, quendam fundum, situm in territorio de Primeto, sic & sic confrontatum, quem fundum, cùm pertineret ad Mæuiu iure dominij, vel quasi, idem Mæuius obligauit seu hypothecauit dicto Actori pro x. lib. Tur. in quibus dictus Mæuius tenebatur sibi ex causa mutui. Vnde cùm nondum sit satisfactũ dicto Actori de prædictis x. lib. Tur. agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi dictum fundum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum pertinere ad dictum Actorem iure hypothecæ, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum ad restituendum dictum fundum dicto Actori sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendũ iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. itẽ Seruiana. ¶ Rectè dicitur, ꝙ Reus possidet &c. vt ff. de pig. l. si fundus. §. in vẽdicatione. & de euic. l. si cùm venditor. circa princ. ¶ Item rectè dicitur, quòd fundus pertinebat ad Mæuium debitorem iure dominij vel quasi: quia habens † vtile domi-

3 nium potest rem impignorare seu hypothecare. vt ff. de pig. l. lex vectigali. & l. grege. §. & in superficiarijs. Item & ille, qui est quasi dominus, vt Publicianista.

4 vt ff. eo. l. si ab eo. Item, si fundus † postea incepit pertinere ad debitorem iure dominij, vel quasi, sufficeret, si creditor credidit fundum esse tunc debitoris. vt de hoc ff. de pig. l. j. in prin. Item, si agere-

5 tur hypothecaria † actione contra debitorem, qui fundum hypothecauit, non oporteret tunc probare ipsum fuisse dominum vel quasi, vt ibidem no. & facit ff. eo. tit. l. & quæ nondum sunt. §. quod dicitur. & C. si aliena res pig. data sit. l. cùm res. ¶ Item rectè dicitur, quòd debitum † nondum est solutum. vt C. de 6
pig. ac. l. nec creditores. & facit ff. quib. mo. pignus vel hypo. sol. l. soluitur. in prin. & §. j.

¶ Et est notãdum primò, quòd Actor † agens hypothecaria repellitur, si offeratur ei debitum. vt ff. e. l. Paulus. §. qui pignoris. 7

¶ Secundò est notandum, quòd si † debitor nomen sui debitoris hypothecauerit suo creditori, poterit agere ad illud nomẽ hypothecaria actione: & quod inde habuit, si est species, retinebit eam loco pignoris: & si est pecunia, compensabit eam sibi. vt ff. de pig. l. grege. §. cùm pignori. & C. de hære. vel ac. ven. l. postquàm. & quæ res pignori ob. possint. l. nomen. 8

¶ Tertiò est notandum, quòd in obligatione † generali omnium bonorũ, veniunt indistinctè omnia, quæ posteà debitor acquisiuit. vt C. quæ res pig. ob. pos. l. fi. & ff. de pig. l. in prin. & nomina etiam debitorum ipsius debitoris sunt hypothecata. ar. ff. de verb. sig. l. bonorũ. §. in bonis. 9

¶ Quartò est notandum, quòd si aliquis † duobus priuatis obliget bona sua præsentia & futura, diuersis tẽporibus, in posteà quæsitis prior tempore nõ erit prior, sed simul in eis concurrent. vt de hoc ff. de iure fis. l. si is qui mihi. 10

¶ Quintò est notandum, quòd si aliquis † accepit fundum in pignore, quod potest esse, licèt pignus dicatur à pugno: vt ff. de pig. ac. l. si necessarias. in princ. & C. eod. l. ij. & iij. & not. ff. de verbo. sig. l. plebs. §. pignus. si cadat à possessione talis creditor, ipse poterit agere hypothecaria actione. & hoc est, quod dicitur Insti. de act. §. item Seruiana. scilicet, quòd inter pignus & hypothecam non est differentia, quantum ad hypothecariã actione. Item econtrà, si hypothecato fundo, fundus sine vitio peruenerit ad creditorẽ, habebit locum pigioratitia actio. vt ff. de pigno. act. l. solutum. §. solutam. & in gl. C. de pigno. l. vsucapio. & ff. e. l. j. §. cùm prędiũ. & de distrac. pig. l. rescriptũ. Sed in gl. fortè debet intelligi, quòd res fuit 11

fuit verè tradita creditori. & sic potest habere locum pignoratitia actio. & in d. §. solutam. tacitè videtur res fuisse tradita, eo ipso, quòd fuit inuecta vel illata, sic quòd etiam locator potuit eam includere: vt ff. in quibus cau. pig. taci. contrahi. l. est differētia. & in tutiori loco ponere. vt ff. de dam. infec. l. vtique. & facit quod no. C. de pig. ac l. pe. aliàs haberemus dicere, quòd obligatio pignoris vestiretur rei interuentu, id est, ex pòst facto: & sic esset in eo locus pœnitentiæ, quod non est verum. immò vestitur re. vt Insti. qui. mo. re contrahi. obli. §. fi. Si ergo pignus traditum non fuerit, vel aliàs res non fuerit tradita, vel inuecta, vel illata, sed simpliciter res fuerit hypothecata: si sine vitio peruenerit ad creditorem, non dabitur debitori parato soluere pignoratitia actio: sed ille debitor agat rei vendicatio, si vult. Erit tamen multùm fortè difficile, probare dominium vel quasi. vt ff. de peti. hære. l. etiam. §. j. Vel fortè, si creditor teneret rem illam vt hypothecatam, posset dici, quòd in casu prædicto daretur sibi actio in factum ex varijs figuris causarum, seu ex quadam æquitate, vt soluto precio restitueretur sibi res. vt ff. de præscri. verbis. l. quoties.

¶ Sextò est notandum, quòd si posses-
12 sor rei † hypothecatæ negat rem esse eius, cuius esse prætenditur, & conuincatur de mendacio, debebit transferri possessio in Actorem ante omnia. vt C. qui po. in pigno. ha. authen. item possessor.

¶ Septimò est notandum, quòd vbi
13 debitor † possidet rem impignoratam vel hypothecatam, creditor potest agere cōtra eum hypothecaria actione, si vult: vel actione personali, ad debitum, si vult: vel etiam vtraque, & simul in eodem libello. vt in cor. de fideiu. §. sed neque. collat. j. & in hoc nullus discrepat. Sed extra-
14 neo † possidente, de iure veteri erat differentia inter expressas hypothecas & tacitas. Quia in expressis hypothecis erat electio creditoris, an priùs ageret contra possessorem actione hypothecaria, an priùs excuteret debitorem actione personali. vt C. de pig. l. persecutione. Sed in tacitis debebat priùs excuti debitor. vt ff. de iure fis. l. Moschis. Hodiè verò, siue sint expressæ hypothecæ, siue tacitę, priùs debet excuti debitor, antequàm perueniatur ad pignorum possessores. vt C. de pig. authen. hoc si debitor. Nec obstat in
cor. de litigiosis. † §. ab hoc. collat. viij. 15
quia illa locum habet in suo casu speciali, s. cùm debitor, lite contestata in hypothecaria contra se, rem alienauit: quia licèt vitium litigiosi locum tunc non habeat, attamen creditor meliorem suam conditionem fecit litem contestando, vt habeat electionem. Et hæc est opinio do. Azonis, & de vsu approbata, vt audiui à do. Bermundo, licèt aliud teneat gl. in cor. de fideiuss. §. sed neque. collat. j. Et in hac materia, inspecta gl. in authen. hoc si debitor. posset dici, secundùm Boethi-
um, quòd † multipliciter exponitur, cui- 16
us veritas ignoratur. & de iure ciuili posset dici, quòd esset recurrēdum, ad Principem, vt prædicta declaret: cùm sit dissensio inter dominos Legum. vt C. de legi. l. leges sacratissimæ. & l. cùm de nouo.
Attamen † non est recurrendum, quia o- 17
pinio do. Azonis est de consuetudine approbata: vt dictum est. ar. ff. de legi. l. minimè. & l. si de interpretatione.

¶ Item est notandum, quòd Seruiana
† actio datur locatori ad inuecta & illata. 18
sed quasi Seruiana & hypothecaria, quæ idem sunt, dantur pro alijs rebus obligatis ex conuentione expressa. vt Insti. de ac. §. item Seruiana. & §. inter pignus. Attamen quasi Seruiana & hypothecaria, possunt dici Seruiana. vt ff. de pig. l. ij. §. cùm prædium. & l. si superatus. in prin. &
l. si ab eo. Item hypothecaria habet † lo- 19
cum in tacitis hypothecis. vt C. de iure do. l. in rebus. & qui po. in pig. ha. l. assiduis. & communia de le. l. ij. & sic hypothecaria deberet tunc dici ciuilis, cùm à lege tunc descendat, scilicet in tacitis prędictis hypothecis. Item in inuectis & illatis, & in expressis hypothecis & tacitis, Doctores formantes libellos, petunt Actorem declarari habere ius hypothecæ in re, ad quam agitur. & sic actio hypothe-

Vide Guidonem Pap. quaest. 108. in decision.

pothecaria videtur multùm larga & generalis, & tamen de ea non est circulus specialis in arbore actionum do. Iohannis.

SENTENTIA.

10 CVM dictus Actor sufficienter† probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, dictum fundum pertinere ad dictum Actorem iure hypothecæ. & condemnamus dictum Reum, ad restituendum dictum fundum dicto Actori, tam diu per dictum Actorem tenendum, donec de prædictis x.lib.Tur. sibi fuerit plenariè satisfactum. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c.lib. Turoñ. dandis dicto Actori pro expensis.

RVBRICA XXVI.

De actione constitutæ pecuniæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis de constituta pecunia, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Constitutum vt valeat, debitum subesse necesse est.*

4 *Actione de constituta pecunia agitur, quando quis dixit se pro debitore satisfacere velle, hoc est, quando nudum pactum interuenit: secus, si stipulatio interuenisset.*

5 *Constitutum per quæ verba fiat. & an intersit, quo idiomate.*

6 *Constitutum resoluit, debiti solutio.*

7 *Actio de constituta pecunia, est personalis.*

8 *Agere, propriè est in personam, licèt actio in rem, sit actio, & actio in personam, dicatur persecutio.*

9 *Verbum, petere, adaptatur ad actiones personales.*

10 *Verbum, agit, & verbum, petit ab eo, sunt iuris actionis: sed verbum, & petit etiam à vobis, est per officium iudicis.*

11 *Expensæ peti debent, & quando, vt super eis condemnatio fiat.*

12 *Constituere se soluturum, pro alio, vel pro se, naturaliter tantùm obligato, quis potest: non autem pro debitore ciuiliter tantùm obligato. & nu. 13.*

14 *Constituens se soluturum, non potest ante decem dies conueniri actione de constituta pecunia. nec etiam posteà, nisi priùs excusso principali: cùm pro alio sit constitutum.*

15 *Constituens plus quàm sit debitum, an teneatur in eo quod plus est. & quid in fideiussoribus.*

CORAM vobis domino iudice† Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm Titius deberet dicto Actori x. lib. Turoñ. dictus Martinus dixit dicto Actori, quòd ipse satisfaceret ei de prædictis x.lib. Turo. per dictum Titium sibi debitis. Vnde cùm dictus Titius adhuc debeat prædictas x.lib. Tur. & dictus Martinus Reus eas dicto Actori soluere contradicat, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit ab eo, vt prædictas x.lib.Tur. sibi det. & petit etiam à vobis dicto domino iudice, vt prædictum Reum in prædictis x.lib. Tur. dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas iam factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciendis, quas expensas declarabit suo loco, & debito tempore, prout de iure fuerint declarandæ. implorans, domine iudex, vestrum officium in his, in quibus est in præsenti causa vel de iure fuerit implorandum.

¶ Probatur† Insti. de ac. §. in perso- 2
nam. ¶ Rectè dicitur, quòd Titius† de- 3
beat &c. aliàs enim non valeret constitutum. vt ff. de consti. pec. l. j. §. debitum.
¶ Item rectè dicitur, quòd Martinus dixit,† quòd ipse satisfaceret pro dicto Ti- 4
tio debitore, & sic fuit pactum nudum. aliàs, si stipulatio interuenisset, forte Acto-

tè Actore interrogante, Martine, satisfacies mihi de x. lib. Turo. à Titio mihi debitis? Martinus respondisset, Satisfaciam. & sic fuisset ibi stipulatio: & tunc non ageretur actione de constituta pecunia: vt Insti. de ac. §. de pecunia. imò Actor caderet ab actione tanquam inepta. vt ff. si mens. fal. mo. dix. l. j. §. j. ¶ Item rectè di-
5 citur, † satisfaceret: quia per verbum, satisfaciam, vel per verbum, soluam, vel per similia idonea verba, fit constitutum. vt C. de consti. pe. auth. si quando. & ff. e. l. quidam. & l. qui autem. in fi. & l. seq. & ar. ff. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. & si lege. & hoc siue Latina, siue laica lingua fuerit dictum. vt ff. de verb. ob. l. j. §. fi. dum tamen congruenter se intelligant, vt ibi. secus fortè, si cùm creditor conquereretur in platea de Titio, quia sibi debebat decem, quæ nolebat soluere: Martinus dixit creditori, Non oportet vos timere: quia ego sum diues, & reddam vobis illa x. quæ vobis debet: quia dato, quòd vterque intelligeret, per verbum, reddam, repræsentari tantum, quantum per verbum, soluam, vel satisfaciam, fortè non valeret constitutum. iuxta id, quod no. Insti. de verb. ob. §. vtrùm autem. & facit ff. de leg. j. l. iiij §. j. sed ibi fuit error nominis. ¶ Item rectè dicitur,
6 quòd Titius † adhuc debet: quia si soluisset, non posset agi: vt Insti. qui. mo. tol. ob. in prin. & de reg. iur. l. cùm principalis. ¶ Item rectè dicitur, agit &c. quia
7 actio † de constituta pecunia, est personalis: vt Insti. de actio. §. in personam. &
8 agere, † propriè est in personam. vt ff. de acti. & ob. l. actio in personam. licet etiam actio in rem sit actio. vt ff. eo. ti. l. actionis. in prin. & de verb. sig. l. pecuniæ. §. actionis. Item & actio in personam, dicitur persecutio: vt Insti. de excep. in prin. & C. de his quæ vi metúsve causa. l. j. ¶ Item rectè dicitur, & petit &c. quia ver-
9 bum, † petere, adaptatur ad actiones personales: vt ff. de rebus credi. l. certi condictio. in prin. & l. vinum. & de consti. pe. l. si duo. §. j. & de verb. ob. l. quoties. & l. seq. cum similibus. & in gl. in cor. de exhiben. reis. §. sancimus. collat. v. in formatione libelli, quæ ibi fit. Est tamen aduertendum, quòd in isto † libello, ver- 10
bum, agit, & verbum, petit ab eo, sunt iuris actionis, sed verbum, & petit etiam à vobis, est per officium iudicis. ¶ Item, rectè petuntur † expensæ: quia super eis 11
debet fieri condemnatio. vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. & de rebus cre. l. generaliter. §. expensis. sufficeret tamen eas petere ante sententiam quandocunque, quia per officium petuntur.

¶ Circa prædicta est notandum, quòd quis † pro alio, vel pro se, naturaliter tan- 12
tùm obligato, potest se constituere soluturum. vt Insti. de act. §. de pecunia. secus, si debitor esset tantùm ciuiliter obligatus. vt ff. de consti. pe. l. quòd si maritus. §. j. Ex prædictis apparet, quòd si esset quis naturaliter † obligatus, fortè ex mi- 13
nùs solenni voluntate, & sic non posset agi contra eum actione ex testamento, si solùm ille diceret, benè soluam vobis. posteà posset agi contra eum actione de constituta pecunia, licèt antè nulla actione posset agi.

¶ Item est notandum, quòd qui constituit † se soluturum, non potest ante x. 14
dies conueniri actione de constituta pecunia. vt ff. de consti. pe. l. promissor. §. j. nec etiam posteà, nisi priùs excusso principali, cùm pro alio sit constitutum. vt in cor. de fideiusso. §. j. col. j.

Vide Guidonem Papa q. 94. in decis. et in tract. de cōpuls. literis in quest. 10.

¶ Item est notandum, quòd si quis † constituat plus quàm sit debitum, non 15
tenetur in eo quod plus est. vt ff. de consti. pe. l. hactenus. in fi. fideiussores autem in nihilum tenentur. vt ff. de fideius. l. Græcè. §. illud. vterque tamen, si esset sciens, videretur donare. vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. & de ope. li. l. Campanus. iuxta id quod no. ff. de consti. pe. l. hactenus. §. fi. licèt de fideiussore contrà notetur ff. de fideius. l. si à reo. §. si à furioso.

Tractatus breuis ordinis iudiciorum.

SVMMARIVM.

1 Citan-

1 *Citandus est Reus, libello exhibito. & an sufficiat, si casu coram iudice inueniatur.*

2 *Libellum Actor Reo offerre debet, ad expensas proprias.*

3 *Libellus an Reo tradi debeat prima die. Et an Iudex ad id faciendum Actori, inuito Reo, dilationem dare possit.*

4 *Lis contestanda est, Reo assignata die ad deliberandum, & dilatorijs exceptionibus examinatis: aliâs diffinitiua sententia ferri non posset. Et quibus casibus id fallat.*

5 *Litis contestatio quando facta videatur. & quot modis fiat. nu. 7.*

6 *Litis contestatio est duplex: expressa, & tacita.*

8 *Iurandum de calumnia hincinde, nisi tacitè iuramentum omittatur.*

9 *Positiones facere, Actori est vtile, & quare.*

10 *Positiones, non sunt, nisi libellus per articulos minutatim diuisus.*

11 *Positionibus factis, debet dari dies ad respondendum positionibus, arbitrio Iudicis: sicut dato libello assignatur dies ad respondendum.*

12 *Partes illæ, in quibus libellus diuiditur, possunt dici positiones, articuli, assertiones, capitula, & interrogatoria. Et quid de his hodiè sit in vsu.*

13 *Testes producti iurabunt coram Iudice, & in præsentia partis aduersæ, vel per contumaciam absentis: aliter non valerent eorum attestationes.*

14 *Testibus publicatis, seu attestationibus, post earum aperturam, veniunt testium reprobationes.*

15 *Ad allegationes iuris quando ventum est, eo ipso in causa satis conclusum existit.*

16 *Sententia quando ferenda est, quomodo & quando partes citandæ sint.*

17 *Sententiæ forma generalis, qua Reus, qui suo nomine interuenit, condemnatur.*

18 *Sententiæ forma, quando procurator interuenit nomine Rei, litémque contestatus est, vel Reus ipse iudicium accepit, sed eius procurator venit in sententia ferenda. nu. 19.*

20 *Sententia quomodo formanda, si procurator Rei, qui fuerat litem contestatus, constituerat posteà alium procuratorem, & ille veniat in sententia ferenda.*

21 *Sententia quomodo formanda, vbi procurator venit ad defensionem Rei sine mandato.*

22 *Defensioni alicuius postquàm quis se obtulit, si Reus in causa compareat, faciatq; aliquid, per quod videatur processum ratificare: tunc eadem sententiæ forma erit, ac si ei ab initio defensionem mandâsset. Et qualiter tunc facienda condemnatio.*

23 *Sententiæ forma, si in sententia ferenda nomine Actoris procurator interuenerit.*

24 *Sententia quomodo formanda, si procurator Actoris litem contestatus fuerit, & posteà alium procuratorem constituerit, qui veniat in sententia ferenda.*

25 *Sententiæ forma super expensis, si procurator interueniat. In qua aduertendum, an habeat potestatem iurandi pro expensis, an non. nu. 26.*

27 *Sententia quomodo formanda super expensis, si ambo, procurator & dominus, fuerint præsentes.*

28 *In sententia rectè libellus includitur.*

29 *Appellatione non interposita, post quatuor menses executio fiet, quando est actio personalis: etiam si ageretur actione personali ad prædium. nisi iudex minus tempus statueret, & ex causa expressa in sententia.*

30 *Appellationis formulam, quæ fit viua voce, satis est, vno verbo, Appello, fieri: dum hoc scribatur in actis, nec in appellando tunc alia solennitas erit necessaria. Et ibi, quàm diu sic appellare liceat.*

31 *Appellationis formula, quæ fit viua voce, per*

lans est læsus contra ius.

62 Responsionis de appellatione forma, quando dantur literæ dimissoriæ.

63 Apostoli an sint dandi à Iudice ad proprias expensas. & quomodo hodiè dentur.

64 Appellationem recipiendam non esse, si videatur iudici, an causam debeat adijcere, & eam appellanti edere.

65 Appellationem quòd non recipit iudex, & causam edit, an eo ipso videatur apostolos denegare, & appellator sine alijs dimissorijs appellationem suam introducere possit.

66 Appellationem licèt nō recipiat iudex, abstinere tamen debet ab exequendo: nisi patenter appareat, eā non esse recipiendam.

67 Contumax verus si aliquis fuerit, in non veniendo ad sententiam audiendam, ipse non auditur appellans, nec ad appellandum debet restitui.

68 Contumax verus, & fictus, quis dicatur.

69 Contumax fictus si quis fuerit, & veniat confestim lata contra eū sententia, & iudice sedente adhuc pro tribunali, licèt appellare non possit, an ipse restitui debeat ad appellandum, vel ad totam causam.

70 Executori credi non debet, super opprobriosa responsione, seu super percussione, licèt super citatione, ex quadam consuetudine sibi credi debeat. Sic sacerdoti creditur, si dicat, se citâsse parochianum suum: admittetur tamen, qui dicitur citatus, ad probandum contrarium.

71 Contumax verus, sedente adhuc iudice veniens, infra quod tempus restitui debeat.

72 Contumax verus, si absens fuit in ferenda sententia, dolo aduersarij, probato dolo, restituetur etiam ad totam causam.

73 Citatus ad sententiam audiendam, si venit, iudice sedente, dum sententiam legebat, quid iuris.

74 Contumax si lata sententia venit in Curia, cùm iudex iam nimis citò recessisset, quàm more solito facturus erat, quid iuris.

75 Appellare an licebit victori, qui in sorte seu negocio principali obtinuit, si iudex non condemnauit victum in expensis litis: vel forte, quia in minus condemnauit eum super expensis, quàm deberet.

76 Libelli formula in causa appellationis.

77 Verbum, agere, an & quomodo adaptetur ad causam appellationis.

78 Appellato ad hoc fit, vt corrigatur iniquitas, vel imperitia iudicantis. Et est ex parte actoris, quædam replicatio: ex parte verò Rei, quædam exceptio.

79 In appellationis causa ille est Actor, qui Actor fuit in causa principali, & ille Reus, qui ibi Reus fuit.

80 Libellus in causa appellationis non debet dirigi contra iudicem, à quo est appellatum. quòd si fieret, esset ineptus.

81 Iudex si fecerit litem suam, contra eum ex quasi maleficio agi poterit, via ordinaria, actione in factum.

82 Verbum, petere, est valde generale, ad ordinaria & extraordinaria, & ad replicationes & exceptiones.

83 Sententiæ forma in causa appellationis est, quòd pronuncietur appellatio iusta vel iniusta: licèt ex abundanti & consultiùs in ea absolutio vel condēnatio adiungi possit.

84 In appellationis causa conflictu sunt duo specialia, & quæ.

85 In appellationis causa, altera parte absente per contumaciam, procedi potest absque litis contestatione. Et quando litis contestatio sit necessaria.

86 In appellationis causa, quomodo procedendum contra contumacem.

87 In appellationis causa, non oppositum opponi, & non probatum probari potest. & sic nedum super nouis capitulis seu articulis, sed & super veteribus, super quibus testes fuerunt publicati, poterunt produci testes coram iudice appellationis: secus, in causa principali.

88 Appellans si in appellatione adiecit certam causam læsionis, quare appellat, an sit astrictus illam prosequi, vel an aliā reddere & prosequi possit.

89 Iudex

89 Iudex causæ principalis si ex minus sufficienti causa motus tulit sententiam, nibilominus iudex causæ appellationis alia sufficienti causa motus ex eisdem actis eandem sententiam confirmare poterit.

90 Sententiæ forma in causa appellationis pro appellante.

91 Appellationem alicuius fore iustā vel iniustam quando pronunciatur, videtur iudex absoluere vel condemnare illū, quem prior iudex absoluerat vel condemnauerat.

92 In expensis licèt quis de iure non condemnetur, nisi sit improbus litigator: hodiè tamen, ex quadam consuetudine generali, victus victori in expensis omnimodo condemnatur, nisi victus iustißimam litigandi causam habuit.

93 Sentētia forma in causa appellationis contra appellantem.

94 Sententia causæ principalis videtur confirmata, si acta causæ appellationis cancellantur per iudicem causæ appellationis.

95 Defensor si interuenit in causa principali, fideiussores iudicatum solui dati per eum, si sententia lata fuerit in causa appellationis, illi non tenebuntur, nec ex prima sententia, nec ex secunda.

96 Per appellationem, pronunciatum extinguitur. & si appellatio posteà fuerit deserta, fingitur non fuisse appellatum, & prima sententia firma remanet. nu. 97.

98 Sententia si lata fuerit in causa appellationis, ex illa sententia oritur actio iudicati, & ab illa vltima sententia computabitur quadrimestre tempus, pro exequenda sententia.

99 Sententia in causa appellationis simpliciter lata, nulla mentione facta de nullitate primæ, si transiuerit in rem iudicatam, & posteà agatur ex ea, frustra & ineptè nullitas primæ opponetur. & nu. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109.

110 Succumbens in querela inofficiosi testamenti, an admittatur posteà ad accusandum testamentum de falso.

110 Iudex appellationis an sententiam suam condemnatoriam mandabit executioni.

111 Iudex appellationis si inueniat sententiam, à qua fuerit appellatum, fore nullam, quomodo sententiam formabit.

112 In sententia, qua pronunciatur prior sententia nulla, quare expensarum litis ratio non habeatur.

113 Sententia priori existente nulla, appellatio iniusta pronuncianda est, quando libellus fuit formatus & traditus, tāquam in causa appellationis, licèt incidenter de nullitate cognitum fuerit: secus, si libellus traditus non fuisset, vt in causa appellationis, sed simpliciter super nullitate sententiæ. Et an his casibus, iudex superior super principali cognoscere poßit. nume. 114.

115 Sententiæ forma, si libellus fuerit traditus, vt in causa appellationis.

116 Sententiæ forma, si libellus fuerit traditus simpliciter super nullitate.

117 Sententia prima si est nulla, quia testes nō iurauerunt, ex eorum attestationibus sententiæ prædictæ nō poßunt ferri super causa principali, nisi ille articulus testium coram illo iudice superiori reparatus fuerit.

118 Appellationis causa debet finiri infra annum. & si appellatio per sententiam finita non fuerit, erit deserta. nu. 134.

119 Fatale prosequēdæ appellationis seu annus primus, an cōputari debeat à tempore appellationis interposita, an à tempore latæ sententiæ. In casu tamen cursui illius proponuntur duo menses. nu. 120.

121 Appellator quo tempore infra annum causam appellationis incohoare teneatur, vt appellatio sic deserta non videatur.

122 Appellator si fuerit impeditus in primo anno finire causam, ei à lege, ex iusta causa, datur alius annus. & nu 133.

123 Appellatus si fuerit absens, nec appellator causam impedimenti probare curet, an iudex, non probato impedimento, appellatorem repellere poßit.

124 Impedimēti causa, quæ proponitur, vt declaretur secūdus annus, qualis esse debeat.

125 Impedimenti causæ iustæ quæ sint, quæ nō.

126 Impedimenti primi anni causa iusta probata, si appellator non curat, vel non veniat in secundo anno, vt deberet: vel venit, sed reliquit examinationē causæ in medio certaminis: an appellatus possit ingredi ad iudicem, & appellatore vocato, veniat, vel non, suas adferre allegationes, vt confirmetur, vel rescindatur sententia, quæ pro eo iam lata fuerat. Et quando ille appellati ingressus fieri possit.

127 Appellationis causæ termini fatales hodiè tantùm duo sunt de iure, & qui. Et cur vlterius tempus finiendi appellationem datum non sit.

128 Appellator si fuerit impeditus in secundo anno, an & quomodo habere possit tertium annum. & nu. 134. 135. 136.

129 Appellatore impedito in secundo anno, solùm per vnam diem, sic quòd causa finiri non potuerit, an sibi dari debeat tertius annus integer, per in integrum restitutionem. Et sic de alijs annis. nu. 132. & 133.

130 Fatalis annus in causa appellationis, iuris dispositione an sit indiuiduus, scilicet de vno in alium semper integrum annum.

131 Sententia diffinitiua est indiuidua, licèt res diuiduas seu diuersas contineat.

137 Fatalis terminus causæ appellationis, an currat appellanti, postquàm conclusum est in causa, & sententiam ferri petijt.

138 Fatale tempus non currit appellatori in duobus casibus, & in quibus.

139 Fatale tempus an currat, si stetit per iudicē appellationis, quo minùs causa finita sit.

140 Sententiæ forma super desertione causæ appellationis.

141 Appellationis causa deserta, iudex non debet pronunciare, appellationē esse iustam, vel iniustam, nec super meritis causæ principalis: sed se iudicem non esse.

142 Exceptio trāsgressus fatalis anni, est fori declinatoria. ideoq; si appellatus opponat eam ante litem contestatam, iudex appellationis debebit ante omnia de ea cognoscere, nec antè cogere debebit appellatum litem contestari.

143 Exceptio transgressus fatalis anni, si ante litem contestatam omissa fuerit, an nihilominùs opponi possit post litem contestatam quandocunque.

ITem cōposito prædicto libello, † citabitur dictus Martinus. vt Insti. de pœ. te. li. §. fi. si tamē à casu inueniatur in Curia corā iudice, sufficeret: ad aliud enim non debuit vocari, nisi vt compareret. & si iudex diceret ei, Recedatis, & posteà faciemus vos vocari: non esset nisi verbis legem imponere: & esset quidam circuitus, quod esse non debet. vt C. communia de leg. l. ij. in fi. & ff. de condi. inde. l. dominus testamento. & facit ff. de testa. l. hæredes palàm. §. in testamentis. 1 *De citatione.*

¶ Deinde Actor † offerat libellū Reo, ad expensas proprias: quia oblatio de sua propria significatione, debet esse realis. & sic debet intelligi C. de li. con. auth. offeratur. & de vsur. l. acceptam. & de regibus, qui obtulerunt aurum, thus, & myrrham. non enim fuit ibi oblatio verbalis tantùm, imò & realis. & facit in cor. de exhiben. reis. §. sancimus. ibi, dum dicitur, suscepto verò libello &c. & ibi, dū dicitur, ei libellus datus est &c. colla. v. 2 *De libelli oblatione.*

¶ Item, ex prædictis satis apparet, quòd prima † die libellus debet tradi Reo. Super quo malè & pessimè faciunt iudices, qui dant dilationem Actori ad tradendum libellum, inuito Reo, quod non deberet fieri, nisi aliqua causa non voluntaria, sed iusta occurreret. 3

¶ Deinde assignata die ad deliberandū, † & dilatorijs exceptionibus examinatis, lis contestabitur: aliàs diffinitiua sententia ferri non posset. vt C. de his qui ad ecclesias confugiunt. l. fi. §. cùm aut. nisi in causa appellationis. vt C. de tēpo. ap. l. fi. §. illud. & in causa in integrū restitutiōis. vt no. ff. de mino. l. q; si minor. in fi. & in priuatis delictis. vt ff. de pœnis. l. absentē. ¶ Et est notandum, q; litis contestatio † videtur facta, cùm iudex per narratio- 4 *De litis contestatione.* 5

rationē negocij causam audire cœperit. vt C.de lit.con.l.vna.& intelligit glo. s. cùm dato libello, Reus dicit, Nego. vel, Non est verum. vel simile, quia opponit exceptionē pacti, vel iurisiuradi. Secus, si dicat, Non teneor respondere, ratione iudicis, vel Actoris, vel tēporis; quia per talia verba lis non contestatur. ¶Ex prędictis posset dici, quòd quædam †est litis
6 contestatio expressa: vt cùm dicitur, Nego. & de tali loquitur C.de iur.calum.l.ij.in princ.& de iudi.l.rem nō nouam. §. patroni. & ff.de condic.inde.l.eleganter. §.si quis post. quædam est tacita: vt cùm exceptio pacti, vel similis opponitur. tunc enim Reus videtur confiteri, nisi cautelosè eam proponat. & sic intelligitur ff.de excep.l.non vtique.& in cor.de exhi.reis.§.sancimus.coll.v. Posteà verò glossator, timore decretalis extrà de lit. cont.c.exceptiōis.lib.vj. dixit, quòd tres exceptiones impediunt litis contestationem, s.exceptio transactionis, & rei iudicatæ, & iurisiurandi. & ita notauit ff.de condic.inde.l.eleganter.§.si quis post. & sic ipse, qui dixerat, quòd exceptionem iurisiurandi opponens, videtur litē contestari, dixit, quòd exceptio illa iurisiurādi habet impedire litis cōtestationem. & sic per consequens, qui eam opponit, non videtur litem contestari. & ita glossator videtur sibi cōtrarius, nisi quis vellet palliando dicere, quòd prędictæ tres exceptiones impediunt litis contestationem expressam, sed tacitam litis contestationē benè videntur facere. Item postmodum glossator †dixit, quòd litis con-
7 testatio fit per sic, & per non, & per dubium. vt in cor.de exhi.reis §.sancimus. coll.v. per sic, s. affirmando. per non, s. negādo. per dubium, s. si Reus ita dicat, Nego, & si appareat me debere, oppono exceptionē pacti de non petendo ad tempus, vel in perpetuum. quia licèt opponendo simpliciter pactum de non petendo, videatur cōfiteri quis debere, tamen quia expressè negat, non videtur verè confiteri. & sic dicitur lis contestari per dubium. vt C.de excep.l.si quidem.& de probatio.l.exceptionem. Hodiè quando sit contestatio per non, de consuetudine curiarum dicitur, Nego narrata, prout narrantur, dicens, petita fieri non debere de iure. tamē sufficeret dicere, Nego contenta in libello. vel, Nō est verum, quod continetur in libello.

8 *De iuramento calumnia, et positionib.*
¶Item iurato† de calumnia hinc & inde, vel omisso tacitè iuramento, vt C. de iura.calum.l.ij.§. sed quia veremur. est vtile† Actori, quòd faciat positiōes: quia 9
Reus potuit negare totū libellum, quia visum fuit sibi ibi fuisse vnum falsum: vt ff.de rebus du.l.si is qui ducenta.§. vtrū. modò autem singulis positionibus singulariter respondendo, fortè confitebitur aliqua de contentis in libello. item, magis clarè & magis discretè habebitur veritas per testes, & facilior erit examinatio. ¶Item, iudex non dabit diem ad ponendum & probādum insimul: quia positiones †non sunt, nisi libellus per arti- 10
culos minutatim diuisus. & ideo, sicut dato libello † assignatur dies ad respon- 11
dendū, sic positionibus factis, debet dari dies ad respondendum positionibus, arbitrio iudicis. ¶Partes† illæ, in quibus di 12
uiditur libellus, possunt dici positiones. de quib. not.C.de iu.cal.l.ij.§.quod obseruari.& facit ff.de lega. iij.l. Offidius. §.ex diuerso. Item possunt dici articuli. membra enim seu partes rei possunt dici articuli. vt in cor. vt nulli iudicum. §. si verò. coll.ix.& ff.de hære.insti.l.hoc articulo.in prin. & de verbo.fig.l.triplici. §.videamus. Item possunt dici assertiones & capitula. vt C. de tempo.ap.l. per hanc. Item possunt dici interrogatoria. vt ff.de interro.ac.l.pe.& nō. C.de iura. ca.l.ij.§.quod obseruari. Hodiè cùm libellus diuiditur in partes, est in vsu, quòd vocantur positiones & articuli. & licèt sint idem in substantia, est tamen vsitatum, quòd illæ particulæ vocantur positiones, quando fiunt ad probandum per confessionem partis aduersæ: sed dicuntur articuli, cùm fiunt ad probandū per testes, vel per instrumenta.

De testib. eorum pa.
¶Posteà producentur †testes, & iurabunt coram iudice, & in præsentia partis aduersæ, vel per contumaciam absen- 13

blicatione & reprobatione. tis, aliter non valerent eorum attestationes. vt C. de testi. l. si quando. & no. C. de edendo. l. ij. & ff. de crimi. expil. hære. l. j. & C. de iura. ca. auth. principales. Deinde
14 de publicatis † testibus, seu attestationibus, de quo habetur in cor. de test. §. qa verò multi. coll. vij. post aperturam attestationum, venient testium reprobationes. vt C. de testi. auth. si testis. & l. si quis testibus.

15 *De allegationib. iuris, & causa conclusione.* ¶Quibus peractis, erit veniendũ † ad allegatiões iuris. iuxta id, quod habetur C. de iudi. auth. iubemus. & eo ipso, satis erit conclusum in causa.

¶Posteà peruenietur † ad sententiam.
16 *De sententia. Vide Guidonẽ Papæ q. 86.* Et si vtraque pars sit absens, cessabit officium iudicis. sed si vna pars instet, & alia sit absens: tunc erit perueniendum ad peremptorium edictum. vt ff. de iudicijs. l. ad peremptorium. & l. sequen. vel ad id, quod loco peremptorij habetur. vt C. quomodo & quando iudex. l. tres. aliâs sententia non valeret. vt ff. quę sententiæ sine ap. re. l. j. §. item cùm ex edicto. Si autem illa pars fuisset pręsens, & iudex assignasset sibi diem ad sententiam audiendam, certè non indigeret alio peremptorio. vt C. quo. & quan. iudex. l. cessãte. idem credo, si partes immediatè ante sentẽtiam petierant sententiã ferri.

SENTENTIA.

17 AD hoc † nos talis iudex, viso libello, cuius tenor talis est: Coram vobis &c. lite contestata, iuratoq; de calumnia, testibus productis & examinatis, & eorum attestationibus publicatis, cõclusoq; in causa præsenti: visis etiam omnibus propositis, & probatis, & actitatis hincinde à partibus, habito consilio peritorum, sedentes pro tribunali more maiorum nostrorum, sacris scriptis positis corã nobis, vt nostrum de vultu Dei prodeat iudiciũ, & vt consideremus, qꝫ nobis magis, quàm partibus, iudicium erit terribile, si malè iudicemus: partibus etiam præsentibus, & sententiam ferri petentibus, in nomine domini patris, & filij, & spiritus sancti, amen. sentẽtiam ferimus, vt sequitur: Cùm dictus Petrus sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum, in prædictis x. lib. Turo. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto Petro. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xl. sol. Turo. dandis dicto Petro pro expensis, quas idem Petrus fecit occasione pręsentis causæ: cùm idem Petrus, delato sibi à nobis iuramento, iurauerit ad sancta Dei Euangelia, taxatione nostra prædicta præhabita, se expendisse prędictos xl. soli. Turoñ. occasione præsentis causæ.

FORMA SENTENTIAE,

si in ferenda sententia alter interuenerit nomine Martini Rei.

¶Si Titius † pcurator Martini fuit litem contestatus, ille debebit esse. & tunc in prædicta sententia debebit ita dici: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Titium procuratorio nomine, & per eum dictũ Martinum dominum suum in prædictis x. lib. Tur. dandis dicto Actori &c. Eadem forma erit, si Martinus fuit litem contestatus, 18
sed Titius eius procurator venit in sententia ferenda. ¶Si autẽ Titius ille † procurator, qui fuerat litẽ contestatus, constituerat posteà procuratorem Sempronium, & ille Sempronius veniat in sententia ferenda, tunc dicetur ita: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Sempronium procuratorio nomine, & per eum dictum Titium dominum suum, & per litẽ cõtestatam dominum litis effectum, & per eos dictum Martinũ in prædictis x. lib. Turoñ. dandis dicto Actori &c. Et prædicta dico, per id quod no. C. de sen. & interlo. om. iu. l. j. ¶Si autem prædictus Titius † venisset ad defensionem dicti Martini sine mandato, tunc diceretur etiam ita: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Titium defensorem, & defensorio nomine dicti Martini. & nullo modo subiungatur ibi: & per eum dictum Martinum. aliâs sententia esset nulla. Martinus enim tunc non debet condemnari,

demnari, nec sententia posset mandari contra eum executioni: vt ff. de re iudi. l.
22 si se non obtulit. in prin. Si autem † Martinus, postquàm Titius obtulit se defensioni eius, cōparuit in causa: vt quia fortè iurauit, de calumnia, vel respondit positionibus, vel fecit aliud, per quod visus est processum ratificare: tunc eadem forma erit, ac si ei ab initio mandasset defensionem: quia ratihabitio retrotrahitur &c. vt ff. de iudi. l. licèt. & facit ff. rem ra. ha. l. non solùm. & quod no. ff. de procu. l. Pomponius. §. sed & is. & ideo tunc condemnabitur Titius defensor procuratorio nomine, & per eum Martinus dominus suus.

23 FORMA † SENTENTIAE, si in sententia ferenda quidam alter interuenerit nomine Actoris.

¶ Item econtrà, si Actor constituit Meuium procuratorem suum, qui litem contestatus sit, tunc ille Mæuius debebit venire in sententia ferēda, & tunc iudex dicet ita: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictū Martinum in prædictis x. lib. Turo. dādis dicto Mæuio procuratorio nomine, & per eum dicto Actori domino suo. Eadem forma erit, si Actor fuit litem contestatus, si in sententia venit dictus Mæuius procuratorio nomine dicti Actoris. ¶ Si autem
24 † Mæuius, qui fuerit litem contestatus, constituerat posteà alium procuratorē, fortè Gaium, & ille Gaius veniat in sententia ferenda, tunc dicetur ita: Idcirco per sententiam in his scriptis cōdemnamus dictum Martinum in prædictis x. lib. Turoñ. dandis dicto Gaio procuratorio nomine, & per eum dicto Mæuio domino suo, & per litem contestatam domino litis effecto, & per eos dicto Actori &c.

25 FORMA † SENTENTIAE, super expensis, si interueniat procurator.

¶ Quod dictum est suprà, in pecunia principaliter petita, seruetur quasi eadē forma super expensis, in cōdemnatione earum: nisi, quòd propter iuramentum est aduertēdum, quòd si procurator non habet potestatem iurandi expensas, dicetur ita: Et nihilominùs cōdemnamus dictum Reum Martinū in expensis, quas dictus Actor fecit occasione præsentis causæ, dandis dicto Mæuio procuratorio nomine, & per eum dicto Actori domino suo, cuius est procurator, taxatione earum nobis reseruata. Et postmodùm, siue fuerit appellatum, siue non, iudex poterit eas taxare, cùm venerit aliquis, qui possit eas petere, & iurare. & sic intelligitur C. de fruc. & liti expensis. l. terminato. ¶ Si autem dictus † Mæuius haberet potestatem iurandi pro expensis, & in animam domini sui, tunc iudex dicit ita: Et nihilominùs condemnamus dictū Martinum in xl. soli. Turoñ. dandis dicto Mæuio procuratorio nomine, & per eū dicto Actori domino suo, pro expensis, quas dictus Actor fecit occasione præsentis causæ, cùm idem Mæuius, delato sibi à nobis iuramento, taxatione nostra præhabita, iurauerit ad sancta Dei Euangelia in animā dicti Actoris domini sui, dictum Actorem dominū suum expendisse prædictos xl. soli. Turoñ. occasione præsentis causæ. ¶ Itē, si prædictus † Mæuius procurator Actoris esset in sententia ferenda præsens, fortè, quia fuisset litem contestatus, vel etiam aliàs procuratorio nomine, & dominus etiam fuisset ibi præsens: tunc dicetur sic: Et nihilominùs cōdemnamus dictū Martinum in xl. solid. Turoñ. dandis dicto Mæuio procuratorio nomine, & per eum dicto Actori domino suo, pro expensis, quas dictus Actor fecit occasione præsentis causæ, cùm dictus Actor ibidem præsens, citra reuocationem tacitam vel expressam procuratorum suorum, delato sibi à nobis iuramento, taxatione nostra præcedente, iurauerit se expendisse prædictos xl. soli. Turoñ. occasione præsentis causæ. ¶ Ex prædictis satis possunt apparere formæ sententiarum, si Martinus Reus obtinuisset in causa.

¶ Item in sententia rectè libellus † est inclusus: vt C. de sen. ex periculo re. l. ij. & no. C. ad leg. Cor. de fal. l. nec e[illegible]

29 *De appellatione.* ¶Et est notandum, quòd si non † appelletur, fiet executio post quatuor mẽses, cùm sit actio personalis: vt C. de execu. rei iudi. l. fi. & de vsu. rei iudi. l. iij. & no. Insti. de offi. iudi. § j. etiam si ageretur actione personali ad prædium: vt ff. de vsur. l. iij. in princ. nisi iudex minus tempus statueret, & ex causa expressa in sententia. vt ff. de re iudi. l. ij.

30 APPELLATIO † VIVA voce.

¶ Si Martinus, sentiens se grauatum, lata sententia, velit appellare viua voce incontinenti, satis erit, si dicat: Appello. dum tamen scribatur in actis, nec alia solennitas erit tunc necessaria in appellando. & poterit sic appellare tota illa die, in qua lata erit sententia, dum tamen iudex inueniatur ibidem in figura iudicij: vt ff. de ap. l. ij. & l. à sententia. §. fi. & C. e. l. litigatoribus. ¶Item, si velit plura

31 verba † apponere, poterit ita dicere:

ALIA APPELLATIO viua voce.

ET incontinenti dictus Reus dixit, prędictam sententiã esse nullam. & si qua est, ab ea, tanquam ab iniqua, & iniusta, & perperam lata, ad dominum Locumtenentem illustris Regis Maioricarum, viua voce, & apud acta, appellauit, & apostolos sibi dari petijt, sæpiùs & instanter.

APPELLATIO IN SCRIPTIS.

32 ¶Item, si Martinus velit appellare † in scriptis, veniet coram iudice cum schedula sua appellationem continente. cuius tenor talis erit: CVM oppressis, & cõtra ius & iustitiam grauatis, appellationis remedium sit indultum: & ego Martinus constitutus coram vobis domino iudice Montis Pessulani, sentiens me fore grauatum, pro eo, quòd per vestram sententiam à x. diebus citrà per vos latam condemnastis me, contra iuris formam & iniustè, in x. lib. Turoñ. dandis Petro Iacobi, necnon & in xl. sol. Turoñ. pro exensis: idcirco prædictam sententiam dico nullam, & si qua est, à vobis, domine iudex, & à prædicta vestra sentẽtia, tanquam ab iniqua & iniusta, & perperam seu imperitè lata, ad dominum Locumtenẽtem illustris Regis Maioricarũ in his scriptis appello. & apostolos mihi dari peto, sæpiùs & instanter. & de prædictis peto mihi fieri chartam seu instrumentum publicum, per talem Notarium &c.

¶Rectè dicitur, cùm oppressis &c. qa læsis † contra ius, datur remedium appellationis. vt C. de sen. præfec. præto. l. vna. in prin. & quando prouo. non est necess. l. omnem honorem. in prin. ¶Item, rectè dicitur, ego Martinus: quia appellatio seu libellus † appellatorius, debet 33 34 necessariò continere eum, qui appellat: vt ff. de appel. l. j. §. fi. ¶Item, rectè dicitur, coram vobis &c. quia coram iudice † debet quis necessariò appellare, infra x. 35 dies statutos ad appellandũ, si copia eius habeatur in publico: aliàs coram iudice ad quem appellatur, si eius copia possit haberi. & aliàs non valet appellatio: vt ff. quando appel. sit. l. j. §. dies. & §. si quis ipsius. Item, appellatio † debet necessariò continere iudicem, aduersus quem 36 appellatur: vt ff. de appel. l. j. in fi. ¶Itẽ, rectè dicitur, à decem diebus citra: quia olim † dabatur tantùm biduum vel tri- 37 duum ad appellandum: vt ff. de appel. l. à sententia. §. fi. hodiè verò dantur x. dies. vt C. eo authen. hodie. & à recitatione sententiæ numerandi: vt ibi. quod est verum regulariter. Fallit enim, quia si sit aliquis † absens ritè condemnatus, & sit 38 talis, cui sit licitum à tempore scientiæ appellare: de quo habetur C. quomodo & quando iu. l. ab eo. & ff. quãdo appel. sit. l. j. in fi. tunc decem dies, qui dantur ad appellandum, computabuntur, non ab hora sentẽtiæ, sed ab hora, in qua primùm ille condemnatus sciuit sentẽtiam contra se esse latam: cùm sit eadem ratio. 39 Idem, si quis † non possit appellare, nisi in integrum restitutione obtenta: quia tũc demum ea obtenta computabuntur, x. dies ad appellandum, & non antè: cùm sit eadem ratio. Idem † debet dici, de xxx. diebus ad apostolos petendos statutis, q 40 numerentur ab hora scientiæ, vel ab hora in integrum restitutionis obtentæ. ¶Item,

Vide G. P. tract. de appellati. q. 102.

Vide G. P. vbi sup. q. 103. & cons. 18. no 4.

¶Item, rectè dicitur, me condemnasti in x.lib.Turo.&c.quia necessariò in appel-
41 latione†debet contineri, à qua sententia appellatur:vt ff.de appel.l.j.in fi. ¶Item, rectè dicitur, dandis Petro. Sed si de Pe-
42 tro non fieret† mentio, non noceret. Si enim nomen aduersarij non inferatur in appellatione,nihilominùs valet appellatio:vt ff.e.l.iij.in prin. ¶Item,rectè dicitur, sententiam nullam: quia sententia
43 potest†esse nulla, & ab ea appellari, licèt impropriè: vt ff.de iurepa.l.fi. & de ap.l.
Vide G.P. si expressim. Attamen, si illud non esset
vbi suprà, dictum in appellatione,nihilominùs,iu-
q.104. dex appellationis posset incidenter de
& 118. nullitate cognoscere: vt ibi.& C.quan. prouo.non est ne.l.j. ¶Itē, rectè dicitur, à vobis, & vestra sentētia. Dicitur enim
44 †appellari à iudice: vt ff.de ap. l.ab executore.in prin.& à quibus ap.non licet. l.j.& apud eum à quo appellauerit.in rubro & in nigro. Item,& à sententia dicitur appellari:vt ff.de ap.l.à sententia.in princip.& C.e.l.præcipimus.§.in his.&
Vide G.P. quorum ap.non re.l.iij.cum similibus.
vbi suprà, ¶Item,rectè dicitur;tanquam ab iniqua
q.105. &c.quia verba†illa,de consuetudine,in-
45 iuriam non important in appellationibus:vt ar.ff.de ap.l.j.in princi.& pro socio.l.vnde si Neruæ.& facit C.de ap.l.& in maioribus.& quando prouo.non est neces.l.omnem honorem.in fi.secus credo, si appellans diceret, sentētiam latam fuisse per pecuniā,& sic de similibus iniurijs: quia tunc,si illud non probaretur in causa appellationis,s.corruptio prædicta, fortè iudex posset agere iniuriarū actione. non tamen ageret ante sententiam in causa appellationis latam, vel appellationem desertam:vt ar.C.de iniu.l. si quidem. Si tamen iudex antè ageret iniuriarum,& præposterationis exceptio esset omissa,valeret in dubio.ar.C.communi diuid.l.ij.& facit ff.de iniu.l.iudici.& de ap.l.illud.j. ¶Item,rectè dicitur,ad dominum Locumtenentem:quia
46 sic gradatim† ad immediatum superiorem iudicem est appellandū: vt ff.de ap. l.Imperatores.in princi.& est in Monte Pessulano ab antiquo ita consuetum,s.ad Locumtenentem appellare. & huius rei origo excessit memoriam hominū. ergo est seruandum.ar.ff.de aqua quoti.l.hoc iure.§.ductus aquæ. Item, si per errorem
†Martinus,omisso seu tacito de Locumtenēte prædicto,appellaret ad maiorem, 47
seu ad parem: verbi gratia, ad maiorem, s.ad Senescallū Bellicadum, qui est maior Locumtenēte prędicto:vel ad parem ipsius Locumtenentis,s.ad Rectorē regis Frācię,qui nō est superior Locūtenente, nec inferior,ergo satis potest dici par:ille error nō noceret appellationi illi: tñ non cognosceret de causa appellatiōis aliquo modo, sed deberet remittere causam ad Locūtenentē: vt ff.de ap.l.Imperatores. in princ.Si aut appellasset ad minorē iudicem, fortè ad iudicem castri de Latis, qui est minor Locumtenente prędicto, & etiam inferior:tunc error noceret, nec valeret appellatio. vt ff. de ap.l.j.§.pe.
Item, tacito†de nomine eius, ad quē ap- 48
pellatur, sufficeret dicere, ad competentem iudicem appello.ar.C.de bonis auth. iudi.pos.l.cùm proponas.& ff.de ver. ob.l.qui Romæ.§.Seia.licèt sit argumētum contrà, s.quòd debeat nominari iudex,ad quem appellatur, ff.de appellat.l. j.§.penulti.& no.e.tit.l.qui suspectum. §.fi. Credo,non esse necesse, etiam dicere,ad competentē iudicem appello: cùm in iure cautum non sit expressè. nec cauetur ff.de ap.l.j.§.fi.& facit ad hoc:quia si quis incontinenti viua voce appellat apud acta,sufficit dicere,appello:vt e.ti. l.ij.cùm ergo in illa appellatione non oporteat facere aliquam mentionem de iudice,ad quē appellatur: ergo idem sit in appellatione in scriptis: cùm sit eadem ratio. Sed ratio diuersitatis reddi posset. Nam in illa,quæ fit voce apud acta, non est necesse dicere, à qua sententia appellatur,nec à quo iudice:quia illa apparent ibi ad oculū.sed illa non apparent,quando appellatur in scriptis,& ideo sunt tūc necessariò exprimenda. Attamen bono modo negari non potest, quin in apostolis contineri debeat iudex, ad quem appellatur, postquàm ei mittuntur.& satis colligi potest ff.de literis dimis.l.vna.&

de ver.si.l.dimissoriæ.& C. de ap. l. præses. ¶ Item, rectè dicitur, in his scriptis
49 appello. Est enim † necessariò in scriptis appellandum, quãdo incontinenti viua non appellatur voce: vt ff. de ap. l. j. §. fi. & l. à sententia. §. fi. & C. eo. l. si quis libellos. & l. eos. §. fin autem. ¶ Item, rectè di-
50 citur, & apostolos mihi dari peto &c. nõ quòd apostolorum † petitio sit de essentia appellationis: vt C. de ap. l. eos. §. fin. immò sufficit eos petere infra xxx. dies à recitatione sententiæ numerandos: vt C. e. l. iudicibus. aliâs appellatio censeretur deserta. vt e. ti. l. quoniam nonnulli. in fi. ¶ Item, rectè dicitur, sæpiùs: vt ff. de libel. di. l. vna. & communiter consueuit
51 † vna vice dici tantummodo, s. & apostolos mihi dari peto, sæpiùs, & instanter. Sed de iure hoc non sufficit. Cùm enim
52 † verbũ, sæpiùs, præsupponat verbum, sæpe, suum positiuum. & sæpe, ad minus importat duas vices: ergo sæpiùs, ad minus debet importare tres vices. & cùm tempus apostolorum sit taxatum per dies, s. xxx. ideo ad hoc, vt sępiùs videantur petiti, saltem per tres dies deberent peti. Debet ergo dici vna die: Domine iudex, ego appellaui, vt vos scitis, peto mihi dari apostolos. & posteà alia die, eodem modo. & posteà alia die, illud idem. Et facit ad prædictas tres vices, ff. de pig. ac. l. si conuenerit. j. & in cor. de testibus. §. quia verò multi. coll. vij. & C ad leg. Iul. de vi. l. seruos. & de episco. & cle. auth. statuimus. Et si tunc iudex non dederit eos, appellator debebit protestari, quòd per eum nõ stetit, nec stat, quo minùs eos reciperet: vt ff. de libel. di. l. vna. aliâs appellatio videbitur deserta: vt ibi no. Itẽ, non credo, quòd de iure scripto iudex
53 † possit assignare diem ad dãdum apostolos: alioquin materia fatigãdi appellantem daretur iudici, qui ęstimaret se iniuriatum, quia ab eo appellatur. vel fortè erubesceret, sententiam suam venire in lucem coram superiore, diceret ei, Veniatis cras in tertijs, & dabo vobis apostolos. & sic de singulis alijs diebus. quod esset etiam periculosum appellanti. quia si non compareret ipse, saltem tunc nõ videretur instanter eos petere. Itẽ, lex illa dicit expresśe, quòd sufficit petijsse infra tempus dimissorias, instanter, & sæpiùs. si ergo petiti fuerint apostoli, loco congruo & tempore, sæpiùs, s. per tres dies, qualibet die semel & instanter, cum protestatiõe prædicta subsecuta, planè satisfactũ videbitur illi legi. & sufficit, postquã ipsa expresśe dicit sufficere. Et ideo, si die assignata per iudicem non compareat, non credo, quòd de iure scripto appellatio sit deserta, cùm hoc in iure nõ caueatur: dum tamen illa fuerint obseruata, quæ dicta sunt secundùm legem illam, quæ tamen † in pluribus in desuetu- 54
dinem abijt, & potissimè super contestatione, de qua dictum est. quæ cùm esset necessaria fieri infra iuris terminum, vt credo, post literas dimissorias instãter & sæpiùs petitas. ar. C. de his qui per metũ iudicis non ap. l. ij. & ff. de libel. di. l. vna. licèt ibi no. contrarium, s. quòd prędicta cõtestatio debet fieri post iuris terminũ. tamen hodiè de consuetudine, contestatione prædicta omissa, sufficit appellatorem venire coram iudice appellationis infra annum, tali tamen tempore, quòd, quantum in dicto appellatore est, verisimile sit, causam posse finiri infra dictum annum. & tunc si excipiatur, quòd ipse venit sine literis dimissorijs, & sic nõ debet audiri: replicabit, quòd ipse petijt eas instanter, & sæpiùs, congruo loco & tempore, nec stetit per eum, quo minùs eas reciperet. alioqn repelletur, & appellatio iudicabitur deserta. Sed de iure † Cano- 55
nico sufficit hodiè, petere apostolos sæpiùs insimul, seu vno contextu: vt extrà de ap. c. quanuis rigor. in Clemen. & sic appellans vno contextu poterit dicere: Domine iudex, ego appellaui, peto mihi dari apostolos, & iterum eos peto. vt sic verba geminata aliquid plus notent. ar. C. de veteranis. l. j. lib. xij. ibi, dum dicit, magis magisq́ue. & C. ad leg. Cor. de fal. l. & si ad te. Si autem non peteretur tribus vicibus, saltem vno contextu, nõ viderentur petiti, & esset appellatio deserta, saltem in foro iuris Canonici, per illam decre. quanuis rigor. Ergo bona erat † consuetudo, per quam non oportebit 56
tibi dicere illa verba, sed sufficiebat di-

cere ſemel, apoſtolos mihi dari peto, ſæpiùs, & inſtanter. quod & credo ſufficere hodiè, ex quadam conſuetudine in foro iuris ciuilis. Item, hodiè iudex de cõſuetudine poſſet aſsignare appellanti diem certam, & vnam tantùm, infra iuris terminum, ad quam ſi non compareat, appellatio videbitur deſerta. Item, hodiè conteſtatio, de qua dictum eſt, in deſuetudinem abijt. ¶Item, rectè dicitur, &
57 inſtanter. non quòd ſit neceſſe† illud verbum proferre, ſed benè eſt neceſſe illud verbum obſeruare. Inſtãtia enim petendi apoſtolos non debet ceſſare. verbi gratia, ſi cùm iudex requiſitus dare apoſtolos, taceret, vel inciperet eos dictare, Martinus dixit: Benè habebo eos, domine iudex, alia die, & receſſit: vel nihil dicens, non expectauit eos, & receſſit, dum iudex ſcriberet eos: certè tunc ceſſat inſtantia petendi apoſtolos: quia Martinus verè non inſtat, & ſic tranſactis xxx. diebus, ſtatutis ad petendos apoſtolos, erit deſerta appellatio. Dico tamen, quòd licèt tunc ceſſet inſtantia petendi, attamen verba illa, Benè habebo eos, vel receſſus eius, non fuerunt refutatio vel renunciatio, ſed magis quædã ſuſpenſio: & ideo ſi Martinus eſſet adhuc infra xxx. dies prædictos, ipſe poſſet adhuc apoſtolos petere, dum tamẽ modò eos de nouo peteret ſæpiùs & inſtanter. & ſic non dicerem appellationem deſertam, niſi dixiſſet, Nolo eos. ar. C. de pac. l. poſtquàm. & ff. de ver. ob. l. continuus. §. cùm ita. in
58 fi. Eſt autem † inſtantia petendi apoſtolos: vt dictum eſt. Item eſt alia inſtantia circa iudicia, quę vocatur inſtantia iudicij: vt C. de iudi. l. properandum. circa prin. & Inſti. de perpe. & tempo. ac. in fi. Item eſt alia inſtãtia, circa moram inductam obſeruandam & continuandam: vt ff. de vſu. l. mora. ¶Item, rectè dicitur, de quibus peto mihi fieri chartam &c. non,
59 quòd illud ſit † in appellatione neceſſarium: ſed quia facilior erit ꝓbatio per inſtrumẽtum: vt ff. de pig. l. contrahitur. & quia inſtrumento publico ſtatur in dubio: vt C. de proba. l. cũ precibus. & quia teſtes non de facili adducuntur in iudicijs: vt ff. quemadmo. teſta. ape. l. ſed & ſi quis ex ſignatoribus.

¶Ex prædictis poteſt intelligi ſeu recolligi forma † breuis appellationis & 60
ſufficiens, quantum ad neceſſaria.

APPELLATIO SVFficiens & breuis.

CVM oppreſsis & contra ius læſis appellare ſit licitum, idcirco ego Martinus, ſentiens me læſum à vobis domino Beregario iudice Montis Peſſulani, pro eo, quia per veſtram ſententiam me in x. lib. Turoñ. necnon & in xl. ſoli. Turoñ. pro expenſis cõdemnaſtis: à vobis ſeu aduerſus vos & à prędicta veſtra ſententia in his ſcriptis coram vobis appello.

¶Probatur ff. de ap. l. j. §. fi. & C. eo. l. eos. §. pe. & per alia iura ſuperiùs allegata. ¶Item eſt notandum, quòd alia † cauſa 61
grauaminis in appellatione nõ eſt neceſſariò inferenda: vt ff. de ap. l. iij. §. fi.

RESPONSIO † DE appellatione. 62

ET dictus iudex prædictam appellationem recepit & apoſtolos dedit, vt ſequitur: Domino Locumtenenti illuſtris Regis Maioricarum iudex Montis Peſſulani ſalutem. Notificamus vobis, Martinum, à quadam ſententia per nos cõtra eum lata, ad inſtantiam Petri contra eum agentis, ad vos appellaſſe. & ideo cauſam & partes prædictas vobis dimittimus.

¶Probatur ff. de libel. di. l. vna. Et dabit † eos iudex ad proprias expenſas. arg. 63
eiuſdem l. in princi. quod ſatis apparet: quia eos debet dare, etiã appellatore non petente: vt C. de appel. l. eos. in fi. Hodiè vix dantur tales apoſtoli: ſed dicitur ſic in quibuſdam curijs: Et dictus iudex dictam appellationem recepit, & dictũ appellantem à ſuo iudicio dimiſit, & præſentem reſponſionem pro apoſtolis conceſſit. Et ſi pars appellata inſtet ſuper termino præfigendo, tunc poterit iudex ibidem ſubiũgere ita: Et nihilominùs iudex prædictus præfixit terminum prædicto appellanti, hinc ad vnum menſem ad repræſentandum ſe coram iudice, ad quem appellauit. Probatur prędicta præfixio, C. de appel. l. præſes.

Sequitur Guido Pape in tract. de appellationibus q. 106

64 ¶Item, si iudici † videatur, appellationem eius non esse recipiẽdam, dicet ita: Et dictus iudex dictam appellationẽ non recepit, ꝓ eo, quia appellans pactum fecerat de non appellãdo. vel quia fuit verus contumax. vel quia lata sententia renunciauit appellationi vel iuri appellandi. & sic de similibus. causam enim debet adijcere, & eam appellanti edere. vt ff. de appel. recipien. l. sciendum. ¶Item, satis potest dici, quòd eo ipso, quòd iu-
65 dex † appellationem nõ recipit, & causam edit, ipse videtur apostolos denegare, & tunc appellator sine alijs dimissorijs poterit appellationem suam introducere. ar. ff. de ap. re. l. si cuius. in princi. ¶Item,
66 licèt iudex † appellationem non recipiat, abstinere tamen debebit ab exequendo: nisi patenter appareat, eam non esse recipiendam. vt no. ff. nihil nouari appel. interpo. l. vna. in princi.

¶Nunc est notandum circa appellati-
67 onem, quòd si aliquis fuerit † verus contumax in non veniendo ad sententiã audiendam, ipse non auditur appellans, nec ad appellãdum debet restitui. Et dicitur
68 † verus contumax ille, qui fuit inuentus, & dixit, quòd non veniret. Si autem quis fuerit fictus contumax, quod est, si non fuit inuentus: vel fuit inuentus, & nihil dixit: vel dixit, quòd benè veniret, sed nõ
69 venit: tunc talis † cõtumax, si veniat confestim lata contra eum sententia, & iudice adhuc sedente pro tribunali, licèt appellare non possit, ipse tamen restituetur ad appellandum, vel ad totam causam, secundùm dominum Azo. sed dominus Ioh. dixit, quòd verus contumax, qui dixit, quòd non veniret, si tamen veniat lata sententia, iudice adhuc sedente pro tribunali, ipse restituetur ad appellandũ. Prædicta recolliguntur ff. de in integ. resti. l. diuus Antoninus. in glo. ad quam multi recurrunt, super verbo, in ficto contumace. quæ tamen glo. est intricata. nisi quòd dicit, quare tu distinguas, an dolo aduersarij abfuit: & tunc restituitur ad totam causam. an non: & tunc ad appellandum tantùm. ¶Sed videretur dicendum clariùs, ꝙ verus contumax est, qui fuit inuentus per seruiẽtem, cùm citabatur peremptoriè ad audiendam sententiam diffinitiuam, & nihil respondit: vel respõdit, & dixit, ꝙ benè veniret, vel dixit, ꝙ non veniret: & talis verus cõtumax non auditur appellans. & de tali vero contumace habetur C. de iudi. l. properandum. §. cùm aũt. & quomodo & quando iudex. l. j. & l. ea quæ & ff. de ap. l. ex consensu. §. si. idem, si sibi præsenti fuerit assignata dies per iudicem, ad audiendam sentẽtiam: quia & tunc dicitur verus cõtumax, si non veniat. vt C. quomodo & quãdo iudex. l. cessante. vbi hoc no. in fi. pe. gl. & approbatur extrà de of. iudi. dele. c. consuluit. Sed fictus contumax est, quasi per contrarium, s. qui fuit citatus peremptoriè ad domum, & non fuit inuentus. & talis fictus cõtumax poterit appellare posteà quãdocunq;, cùm peruenerit ad eius scientiam, sententiam fuisse latam contra eum. vt ff. quãdo ap. sit. l. j. §. fin. & C. quomodo & quando iudex. l. ab eo. Sed verus contumax est, & veriùs, qui fuit inuentus, qcquid respõderit, vel etiam si nihil responderit: vel cui iudex diem assignauerit ad sentẽtiam audiendã, vt dictũ est statim licèt talis nõ audiatur appellans, vt dictũ est, si tñ veniat confestim lata sentẽtia, iudice adhuc sedẽte ꝓ tribunali, ipse poterit impetrare restitutionẽ in integrũ ad appellandũ. vel si dolo aduersarij factũ fuit, ꝙ ille nõ veniret, ipse poterit impetrare restitutionẽ ad totã causam, i. ꝙ ipsa sentẽtia tollatur de medio, & ꝙ ille admittatur ad causam suã pertractãdã, ac si illa sentẽtia nõ fuisset lata. & sic debet intelligi ff. de in inte. resti. l. diuus. Itẽ, si ille verus cõtumax, s. qui fuit inuentus, dixit executori, quòd ipse non veniret, & ꝙ faceret tantum pro illo iudice, tanquam pro vno asino: vel percussit executorẽ, quia citabat eũ: fortè non esset malefactũ, secundùm quosdã, si iudex denegaret ei restitutionẽ in integrũ ad appellandũ, licèt veniret iudice adhuc sedente. Sed iudex esset tunc nimis rigidus, si eũ nõ restitueret ad appellandum, postq̃ venit iudice adhuc sedente, & sic cõfestim, secundùm dñm Io. Nec etiã † deberet credi executo- 70
ri, sup opprobriosa respõsione, seu super

Vide Guid.

denem Papae, quaest. 557. in decision. & in tracta. de praesump. nu. 20. vers. an debeat praesumi.

percussione prædicta. vt C. de accu. l. ea
quidem. licet super citatione sibi debeat
credi, & hoc ex quadam consuetudine.
sic & sacerdoti creditur, si dicat, se citasse
parochianum suum, admitteretur tamen
ille, qui diceretur citatus, ad probãdum
contrarium. ar. C. de contrahen. & com-
mitten. stip. l. optimam. in fi. & fortè per
iuramentum, inspecta conditione nun-
cij, & illius citati, & considerata qualita-
71 te negocij. ¶ Sed infra quod tempus † de-
bebit restitui talis verus contumax, se-
dente adhuc iudice veniens? Dicit glo. in
l. diuus. quòd infra quadriennium. vt C.
de temp. in integ. resti. l. fi. quod potest es-
se verum, si ille fuit diligens per totum
quadriennium in petenda restitutione, &
restituetur, vt infra x. dies appellet. & si
infra illud quadriennium esset negligens
per decem dies, compensabuntur cum il-
lis decem diebus, ad quos pro appellan-
do debuit restitui, & sic non restituetur
tunc. vt ff. ex quibus causis maior. l. sed
& si per prætorem. §. sed cùm feriæ. & §.
quoties. & l. ab hostibus. §. sed quod sim-
pliciter. Quidam tamen dicunt, quòd
ille habebit totum quadriennium, licèt
sit posteà negligens per x. dies: quia non
fuit læsus in tempore, sed in sententia, &
sic in quasi contractu. vt ff. de pecu. l. iij.
§. idem scribit. sed non potest negari,
quando fuerit læsio in tempore, scilicet
quia non venit bona hora, quia tamen
confestim venit, restituitur. vt in dicta l.
diuus. Quidam alij dicunt, quòd fiet re-
stitutio vnius horæ, quia tantùm fuit læ-
sio in vna hora, & etiam infra illam ho-
ram: vt sit idem tempus, ad quod, & in-
fra quod: licèt hodie de iure Canonico
sint diuersa: vt extrà de in inte. resti. c.
ecclesia. lib. vj. glo. etiam in d. l. diuus. sa-
tis videtur velle, quòd non sit idem tem-
pus, ad quod, & infra quod. habebit ergo
ille contumax totum quadriennium pro
tempore, infra quod, dummodo non sit
negligens. & restituetur ad x. dies, quod
erit tempus, ad quod, vt possit in eo libe-
rè appellare. Dominus Bermundus di-
xit semel in cathedra, Si te existente iudi-
ce talis casus euenerit, scilicet quòd si ve-
rus contumax te adhuc sedente veniat, &
appellet: appellationem eius non reci-
pias: quia verus contumax fuit. sed si in
integrum restitutionem ad appellan-
dum postulet, tũc non sis subitus ad sur-
gendum de tribunali, sed habita tali qua-
li causæ cognitione, scilicet quia confe-
stim venit te adhuc sedente, & ab eo sus-
cepto iuramento, quòd illud calumnio-
sè non petat, ipsum statim, præsente par-
te aduersa, restituas ad appellandum. &
posteà si viua voce incontinẽti & in actis
appellet, vel in scriptis posteà infra de-
cem dies, tunc appellationem recipe, si
aliàs fuerit recipienda. ¶ Et est notan-
dum, quòd prædicta non haberent lo-
cum, si ille verus † contumax, absens fuit 72
in ferenda sententia, dolo aduersarij:
quia tunc restitueretur etiam ad totam
causam, & esset ibi tũc etiam tractus lon-
gior: quia oporteret probare dolum: vt
satis no. in prædicta l. diuus. ¶ Sed quid
erit, si citatus † ad sententiam audien- 73
dam, venit iudice sedente, dum legebat
sententiam? Dico, quòd valde est inspi-
ciendum, an iudex legisset verbum, con-
demno, vel absoluo. iuxta id quod no. C.
de sen. ex periculo re. l. fi. Si autem ille ci-
tatus venit, dum iudex proferebat ver-
bum, condemno, vel absoluo: dico, quòd
ipse lata sententia poterit appellare: quia
l. prædicta diuus. requirit esse pronunci-
atum in absentia citati, ad hoc, vt indige-
at restitutione. ¶ Quid si lata sententia,
ille contumax † venit in curia, cùm iu- 74
dex iam recessisset nimis citò, & more in-
solito, quàm aliàs facturus erat? Dico esse
æquum, eum restitui ad appellandum: vt
æquiparentur sedere, & sedere debere:
sicut scire, & scire debere: vt ff. de rebus
cre. l. quod te.

¶ Sed nunquid victori, † qui in sorte 75
seu negocio principali obtinuit, licebit
appellare, si iudex non condemnauit vi-
ctum in expensis litis: vel fortè, quia in
minus condemnauit eum super expensis,
quàm deberet? De hoc nihil no. in cor. de
iudicibus. §. audient. & §. nostros. colla.
vj. vbi satis cadebat, nec in Sũmis domi-
norum Azo. & Pla. C. quorum appel.

non re. Sed poteſt dici, quòd ſi victus appellauit, in vanum victor appellauerit propter expenſas litis: ſed grauamen expenſarum poterit iudex appellationis reformare ex appellatione per victum interpoſita, etiam ſi victus nolit illam ſuam appellationem introducere: vt C. quando prouoca. ne. non eſt. l. omnem honorem. vbi eſt iſte caſus. Et conſulerem, ſi contingat victorem appellare, poſtquàm victus appellauit, quòd nullo modo victor ex ſua appellatione cauſam expenſarum introducat. Fortè enim ipſe caderet ab actione tanquam inepta: quia tunc ſua appellatio videretur ipſo iure non tenere: vt e. l. in prin. ibi, dum dicit, interdicimus &c. & in fi. ibi, dum dicit, prohibentes. licèt ſit argumentum contrà in rubrica: quia dicit, quando prouo. ne. nõ eſt. vt illa lex faciat ad ti. & vt ille titulus differat à ſequenti ti. ſcilicet, quorum appel. non re. Sed ſi victus ſuper ſorte nõ appellet, tunc victor propter prædictas expenſas benè poterit appellare, cùm non ſit ibi, nec alibi prohibitum. imò, quòd poſſit appellare, facit eadem lex à contrario ſenſu: quia prohibet appellare propter ſolas expenſas, ſi victus appellet. ergo ſi victus non appellet, victor licitè poterit appellare.

In cauſa appellationis libellus.

76 CORAM vobis domino † Locumtenente illuſtris Regis Maioricarum, dicit & proponit in iudicio Martinus contra Petrum, quòd cùm dictus Petrus feciſſet eum vocari in ius coram diſcreto viro domino iudice curiæ Montis Peſſulani, & peteret ab eo x. lib. Turo. dictus dominus iudex, cùm eſſet proceſſum in cauſa prædicta coram eo, dictum Martinum per ſententiam ſuam condemnauit in prædictis x. lib. Turo. necnon & in xl. ſolidis Turoñ. pro expenſis dandis & ſoluendis dicto Petro. quam ſententiam dictus Martinus dixit nullam, & ſi qua erat, ab ea, tanquam ab iniqua, & iniuſta, ritè & legitimè ad vos appellauit, & apoſtolos ſibi dari petijt, ſæpiùs & inſtanter. Vnde cùm dictus Martinus velit ſuam appellationem proſequi, agit contra dictum Petrum, & petit à vobis dicto domino Locumtenente, vt appellationem ſuam prædictam eſſe iuſtam, per veſtram ſententiam pronuncietis, & vt eundem Martinum à prædictis x. lib. Turo. & xl. ſolid. Turo. ſententialiter abſoluatis. Petit etiam expenſas factas, & proteſtatur de faciendis. implorans veſtrum officium, domine iudex, in quibus eſt de iure vel fuerit implorandum.

¶ Rectè dicitur, agit contra dictum Petrum &c. quia verbũ, † agere, ſatis adaptatur ad cauſam appellationis: vt ff. de ap. l. iij. §. fi. & iudi. ſol. l. cùm apud. impropriè tamen, quia nõ inuenitur, quòd appellatio ſit actio. nec ex appellatione oritur aliqua actio. Appellatio † autem non eſt, niſi vt corrigatur iniquitas, vel imperitia iudicantis: vt ff. de appel. l. j. in prin. nec eſt, niſi quædam replicatio, cùm Actor appellat: vel niſi quędam exceptio, cùm Reus appellat. quod apparet: quia nihil aliud videtur appellatio, niſi quòd non oppoſitum opponatur, & non probatum probetur: vt pleniùs lumen veritatis habeatur. vt C. de tempo. ap. l. per hanc. Ex prædictis ſatis cõcluditur, quòd in cauſa † appellationis ille Actor, qui in cauſa principali fuit Actor: & ille Reus, qui ibi fuit Reus. & no. C. de ap. l. hi qui ad ciuilia. & ideo expedit, quòd in cauſa appellationis nullus vocetur Actor vel Reus ſimpliciter: ſed ſolùm appellans & appellatus. Item, apparet ex prædictis, quòd libellus † in cauſa appellationis non debet dirigi contra iudicem, à quo eſt appellatum. quòd ſi fieret, eſſet ineptus: quia contra eum nihil poteſt coram iudice appellationis replicari vel excipi, ſed litigatores inter ſe habent replicare & excipere. Sed ſi iudex † fecerit litẽ ſuam, poterit agi contra eum ex quaſi maleficio, via ordinaria, actione in factum: vt Inſti. de ob. quæ ex quaſi delicto naſ. in prin. ¶ Item rectè dicitur, & petit &c. quia verbum, † petere, eſt valde generale, ad ordinaria & extraordinaria, & ad replicationes & exceptiones. ¶ Item rectè dicitur, eſſe iuſtam pronuncietis: quia

(marginal numbers in right column: 77, 78, 79, 80, 81, 82)

83 quia illa est forma † sententiæ in appellationis causa, scilicet quòd pronuncietur appellatio iusta vel iniusta. quod sufficit: vt C. de ap. l. eos. circa prin. licèt ex abundanti & consultiùs posiit in ea adiungi seu apponi absolutio vel condemnatio: vt ibi no.

¶ Item est notandum, quòd in confli-
84 ctu † causæ appellationis sunt duo speci-
85 alia. Primum est, quòd potest † procedi in causa, altera parte absente per contumaciam, & sic absque litis contestatione. vt C. de tem. ap. l. fi. §. illud. Si ergo vtraque pars esset præsens, necessaria esset litis contestatio. Etiam sic potest dici in priuatis delictis: vt ff. de pœnis. l. absentem. & idem in causa in integrũ restitutionis: vt ff. de mi. l. in causæ. j. §. causa. Sed in causa principali necessaria est litis contestatio. vt C. de iudi. l. properandum. circa prin. & de sen. & inter. om. iu. l. prolatam. & not. C. de his qui ad ec. con. l. fi. §. cùm autem monitus. & de iura. ca. l. ij. §. quòd si actor. Item est notandum, quòd si in
86 causa † appellationis altera pars fuerit citata ad certam diem, & super aliquo certo illa die faciendo, & fuerit contumax, expedietur illud illa die, prout poterit. & fiet alia citatio ad aliam diem pro aliquo alio certo faciendo: & sic procedetur in causa, singulis diebus citatione interueniente. Si autem illa pars fuerit citata generaliter ad procedendum in causa appellationis, & fuerit contumax: tunc poterit procedi in tota causa sine alia citatione: vt C. de tempo. ap. l. fi. §. illud. cùm ibi indistinctè loquatur, nec dicit contumacem debere citari ad singulos dies, & in singulis actibus. Consulerem tamen, quòd in citatione poneretur & fieret comminatio, scilicet quòd si non compareret, procederetur in tota causa, eius contumacia non obstante, iuxta priuilegium causæ appellationis. Item consulerem, quòd nihilominùs omnimodè citaretur peremptoriè in sententia ferenda, propter peremptorium edictũ, quod debet sententiam præcedere: vt ff. quæ sententiæ sine ap. re. l. j. §. item cùm ex edi-
87 cto. ¶ Secundum speciale in causa † appellationis est, quòd non oppositum opponam, & non probatum probabo. & sic nedum super nouis capitulis seu articulis, imò & super veteribus, super quibus testes fuerunt publicati, poterunt produci testes coram iudice appellationis. vt C. de temp. ap. l. per hanc. Sed hoc non est in causa principali: quia ibi post publicationem testium, nec pars, quæ eos produxit, poterit decætero testes producere, nec super eisdem articulis, nec super nouis, nec pars aduersa etiam. Publicatio enim testium, super principali re petita productorum, excludit vtranque partem ab vlteriore testium productione: vt in cor. de testi. §. quia verò multi. in fi. collat. vij. & no. C. de proba. l. exceptionem. & in auth. ibi posita. & de præscrip. lon. temp. l. emptor. & sen. rescin. non poss. l. peremptorias. & ff. de rei ven. l. officium. & idem notat Azo in Summa sua, C. de testi. circa fi. Contrarium tamen no. C. de tempo. ap. l. per hanc. in vlti. glo. ibi, dum dicit, nisi in nouo capitulo. vbi vult dicere, quòd post aperturam testium ille idem poterit producere testes super nouo capitulo: & sic multò fortiùs pars aduersa poterit testes suos producere. Sed illud non est verum de iure ciuili. & in illa glo. fuit illud additum per Ceruotum. & dominus B. dicebat illam additionem Ceruotinam & falsam. licèt hoc in Monte Pessulano de consuetudine seruetur.

Vide Guidonem Pape q. 14 in decisionibus.

¶ Item est notandum, quòd si appel-
lans † in appellatione adiecit certam cau- 88
sam læsionis, quare appellat, ipse non est astrictus illam causam prosequi: imò posteà in causa appellationis poterit aliam causam reddere & prosequi: vt ff. de ap. l. iij. §. fi.

¶ Item est notandum, quòd si iudex
† causæ principalis ex minùs sufficienti 89
causa motus tulit sententiam, nihilominùs iudex causæ appellationis alia bona & sufficienti causa motus ex eisdem actis poterit eandem sententiam confirmare: vt ff. quod cum eo, qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicatur. l. fina.

SEN-

SENTENTIA PRO
90 † Martino appellante.

AD HOC nos talis Locumtenens &c. Viso libello causæ principalis, cuius tenor talis est: Coram vobis &c. visis etiam omnibus actis causæ principalis, viso etiam libello præsentis causæ appellationis per dictum Martinum appellantem tradito, cuius tenor talis est: Coram vobis &c. visis etiam omnibus propositis probatis, & omnibus actitatis coram nobis hincinde à partibus, habito consilio peritorum, sedentes pro tribunali more maiorum nostrorum, sacris scripturis positis coram nobis, vt nostrum de vultu Dei procedat iudicium, & vt consideremus, quòd nobis magis, quàm partibus, iudicium erit terribile, si malè iudicemus: partibus præsentibus, & sententiam ferri instanter postulantibus, in nomine Domini patris & filij & spiritus sancti, amen. sententiam nostram ferimus, vt sequitur: CVM dictus Petrus appellatus, nec in causa principali, nec in præsenti causa appellationis probauerit sufficienter intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua in causa principali per eum tradita: idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus, dictam appellationem per dictum Martinum interpositam fore iustam, & etiam ipsum absoluimus à prædictis x. solid. Turo. & à prædictis xl. solid. Turo. in quibus à prædicto iudice extitit condemnatus. & nihilominùs condemnamus dictum Petrum appellatum in c. solid. Turo. dandis dicto Martino pro expensis, quas fecit occasione vtriusque causæ, cùm ipse iurauerit, delato sibi à nobis iuramento, taxatione nostra prædicta præcedente, se expendisse prædictos c. solidos Turo. occasione prædictarum duarum causarum.

¶ Probatur C. de ap. l. eos. circa prin. Et ex abundanti adiecta est in sententia absolutio, & consultiùs: vt ibi no. Eo
91 enim ipso, quòd pronunciat † appellationem alicuius fore iustam vel iniustam, videtur iudex absoluere vel condemnare illum, quem prior iudex absoluerat vel condemnauerat: vt ibi. & no. C. de sen. & inter. om. iu. l. præses. ¶ Item, Petrus appellatus † rectè est condemnatus in ex- 92
pensis: quia licèt quis de iure non condemnetur in expensis, nisi sit improbus litigator: vt Insti. de pœ. teme. liti. §. hæc autem omnia. & in cor. de iudi. §. oportet. collat. vj. & dictus Petrus non debeat videri improbus: quia iurauit de calumnia, & quòd non debet præsumi immemor salutis propriæ: vt C. ad leg. Iul. repetund. l. fi. item & quia sententiam habuit pro se in causa principali, & sic non debet videri calumniosus: Attamen tanta est hodiè malitia hominum, & potissimè litigantium, quòd ex quadam consuetudine generali victus victori condemnatur omnimodo in expensis: nisi summam, imò & iustissimam causam habuit litigandi, quod & relinquitur iudicis arbitrio.

SENTENTIA CONTRA
† Martinum appellantem. 93

CVM dictus Petrus appellatus sufficienter probauerit intentionem suam, seu cõtenta in dicta petitione sua, in causa principali per eum tradita. Vel sic, si factum ita se habeat: Licèt prædictus Petrus appellatus non probauerit sufficienter intentionem suam coram iudice principalis causæ: quia tamen sufficienter probauit eam coram nobis, idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus, prædictam appellationem, per Martinum interpositam, esse iniustam, & benè fuisse iudicatum. & etiam condemnamus dictum Martinum in prædictis x. lib. Turo. & in prædictis xl. solid. Turo. pro expensis, dandis dicto Petro. & nihilominùs condemnamus dictũ Martinum in xx. solid. Turo. dandis dicto Petro pro expensis, quas fecit in præsenti causa appellationis: cùm idem Petrus, delato ei à nobis iuramento, iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos xx. solid. Turo. occasione præsentis causę appellationis.

¶ Probatur C. de appel. l. eos. in princi. ¶ Et est notandum, quòd sententia † causæ principalis videretur confirma- 94
ta, si

ta, si acta causæ appellationis cancellarentur per iudicem causæ appellationis: vt C. quomodo & quando iudex. l. si præses.

95 ¶ Item, si defensor† interuenit in causa principali, fideiussores iudicatum solui dati per eum, si sententia lata fuerit in causa appellationis, ipsi non tenebuntur, nec ex prima sententia, nec ex secunda: vt ff. iudica. sol. l. cùm apud Sempronium.

¶ Item est notandum, quòd per appel-
96 lationem† extinguitur pronunciatum: vt ff. ad Turpili. l. j. in fine. Sed si appellatio
97 † posteà fuerit deserta, fingitur non fuisse appellatum, & remanet firma prima
98 sententia. Sed si lata† fuerit sententtia in causa appellationis, ex illa sententia orietur actio iudicati. vt C. de tempor. ap. pel. auth. ei, qui appellat. & ff. de his qui notan. infa. l. furti. in princi. & argumentum ff. ad Trebel. l. si quis priore. & iudicatum sol. l. cùm apud. Item, ab illa vltima sententia computabitur quadrimestre tempus, pro exequenda sententia: vt C. de vsu. rei iu. l. ij. ¶ Postquàm ergo ex illa sententia appellationis, si fit condemnatoria, oritur actio, & ex ea fit executio: potest Legista concludere, quòd si
99 ipsa fuerit† simpliciter lata, scilicet nulla mentione facta de nullitate primæ, transiuerit in rem iudicatam, si posteà agatur ex ea, frustra & ineptè opponetur nullitas primæ: vt sit litium finis. quod & esse debet: vt ff. pro suo. l. fi. & quia causa appellationis, non est eadem cum prima: vt no. ff. de postu. l. fi. & in cor. de his qui ingre. ad appel. in prin. col. v. & separatorum separata debet esse ratio: vt C. de dona. inter vi. & vxo. l. si maritus. & facit quod no. C. quando prouoca. non est neces. l. j. dum ibi dicitur: sed si causam non adijciat, sed simpliciter pronunciet &c. nec verbum maximè, quod ibi subiungitur, superabundat. ¶ Sed videtur contraria glo. ff. de appel. l. si expressim. vbi dicitur, quòd nihilominùs prima sententia condemnatoria potest dici nulla, nec videtur confirmata per secundam. & adducitur ibi in argumen. C. de inoffi. testa. l. eum qui. vbi habetur,

Sequitur Guido Papa, in d. tract. de appellationibus, q. 107.

quòd qui succubuit † in querela inofficiosi testamenti, admittitur posteà ad accusandum testamentum de falso: quia per vtranque viam, testamentum reducitur ad nullum: vt no. ff. de bo. lib. l. si patronus ex minore. Sic videretur & in nostro casu, si ille, qui† appellauit, succubuit in causa appellationis, quia simpliciter appellatio pronunciata fuit iniusta, nec fuit appellatum: nihilominùs enim debebit audiri super nullitate primæ. ¶ Sed illa† glossa, & argumentum illud satis procederent, si diceremus, quòd per appellationem non extingueretur pronunciatum, & quòd actio iudicati oriretur ex prima sententia condemnatoria: sed quia ex ea non oritur, sed ex secũda oritur, & efficax ad agendum, nullitas illa non poterit nocere primæ sententiæ, nec secundæ. Primæ non: quia ex ea agi non potest. secundæ non: quia illa ritè lata est, & ex ea agitur: vt dictum est. Sed sua nullitas benè noceret ei, si ipsa non esset ritè lata, & ex ea ageretur, vel executio fieri peteretur: vt ff. de re iu. l. iiij. §. condemnatum. & etiam posset adiri idem iudex appellationis, qui, habita sententia sua pro nulla, cognosceret de causa appellationis, si tempora suffragarentur. vt ar. C. quomodo & quando iudex. l. si præses. Posset etiam† adiri iudex superior, si tempora appellationis suffragarentur. vt arg. C. de accu. l. absentem. qui si tunc inueniret eam nullam, posset de causa appellationis cognoscere: vt arg. ibi. si autem tempora non suffragarentur, tunc nec idem iudex appellationis, nec iudex suus superior possent se intromittere de prædicta causa appellationis. sed si illa secunda sententia peteretur executioni mandari, tunc illa sua nullitas opponeretur ei, & sic esset eundum ad primam sententiam. quæ si ritè lata esset, ipsa mandaretur executioni, secunda habita pro nulla: quia vtile per inutile nõ debet vitiari. Si autem illa prima esset etiam nulla, tunc iudex ordinarius, habita ea pro nulla, poterit causam denuo tractare: vt satis colligitur per statim allegata. Vel secundò poss[e]t dici,

T quòd

104 quòd si prima sententia † appareat nulla ex se: vt quia lata fuerit expresſim cõtra iuris rigorẽ, s. exprimẽdo in ea, ꝙ peremptoriũ edictũ nõ ꝓcesſit: vel ꝙ lis nõ fuit cõteſtata: vel ꝙ iudex nõ ſedebat more maiorũ: vel ꝙ Martinus minor xiiij. an. potuerat teſtari, & ſic de ſimilibus: Tũc ſi iudex appellationis tacuit de nullitate, & pronunciauit, appellationẽ eſſe iniuſtam, ſi prima fuit condemnatoria, & nihilominùs condemnauit, tunc illa ſententia ſecunda videtur capere & participare in errore expresſim cõtento in prima ſententia. & ſic in executione ſecũdæ quaſi ex ſe ſit nulla, poterit opponi nullitas primæ, & aliâs non. Vel tertiò poteſt
105 dici, ꝙ ſi † prima fuerit lata expresſim cõtra iuris rigorẽ, & ex illo errore videatur lata eo ipſo cõtra ius litigatoris: vt quia iudex pronunciauit, Martinũ minorem xiiij. an. potuiſſe teſtari. quod apparet, & eſt cõtra leges, & cõtra ius litigatoris: nec ille error reparatus inueniatur in cauſa appellationis, ſeu in ſententia cauſæ appellationis: tũc nullitas illa poterit nocere ſecundæ ſententiæ. Si aũt fuerit lata ſolùm cõtra iuris rigorẽ, ſ. expresſim dicendo, ꝙ peremptorium edictũ nõ præceſſit: tũc nõ debebit illa nullitas nocere ſecũdę ſẽtẽtię ritè latę. Vel quartò po-
106 teſt dici, ꝙ ſi in libello in cauſa † appellationis oblato facta fuit mentio de illa nullitate primæ ſẽtẽtiæ: tũc iudex appellationis ſuper toto videatur pronunciaſſe, & ſic nullitas primæ nõ nocebit ſecundę. Si aũt tacitum fuit in libello de nullitate, tũc posſit opponi nullitas primæ ſententiæ, ſiue in prima fuerit nullitas ex ſeipſa, vel ex proceſſu eã præcedente. Vel quin-
107 tò poteſt dici, ꝙ ſi prima † fuerit abſolutoria, tũc eius nullitas non noceat ſecundæ condemnatoriæ, ex qua agitur: ſed ſi prima fuit condemnatoria, tunc eius
108 nullitas nocebit ſecundæ. Primum † videtur magis conſonum iuri, cum moderamine tamen tertij dicti. & videbitur reparatus error primæ ſententiæ, ſcilicet dicendo in ſecunda ſententia: per ſententiam in his ſcriptis pronunciamus, appellationem prędictã eſſe iniuſtã. & quia probatũ eſt, dictũ Martinũ tẽpore conditi teſtamenti fuiſſe maiorẽ xiiij. an. pronũciamus ipſum potuiſſe teſtari. &c. Nec obſtat, ad illud primũ dictũ, ff. fa. hercis. l. quædam mulier. & de iure patrona. l. fi. quia licèt ibi dicatur, fuiſſe appellatũ, nõ tamen inuenitur ibi, ꝙ iudex appellationis tulit aliquã ſententiã. fuit n. ibi appellatio omiſſa ſeu deſerta. & facit ff. de ap. l. ſi expresſim. ¶ Sed adhuc † videtur con- 109
trà, extrà de ſen. & re iudi. c. vt calũnijs. in Clem. vbi dicitur, ꝙ qui contra ſe reportauit tres ſententias, non audietur de nullitate earũ, vel alicuius ex eis, donec executio fuerit expleta. quaſi velit dicere, ꝙ poſt executionẽ audietur. & ſic duæ vltimæ ritè latę, & etiã iuſtè, ſecũdùm veritatẽ, vel pręſumptiuè, quia res iudicata pro veritate accipitur, retractabuntur, probata nullitate ſolius primæ ſententię. quia fortè illã primã peremptoriũ edictũ nõ præceſſit. quod videtur abſurdum, & cõtra iuris rationem. Vel poteſt dici, ꝙ illud eſt de iure Canonico, vbi fortè ꝑ appellationẽ nõ extinguitur pronunciatũ, ſed ſolùm ſuſpenditur, & ex prima cõdemnatoria agitur: quod nõ eſt de iure ciuili, vt dictũ eſt. Cogitet quiſque, quam rationem poteſt habere illa doctrina. Ipſa enim veritatẽ, quæ trãſiuit per tres ſentẽtias triũ iudicũ cõpetentiũ, & diuerſis tẽporib. latas, videtur ſupprimere, & poſtponere, propter defectũ vnius miſerę ſolennitatis iuris, quæ inuenitur in remotis, ſ. in prima ſententia. miſeræ dico, reſpectu veritatis, quæ omittitur. quod nõ credo placere Deo. nec cõditor decretalis illius cogitauit benè labores & expenſas ꝓdictarũ ſententiarũ, nec veritatẽ pſumptam cum tribus ſententijs. Vel dicta decretalis caret fortè clariore & meliore glo. quàm nunc ſit gloſſata: quia cõditor eius non intellexit ita rigidè loqui.

¶ Sed an iudex † appellationis ſententiam ſuam condemnatoriam mandabit 110
executioni? Et videtur caſus legis, ꝙ ſic. vt C. de epiſ. audien. auth. ſi quis litigantiũ. & de appel. l. præcipimus. §. in his. Sed videtur dicendum, ꝙ non: quia lata ſententia illa, ſuperior ille debebit requirere per

re per

re per suas literas iudicem primum, si ordinarius sit & mixtum imperiū habeat, vt sententiam illam executioni mandet. ar. C. de iudi. l. properādum. §. sin aūt reus. & ff. de re. iudi. l. à diuo Pio. in prin. & de bo. autho. iu. pos. l. cùm vnus. §. is qui. & de interdic. & rele. l. relegatorum. Item videmus, ꝙ missi per Principem, ipsi nihil exequuntur: sed requirunt & cōmouent & insistunt præsidi illius prouinciæ. vt C. de exacto. tribu. l. missi opinatores. & de cano. largitionaliū titu. l. ij. lib. x. & de erogati. mili. annonæ. l. opinatoribus. & de execu. & exac. l. j. & l. contra. lib. xij. & facit in cor. vt nulli iudi. §. si quis verò comprehensorum. collat. ix. Ex prædictis satis apparet, ꝙ non est consonum rationi, quòd iudex appellationis, qui nullam iurisdictionem habet ordinariam, seu districtū in territorio meo, apponat ibi manus, seu aliquid, quod in facto consistat, ibi exequatur aut faciat, maximè si ego non sim in defectu iuris. & sic seruatur de cōsuetudine, quæ est optima legum interpres. vt ff. de legi. l. si de interpretatione. Sed bonū esset respondere ad prædictas duas leges, superius in contrarium allegatas. Ad quas potest dici probabiliter, quòd intelligantur, si iudex appellationis alicubi sub distractu suo inueniat aliqua bona illius condemnati, & aliter non.

¶ Item est aduertendum, quòd si iu-
111 dex, tradito † libello in causa appellationis, & processu coram se ritè habito, inueniat sententiam, à qua fuerit appellatum, fore nullam, fortè quia lis non fuit contestata, vel quia testes non iurauerunt in præsentia partis aduersæ, nec cōtumaciter absentis, vel quia non præcesit peremptorium edictum, vel aliquid æquipollens, vel quia sententia fuit lata die feriata in honorem Dei, & sic de similibus: tunc poterit ita formari sententia.

SENTENTIA SVPER nullitate sententiæ.

AD HOC nos talis Locumtenens &c. per sententiam in his scriptis pronunciamus, prædictam appellationem, per dictum Martinum interpositam, esse iniustam, pro eo, quia sententia, à qua appellauit, est nulla, & nihil valuit: quia lis non inuenitur fuisse contestata. & remittimus partes ad iudicem Montis Pessulani, vt de nouo causam principalem tractet, prout erit rationis.

¶ Probatur C. quando prouo. ne. non est. l. j. cum ibi notatis. ¶ In prædicta sententia † tacetur de expensis litis, quia esset 112
examinandum, ex cuius culpa est nulla, an Actoris, vel Rei, vel Iudicis. ¶ Itē rectè pronunciatur, appellationem † esse iniu- 113
stam: quia libellus fuit formatus & traditus, tanquam in causa appellationis, licèt incidenter fuerit de nullitate cognitū. si aūt libellus non fuisset traditus, vt in causa appellationis, sed simpliciter fuisset formatus super nullitate sententiæ, quod posset esse: vt C. de accu. l. absentē. tunc iudex superior ferret alio modo sententiam, s. iuxta libellū, pronūciando & declarādo sententiā in causa principali per iudicē Montis Pessulani latā, esse nullā, nec eā esse executioni aliquatenus demandandā. ¶ Et est notandū, ꝙ in prædictis duabus sententijs, iudex ille † superi- 114
or fortè de iure poterit immiscere & iudicare super principali, s. super x. lib. Turo. si processus ritè tunc fuerit habitus coram eo, & si liquidum sibi fuerit ex actis, prædictas x. lib. Tur. deberi, vel nō deberi, & sic etiam requisitus fuerit super illis x. sententiā ferre. & valebūt tales sententiæ: quia nō est prohibitū: & qa ad officiū iudicis pertinet lites dirimere. & facit ff. de iudi. l. de qua re. & de excep. rei iudi. l. si à te. §. j. & hoc potest colligi C. de accu. l. si accusato ribus. in glo. super verbo, eundem. & l. absentem. in fi. si quis velit benè aduertere.

Sequitur post alios Guido Papa cons. 2. nu. 6. & cons. 40. nu. 1.

Vide Guidonem Papæ consilio 178 nu. 2 cons. 105. nu. 3.

¶ Sequitur forma † sententiæ prædi- 115
ctæ, si libellus fuerit traditus, vt in causa appellationis.

FORMA TVNC SVPER nullitate sententiæ.

AD hoc nos talis Locumtenens &c. Per sententiā in his scriptis ꝓnūciamus, dictā appellationē per Martinū interpositā esse iniustā, pro eo, qa sentētia, à qua appellauit, est nulla, & nihil valuit. qa perēptorium

rium edictũ nõ præcesſit, vel aliud æquipollens eam non præcesſit. Attamen quia cõstat nobis dictũ Petrũ legitimè probasſe intentionẽ suã super prędictis x. lib. idcirco causam ad iudicẽ Montis Pessulani nõ remittem⁹ denuò tractãdam: sed p̃dictũ Martinũ condẽnamus in p̃dictis x. li. Tur. dandis dicto Petro &c. Vel, si constat eas non deberi, absoluatur Martinus.

116 ¶ Si autem non fuerit † traditus libellus super appellatione, sed tantùm simpliciter super nullitate: tunc poterit formari talis sententia.

FORMA TVNC SVPER nullitate sententiæ.

AD hoc nos talis Locumtenẽs illustris regis Maioricarũ &c. Per sententiã in his scriptis pronũciamus, p̃dictam sententiã esse nullã, qa peremptoriũ edictũ, vel aliud æqpollens, eã non p̃cesſit. & nihilominùs, qa constat nobis dictũ Petrũ legitimè fundasse intentionẽ suã sup prædictis x. lib. Tur. condẽnamus dictũ Martinũ in p̃dictis x. lib. Tur. dandis dicto Petro &c. Vel, si constat eas non deberi, absoluatur Martinus. ¶ Est tamẽ aduertendũ, quia si

117 prima sentẽtia † esset nulla: qa fortè testes nõ iurauerũt, vt iura disponũt: tũc ex eorũ attestationibus sententiæ p̃dictæ non poterunt ferri super prædictis x. lib. nisi ille articulus testium esset reparatus coram illo iudice superiori.

118 ¶ Nunc est notandũ, q̃ causa † appellationis debet finiri infra an. & si per sentẽtiam finita nõ fuerit, ipsa appellatio erit deserta. vt C. de tẽp. ap. auth. ei qui appel

119 lat. Et debet cõputari † annus à tẽpore appelationis interpositæ, & nõ à tẽpore latę sentẽtiæ: vt ibi. qa cùm ibi dicat, ei q appellat &c. certè debemus nos referre in dubio ad tempus, quo appellatur. & facit extrà de ap. c. sicut. in Cle. Quandoq̃ tamẽ † cursui illius anni proponuntur duo mẽses. vt in cor. de iudi. §. appellationes.

Quomodo hoc procedat, vide G.P. in tract. de appell. q. 101.

120 col. vj. & illud est ibi speciale. ¶ Sed quo tempore infra annũ teneatur appellator

121 † causam appellationis inchoare, vt sic appellatio nõ videatur deserta, si posteà cõtingat causam nõ esse finitã infra annum, non est iure cautum: ergo arbitrio iudicis relinquendũ est. ar. ff. de iure deli. l. j. § j. & de verb. ob. l. continuus. §. cùm ita. Et sufficiet venire corã iudice appellationis tali tẽpore, q̃ supersit tantũ de anno, q̃ sit verisimile, causam finiri posse intra illũ annum. ar. ff. si qs cau. l. ij. §. si quis tamen.

Sequitur Guido Papa, vbi suprà, nu. 63. & 64.

¶ Item, si appellator † fuerit impeditus 122
in illo primo anno finire causam, datur ei alius annus. vt in d. auth. ei q appellat. datur à lege, ex iusta causa. Iudex ergo non dat secundũ annũ, sed causa impedimenti sibi p̃bata, declarat eũ cõpetere. Per quod apparet, q̃ iudex infra primũ annũ nõ potest eũ declarare, qa nondũ datus est à lege. quod aũt nõ est, declarari non potest esse. arg. ff. de iniu. rup. test. l. nã et si. §. post defectũ. nõ ens, nõ habet etiã species, nec differentias: & sic declarari nõ potest. vt C. de p̃ba. l. actor. Itẽ, quia tractus futuri temporis, non pertinet ad iudicem. vt ff. de vsur. l. j. §. j. Sed finito illo primo anno, appellator debebit p̃bare causam impedimenti, qua probata, iudex, si iusta sit, declarabit secundũ annũ à lege datum competere. Iudex etiã, si appellatus † fu- 123
erit absens, nec appellator curet probare causam impedimenti, poterit ei dicere: Domine appellator, primũ fatale transiuit, vt apparet per acta, decętero non audirem vos, nisi aliud proponatis & probetis. Et quòd sic posſit eum repellere, probatur C. de temp. ap. l. ij. in fi. & de ap. l. fi. in prin. ¶ Item, causa † impedimenti, 124
quæ proponetur, vt declaretur secundus annus, debebit esse iusta seu ineuitabilis. vt in d. auth. ei, qui appellat. & in cor. de his qui ingre. ad ap. §. j. collat. v. Et est causa iusta † seu ineuitabilis, immensitas 125
ventorum, nec licuit nauigare contrarijs flantibus ventis, nec per terram potuit appellatio venire, fortè propter inopiam. Item, acerbitas tempestatum, vel languor ineuitabilis. & sic de pluribus, quando appellatores per talem quandam fortunæ circunuentionem læduntur: vt ibi habetur. sed si sufficienter procurator mitti potuit, non credo, quòd excusatio sibi prodesset. Item iusta causa est, si in primo anno testes sibi necessarios, vel instrumenta habere non potuit,

Sequitur Guido Papa cons. 40. nu. 2.

Sequitur Guido Papa q. 91. in tract. de appellationib. & hoc remittendo cons. 40. nu. 5. in fi.

potuit, iuxta illud generale, Quod per
me non stat &c. Idem erit, si appellatus
tam lõgas & tot dilationes habuit, quòd
finitus fuit primus annus, causa non fi-
nita adhuc. & hoc per illud idem gene-
rale. & etiam, quia cùm culpent alij, te
me laudare necesse est. ¶Item, si probata
126 †causa iusta impedimẽti primi anni, ap-
pellator non curat vel non veniat in se-
cundo anno, vt deberet: vel venit, sed re-
liquit examinationẽ causæ in medio cer-
taminis: tunc appellatus poterit ingredi
ad iudicem, & appellatore vocato, veni-
at, vel non, suas poterit afferre allegatio-
nes, vt confirmetur, vel rescindatur sen-
tentia, quæ pro eo fuerat iam lata. vt in
cor. de his qui ingre. ad ap. §. quia enim
victores. col. v. Ingressus autem ille fiet
prope finem biẽnij, ita quòd vnus fortè
superfit mensis. vt ibi. sed antè non pote-
rit appellatus ingredi ad iudicem pro li-
te exercenda: quia cùm lex illa de vno &
certo tempore dicat, de alio videtur ne-
gare. & sic corrigitur C. de temp. ap. l. fi.
§. nulli licẽtia. Tamen satis videretur, q
si appellator non concurreret in primo
anno, quòd etiam tunc appellatus, cùm
superesset vnus mensis tantùm de primo
anno, posset ingredi ad iudicem: cùm vi-
deatur eadem ratio, sicut in secũdo anno.
Sed non est eadem ratio, quia si appella-
tus posset sic ingredi ad iudicẽ in primo
anno, tunc indistinctè auferret secũdum
annum appellatori. quod esse non debet,
quia lex dat eũ appellatori ex causa. qđ
autem lex dat, auferri non debet. vt ff.
de ferijs. l. j. & in cor. de nup. §. sed hæc
quidem. col. iiij. Item, quia de secundo
anno, & solùm de fine secundi anni dicit
lex illa, appellatum posse ingredi: certè
de primo anno, & de alio tempore secũ-
di anni, nisi de eius fine, videtur illud ne-
gare. & sic corrigitur C. de tem. ap. l. fi. §.
nulli licentia. vt superiùs dictum est. lex
autem licèt det secũdum annum ex cau-
sa appellatori, non tamen stat in finibus
suis, immò disponit quandoque appella-
tum posse ingredi in fine eiusdem anni.
¶Item est notandũ, quòd hodiè sunt
127 †tantùm duo fatales termini causæ ap-
pellationis, s. primus annus, & secũdus: *Guido Pape, d. q. 101 nu. 64. & 75. & consil. 35. in prin.*
nec lex dedit vlteriùs aliquod aliud tem-
pus ad causam appellationis finiendam:
fortè ne lites essent immortales. Attamẽ
si appellator †fuerit impeditus in secũdo
anno, ipse poterit habere tertiũ annum 128
per restitutionem in integrum, non à le-
ge, sed per iudicem, ex clausula generali,
Si qua iusta causa &c. vt ff. ex quib. cau.
ma. l. j. in fin. & no. in auth. ei, qui appel-
lat. Nec tunc tertius annus competit, nisi
in integrum restitutione obtenta. Quia
quando ad agendum datur restitutio in
integrum, actio vel exceptio non habet
locum nec effectum, nisi in integrum re-
stitutione obtenta. vt ff. ex quib. cau. ma.
l. nec non. §. exemplo. & de iureiuran. l.
nam posteà. §. si minor. ¶Item, quia pri-
mum fatale † est vnus annus integer, & 129
secundum fatale est alius annus integer:
ideo si appellator fuerit impeditus in se-
cundo anno, solùm per vnam diem, sic
quòd causa non potuit finiri, debebit si-
bi dari tertius annus integer per in inte-
grum restitutionem. & sic de alijs annis.
& ita videtur notari in authen. ei, qui ap-
pellat. ibi, dum dicit gl. Et ita primus &
secundus annus dantur à lege, tertius &
alij per restitutionem &c. Et sic dilatio
†seu terminus annalis fatalis, in causa ap- 130
pellationis iuris dispositione erit indiui-
duus, s. de vno anno in alium annũ sem-
per integrum. sicut etiam iure disponẽte
sententia diffinitiua † est indiuidua, licèt 131
contineat res diuiduas seu diuersas. vt C.
de ap. l. eos. in princ. ibi, dum dicit, sed
omnem causam &c. & ff. de excep. do. l.
apud Celsum. §. item quæritur. & ff. de
ar. l. qualem. est enim sententia arbitri in-
diuidua, licèt diuidua contineat. vt ibi,
& no. C. qui te. fa. po. l. furiosum. Ex gl.
illa, in auth. ei qui appellat. credũt† mul- 132
ti prædicta esse verba, s. quòd tertius an-
nus semper debeat dari integer, per resti-
tutionem in integrum. & fortè non ma-
lè, si in aliquo textu legis iacerẽt ita ver-
ba illa in dicta gl. posita, sicut sunt ibi or-
dinata: sed non sunt ita in aliqua lege. Est
ergo aliter dicendum, quòd appellatori
†datur primus annus integer ad causam 133

finiendam: & si iusto impedimẽto interueniente, causa non fuerit finita, etiam si impedimentum fuerit vnius diei, datur ei à lege secundus annus integer. Et si tũc in secundo anno causa non fuerit finita, siue appellator habuit iustã causam impedimenti, siue non: attamen lex non dat ei vlterius aliquod tempus: sed appellatio est deserta, & sententia, à qua fuit appellatum, debet mandari executioni: ne lites sint immortales, vt dictũ est suprà. Attamen de æquitate prætoria, restituetur in integrum solùm ad tantum tempus, per quantum probatũ fuerit ipsum habuisse iustum impedimentum. Et sic, si læsio fuit vnius anni secundi integri, vnus annus integer restituetur ei, qui poterit dici annus tertius. & sic potest intelligi glo. illa in auth. ei, qui appellat. Sed si læsio fuerit tãtùm de vna die, vel de vno mense dicti secundi anni, tunc vna sola dies vel vnus mẽsis solùm restituetur ei. vt ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. quoties. ¶Ex prędictis satis ap-
134 parere potest, quòd si appellator † primo anno processerit in causa, & concluserit in ea, si tamen iusto impedimẽto cessante, infra illum annum primum causa non fuerit finita per sententiam, tunc appellatio erit deserta censenda, & sententia causæ principalis mandabitur executioni. Sed si iustũ interuenerit impedimentum, quare cõcluso in causa appellationis, in primo anno sententia nõ fuit lata, tunc lex dat secundũ annum integrũ. Item, si in secundo anno, iusto impedi-
135 mento † cessante, lata non fuerit sẽtẽtia, appellatio censebitur deserta. Sed si iusto
136 impedimento † interueniente, sententia non fuerit lata in dicto secundo anno, posteà cũ appellator fuerit in tertio anno, ipse nullum tempus habet à lege sibi datum, sed à prætore ex quadam ęquitate, & ex clausula generali, Si qua iusta causa &c. restituetur ad tantum tempus, quantum fuit tempus læsionis, & non in plus. & si fuerit negligens in petenda restitutione, cùm ingressus fuerit tertium annum, tunc tempus negligentiæ compensabitur sibi cum tempore læsionis ꝑ rata temporum. vt ff. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter.

¶Item, circa prædicta multi deficiunt, credentes, quòd postquàm conclusum 137
sit † in causa, & petijt sententiam ferri, ꝙ propter hoc ipse posuerit se in tuto, & ꝙ fatales termini sibi non currãt, nec sit curandum, an posteà iustũ impedimentum habuit, vel non. Sed non est verum. causa enim tunc nõ est finita. immò erit quęrendum, an iustum habuit impedimentum, quare non fuit post conclusionem lata sententia.

Vide G. P. d q. 101. nume. 67. tracta. de appellati. vbi integrã illam quæstionẽ ferè de verbo ad verbũ ex autore nostro transcripsit.

¶Item est notãdum, quòd in duobus † casibus tempus fatale non currit appellatori. Primus est, si lis speratur interri in consistorio Principis. vt in cor. de ap. & intra quæ tẽpora. §. ad hæc sancimus. 138
col. iiij. Secundus est, si partes iuerũt ad arbitros: quia quandiu causa tractatur coram arbitris, non currit tempus fatale.

QVAESTIO. Sed quid erit, si stetit † per iudicem appellationis? Videtur, ꝙ 139
currat tempus fatale: sed quòd tunc debeat dari restitutio. & ita no. C. de temp. ap. auth. si appellatione. & in cor. vt spõsali. lar. §. hoc quoque. col. ix. & de his qui ingre. ad appel. §. j. colla. v. Currit enim tempus, si per iudicem steterit, vt notauit indistinctè Placentinus in Summa sua, de tempore appel. Sed econtrà, quòd tempus fatale non currat, si stetit per iudicem, facit in cor. vt spon. lar. §. hoc quoque. col. ix. & no. in cor. de his qui ingre. ad appel. §. quia enim victores. col. v. & in cor. de appel. & intra quæ tẽpora. §. ad hæc sancimus. & idem notauit dominus Azo indistinctè, in Summa sua. ¶Sed in quæstione prædicta videntur tempora esse distinguẽda: vt si in primo anno stetit per iudicem, quare causa appellationis non fuit finita, quòd tunc currat tempus fatale. non tamen indigebit appellator aliqua restitutione, quia lex dat ei secundum annum integrum. vt videtur expressum in cor. de his qui ingre. ad appel. §. j. col. v. vbi dicit, dari secundum annũ, siue propter occasionem iudicis appellatio prolongatur, aut per

aliam quamlibet causam ineuitabilem: vt sic in primo anno causa appellationis non potuerit finiri. Si autem stet per iudicem in secundo anno, aut stat per eum ante finem illius secundi anni, seu ante vltimam dilationem, seu ante vltimos dies, sic quòd causa non possit finiri: & tunc etiam curret tempus, sed appellator, cùm ingressus fuerit tertiũ annum, habebit petere restitutionẽ in integrum, nec aliàs succurretur ei. & sic habeat locum prima opinio suprà posita. Si autem stetit per iudicem in vltimis diffinitiuis secundi anni: tunc ipso iure nõ curret tempus fatale. & sic loquitur in cor. vt spon. lar. §. hoc quoque. col.ix. & sic potest intelligi secũda opinio suprà posita.

140 ¶Item, si super †cursu fatalis, & super iusto impedimento petatur ferri sententia, tunc iudex appellationis poterit ita pronunciare.

SENTENTIA.

CVM constet nobis primum annum seu primum fatale à tempore interpositæ appellationis rectè computatũ transiuisse, nec appellator probauerit se habuisse aliquam iustam causam seu iustum impedimentum, propter quod ipse non potuerit causam appellationis ad finem perducere infra primũ annum: ideirco per sententiam in his scriptis pronunciamus, appellationem suam prædictam esse desertam, & perinde esse, ac si non fuisset appellatum, & nos nõ posse, nec debere cognoscere, nec iudicare, an prædicta sententia lata per dictum iudicẽ ordinarium fuerit iniqua vel non, nec an appellatio fuit iusta vel iniusta: sed remittimus partes ad dictum iudicem ordinarium, qui suam prædictam sententiam executioni mãdet, prout fuerit rationis.

¶Probatur C. de tẽp. ap. auth. ei, qui appellat. Sed quòd super prædictis iudex
141 †non debeat pronunciare, no. C. de ap. l. eos. circa prin. Sed illud debet intelligi, s. quòd iudex non debeat pronũciare appellationem esse iustam, nec super meritis causæ principalis: sed quia partes instant, & petunt ferri sententiam, ne videatur iudex in defectu iuris, pronunciabit se non debere cognoscere, an appellatio prædicta fuerit iusta vel iniusta, & sic pronunciabit in effectu se non esse iudicem. potest enim talis interlocutoria ferri: vt ff. si quis in ius vo. non ierit. l. ij. & poterit appellari ab ea. vt no. C. ne si. ꝓ pa. auth. habita. in fi.

¶Item, ex prædictis satis apparet, ꝙ exceptio †transgressus fatalis anni, est fo- 142
ri declinatoria. & ideo si appellatus opponat eam ante litem cõtestatam, iudex appellationis debebit ante omnia de ea cognoscere, nec antè debebit cogere appellatum litem contestari. vt C. de exce. l. fi. Si enim fatalia sunt lapsa, ipse nõ est iudex, vt apparet ex superioribus. Item, & si †ante litem cõtestatam prædicta ex- 143
ceptio fuerit omissa, nihilominùs posteà poterit opponi post litem contestatam quandocunque. quod est cõtra naturam exceptionis fori declinatoriæ omissæ à sciente. sed hoc est, quia prima sententia iam transiuit in rem iudicatam per lapsum fatalẽ: & sic debet esse finis ipsius litis: vt C. quando prouo. non est ne. l. j. & ff. pro suo. l. fin.

RVBRICA XXVII.

De actione ex vendito de peculio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex vẽdito de peculio, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu 2.*

3 *Actio de peculio, non est proprium nomen actionis, sed quædam adiectio.*

4 *Actio de peculio, est personalis.*

5 *Actione ex vendito de in rem verso, agi potest contra patrem, quando in rem patris versum est, & filius est in patris potestate.*

6 *Actione ex vendito quod iussu, agi potest contra patrem, si filius cõtraxisset in merce peculij, & iubente patre suo: vel etiam actione mandati, si iussus dirigeretur ad contrahentem cum patre. sed si contraxisset*

set in merce dominica, haberet locum actio mandati, & non quod iussu.

7 *Actione ex vendito tributoria agitur, si filius contraxisset, in merce peculiari, sciente patre suo & patiente.*

8 *Actione ex vendito exercitoria agitur contra patrem, quando filium magistrum nauis imposuit, & is pro alēdis nautis aliquid emerit.*

9 *Actione ex vendito institoria agitur contra patrem, si filium tabernæ vel alicui negociationi, qui eius gratia aliquid emit, præposuit.*

10 *In exercitoria & institoria, non refert, aliquis fuerit filius, vel non: quia locum habent, etiamsi extraneus fuerit impositus naui, vel institutus tabernæ.*

11 *In actione de peculio, Actor probare debet venditionem rei, & emētem esse filium legitimum eius contra quem agit, aliâs succumberet.*

12 *Filiatione legitimè probata, licèt sit difficilis ad probandum, an præsumatur esse in patria potestate. Et ea non probata, an præsumatur sui iuris.*

13 *In actione de peculio, Actor tenetur probare, quantum est in peculio filij.*

14 *In actione de peculio, Reus probabit, quātum sibi à filio debeatur, & quantum alijs, qui in potestate, tutela vel cura sua sunt, vt illa de peculio deducere possit.*

15 *Sententiæ formula actionis ex vendito de peculio.*

16 *Sententia in actione de peculio an sit nulla, decem libris petitis in libello, si condemnatio facta sit in centum solidis Turonensibus, & de alijs centum taceatur.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani dicit & proponit in iudicio Petrus cō tra Martinum, quòd dictus Actor vēdidit & tradidit Martineto, filio dicti Martini, & in eius potestate existenti, centum sextaria hordei, precio x. li. Tur. Quare agit dictus Actor contra dictum Martinum, vt sibi prædictas x. lib. Tur. det & soluat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt prædictum Martinum, in prædictis x. lib. Tur. dandis & soluendis dicto Actori, prout vires peculij Martineti filij sui patiuntur, per vestram sententiam cōdemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis, cū expensis præsentis causæ factis & faciendis, quas in processu præsentis causæ declarabit. implorans vestrum officium &c.

¶Probatur † Insti. de ac. §. in personā. 2 & ff. de pecu. l. sed si damnum. §. peculiū. Et agitur hîc actione ex vendito de peculio. nec enim actio † de peculio, est pro- 3 prium nomen actionis, sed est quædam adiectio. vt ff. de pecu. l. licèt. §. Iulianus. & est † actio personalis. vt Insti. de ac. §. 4 in personam.

¶Et circa istam materiam est notandum. Primò, quòd si in rem patris † di- 5 ctum hordeū esset versum, posset etiam agi contra patrem actione ex vendito de in rem verso. & insolidum, inquantum esset versum: vt Instit. quod cum eo, qui in alie. pot. est, neg. gest. esse dic. §. penul. nec curaretur, an ille filius haberet peculium, vel non: sed an esset versum, & an esset in potestate patris. ¶Secūdò notandum est, quòd si † Martinetus contra- 6 xisset in merce peculij & iubente Martino patre suo: tunc ageretur contra Martinum, actione ex vendito quod iussu: vel etiam actione mandati, si iussus dirigeretur ad contrahentē cum dicto Martino. vt ff. quod iussu. l. j. §. sed & si. sed si esset in merce dominica, haberet locum actio mandati, & non quod iussu. vt C. manda. l. si tibi. ¶Tertiò est notandum, quòd si Martinetus † contraxisset in mer- 7 ce peculiari, sciente Martino patre suo & patiente: tunc ageretur actione ex vendito tributoria. vt Insti. quod cum eo. §. introduxit. & ff. de tribu. l. j. in princ. & §. scientiam. & l. procuratoris. §. per hanc. & §. seq. & §. si plures. ¶Quartò est notandum, quòd si Martinus imposuisset † Martinetum magistrum nauis, & gratia 8 nauis Martinetus emisset prædictū hordeum,

deum, fortè pro alendis nautis: tunc ageretur contra Martinum actione ex vendito exercitoria. vt Insti. quod cum eo. §. exercitoria. & ff. de exer. ac. l. j. in prin. ¶Quintò est notandum, quòd si præpo-
9 suisset † eum tabernæ, vel alicui negociationi, & eius gratia emisset illud hordeũ: tunc ageretur contra Martinum actione ex vendito institoria. vt Inst. quod cũ eo.
10 §. institoria. Attamẽ in istis † duobus casibus, s. in quarto & quinto, nõ refert, an Martinetus fuerit filius Martini, vel nõ: quia prædicta locum habent, etiã si quidam extraneus fuerit magister impositus naui, vel institutus tabernæ. vt Insti. quod cum eo. §. institoria. & ff. de exerci. ac. l. j. §. cuius. & de institoria. l. sed & si quis. §. j.

¶Item, circa prædictum libellum est
11 notandum, quòd Actor † habebit probare venditionem hordei prædicti, & Martinetum esse filium legitimũ dicti Martini, aliàs succumberet. Item, probata fi-
12 liatione † legitima: licèt sit difficilis ad probandum: vt ff. de condi. & de. l. Lucius. præsumetur esse in patria potestate. vt Instit. de pa. po. in princ. Si autem per Actorem non probetur filius legitimus, præsumetur sui iuris. vt C. de condi. inser. l. si vxorẽ. & ff. sol. ma. l. Titia. ¶Itẽ,
13 tenebitur † Actor probare, quantum est
14 in peculio Martineti. Item & Reus † habebit probare, quantum debetur sibi ab illo filio, & quantum alijs, qui in potestate sua, vel in tutela vel cura eius sunt: qa illa deducentur de peculio. vt ff. de pecu. l. sed si damnum. §. j. & ij.

SENTENTIA.

15 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: & inter alia probatum sit, esse xv. lib. Tur. in peculio dicti Martineti tantùm: & dictus Reus probauerit sibi, & alijs, qui in potestate eius sunt, deberi à dicto Martineto filio suo, x. lib. Tur. quibus deductis, nõ remanent in peculio, nisi c. sol. Tur. idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum in c. sol. Tur. in peculio, deductione prædicta facta, restantibus, dandis dicto Actori &c. ¶Probatur ff. de pecu. l. sed si damnum §. j. & ij. Sed cùm x. lib. sint † petitæ in libello, & con- 16
demnatio facta sit in c. sol. Tur. & de alijs c. tacetur, quia nec facta est cõdemnatio, nec absolutio super eis: videretur, quòd prædicta sententia sit nulla. vt ff. de do. excep. l. apud Celsum. §. item quæritur. Sed dic, quòd x. lib. non fuerunt petitæ præcisè, sed peculio tenus, i. quantum vires peculij paterẽtur. quare iudex potuit & debuit de illis alijs c. solid. tacere. & sic valet sententia.

RVBRICA XXVIII.
De actione in factum ex iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex iureiurando quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *Iureiurando simpliciter delato & præstito, agitur actione in factum: sed si iuratum est causa adiecta, venditionis, mutui, vel alia, agitur vtili actione ex vendito, vel vtili certi condictione ex mutuo.*
4 *Iuratum an videatur, si Reus dixit, Iura per dominam nostram de tabulis: & Actor iurauerit per S. Firminũ, vel per dominam nostram de omnibus sanctis, vel per dominam nostram, non adiecto, de tabulis.*
5 *Iuramentum an debeat valere ad actionem pariendam, si dictum fuit, Iura per S. Firminũ: & Actor iurauit per dominam nostram. Et quid si iurauit per S. Firminum, & per dominam nostram simul.*
6 *Reus si priùs dixit generaliter & indistinctè, Iura, quòd ego debeo tibi decem: & Actor statim acceptis sanctis Euangelijs super decem iurauit, quid iuris.*
7 *Christianus si dixit Iudæo, quòd iuraret per dominam nostram de tabulis: & Iudæus iuret, an Iudæo dabitur actio.*
8 *Sententiæ formula actionis in factum ex iureiurando.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Petrus peteret x. lib. Tur. à dicto Martino, quas sibi debebat, & dictus Martinus negaret se eas debere, dictus Martinus detulit iusiurandum dicto Petro, & quòd iuraret per Deum, sibi deberi prædictas x. lib. Tur. à dicto Martino, & incontinenti suscepto dicto iureiurando per dictum Petrum, idem Petrus iurauit per Deum, sibi deberi à dicto Martino prædictas x. lib. Turoñ. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi det & soluat prædictas x. lib. Tur. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in prædictis x. lib. Tur. dandis & soluendis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis &c.

2 ¶ Probatur † Institu. de ac. §. item si quis postulante. & ff. de iureiuran. l. iij. in princi. & l. non erit. §. j. Item agitur
3 hic † actione in factum. vt C. de re. cre. l. actori. & hoc, quia fuit simpliciter iusiurandum delatum & præstitum: vt supponitur in nostro libello. aliàs si fuisset iuratum causa adiecta, fortè ex causa venditionis, vel mutui, ageretur tunc vtili actione ex vendito, vel vtili certi condictione ex mutuo, ad illa x. vt ff. de iureiurando. l. si duo. §. si quis iurauerit. & l. se.

¶ Quid si Reus dixit, Iura per domi-
4 nam † nostram de tabulis, & Actor iurauerit per sanctum Firminũ, vel per dominam nostram de omnibus sanctis, vel per dominam nostram, non adiecto, de tabulis? Dico, quòd non videtur iuratum. vt ff. eo. l. iij. §. fin. & l. se. & se.
5 ¶ Quid si dictũ † fuit, Iura per sanctum Firminum, & Actor iurauit per dominam nostram? Videretur Actor plus iurasse, & sic iuramentum deberet valere ad actionem pariendam: quia beata Maria est supra angelos, & archangelos. vt no. C. de ferijs. l. omnes dies. Sed dico, quòd non videtur iuratum, per iura superiùs allegata. non enim plus videtur iurasse, licèt per dignius iurauerit. secus, si tunc iurasset per sanctum Firminum, & per dominam nostram, quia tunc videretur iuratum, vt delatum fuit, & plus. ¶ Quid si priùs dixit † generaliter & indistinctè, Iura, quòd 6
ego debeo tibi prædicta x. & Actor statim, acceptis sanctis Euangelijs, iurauit super eis? Dico, quòd sufficit: quia ita est cõsuetum iurare regulariter, vbi aliud non appareat. & facit ar. ff. de ædilit. edic. l. quòd si nolit. §. quia assidua. & de aqua pluuia arcen. l. si prius. §. j. & de regu. iur. l. semper in stipulationibus. & de re. cre. l. cùm quid. ¶ Quid, si Christianus dixit † Iudæo, quòd iuraret per 7
dominam nostram de tabulis, & sic Iudæus statim iurauit? Dico, quòd Iudæo dabitur actio. ar. ff. de iureiuran. l. non erit. §. diuus. & §. si quis illicitum. à contrario sensu. & imputet sibi Christianus, qui tale iuramentum detulit Iudæo.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis x. lib. Turoñ. dandis & soluendis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xl. sol. Turoñ. dandis dicto Actori, pro expensis, quas fecit &c.

RVBRICA XXIX.
De actione in factum ex albo corrupto.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex albo corrupto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *In l. si quis id quod. ff. de iurisdict. om. iud. in pœna ibi sancita, quia diuersa est lectio, mitior interpretatio accipienda est.*
4 *Actio in factum ex albo corrupto est annalis.*

5 Pœna

5 *Pœna albi corrupti applicatur illi, qui admittitur ad agendum.*
6 *Actio & pœna albi corrupti, an habeant locum, si quis dolo malo furcas diruat, vel saccos in porticu Curiæ positos subtulerit.*
7 *Iurisdictionis perpetuæ causa quæ hodiè proponuntur, non in albo seu in muro Curiæ, sed in quaterno seu in papyro Curiæ, an in ijs actio & pœna albi corrupti habeant locum, si quis ea dolo malo deleuerit.*
8 *Inquestis in papyro scriptis, si quis eas corrupit dolo malo, an pœna & actio albi corrupti locum habeant.*
9 *Baiulus si præcepit facere cridã, quòd nullus venderet agrestum, vel quòd dextrales nõ morarentur infra muros: si aliquis procurauit, quòd præco taceret de dextralibus, an saltem actio vtilis albi corrupti locum habeat.*
10 *Statutum si factum est per verbum, si quis, vel per verbum, nullus, an masculinũ concipiat fœmininum.*
11 *Litigantibus duobus inter se, si alter acta inter eos habita corruperit, vel falsauerit, an ille cadat à causa.*
12 *Sententiæ formula actionis in factum ex albo corrupto.*
13 *Baiulus vel Præses prouinciæ de iure scripto, an poßit talia statuta vel cridas facere sine expresso consensu populi.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm Baiulus Montis Pessulani fecisset scribi in pariete seu muro curiæ, perpetuæ iurisdictionis causa, quòd quicunque probaretur dextralis, vel dextra largis diffamatus, quòd scoparetur seu fustigaretur per villam fortiter & atrociter, vsque ad sanguinis effusionem: dictus Martinus sentiens se esse fortè dextralem, timens prædictam pœnam, dolo malo corrupit verba illa, fortiter & atrociter vsque ad sanguinis effusionem. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad dandum dicto Actori quinquaginta aureos per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † Instit. de act. §. pœnales. 2
& ff. de iur. omnium iudicum. l. si quis id quod. in princ. vbi in quibusdam libris, est pœna † quingentorum aureorum, & in quibusdã alijs, est pœna quinquaginta aureorum. sed in libello prædicto petiti sunt quinquaginta aurei: quia pœnæ sunt molliendæ in dubio. vt ff. de pœnis. l. interpretatione. 3

¶ Est autem hæc † actio temporalis & annalis: quia pœnalis est prætoria. vt ff. de act. & ob. l. in honorarijs. & Insti. de perpe. & temp. ac. circa princ. ¶ Item, pœna illa † applicatur illi, qui admittitur ad agendum. vt ar. ff. de verb. sig. l. si cui exempto. & de popu. ac. l. ij. & l. populares. in fine. 4 5

¶ Item, dicunt quidam, quòd prædicta actio † & pœna habent etiam locum, si quis dolo malo furcas diruat, vel saccos in porticu curiæ positos subtulerit. & satis potest adaptari textus in l. si quis id quod. in princ. ¶ Item, hodiè ea, quæ perpetuæ iurisdictionis † causa proponuntur, non in albo seu in muro curiæ, sed in quaterno seu in papyro curiæ. & ideo potest dici, quòd prædicta actio & pœna habeant ibi locum, si quis ea dolo malo deleuerit: cùm sit eadem ratio. ergo & idem ius. & tunc talis papyrus est hodiè subrogata loco albi prætorij, ad prædicta scribenda. ergo &c. ¶ Idem fortè posset dici, de inquestis † in dicta papyro scriptis, si quis eas corrupit dolo malo: largè enim intelligitur. & no. hæc materia ff. de albo scri. in rubrica. & in l. prædicta, si quis id quod. in prima gl. Idem posset dici, si Baiulus † præcepit facere cridam, quòd nullus venderet agrestum, vel quòd dextrales non morarentur infra muros: quòd si Martinus procurauit, quòd præco taceret de dextralibus, videretur habere locum hæc actio 6 7 8 9

 vtilis,

vtilis, scilicet ex sententia, licèt non ex verbis edicti: vt in d. l. si quis id quod. §. quòd si dum proponitur. & etiā tunc præco teneretur. vt e. l. §. fin.

¶ Item, in cridis, quæ fiunt hîc, ponitur masculus & fœmina. Sed fortè in
10 statutis factis † per verbum, si quis, vel per verbum, nullus, posset dici probabiliter, quòd masculinum concipiat seu complectatur fœminam, si ad fœminas pertinere possit. ar. ff. de verb. sig. l. j. & l. in lege censoria. & de admi. tut. l. fine hærede. §. Lucius.

¶ Item est notandum, quòd si duo
11 † inter se litigent, & alter acta inter eos habita corruperit, vel falsauerit, ille cadet à causa. vt ff. de iure fisci. l. in fraudem. §. quoties.

SENTENTIA.

12 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis quinquaginta aureis dandis & soluendis dicto Actori &c.

¶ Non tamen inuenio, quòd Baiulus
13 † vel Præses prouinciæ de iure scripto possit talia statuta vel cridas facere sine expresso consensu populi vel consonum.

RVBRICA XXX.
De actione in factum, si filius vocet parentem in ius sine venia.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum, si filius vocet parentem in ius sine venia, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Filius in potestate patris non constitutus, contra eum, nisi venia petita, agere non potest. sed qui est in potestate, contra patrem regulariter agere non potest, etiam venia petita.*

4 *Libelli sola oblatio non nocet filio, nisi vocetur pater per nuncium seu executorem, vel alio modo.*

5 *Filio an remittatur pœna, si pœniteat, postquàm fecit patrem vocari in ius sine venia. & quibus casibus.*

6 *Filium pœnitere, & actionem remittere, quando sufficiat. Et ibi diuersæ diuersorum opiniones relatæ.*

7 *Sententia formula actionis in factum, si filius vocet parentem in ius sine venia.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum filium suum, & in eiusdem patris potestate minimè cōstitutum, quòd dictus Martinus fecit dictum Petrum patrem suum vocari in ius, causa iuris experiundi seu litigandi cum eo, coram vobis, nulla licentia seu venia à vobis, vel ab alio iudice competenti impetrata. Quare agit dictus Actor cōtra dictum Reum, vt sibi det quinquaginta aureos. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad dandum & soluendum dicto Actori quinquaginta aureos prædictos per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. pœnales. 2
& de pœna te. li. §. fi. & ff. de in ius vo. l. pe. & fin. & C. eo. l. fin. Rectè dicitur, quòd ille filius † non est in potestate pa- 3
tris: quia fortè est filius naturalis tantùm, vel naturalis & legitimus, attamen emancipatus. aliàs si esset in potestate, non posset agere contra patrem regulariter, etiam venia petita: vt C. de in iùs vocando. l. fin. & ff. de iudicijs. l. lis nulla.

¶ Item, sola libelli oblatio † non no- 4
cet filio, nisi vocetur pater per nuncium seu executorem, vel alio modo. vt ff. de in ius vocan. l. j. & l. libertus. ij. ¶ Et est notandum, quòd illi filio † remittitur pœna prædicta, si pœni- 5
teat, postquàm fecit patrem vocari in ius sine venia. & si etiam actionem, qua conue-

conueniebat patrem, ei remittat. vel si pater vocatus nõ venerit,&sic filius vltrà non processerit. vel si pater venit,non inuitus, sed volens. vt e. tit.l. quanuis.

6 ¶ Quando autem † sufficiat pœnitere,& actionem remittere,dubitatur.Et primò videretur,quòd quia statim post vocationem in ius, si pater inuitus venerit, de iure commissa est pœna. & de iure etiam permittitur filio pœnitere,quòd ipse solùm posset pœnitere in prima dilatione, scilicet cùm pater venerit coram iudice vocatus, scilicet antequàm alia secunda dilatio venerit.ar. ff. de verb.ob. l. eum qui Calendis.de verb.sig.l.boues.§. hoc sermone.& ad Mace.l.si filius. Sed secũdò videretur, officio iudicis relinquendum. arg.ff.de iure deli.l.j.in fi. Tertiò videretur, quòd ante litem contestatam posset pœnitere,& non posteà.arg.ff.rem ra.ha.l.ampliùs.& de ar.l.si quis rem. & C.de plus peti.l. vna. & in hoc concordant quasi omnes Doctores, formantes libellos. & ita intelligunt l. quanuis.ff. de in ius vocan. & sic intelligit Odofre. C.de iurisd. om. iu. l. in criminali. Sed fortè sufficeret pœnitere ante sententiam quandocunque. iuxta id, quod no. glo.in prædicta l.in criminali. Lex enim quanuis.non determinat, ante sententiam quousque filius posit pœnitere.sufficiat ergo pœnitere quandocunque, ante negocium perfectum seu finitum.arg. ff.ad leg.Cor.de fal.l.qui falsam.&sic ante sententiam,quę finem litibus imponit. vt ff.de re iudi.l.j. in princi. Item, multùm grauatur filius pœnitens : quia & actionem remittere debet : mitiùs ergo debeat agi cum eo, vt & largum tempus habeat, s. quandocunque, attamen ante sententiam. cùm & prædicta l. quanuis. satis hoc patiatur intelligi.

Cinus opinio.

SENTENTIA.

7 CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua : idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum Reum in prædictis quinquaginta aureis, dandis dicto Actori &c.

RVBRICA XXXI.

De actione in factum ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum, ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat, quomodo formetur,& quibus iuribus probetur.nu.2.*

3 *Actio ex edicto,Ne quis eum,&c. habet locum post vocationem in ius, & ante receptas satisdationes,& non post.*

4 *Iudiciorum prima pars est, vocatio in ius.*

5 *Actio ex edicto, Ne quis eum,&c. quando & in quibus personis locum non habeat.*

6 *Actio ex edicto,Ne quis eum, &c. nõ habet locum in vocatis coram pedaneis iudicibus.*

7 *Actio ex edicto,Ne quis eum,&c. vt habeat locum,in ius vocatum, dolo malo exemptum esse necesse est.*

8 *Vocatus in ius si venit bona hora, vel per eum stetit, quo minùs non veniret, non videtur retentus per eximentem.*

9 *Iuratur in litem ad delationem Iudicis.*

10 *Iuramentum in litem, licèt sit iuramentum affectionis, & sic posit iurari in infinitum : tamen Iudex poterit taxare, antequàm per eum fuerit iuramentum delatum, vel etiam pòst.*

11 *In iuramento in litem potest Actor immiscere illud, quod exemptus sibi debebat : licèt actio contra illum sibi duret.*

12 *Sententia formula actionis in factum ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani,dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Actor fecisset vocari in ius coram vobis Titium, dictus Martinus dictum Titium per vim & dolo malo exemit, intantum , quòd ad diem & horam

horam dicto Titio assignatos per executorem; dictus Titius non venit, nec venire potuit coram vobis. Vnde cùm ex hoc dictus Actor fuerit damnificatus, agit contra dictum Reum, vt sibi det & soluat, quanti ea res est, ab eodem Actore æstimanda, scilicet inquantum ad delationem vestram idem Actor in litem iurauerit. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, inquantum ad delasionem vestram dictus Actor iurauerit, dando dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. pœnales. ¶ Rectè dicitur, quòd Titius fuit voca-
3 tus in ius: quia ista † actio habet locum post vocationem in ius, & ante receptas satisdationes, & non post: vt ff. ne quis eum, qui in ius vo. est, vi exi. in rubro. ibi, dum dicitur, in ius vocatur. & l. j. in prin. ibi, dum dicitur, in ius vocatos &c. & satis apparet ex ordine illius tituli. & est
4 † prima pars iudiciorum, vocatio in ius: vt Institu. de pœna. te. liti. §. fi. Sed cùm
5 vocatus in ius † est talis, quòd in ius vocari non debuit: fortè quia parens, vel patronus sine venia fuit vocatus in ius, vel seruus, & sic de quibusdam alijs: tunc non haberet locum hæc actio: vt ff. ne quis eum. l. j. in fi. & l. ij. in fi. & l. iij. in prin. ¶ Item, rectè dicitur, quòd Titius fuit vocatus in ius coram iudice Montis
6 Pessulani: quia secus, si coram suo † Baiuo, vel coram Viguerio: quia illi sunt quasi pedanei iudices. & sic non haberet locum hæc actio: vt ff. e. l. iij. §. j. & C. de peda. iu. l. fi. ¶ Item, rectè dicitur, per vim exemit: vt ff. ne quis eum. l. j. in prin. & l. iij. in fi. ¶ Item, rectè dicitur, dolo malo: vt ff. ne quis eum. l. j. in prin. & l. iij. in
7 fi. Item, rectè dicitur, dolo † malo: vt ff. eo. l. sed eximendi. in fi. secus ergo, si dolo bono: vt ff. de dolo. l. j. §. dolum. vel si aliàs eum per vim licitè exemit, fortè eum vulnerando iustè: vt est exemplum ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. j. vel fortè eum, vt adulterum cum vxore sua deprehensum, per vim retinuit per xx. horas, quod de iure potuit: vt ff. de adul. l. capite quinto. in prin. & plura alia possunt dari exempla. ¶ Item, rectè dicitur, quòd vocatus non venit: quia si venit † bona hora, vel per eum stetit, quo mi- 8
nùs non veniret, non videretur retentus per eum: quia verba cum effectu sunt accipienda: vt ff. ne quis eum, qui in ius. l. pe. §. docere. ¶ Item, rectè petitur, quantum Actor in litem iurauerit: vt ff. e. l. pe. §. j. ¶ Item, rectè dicitur, iurari † in li- 9
tem ad delationem iudicis: vt ff. de in li. iuran. l. videamus. §. deferre. & licèt iuramentũ in litẽ sit † iuramentum affecti- 10
onis, & sic possit iurari in infinitum: tamen iudex poterit taxare, antequàm per eum fuerit iuramentum delatum, vel etiam post: vt e. l. §. iurare. & tangitur C. de iudi. auth. post iusiurandũ. & de in lit. iuran. l. ij. Item, in illo iuramento † poterit 11
Actor immiscere illud, quod Titius exemptus sibi debebat: licèt actio sibi duret contra illum Titium. vt no. ff. ne quis eum, qui in ius. l. penult. §. j.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 12
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & à nobis ei delato iuramento in litem, iurauerit super sancta Dei Euangelia, quòd ipse nollet pro c. solidis Turo. dictum Titium debitorem suum fuisse per vim dolo malo exemptum per dictum Martinum, quo minùs ad iudicium venisset, die & hora, quibus citatus venire debuit: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum in prædictis c. solid. Turo. dandis dicto Actori &c.

RVBRICA XXXII.

De actione in factum, ex edicto, De eo per quem factum erit, quo minùs quis in iudicio sistat.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis in factum, ex edicto, De eo per quem factum erit, quo minùs quis in iudicio sistat, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Actio

3 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. non habet locum, nisi post satisdationem de sistendo in iudicio.*

4 *Dolus probatur per designationem, & ex perspicuis indicijs.*

5 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. vt competat, dolum malum interuenisse necesse est: secus est, in dolo bono & ibi vtriusque doli exempla. nume. 4. & 6.*

6 *Actio ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. locum non habet, si nihilominus venisset bona hora, vel venire potuisset.*

7 *Actio ex edicto, De eo per quem factũ erit, &c. datur ad interesse: quod in facto seu probatione consistit.*

8 *In actione ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. impensa itineris debentur. Et quid in ratione huiusmodi impensarum sit inquirendum, & deducendum.*

9 *Artifex, lucrum cessans æstimari facere potest, quod illa die lucraturus esset in domo, qua se sistere in iudicio impediebatur.*

10 *Sumptus, qui expenduntur in Aduocatum, Notarium, & similes, veniunt in iudicio, De eo per quem factum erit, &c. & qualiter eorum ratio sit ineunda.*

11 *In actione ex edicto, De eo per quem factum erit, &c. si quis non fuit vocatus per executorem, sed per simplicem denunciationem aduersarij, cui satisdedit, quòd veniret ad causam, quia tamen non venit, sit tempore liberatus ab actione, qua conueniebatur in decem: an illa decem veniant in hac actione, contra eum qui dolo malo hoc effecit, tanquam verum interesse. Et libellus quomodo tunc formandus sit.*

12 *Executor si fuit missus ad citandum, tunc interruptio facta fuit, & actio perpetuata, & ideo decem petita in ista actione, De eo per quem factum erit, &c. nec vt interesse, nec alio modo venirent: secus in actione, ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.*

13 *Interesse, quod venit in actione, De eo per quem factum erit, &c. per iuramentum Actoris contra dolosum probari potest. Et quale illud sit iuramentum. & quid ab eo differat, quod præstatur in actione, ex edicto, Ne quis eum, qui in ius vocatus &c.*

14 *Sententia formula actionis in factum, ex edicto, De eo per quem factum erit, &c.*

15 *Sententia est nulla, qua quis condemnatur in parte debiti, nisi de residuo absolutio fiat.*

16 *Sententia qualiter de expensis facienda, remissiuè.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm Titius esset vocatus in ius coram vobis, ad instantiam dicti Actoris, & post datas ab eo satisdationes debere sistere in iudicio coram vobis: tunc dictus Martinus dolo malo fecit, quo minùs dictus Titius sisteret in iudicio coram vobis, die & hora sibi assignatis. Vndè cùm dictus Actor fuerit exinde damnificatus, & intersit sua in c. solid. Turo. agit contra dictum Martinum, vt sibi det & soluat prædictos c. solid. Turo. petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinum, ad dandum & soluendum dicto Actori prædictos c. solid. Turo. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. 1

¶ Probatur †. ff. de eo per quem fac. erit. l. j. in prin. & l. fi. in prin. 2

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit dictus Actor, quòd ipse fecit vocari in ius Titium pro x. lib. Turo. quas ei debebat. & post datas à dicto Titio satisdationes, fuit eidem Titio assignata dies & hora certa, vt sisteret in iudicio. & hoc probatur per acta curiæ. Effectus: quia sic † post satisdationes habet locum hæc actio, & non ante: vt ff. de eo per quem fac. erit. l. j. in prin. & apparet ex ordine tituli. & no. in rubri. 3

¶ Item

¶ Item ponit Actor, quòd Martinus audiens, quòd dictus Titius ibat ad Curiam, prout promiserat, dixit, quod estrenaret eum, & induxit eum in domum suam, & inebriauit eum, ponendo sibi vinum album in vino rubeo pro aqua. Effectus:
4 quia sic probatur † dolus, scilicet per designationem: vt ff. de dolo. l. sed & si ex dolo. §. fi. & l. se. Item, ex perspicuis insidijs: vt C. de dolo. l. dolum. Sed si dolus
5 † fuisset bonus, scilicet quia cùm Martinus sciret homines armatos in itinere, qui volebant dictum Titium interficere, inebriauit eum, vt non iret: tunc Martinus non teneretur: vt ff. eo. l. j. §. dolum.

6 ¶ Item ponit Actor, quòd Titius † sic inebriatus, non venit ad curiam, nec venire potuit. Effectus: quia si nihilominùs venisset bona hora, vel venisse potuisset, quia ebrietas iam cessauerat, non haberet locum hæc actio. Verba enim cum effectu sunt accipienda: vt ff. ne quis eum, qui in ius. l. penult. §. docere. & facit ff. si quis cautionib. l. ij. §. si quis tamen cùm posset.

¶ Item ponit Actor, quòd interest sua, quia dictus Titius non venit ad iudicium, in c. solid. Turo. Effectus: quia hæc
7 † actio ad interesse datur: vt ff. de eo per quem fac. erit. l. j. §. si plures. & l. fi. in prin. Interesse autem consistit in facto seu in probatione: vt ff. de regul. iur. l. quatenus.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse mora-
8 batur † tunc in castro Montis Ferrarij, & venit eques illa die in Monte Pessulano, & expendit xx. solid. Turo. Effectus: quia impensæ itineris debentur: vt C. de iudi. l. sancimus. & de fruc. & li. expen. l. non ignorat. ¶ Inquiretur tamen super isto articulo, an dictus Actor solebat ire eques, & facere tantas expensas in vna die. vt in cor. de man. prin. §. illud. collat. iij. Item, si debebat & poterat eas facere, secundùm facultates suas, & secundùm conditionem personæ suæ. ar. ff. de vsufruc. l. sed & si quid inædificauerit. § j. & in cor. vt determinatus sit nu. cleri. §. cùm verò Deo amabiles. collat. j. & de leg. iij. l. seruis vrbanis. circa prin. & ff. vbi pupillus edu. debe. l. iij. in prin. & C. de tru. vr. Constan. l. j. li. xj. Item inquiretur, si verè illas expensas fecit: quia interesse continet, quod in veritate est. ar. ff. ne quis eum, qui in ius. l. pe. §. j. & de reg. iur. l. quatenus. Attamen de illis expensis deducetur illud, quod Actor erat expensurus in domo sua. ar. ff. ad exhiben. l. sed & si hæreditas. §. j.

¶ Item ponit Actor, quòd ipse est † artifex talis, quòd illa die fuisset lucratus in domo sua v. solid. Turo. Effectus: quia tale lucrum cessans debet æstimari. ar. ff. quemadmo. te. ape. l. sed & si quis ex signatoribus. interesse enim, & lucrum cessans, & damnum emergens: vt no. C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. vna. 9

¶ Item ponit Actor, quòd ipse habuit illa † die in Aduocatum, quendam vocatum Fornier, & dedit ei v. solid. Turo. Item, dedit Notario duos denarios pro scribendo contumaciam, & defectum dicti Titij in non veniendo, seu in iudicio non comparentis. Effectus: quia tales sumptus debentur: vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. & Insti de pœna te. lit. §. hæc autem omnia. Attamen si probaretur, quòd vna die consueuit haberi dictus Fornier pro xij. dena. certè non fieret æstimatio in plus: quia & secundùm consuetudinem taxantur salaria: vt ff. de va. & extraor. cog. l. j. §. in honorarijs. vel si dictus Fornier conuenit de vna summa pro tota causa, æstimaretur tunc illa dies pro rata temporis & dierum ipsius causæ & salarij. ar. ff. de an. le. l. Seio. circa prin. 10

¶ Item est notandum, quòd si Titius non fuit † vocatus per executorem, sed per simplicem denunciationem aduersarij, cui satisdedit, quòd veniret ad causam: quia tamen non venit, fuit tempore liberatus ab actione, qua conueniebatur in x. solid. Turo. tunc illa decem venirent in hac actione contra Martinum, tanquam verum interesse. Formaretur tunc tamen alio modo libellus, nec diceretur, quòd Titius fuisset vocatus in ius per executorem. Item & si Martinus esset 11

esset tunc non soluendo, restitueretur actio contra Titium: licèt esse tempore liberatus. & sic intelligitur ff. de eo per quem factum erit.l.fi.in prin.& §.planè.

¶ Secundo est notandū, q̄ si executor
12 † fuit missus ad citandū, vt in libello supponitur, tunc interruptio facta fuit, & actio perpetuata: vt C.de præscrip.xxx. an.l.sicut in rem.§.nec sufficiat.&l.cùm notissimi. in prin. & facit quod no. ff.si quis cau.l.si eum.§.qui iniuriarum.& in cor.de exhi.reis.§.in medio collat. v. & tunc non venirent prædicta x. in ista actione, nec vt interesse, quia non interesset, nec alio modo: vt ff.de eo per quem fac. erit.l.fi.in prin. à contrario sensu. Item quia est pœna, & pœnæ sunt molliendæ: vt ff.de pœnis.l.interpretatione. Secus in materia ff.ne quis eum, qui in ius vo. vi eximat. quia ibi venirent illa x. siue Titius esset tempore liberatus, siue non: vt in dicto tit.l.pe.§.3.

¶ Item est notandum, quòd interesse,
13 † quod venit in hac actione, poterit probari per iuramentum Actoris, contra Martinum, quia fuit dolosus: vt ff.quod vi aut clàm.l.semper.§.in hoc interdicto. & Insti.de ver.obli.§. fi. erit tamen nihilominùs iuramentum veritatis, & vocabitur impropriè iuramentum in litem. sed in titulo, ne quis eum, qui in ius vo. non est sacramentum veritatis, sed magis arbitrij seu affectionis. & ibi est propriè iuramentum in litem: vt apparet ex superioribus. & ff.de in li.iur.l. in actionibus.§.fi.

SENTENTIA.

14 CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, excepto, quòd non probat interesse suum, nisi in xxx. solid. Turo.& in duobus denarijs: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinū in prædictis c.solid.Turo. & in duobus denarijs, dandis dicto Actori.& dictum Martinum absoluimus à residua summa, de prædictis c. solidis Turonensibus, in prędicta petitione contentis &c.

15 ¶ Rectè fit absolutio † à residuo dictorum c. solid. aliàs sententia esset nulla: vt ff.de doli excep.l. apud Celsum.§. item quæritur. Item, quia Reus in parte condemnatur, & in parte absoluitur: qualiter † fiet de expensis, dicetur infrà in 16 tit.de actione ex locato.

RVBRICA XXXIII.

De præiudiciali actione in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus præiudicialis actionis in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Libello videtur omnis causa comprehensa, ex qua quis potest probari seruus, quòd nulla causa ibi specificata sit.*

4 *Actori incumbit probatio, quòd Reus sit eius seruus, quando Reus est in possessione libertatis.*

7 *Seruus nemo efficitur ex pacto, nec ex tempore, nec ex sola confeßione apud acta.*

6 *Expensæ litis an rectè petantur, etiam si Reus pronuncietur seruus, & an in eis condemnari debeat. & an condemnatio in aliquo domino proficiat.*

7 *Capti in bello, efficiuntur serui. & quando.*

8 *Rex Franciæ an recognoscat Imperatorem in superiorem suum. & nu.20.21.22.*

9 *Papa & Ecclesia hodiè in regimine an præferantur Imperatori, & vnde prælatio illa contingat.*

10 *Papæ potestas in regimine vniuersali, ex somnio regis Nabuchodonosor super quadam statua, per Danielem interpretato, collecta. & nu.13.*

11 *Imperator suscipit coronam à domino Papa, & ante illam coronationem nullam potestatem habet.*

12 *Papa corrigit Imperatorem, & ardua per illum facta sine eius consensu reuocare potest non tamen potest Papa ad se trahere,*

 seu

seu sibi vnire Imperium, etiam consentiente Imperatore.

15 *Iurisdictio spiritualis, & humana, ab eodem procedunt principio, & idem operantur, & in veteri lege in vno eodemq; homine fuit.*

16 *Christus duas potestates seu stationes ordinauit in hoc mundo, Imperij, & Sacerdotij. vbi, & quid cuique per huiusmodi ordinationem tribuerit.*

17 *Imperator omninò subest Papæ in spiritualibus, in temporalibus verò sub correctione Sedis Apostolicæ, si malè præsidendo, peccatum mortale committat.*

18 *Papa, & aliæ personæ ecclesiasticæ, nō subsunt Imperatori in aliquo, nec alicui iudici seculari: nec in personis, nec in re.*

19 *Constantinus nisi donasset Papæ vrbem Romanam, & etiam Papa, ac prælati ecclesiarum acquisiuissent sibi aliquas alias iurisdictiones temporales, quas habent, nauicula Petri adhuc fluctuaret, licèt submergi non possit. Vbi, ad quid sit vtile, Ecclesiam habere temporalia.*

23 *Deus sicut non est nisi vnus, nec nisi vnus Papa: sic non est nisi vnus Imperator in vniuerso mundo, scilicet Romanus.*

24 *Imperator, eo ipso, quòd est Imperator, & iam coronam suscepit, habet ius quoddam in orbe terrarum. Et quid Imperator ratione illius iuris facere possit.*

25 *Imperator quòd est dominus mundi, & etiam omnia sunt sua, quantum ad iurisdictionem & protectionem, & omnibus nationibus dominatur: quomodo intelligendum.*

26 *Domini spe, qui sint.*

27 *Sententiæ formula actionis præiudicialis in rem: per quam quæritur, an aliquis sit seruus.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Martinus est seruus dicti Actoris. Vnde cùm dictus Reus gerat se pro libero, & seruilia ministeria eidem Actori deneget exhibere, agit dict⁹ Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum esse seruum dicti Actoris per vestram sententiam declaretis, & ipsum, vt seruilia ministeria eidem Actori exhibeat, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs cōpellatis. Petit etiam expensas iam factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciendis, quas in processu causæ suo loco & tēpore declarabit, implorās vestrū officium &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. præiudiciales. & ff. de li. causa. l. ordinata. & C. e. l. lite. Et in prędicto libello † videtur omnis causa cōprehensa, ex qua Martinus poterit probari seruus esse, cùm nulla causa sit ibi specificata. ar. ff. de excep. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. ¶ Et est notandū, q̃ Actori † incumbet probatio, q̃ Reus sit eius seruus, postquā supponitur in libello, q̃ Reus est in possessione libertatis: vt C. de proba. l. vsius. & l. ad probationem seruitutis. & ff. de li. causa. l. liberis. §. fi. ¶ Item notandum est, q̃ quis non efficitur seruus † ex pacto: vt C. de li. cau. l. nec si volens. & l. liberos. nec ex temporo: vt C. de prę scrip. lon. tem. quę pro liberta. l. fi. nec ex sola confessione apud acta: vt C. de li. cau. l. interrogatam. ¶ Item, rectè petuntur expensæ † litis, etiam si Reus pronuncietur seruus, & condemnabitur in eis. quod poterit proficere domino in quadam deductione, vt ff. de pecu. l. sed si damnum. §. j. & ij.

2
3
4
5
6

POSITIO VNA ACTORIS.

PONIT Actor, q̃ ipse cepit † dictum Martinum in guerra Flandrensi, dū Rex Franciæ cū suo exercitu erat corā Insula, & eā tenebat obsessam. Effectus: quia capti in bello, efficiuntur serui: vt Insti. de iure perso. §. serui. ij. & de rerū di. §. item ea, quæ ex hostibus. Quod est verum, si bellum illud fuerit indictum à populo Romano: vt ff. de cap. & postli. re. l. hostes. vel ab Imperatore, in quem populus Romanus transtulit imperiū: vt Insti. de iu. natu. gen. & ci. §. sed quod principi. vel à Rege Frāciæ, authoritate sibi cōmissa ab 7

Imperatore.meritò enim nostra facimus,
quibus authoritatē impartimur: vt C.de
ve.iur.enu.l.j.§.sed neq;. Aliàs bellū non
induceret seruitutem, nec fingeretur ali-
quid iure postliminij. Vel possumus di-
8 cere,& benè: quia Rex Franciæ † non re-
cognoscit Imperatorē in superiorem su-
um,nec faceret aliquid ad mandatū eius,
quòd ipse, authoritate domini Papæ in-
teruueniente,potuisset iustū bellū indice-
re: sicut & factū extitit,contra Regē Ara-
9 gonū. ¶ Hodiè.n.multū dominatur † Ec-
clesia,& de iure.intantū,q; credo,q; Imp.
Romanus hodiè non deberet aliquod v-
niuersale magni ponderis facere:sicut est
vniuersale passagiū,vel bellū indicere ali
cui regi Christiano fœderato,sine cōsensu
domini Papæ. Aduētus enim Domini no-
stri Iesu Christi,cuius locū tenere domi-
nū Papā nullus fidelis Christianus negat,
subiecit Ecclesię Romani Imperij statū &
potestatē in multis. & etiā illud cōtriuit.
10 Et hęc inter alia † ex somnio Regis Nabu-
Dan. 2. chodonosor, super quadā statua facto,&
per Danielē prophetā interpretato,colli-
gitur.cuius statuæ caput erat de auro,pe-
ctus & brachia de argēto,vēter & femora
de ære, & tibiæ ferreæ, pedū aūt quædam
pars ferrea, quædā fictilis. & ita Rex ille
Nabuchodonosor vidit in somnio,donec
de mōte abscissus est lapis sine manibus,
& pcussit statuā in pedibus eius ferreis &
fictilibus, & cōtriuit eos: & tūc contrita
fuerūt omnia, quæ erāt in statua,& reda-
cta quasi in fauillā &c.Iesus Christus aūt,
nomen eius sit benedictum, fuit ille lapis
de monte sine manibus, cuius aduentus
percussit statuam prædictā,quatuor im-
peria tantummodo in hoc mundo tunc
futura:primū,nomine auri:secundū,no-
mine argenti: tertiū,nomine æris: quar-
tum,nomine ferri designantē & demon-
strantem. quia cùm quartū imperium,s.
Romanorū, & per ferrum designatum,
aduenisset,& durasset septingētis & quin-
decim annis, vel circà, percussit eam in
pedibus ferreis & fictilibus, & contriuit
eam. Vidimus enim, cùm imperium Ro-
manorum scissum est: vt no. C. de stu.
lib. vrbis Romæ & Constān.l. vna.lib.xj.
Itē,illæ duæ ciuitates,s. Romana & Con-
stantinopolitana, in quibus fuit scissum
imperium, nominationes suas perdide-
runt modernis tēporibus, secundùm Pi-
leum. Item videmus,q; Imperator † sus- 11
cipit coronam ferream à domino Papa,
& ante illam coronationē, nullā potesta-
tem Imperator habet: vt C.de quad.prę-
scrip. l. benè à Zenone. in fi. Item vide-
mus,quòd Papa corrigit † Imperatorem. 12
Melius est ergo Imperatori, quòd ardua
faciat cum cōsensu domini Papæ, quàm
si fortè per eū posteà reuocaretur.arg.C.
cōmunia de leg.l.fi.§.sin aūt sub cōditio-
ne. Itē facit † ad interpretationē somnij 13
prædicti,quod dicit Psalmista Dauid,lo-
quens & prophetizans de Christo:Reges Psal. 2.
eos in virga ferrea,& tanquam vas figuli
confringes eos. Imperator † ergo, sine du- 14
bio est sub correctione domini Papę. Nō
tamē posset Papa ad se trahere, seu sibi v-
nire Imperiū, etiā consentiente Impera-
tore. iuxta id quod no. in cor. quomodo
oporteat episcopos.in prin.col.j. Quia li-
cèt spiritualis † iurisdictio,& humana,ab 15
eodē procedant principio,s. à Deo: & idē
operentur,s. quia humanam exornāt vi-
tam, vt ibidem habetur:& vtraq; iurisdi-
ctio in veteri lege fuerit in eodem homi-
ne, vt & fuit in Moyse, cui à Deo tradita Exod. 20.
fuerunt decē præcepta legis,& sic habuit & Deute-
spiritualem iurisdictionem:& vna die fe- rono. 5.
cit gladio interfici xxiij. millia hominū, Exod. 32.
& sic habuit humanam: Attamen Chri-
stus, cuius † omnis actio, nostra est in- 16
structio, cùm dixit, Reddite Cæsari, quæ Matth. 22
Cæsaris sunt: & quæ Dei, Deo. videtur Mar. 12.
duas stationes ordinasse, & dimisisse in
hoc mundo,s. stationem Imperij & tem-
poralitatis Imperatori, & stationem Sa-
cerdotij & spiritualitatis Sedi Apostoli-
cæ. quæ stationes si immiscerentur, esset
officiorum confusio, quæ est vitanda: vt
C. de compen.l.j.& facit quod dicit An-
na: Dominus iudicabit fines terræ,& da- 1. Reg. 2.
bit imperiū regi suo, & sublimabit cor-
nu Christi sui.

¶Et in summa, Imperator † subest Papæ 16
omnino in spiritualibus, sed non in tem-
poralibus: licèt in eis sit sub correctione

Sedis Apostolicæ, si in eis malè præsiderет, committendo peccatum mortale: vt extrà de iudi.c.nouit ille. & de maio. & obe.c.solitæ.& lxiij.di.c. Valentinianus.
18 & xv.q.vj.c.alius. Sed Papa † & aliæ personæ ecclesiasticæ non subsunt Imperatori in aliquo, nec alicui iudici seculari, nec in personis, nec in re: vt C. de epis.& cle. auth. item nulla cōmunitas. & auth. statuimus. & facit, quod dicitur inferiùs, in tit. de duello. & in tit. de condictione ex l. omnimodo. ¶ Sed contrà, C.e.l. de his. & de pactis. l. si quis in conscribendo. & ff. de mune. & honori. l. munerum. §. patrimoniorum. & de arbi. l. non distinguemus. §. sacerdotio. Sed dico, quòd illa sunt de iure antiquo, & sunt correcta per prædictas auth. Item contrà, xj. q. j. c. si tributum. & xvj. q. j. c. generaliter. §. nouarum. & xxiij. q. viij. c. tributum. Sed dico, quòd etiam ibi recitatur ius antiquum. Item, tunc administratores Ecclesiæ vniuersalis timebant potentiam Imperatorum, & volebant magis sustinere iniuriam, soluendo tributum, quàm resistere: quia resistere erat eis periculosum in personis, propter malitiam, quæ tunc regnabat in Imperatoribus, & in ducibus ab eis missis, qui plerunque tyrannizabant magis, quàm rectè regerent.
19 Et credo, quòd nisi † Constantinus donasset Papæ vrbem Romanam, qui multùm auxit statum Ecclesiæ Romanæ: vt ff. de offi. præfec. vrbi. l. j. §. cùm vrbem. & nisi etiam Papa & prælati ecclesiarum acquisiuissent sibi aliquas alias iurisdictiones temporales, & redditus, quos habent, nauicula Petri adhuc fluctuaret, licèt submergi, vt credimus, non posset. & fluctùasset intantum, quòd fortè Imperatores tyrannizando expulissent Papam de vrbe Romana, & nedum de temporalitate, immò & de facto de spiritualitate. Bonum est ergo Ecclesiæ, habere aliquid. Custodiat ergo illud, quia qui aliquid habet, magis timetur: vt ff. de verborum obligat. l. vtrùm turpem. in fine.

¶ Item, quia dictum est, quòd Rex
20 Franciæ † non recognoscit Imperatorem in superiorem: dico, quòd regnum Franciæ non est subiectum Imperatori. vt innuit glo. Institu. de patria po. §. ius autem. licèt Columbus videatur dicere contrà, de pace iura. fir. in princip. & minùs benè, salua eius reuerentia: quia verè potest dici, quòd regnum Franciæ non est subiectum Imperatori: sed est ei fœderatum, seu gentes regni Franciæ sunt fœderatæ Imperio. & hoc colligitur ff. de captiuis & postliminio re. l. hostes. in glo. Tempore tamen Iustiniani fuit ei subiectum: vt C. de officio præfecti præto. l. ij. circa princip. & in rubrica in constitutio. ff. & Institut. in prooemio Iustinianus vocatur Francus: quia deuicit Francos. Item & ante Iustinianum fuit subiectum Imperatori. argumentum ff. de orig. iuris. l. ij. §. capta deinde Sardinia. vbi loquitur de Narbonensi prouincia. & C. de municipib. & origina. l. ij lib. x. vbi loquitur de Aquitanica prouincia. & ff. de vulga. & pu. sub. l. ij. §. priùs. vbi loquitur de præside Britanniæ. & ar. ff. de iure dotium. l. si ego. §. dotis. & soluto matrimonio. l. diuortio. §. si vir. & de lega. j. l. iiij. in fi. & de legat. ij. l. quidam in testamento. & de leg. iij. l. fideicommissa. in princip. & de censibus. l. fi. in princip. & de verb. sig. l. notionem. §. j. & C. si. cert. pet. l. cùm te. in quibus etiam fit mentio de Gallia. ¶ Hodiè verò, regnum Franciæ
† non est subiectum Imperatori, nec de 21
iure, nec de facto. quicquid dictum fuerit per aliquos. sed est fœderatum ipsi Imperatori. & sic leges eius non debent astringere gentes regni Franciæ. nullus enim potest facere leges, nisi suis subditis. arg. C. de sum. Tri. l. j. Nec obstat, si dicatur, quòd authent. Gazaros. C. de hæreticis & Manichæ. & authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & plura alia iura, condita per Federicum, obseruantur pro iure in regno Franciæ. quod videretur quoddam genus & signum subiectionis. Quia verum est, quod aliqua iura per Federicum condita, fuerunt quasi textualiter

liter reposita in C. Iustiniani pro authenticis, & sunt admissa in lectura ordinaria, per omnia legum Studia. & Rex Franciæ permittit, quòd obseruentur, & placet populo suo in quibusdam locis ea pro iure obseruari, non ex aliqua subiectione, seu mandato Federici, cui nunquam subiecti fuerunt, sed fœderati fuerunt, & hodiè etiam fœderati sunt Imperatori, vt dictum est. Item, quod dictum est de legibus Federici, idem potest dici de libris Iustiniani Imperatoris, scilicet de libris ff. & Codicis, & Inst. & de iuribus in eis contentis, scilicet quòd non seruantur, nec frequentãtur ex subiectione, sed ex quadam cõsuetudine, & quia tempore, quo illi libri fuerunt conditi, regnum Franciæ subiectum erat Iustiniano, vt dictum est.

¶ Sed videtur, quòd regnum Franciæ
22 †saltem de iure sit subiectum Imperatori: licèt de facto sit aliud. Primò, quia Imperator est dominus mundi. & omnia sua sunt, quo ad protectionem & iurisdictionem. & sic intelligitur ff. ad leg. Rho. de iac. l. deprecatio. & C. de quadri. præscrip. l. benè à Zenone. & in consti. ff. in princ. Item, felix Romanorum genus dominatur omnibus nationibus. vt C. de nouo Cod. confir. in princ. sic ergo & Imperator, in quem translatum est imperium: vt Instit. de iure na. gen. & ciui. §. sed quod principi. Item, dicitur Imperator, quia imperat: & nomina sunt consonantia rebus: vt Instit. de donat. §. est & aliud. & à nemine sibi imperatur. vt in cor. de appel. & intra quæ tempora. §. ad hęc sancimus. col. iiij. & voluntarios labores appetit, vt alijs quietem præparet: vt in corpo. vt diuinæ iussiones. in princ. col. viij. quasi dicat, quòd nullus dominatur supra eum. Item Iustiniano Imperatori tertia pars totius mundi accreuit. post Europam enim, & Asiam, totam Libyam imperio adiunxit. vt C. de vete. iure enu. l. ij. in fi. & præfectos prætorio habuit in partibus Orientalibus, & Illyricis, & in Libycis: vt ibidẽ habetur, & est rubrica specialis C. de offi. pręfec. præto. Orien. & Illyrici. item, & Affricã tradidit sibi Deus, & omnes eius prouincias. vt C. de offi. pręfe. præto. Affricæ. l. j. in fi. primę colũnæ. Ex pdictis ergo videretur, quòd rex Franciæ deberet de iure recognoscere Imperatorẽ Romanum in superiorem. & ita not. extrà qui filij sint legit. c. per venerabilem. & in lib. feu. de pace iura. fir. in princ. ¶ Sed dico, non obstãtibus prædictis, quòd regnum Franciæ non subest Imperatori de iure. & hoc quatuor rationibus. Primò, quia aliquod regnum nõ debet dici subditum de iure Imperatori, nisi & de facto sit cõuictum & aliàs sit ei subiugatum. Ius enim, & factum seu de facto subiugatio, debent concurrere: qa in hoc ex facto seu ex subiugatione facti, ius acquiritur ipsi imperio, quantum ad iurisdictionem & protectionem, de quibus loquimur, & aliàs non: vt arg. Insti. de rerum di. §. item ea, quæ ex hostibus. & facit ff. de or. iur. l. ij. §. capta deinde Sardinia. Secundò, quia vbi sunt aliqui populi rebelles Imperatori, quia in nullo penitus volũt sibi obedire, certè ibi est terminus imperij, & vltrà se nõ extendit, quòd sicut in domibus limen facit finem & terminũ domus, sic & in Imperio est limen & terminus, tunc, cùm populi sunt rebelles: vt Inst. quibus mo. ius pa. po. sol. §. si ab hostibus. in vers. dictum est autẽ. & hoc, quãtum ad hostes, & quantum ad illos, cum quibus cõmercium populus Romanus non habet, qui si efficiantur fœderati, non propter hoc sunt de facto subiugati. & ideò videtur idem ius remanere, cùm sit eadem ratio, quæ est in hostibus, & in illis, cum quibus cõmercium non est. licèt in fœderatis ius postliminij locum non vendicet: quia in illis non debet aliquid fingere: cùm quilibet tunc retineat statum suum, & res suas. vt ff. de cap. & postli. re. l. non dubito. Tertiò, quia littora maris, in quibus populus Romanus imperium habet, sunt populi Romani, quantũ ad iurisdictionem. vt ff. ne quis in loco pu. l. littora. ergo à contrario sensu, si in aliquibus littoribus maris populus Romanus imperium nõ habet, vt quia Sarraceni, vel alij nõ sub-

diti imperio, tenent ea, illa non sunt de iurisdictione populi Romani, vt ibi in glo. sic ergo & Imperator, in quē translatum est imperium, non habet de iure imperium seu iurisdictionē per omnes partes mūdi, s. ibi, vbi nō sunt populi deuicti, vel aliàs subiugati de facto. Item facit in consti. ff. in rubri. vbi not. quòd Imperator dicitur, quia imperat subditis. quasi dicat, non subditis nō imperat, nec in eos aliquam iurisdictionē habet. Item facit ff. de acquir. re. do. l. j. vbi no. quòd quidam homines sunt intra imperium, & quidam extra. Quartò suppono, quòd sicut inferiores sundi, seruiunt naturaliter superioribus: vt ff. de aqua plu. ar. l. j. §. sed & si vicinus. & sicut inferior persona, debet reuerentiam superiori personæ: vt ibi no. & facit xcv. distin. c. esto subiectus. & C. de of. re. puinciæ. l. potioris. & de offi. diuersorum iu. l. ij. & iij. & de offi. præ. vrbi. l. j. sic quasi naturaliter debetur reuerentia Imperatori, à subditis & inferioribus suis, per illa iura. & no. ff. de iu. & fac. igno. l. regula. in prin. Item suppono, quòd sicut capti ab hostibus, vel ab illis, cū quibus commerciū non habemus, sunt serui eorum: vt ff. de capti. & postli. re. l. hostes. §. fi. & l. postliminij. §. in pace. & Insti. de iu. perso. §. serui. ij. & si ibi serui existentes decedant, finguntur ibi mortui per legem Corneliam, præambula hora captiuitatis: vt Insti. quibus non est permissum facere testam. §. fi. & ff. de vul. & pu. sub. l. lex Cornelia. & ad leg. Fal. l. j. §. lex Falcidia. & sol. ma. l. si ab hostibus. sic & Imperator, si capiatur ab hostibus, erit eorum seruus. & si ibi decedat, fingetur mortuus præambula hora captiuitatis. cū prædictæ leges indistinctè loquātur, nec Imperatorem excipiāt. Si ergo ex prædictis dicamus, quòd hostes debent naturaliter reuerētiam Imperatori: quod verum est, si de iure subsunt sibi: absurdissima & sine ratione erunt alia iura statim allegata, quæ nō prohibent, quin Imperator captus ab eis sit eorum seruus. nec enim videtur Imperator verū ius vel clarum habere in hostes nec videtur aliquo modo de iure debere dici, quòd de iure ipsi hostes Imperatori subsunt, postquàm licitè possunt eum interficere, ius illud, si ius habet, prosequētem. quod enim legitimè fit, pœnam non meretur. vel si ipsum captum per eos, iura seruum eorum faciant, vel alios nomine eius præliantes. Nō ergo debemus dicere, quòd hostes, seu illi, cū quibus vsum seu commercium non habemus, de iure subsint Imperatori. & eodem modo, nec fœderati subsunt Imperatori, cùm sit eadem ratio: quia licèt fœderati non sint hostes, tamen videntur quasi hostes, s. sub quadam quasi treuga, largo modo loquēdo.

Ex prædictis satis apparet, quòd regnū Franciæ nō subest Imperatori Romano, nec de iure, nec de facto sibi subest. & facit Insti. de pa. po. §. j. vbi no. quòd Francigenæ non sunt de imperio Romano. Item aliàs rex Franciæ, & Aragonum, & alij reges, qui Imperatori in nullo obediunt, viderentur in peccato mortali, auferendo & denegando Imperatori iurisdictionem & superioritatem suam, quod non est credendum. ¶ Attamen dico, declarando & modificādo prædicta, quòd sicut non est, nisi vnus † Deus: vt C. de sum. Tri. l. j. & in Symbolo, Quicunque vult. & in Credo, quod dicitur in Missa. nec est nisi vnus Papa: vt in epistola inter claras. §. omnes autem sacerdotes. & extrà de elec. c. licèt. sic nō est nisi vnus Imperator in vniuerso mundo, s. Imperator Romanus: vt ff. de ori. iur. l. ij. §. nouissimè. & de nouo Cod. confir. in princ. & vij. q. j. c. in apibus. & habet imperiū à Deo: vt in cor. in medio litis non fieri sacras for. circa fin. col. viij. & quomodo oporteat episcopos. in princ. col. j. & intelligitur, quòd habet imperium à Deo, i. à populo Romano, disponente Deo, sine quo factum est nihil: vt ibi not. Et ad prædicta, s. quòd nō debeat esse, nisi vnus Papa, & vnus Imperator, facit, si benè inducatur, quod inuenitur dictū: Eccè gladij duo hîc &c. vt no. in cor. quomodo oporteat episcopos. in princ. col. j. & qd inuenitur scriptum in Genesi: Fecit Deus duo luminaria magna in firmamento cæli &c. Cap. 1.

li &c. vt extrà de maio. & obe. c. solitæ. Et
14 ille Imperator, † eo ipso, quòd est Imperator, & iam suscepit coronam, vt C. de quadri. præs. l. benè à Zenone. in fi. habet ius quoddam in orbe terrarum, quòd si inueniat aliquos populos, qui sibi non obediant: quia nec de facto sunt sibi subditi: quòd ipse debeat sibi subiugare de iure ac imperio subijcere: & tunc, quia non erãt, nec de iure, nec de facto, de imperio & iurisdictione sua, efficiãtur sui, quantum ad iurisdictionem & protectionem: vt satis nobis ostenditur in cor. de hære. & Fal. in princ. col. j. vbi habetur, quòd quidam populus, s. Archedonij, qui nunquam fuerãt de imperio Romano, fuerunt subiugati per Iustinianum Imperatorem, & de nouo facti de imperio. ¶ Item, ad allegata in contrariũ potest respõderi, cùm dicitur, quòd Impe-
25 rator † est dominus mundi, & etiã omnia sunt sua, quantum ad iurisdictionem & protectionẽ. & omnibus nationibus dominatur: quod intelligitur, quantum ad subditos. Rebellibus enim, seu hostibus, vel fœderatis, nõ dominatur. similis expositio seu resolutio fit de prædicto verbo, omnes seu omnibus, C. de cẽsu vel re. l. j. Vel potest dici, quòd est dominus omnium, saltẽ aptitudine, sed non actu: vt dicitur de lege Aquilia, quòd est pœnalis aptitudine, licèt non semper actu sit pœnalis: vt Instit. de lege Aquil. §. his au-
26 tem verbis. Vel potest dici † dominus, spe, vt vxor rei dotalis, constante matrimonio, dicitur domina spe: vt ff. sol. ma. l. diuortio. §. si fundum. & l. si constante. §. si maritus. & filius rerum paternarum, viuente patre, dicitur quasi dominus, propter spem: vt not. C. de pac. l. fin. in princ.

SENTENTIA.

17 CVM dictus † Actor non probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, potissimè, cùm nõ probauerit, regem Franciæ indixisse illud bellum Flandrẽsibus authoritate sibi commissa à domino Papa, & sic ex illo bello captiuitatis, seu seruitus captis ibi hominibus hincinde infligi nõ potuit; licèt de iure communi rex Franciæ potuerit eos debellare, ius suum conseruando vel legitimè recuperando: Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Martinũ liberum hominem esse, & eum absoluimus à dicta petitione, & contentis in ea, & nihilominùs condemnamus dictum Actorem in c. soli. Turoñ. dandis dicto Martino reo pro expensis, quas ipse fecit occasione præsentis causæ, cùm ipse delato sibi à nobis iuramento iurauit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos. c. sol. Turo. occasione præsentis causæ.

¶ Quidam dicunt, non debere declarari in sententia, dictum Martinum esse liberum: quia de hoc in libello dictum non est: sed ibi petitum fuit Martinum declarari seruum esse. Sed non est vis.

RVBRICA XXXIIII.
Econtrà, de præiudiciali in rem actione.

SVMMARIVM.

1 Libellus præiudicialis in rem actionis econtrà, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur nu. 2.

3 Probatio libertatis incumbit ei, qui de possessione seruitutis in libertatem proclamat.

4 Procuratorem an constituere possit, qui est in quasi possessione seruitutis.

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani dicit & proponit in iudicio Martinus contra Petrum, quòd dictus Martinus est liber homo. cũ dictus Petrus eum detineat indebitè & iniustè, tanquam seruum suum, cogendo eum sibi seruilia ministeria exhibere, agit contra eum, vt ipsum nõ inquietet, cùm non sit ei tali vinculo astrictus. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinum Actorem liberum hominem esse per vestram sententiam declaretis, & dictum Petrum reum, vt dictum Martinum liberè vti sua libertate per-

permittat, nec ipsum cogat sibi seruilia ministeria exhibere, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis &c.

2 ¶Probatur † Insti. de actionib. §. præ-
3 iudiciales. Et quia Martinus proclamat † de possessione seruitutis in libertatem, incumbet ei probatio libertatis: vt C. de proba. l. matrem. & ff. e. l. si filius. & l. circa. cum ibi no. ¶Item non poterit Martinus procuratorem constituere: quia est in quasi possessione seruitutis: vt C. de asser. tol. l. j. in prin. & ff. de procu. l. seruum quoque. §. j.

RVBRICA XXXV.
De præiudiciali in rem, per quam quæritur, an aliquis sit libertus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus præiudicialis in rem, per quam quæritur, an aliquis sit libertus, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, nu. 2*

3 *Probatio patrono incumbit, qui intendit eum suum esse libertum, qui se pro ingenuo gerit.*

4 *Patronus si non habet, vnde se alat, an possit à liberto alimenta petere, saltem officio iudicis.*

5 *Baiulus & iudex in Monte Pessulano maior, an possint de libertinitate cognoscere. & quid de subbaiulo & Viguerio.*

6 *Consuetudo specialis licèt nō vincat legem generaliter, tamen eam vincit in loco, in quo est consuetudo legitimè præscripta.*

7 *Sententiæ formula præiudicialis in rem actionis, per quam quæritur, an aliquis sit libertus.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd dictus Reus est libertus dicti Actoris. Vndè, cùm dictus Reus se gerat pro ingenuo, agit dictus Actor contra eum, vt ipsum Actorem habeat & teneat pro suo patrono. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum esse libertum dicti Actoris per vestram sententiam declaretis, & vt eundem Actorem pro suo patrono habeat, & obsequia, ad quæ libertus patrono suo tenetur, ei præstet, sententialiter condēnetis, & condemnatum &c.

¶Probatur † Insti. de ac. §. præiudiciales. & ff. si libert. ingenuus esse dicatur. 2
l. fi. Et incumbet † probatio patrono: vt 3
ff. de prob. l. circa. ¶Et est notandū, quòd si Actor † patronus non habeat, vnde se 4
alat, & nollet illa præiudiciali in rē agere, ipse posset à liberto alimenta petere per officium iudicis: vt C. de ope. lib. l. j. & ff. de lib. agno. l. si quis à liberis. §. solēt. & §. alimēta. & § si impubes sit filius.

¶Sed videtur non rectè agi: quia deberet agi coram præside prouinciæ: vt C. de peda. iu. l. ij. in fin. Sed dico, quòd omnimoda † iurisdictio in Mōte Pessula- 5
no est penès Baiulum & iudicem. Sunt enim ibi loco præsidis, cùm habeant gladij potestatem, & omnia desideria hominum ibi explicant, quę pertinent ad pręsidem: vt ff. de of. præsid. l. illicitas. §. qui vniuersas. & l. de omnibus. & l. seq. Item sunt ibi loco procōsulis, cùm post Principem maius imperium ibi habeant: vt ff. de offi. pro con. & leg. l. fi. in aliquam. §. fi. & l. seq. & sic cùm sint ibi maiores iudices, de consuetudine antiqua, quę pro lege est seruanda, ipsi debent cognoscere de libertinitate. Subbaiulus verò, vel Viguerius, nō possent de ea cognoscere, cū sint de inferioribus iudicibus: vt in l. cōtraria. Item in Monte Pessulano, in aliquibus negocijs, si baiulus inceperat de causa cognoscere, iudex poterit eam mediare & finire, & econtrà. & sic est ibi de consuetudine: licèt sit cōtrà de iure scripto: vt ff. de of. consu. l. vna. & de iudi. l. vbi. consuetudo † autem specialis, licèt 6
non vincat legem generaliter, tamē vincit eam in loco, in quo est cōsuetudo legitimè præscripta: vt C. quæ sit lon. consuetudo. l. ij.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficiēter pro- 7
baue-

bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Martinum esse libertum dicti Actoris, & ipsum, vt dictum Actorem pro patrono habeat, & ei obsequia, quæ liberti patrono suo præstare tenētur, præstet, sententialiter condemnamus.

RVBRICA XXXVI. Econtrà, de præiudiciali in rem actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus præiudicialis in rem actionis econtrà, quando quis asserit se ingenuum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus contra Petrum, quòd dictus Martinus est ingenuus. Vndè cùm dictus Petrus eum detineat vt libertum, nec patiatur eum morari, nec se gerere pro ingenuo, agit cōtra eum, vt ipsum non inquietet in sua ingenuitate, cùm idē Martinus libertinitatis vinculo ei non sit astrictus. & petit à vobis dicto domino iudice, vt eudem Martinum Actorem esse ingenuum, per vestrā sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dictum Actorem non inquietet decætero, vt libertū suū, & vt patiatur eum pro ingenuo se gerere, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. præiudiciales. & ff. de proba. l. circa. & C. de inge. ma. l. diffamari. & si seruus expor. ve. l. moueor. in fi.

RVBRICA XXXVII. De præiudiciali actione in rem, de partu agnoscendo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus præiudicialis actionis in rem, de partu agnoscendo, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Filio denegante se filium, agitur præiudiciali in rem, vt declaretur filius: Caterùm si id non negat, sufficit, quòd per officium Iudicis compellatur ad obsequia patri præstanda.*

4 *Actio præiudicialis, de partu agnoscendo, nedum habet locum in filio naturali & legitimo, in potestate existente vel emancipato: sed etiam in filio naturali tantùm.*

5 *Filius naturalis tantùm, an poßit patrem vocare in ius sine venia.*

6 *Alimentandi ius, an habeat locum in filio naturali tantùm.*

7 *Mater, in filio etiam vulgò quæsito ius filiationis habet.*

8 *Ad alimenta vbi agitur principaliter per officium iudicis, an sententia alimentorum noceat, vel profit filiationi. Et econtrà, vbi actum est præiudiciali in rem, an sententia faciat ius in filiatione, & eius iuribus. Et ibi, quid in clerico.*

9 *Filiatio licèt verè probari non poßit, tamen ex quibusdam coniecturis probari potest.*

10 *Filius tantùm naturalis, quomodo probetur.*

11 *Actio præiudicialis, de partu agnoscendo, potest intētari, licèt agens sit in quasi possessione filiationis: dum tamen ille filius, contra quem agitur, impediat vel perturbet actorem in aliquo iure filiationis.*

12 *Filius emancipatus si deneget alimēta præstare patri inopi, pater quid consequatur, agens præiudiciali in rem, de partu agnoscendo, quid verò, simpliciter agēs ex officio Iudicis.*

13 *Sententiæ formula, in præiudiciali in rem actione, de partu agnoscendo.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Martinus est filius dicti Petri. Vnde cùm dictus Martinus deneget se esse eius filium, nec permittat se tractari vt filium, agit dictus Actor contra dictum Martinū, vt ipsum agnoscat 1

in patrem, & sibi reuerêtiam patri debitam, & alia, quæ à filijs patribus debentur, præstet. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinũ esse filium dicti Actoris, per vestram sententiam declaretis, & vt sibi reuerentiã patri debitã, & alia, quę à filijs patribus debêtur, præstet, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur †Insti. de ac. §. prçiudiciales. ¶Rectè dicitur, quòd Martinus de-
3 negat se filium: quia si †non negaret, sufficeret, ꝙ per officiũ iudicis compelleretur ad obsequia patri præstanda: vt ff. de offi. procon. & le. l. nec quicquam. §. de plano. ¶Item, rectè petitur declarari filius: quia sic est in actionibus in rem. ar. ff. si serui. ven. l. sicuti. §. sed si quæritur.
4 ¶Item, hæc actio † nedũ habet locum in filio naturali & legitimo, in potestate existenti vel emãcipato, immò & in filio tantùm naturali: quia in eo sunt iura fili-
5 ationis. Naturalis enim filius †non debet patrem vocare in ius sine venia: vt ff. de in ius vo. l. parentes. Item, & in naturali
6 †filio, habet locum ius alimẽtandi: vt ff. de li. ag. l. si quis à liberis. §. idem rescri-
7 psit. idem in matre, & filio†, etiã in vulgò quæsito: quia in eo mater ius filiationis habet: vt ff. de in ius voc. l. quique. in fi. & l. seq. & de lib. ag. l. si quis à liberis. §. vtrùm autem.
8 ¶Item est notandum, quòd vbi agitur principaliter † ad alimenta per officium iudicis, sententia alimentorum non nocet, nec prodest filiationi: quia posteà per actionem præiudicialem in rem poterit quęri, an sit filius vel non: vt ff. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. meminisse. & de his qui sui vel ali. iu. sunt. l. si iudex. Sed vbi actum est præiudiciali in rem: tunc sentẽtia facit ius in filiatione, & iuribus eius, & inter omnes: vt ff. de li. ag. l. j in fi. & l. seq. & se. in prin. vt & aliâs sententia facit ius inter omnes. ff. de inof. te. l. Papinianus. §. si ex causa. & de sta. ho. l. ingenuũ. & de mi. l. de ætate. & C. dè decu. l. quoties. lib. x. Et idem credo, si quis pronunciaretur clericus esse.

¶Item est notandum, quòd licèt filiatio † verè probari non possit: vt ff. de con- 9
di. & de. l. Lucius. tamen ex quibusdam cõiecturis probari potest. Pater enim legitimus est, quem nuptiæ demonstrant: vt ff. de in ius vo. l. ꝗ semper. in fi. & de his qui sui vel alie. iu. sunt. l. filiũ. & nuptiæ aliquando ex coniecturis habentur: vt C. de nup. l. si vicinis. & ff. de ri. nup. l. in liberæ. Item, naturalis † tantùm filius 10
probatur: quia sit natus ex concubina vnica, quam quis habet in domo, indubitato affectu, quæ cũ eo degit: vt in cor. quib. mo. na. ef. sui. §. si quis autem defunctus. col. vij. & de trien. & se. §. consideremus. col. iij. & facit ff. de concu. l. pe. & C. e. l. vna. & fortè, vt credo, satis videretur eam tenere in domo, dum tamẽ sit vnica, & ea concurrant in ea, quæ requiruntur ad hoc, quòd aliqua dicatur concubina: si eam teneat in alia domo, & cõsuetudinẽ licitam ad eam habeat: vt Inst. de nup. §. fin. & C. ad Orfi. l. pe. in fi. sæpè enim & vxores tenentur in alia domo: vt ff. de ac. rerum amo. l. nihili. n princ.

¶ Item est notandum, quòd prædicta † actio præiudicialis in rem potest inten- 11
tari, licèt agens sit in quasi possessione filiationis. ar. Inst. de ac. §. sed istæ quidem. dum tamen ille filius, contra quem agitur, impediat vel perturbet Actorem in aliquo iure filiationis. ar. ff. si ser. ven. l. si quis diuturno. in fi. ¶Item, si filius emancipatus † deneget alimenta præstare patri 12
inopi, pater poterit agere prædicta actione præiudiciali in rẽ, & formare libellum, vt suprà, s. quòd declaretur filius. & subiungitur, ꝙ condemnetur ad alimenta. & postmodùm sententia illa faciet semper ius super filiatione. quod non esset, si simpliciter esset actũ ad alimenta, ex officio iudicis, vt apparet ex superioribus.

SENTENTIA.

CVM dictus † Petrus Actor sufficiẽter 13
probauerit intentionẽ suam, seu cõtenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Martinum Reum esse filium dicti Petri actoris, & ipsum, vt dicto Actori reuerẽtiam patri debitã, & alia, quæ à filijs patribus

tribus debentur, præstet, sententialiter condemnamus.

RVBRICA XXXVIII.
Econtrà, de præiudiciali in rem actione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus præiudicialis in rem actionis econtrà, quando quis negat se alicuius filium, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Ex donatione an aliquis simpliciter & per se effici poßit homo meus? Et an consuetudine effici poßit, vt eiusmodi donatio vel pactum valeat? nu. 4.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus contra Petrum, quòd dictus Petrus tenet & tractat eum in filium suum, & reuerentiam patri à filio debitã ab eo exigit & obtinet. Vnde cùm dictus Martinus non sit filius dicti Petri, nec tali vinculo sit ei astrictus, agit cõtra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinum, non esse filium dicti Petri, per vestram sentẽtiam declaretis, & dictum Petrum, vt ipsum decætero vt filium non inquietet, nec eum teneat, nec tractet vt filium, cùm tali vinculo non sit ei astrictus, sentẽtialiter condemnetis, & condemnatum ad prędicta iuris remedijs compellatis &c. ¶Probatur † Insti. de ac. §. præiudiciales.

¶Circa materiam præiudicialiũ actionum, quæritur, an aliquis † possit effici homo meus, s. donando mihi se, seu bona sua? Et videtur quòd non: quia licèt aliquis sit arbiter in re sua: vt C. man. l. in re mandata. & Insti. de rerum di. §. per traditionem. tamen aliquis nõ est dominus corporis sui: vt ff. ad leg. Aquil. l. liber homo. j. in prin. & de re mili. l. omne delictum. § qui se vulnerauit. & de condi. insti. l. quidam in suo. & sic videtur, quod vnus non possit donare alteri, saltẽ corpus suum. Item, ex pacto quis non potest effici seruus: vt C. de lib. cau. l. nec si volens. & l. liberos. nec ex cõfessione sola apud acta: vt eo. ti. l. interrogatam. ergo &c. Itẽ, si sic ex pacto esset homo meus, libertas eius impediretur, & sic esset species seruitutis arg. ff. de lib. ho. exhi. l. ij. quod enim meum est, vendicare possum: vt ff. de au. & ar. le. l. Quintus Mutius. §. j. & l. scribit Quintus. in princ. & de rei ven. l. in rem actio. in prin. si ergo ille esset homo meus, vẽdicarem eum in meum hominem, nec posset à me recedere: vt ff. de reg. iur. l. id quod nostrum, & sic videretur ibi quædam captiuitas seu seruitus, quod non debet esse de iure. Item, erubescimus, cùm sine lege loquimur: vt in cor. de trien. & se. §. consideremus. coll. iij. Item, liberi hominis non est commercium: vt ff. de cõtrah. emp. l. si in emptione. §. liberum. & l. sed Celsus. in prin. & Insti. de inuti. sti. in prin. & ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. sacram. Item, quis non potest se obligare, vt pro debito seruiat: nec ad carcerem, iuxta id quod no. C. de ac. & obli. auth. immò à debito. & ar. ff. de reg. iu. l. non est singulis. & esset contra bonos mores: & sic non seruandum: vt ff. sol. ma. l. alia. §. j. & de ver. ob. l. stipulatio hoc modo concepta. Item, ex præscriptione alicuius temporis certi non posse acquirere, quòd aliquis esset homo meus: cùm talis vsus nõ habeat causam perpetuam, nec quasi: vt ff. de serui. l. seruitutes. iij. & sic non possem præscribere x. vel xx. annis: cùm in eius vsu sit opus facto hominis: & sic nõ habet causam perpetuam: vt no. ff. de serui. vr. præ. l. foramen. Item, nec posset præscribi seu acquiri ex vsu tãti temporis, quòd in contrariũ memoria non extaret: quia contra certam personam, s. contra illum certum hominem. Et qui contrà notauerunt, sine lege scripta locuti sunt, & cõtra l. cùm satis. §. cùm autem. C. de agrico. & censi. & de fundis rei priuatæ. l. eum qui. lib. xj. Nunc dico ex prædictis, quòd aliquis ex pacto non potest effici homo meus. ¶ Sed contrà, C. de sacrosanct. eccles. authent. ingressi. Sed

illud est ibi fauore religionis. Summa enim est ratio, quę pro religione facit. vt ff. de reli. & sump. fun. l. sunt personæ. in fi. Et est etiam modus in rebus, sunt certi denique fines: vt no. ff. de ver. obli. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. Item, quia seruire Deo, regnare est. Item, quia dixit propheta: Vouete, & reddite domino Deo vestro &c. vt no. ff. de offi. præsid. l. illud. ¶Item cōtrà, ff. de condi. & demon. l. Titio vsusfructus. §. ij. Sed illud fauore religionis. Itē, & quia ille legatarius erat libertus testatoris. ¶Itē contrà, C. de vsufruc. l. antiquitas. in princ. vbi. no. quòd aliquis potest locare operas suas in perpetuum. Sed & ibi dicitur, quòd ille poterit seruire per alium. Item, nec operabitur diebus Dominicis & festiuis: vt no. C. loca. & condu. l. si hi cōtra quos. ¶Itē cōtrà, C. de agri. & cen. quasi per totum. lib. xj. vbi habetur, quòd aliquis potest esse agricola, & censitus, & astrictus glebæ. & sic videtur de iure scripto libertatem posse deprimi: vt ibi. Sed illud est lege disponente. nec illi sunt alicuius homines per se, sed cū solo. & est speciale, fauore agriculturæ. nihil enim est agricultura melius, secundùm Tullium: vt ibi no. in rubri. Item, Deus maledicens Adam, dixit ei: Labores manuū tuarum manducabis, & maledicta erit terra in opere tuo. Sed in quæstione nostra quæritur, an simpliciter & per se aliquis possit ex donatione effici homo meus? Nunc dico, quòd aliquis, donando se mihi, nihil agit pro corpore suo, nec etiā eo ipso videtur donasse bona sua: sed vbi donasset expressè se & sua bona, valeret saltem donatio quātum ad bona, iuxta id quod no. C. de sacrosanct. eccles. auth. ingressi.

Psal. 75. Eccles. 5. Deut. 23.

Genes. 3.

Quidam volentes imbrigare gentes, & fimbrias suas extendere, supponentes, quòd sit de iure scripto ciuili, quòd quis per pactū possit effici homo meus. & malè supponunt. dicunt, quòd liberi illius hominis, qui nascentur posteà, erunt etiam homines mei. & iuxta prædicta faciunt infinitas quæstiones, & eas soluerunt per argumenta debilia, nec ea possunt habere bona: quia fundamentū non est bonum.

Attamen, si consuetudo † aliqua sit super prædictis in aliquo loco, illa seruetur ibi ad vnguem, nec trahatur ad alia loca: vt C. de legi. l. ij. nec amplietur, sed teneatur strictè, prout scripta est. ar. ff. de legi. l. quod contra rationem. & de itine. actuque pri. l. j. §. Iulianus ait. 4

RVBRICA XXXIX.

De condictione furtiua.

SVMMARIVM.

1 *Libellus cōdictionis furtiuæ, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Cōdictio furtiua soli domino competit, vel eius hæredi.*

4 *In libello cùm debet fieri mentio de dominio, de vsu Curiarum admittitur, quòd dicatur, iure dominij vel quasi, licèt non sit de Iure.*

5 *Condictio furtiua, an detur bonæ fidei possessori.*

6 *Condictio furtiua tutori non datur nomine suo, licèt loco domini habeatur.*

7 *In cōdictione furtiua postquàm probatum est, agentem fuisse dominum tempore furti commissi, præsumitur hodiè dominus.*

8 *Condictio furtiua, est actio personalis, ideoqúe rei interitu non tollitur: cùm reus fuerit in dolo, & per consequens in mora. Quod fallit, vt ibi.*

9 *Condictio furtiua, & periculum interitus, non tollitur, rem restituere promittendo, si res ibi non sit præsens: secus, in nouatione.*

10 *Condictio furtiua etiam locū habet, si dominium rei furtiuæ, non facto domini, ad alium peruenerit.*

11 *Condictione furtiua, an singularis successor agere possit.*

12 *Condictio furtiua, non, nisi furto commisso, vel re subrepta, competit.*

13 *In condictione furtiua, res subrepta, siue extet, siue nō, semper est in obligatione. Et re nō extāte, qualiter fiet cōdēnatio. nu. 21*

14 *In condictione furtiua, veniūt fructus percepti, & percipiendi.*

15 *Libel-*

15 *Libellus condictionis furtiuæ an procedat, agendo ad restituendum rem subreptam. & in quibus potissimùm hæc actio fundetur. nu. 16.*

17 *Sententiæ formula, in condictione furtiua, re extante, & non extante. nu. 18.*

19 *Condictione furtiua agens, si non benè probare possit æstimationem rei subreptæ, an eam probare possit per suum iuramentum.*

20 *In condictione furtiua, si incertum est, res subrepta extet, vel non, quid fieri debeat, antequàm sententia feratur.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor esset dominus vel quasi cuiusdam muli pili albi, dictus Reus surripuit dictum mulum dicto Actori, & secum eum duxit, furtũ committendo. Vndè cùm dictus Reus sibi dictum mulum restituere contradicat, agit contra eum, seu condictionem furtiuam dirigit contra eum, vt sibi dictum mulum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reũ, ad restituendum dictum mulum dicto Actori, per vestram sententiã condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis, vnà cũ fructibus perceptis & percipiendis. Petit etiam expensas factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciendis, quas suo loco & tempore declarabit. implorans vestrum officium, domine iudex, in illis, in quibus est de iure vel fuerit implorandum.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. planè odio furum. Rectè dicitur, cùm dictus Actor esset dominus vel quasi: quia condictio
3 † furtiua soli domino competit. vt ff. de condic. furti. l. j. vel eius hæredi. vt ff. e. ti. l. sed nec legatarius. ¶ Item rectè dici-
4 tur, vel quasi dominus: quia de vsu † Curiarum, cùm in libello debet fieri mentio de dominio, admittitur, quòd dicatur iure dominij vel quasi, licèt non sit de iure; vt dictũ est suprà in tertio libello. Item, licèt bonæ fidei possessori † non detur 5
condictio furtiua, sed condictio Triticaria: vt ff. de Triti. l. ij. & nota. C. de fur. l. fi. §. sed cùm in secũdam dubitationem. & sic Publicianista possit agere Triticaria: Attamen fortè poterit agere condictione furtiua, quia & ei cõceditur agere, ac si vsucepisset: vt Insti. de ac. §. sed istæ. & facit ar. ff. de Publicia. in rem act. l. eũ qui. §. in Publiciana. & de pigno. l. si ab eo. Tutori † autem non datur condictio fur- 6
tiua, nomine suo: vt ff. de fur. l. interdum. §. qui tutelam. licèt habeatur loco domini: vt ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor. licèt contrà notetur ff. de condic. fur. l. j. Item, non debet dicere, quòd Actor sit hodiè dominus: quia postquàm probatum † erit, ipsum fuisse dominum 7
tempore furti commissi, præsumetur hodiè dominus. arg. ff. de re. iu. l. id quod nostrum. & C. de proba. l. siue possidetis. & etiam † condictio furtiua est actio 8
personalis, & sic non tollitur rei interitu: cùm Reus fuerit in dolo, & sic in mora per consequens. vt ff. de condic. fur. l. in re furtiua. §. j. & l. qui furtum. & l. fi. nisi purgasset moram, rem realiter offerendo: quia tunc non teneretur posteà de interitu. idem esset, rem restituere † pro- 9
mittendo, non animo nouandi, re tamen ibi præsente: quia si res non esset ibi præsens, nec condictio furtiua, nec periculum interitus tolleretur: sed per nouationem vtraque tolleretur: vt ff. e. l. in re furtiua. in prin. & l. parui refert. & de solu. l. qui decem. in prin. & §. idem responsum est. cuius purgationis probatio incumberet Reo, qui eam dicit. Item, non curatur, si resumpsit † hodiè domi- 10
nium ab Actore in alium singularem successorem, dum tamẽ eius facto seu spontanea voluntate sua non fuerit factum: vt ff. de condic. fur. l. siue manifestus. §. tam diu. sic in libello frustra poneretur, quia Actor esset hodiè dominus. sed nec singularis † successor, in quem aliqua ex 11
causa translatum fuerit dominium rei furtiuæ, poterit agere condictione furtiua, etiam si sit legatarius. vt ff. e. l. sed nec

legatarius. licèt ille legatarius habet actionem furti, ex noua contrectatione: vt ff. de furtis. l. si dominium. ¶ Item, rectè
12 dicitur, furtum † committendo: aliàs non competeret condictio furtiua. vel fortè sufficeret verbum, subripuit, cùm lex illo verbo sit contenta: vt ff. de condic. fur. l. si seruus. §. boue subrepto. & de furtis. l. si apes. §. j. ¶ Item, rectè petitur
13 mulus † subreptus: quia ille, siue extet, siue non, semper est in obligatione: vt ff. de verbo. obli. l. si seruum. §. effectus. & lex in materia ista dicit, quod homo mortuus condicitur, vt ff. de condic. fur. l. iij. in fi. sed in casu, in quo mulus non extaret, fieret condemnatio in æstimatione eius: vt ff. e. l. in re furtiua. in princip. quāti plurimi fuit à tempore furti commissi: vt e. l. §. j. non detracto eo, quod plus valuit vel valeret mulus citra, vel impensa furis. vt ff. e. l. ex argento. Sed videtur, quòd si mulus non extet, quòd æstimatio eius sit in obligatione, per consequens in petitione. vt ff. e. l. in re furtiua. in prin. & quòd sit speciale, odio furis: vt & sic no. ff. de re. cre. l. vinū. Sed melius est dicere, quòd æstimatio non sit in obligatione, nec in petitione: vt dictum est. Et ad l. in re furtiua. in prin. potest dici, quòd durat condictio æstimationis eius, scilicet in effectu: quia illa veniet in condemnatione seu in solutione: vt ibi not. Aliquando enim aliud petitur, & aliud in condemnatione deducitur: vt no. ff. de rei vendi. l. qui restituere. & de verbo. ob. l. si seruum. §. fi. vbi no. quòd ad hominem mortuum agendo, quis consequitur precium. & facit quod no. Insti. de leg. §. si res aliena. & de hoc fortè dicetur infrà tit. de ac. commodati. & de ac. de rationib. distra. ¶ Item,
14 veniunt in hac † actione fructus, percepti & percipiendi: vt ff. de condic. fur. l. iij. & l. in re furtiua. §. fi.

15 ¶ Sed videtur, quòd libellus † non procedat, scilicet agendo ad restituendum dictum mulum. Primò, quia lege non inuenitur, scilicet, quòd condictio furtiua detur ad restituendum rem furtiuam. ergo &c. Secundò, quia si condictio furtiua detur ad restituendum rem furtiuam, certi condictio generalis non poterit concurrere cum ea: quia illa non datur ad restituendum, sed ad dandum seu tradendum, vbi certum petitur: vt no. ff. de re. cre. l. certi condictio. in prin. cuius contrarium videtur, scilicet quòd concurrere possint: vt ibidem in textu, dum dicit, sed ex causa furtiua per hanc actionem condicitur. & sic videtur libellus prædictus non procedere, immò deberet agi & concludi contra dictum furem, ad dandum dictum mulum: vt Insti. de ac. §. planè odio furum. & ff. vsufruc. quemadmodum ca. l. fi. in fi. & ar. ff. de cōdic. trit. l. ij. Et si dicatur, quòd dare, est accipientis facere: vt ff. de verb. ob. l. vbi autem. in fine. ergo si mulus est Actoris, in vanum & ineptè petet eum sibi dare: quia quod meum est, ampliùs meum fieri non potest: vt Insti. de le. §. sed si rem legatarij. & ff. de vsuca. l. sequitur. §. lana. & de verbo. ob. l. nemo rem suam. in prin. Sed fortè posset dici, quòd deberet agi ad dandum mulum, lege hoc concedente. Lex enim permittit aliquando, dicere aliquem esse dominum rei, qui dominus non est, & econtrà: vt Insti. de ac. §. sed istæ. & quòd sit hoc in odium furis: & quia fur, dum subripit, intendit rem suam facere: vt ff. de fur. l. j. §. fi. ibi, dum dicit, lucri faciendi gratia. & sic intentio sua sibi noceat, vt possit contra eum agi ad dandum. & sic videtur velle Rofredus in suo libello. attamen teneamus, quòd agatur ad restituendum mulum: & ita formatur libellus per dominos Iaco. de Blonosco, & Guil. de Ferrarijs. & in hoc declinat glos. in prædicto §. planè odio furum. palliando ibi textum. & no. ff. de condic. inde. l. sed & si me putem. §. cùm iter. & facit ff. de condic. fur. l. fi. in fi. vbi dicitur, quòd qui inuito dominó rem contrectauerit, semper videtur moram facere in ea restituenda. & ibi non dicit, danda, nec reddenda. & sic probabiliter
potest † agi in condictione furtiua, ad re- 16
stituendum rem surreptam si Actor probet se fuisse dominum vel quasi dicti muli, tempore furti commissi, & Reum surripu-

ripuisse eum sibi: in istis enim duobus quasi fundatur hæc actio. Reus autem conetur reprobare & confundere illa duo, quantum poterit, salua conscientia.

SENTENTIA.

17 CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione seu in dicto libello: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum, vt dicto Actori dictum mulum restituat. Item, cùm sit sufficienter probatum, dictum Actorem consueuisse locare continuè dictum mulum, pro aqua extrahenda de puteis, pro xij. dena. singulis diebus, & à tempore prædicti furti commissi transiuerunt iam xxx. dies pro aqua de puteis extrahenda operabiles, condemnamus dictum Reum in xxx. solid. Turo. dandis dicto Actori, ex causa prædicta. & nihilominùs condemnamus eum in xl. solid. Tur. dandis dicto Actori, pro expensis, quas idem Actor fecit occasione præsentis causæ: cùm idem Actor, delato ei à nobis iuramento, iurauerit, taxatione nostra prædicta præcedente, se expendisse prædictos xl. solid. Turo. occasione præsentis causæ.

¶ Sed si mulus non extet, diceretur
18 † ita in sententia ferenda.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicto libello suo, & constet nobis, dictum mulum non extare, & sit sufficienter probatum, dictum mulum valuisse, postquàm furtum fuerit commissum, vel saltem tempore commissi furti, x. lib. Turo. idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis x. lib. Tur. dandis Actori &c.

19 ¶ Et est notandum, quòd si Actor† non possit benè probare æstimationem dicti muli, ipse poterit eam probare per iuramentum suum, sibi à iudice, taxatione eius præcedente, delatum, in odium Rei dolosi: vt ff. quod vi aut clàm. l. semper.
20 §. in hoc interdicto. ¶ Item, si sit † incertum, extet mulus, vel non, habeatur super hoc confessio ipsius Rei. & posteà non poterit venire contrà. Item, si ex confessione eius non possit clarè haberi veritas, inquirat de hoc iudex, & donec certus sit, non debebit ferre sententiam. argumen. ff. de confes. l. fi. & de rei vendi. l. si frumentum. in fi. nec enim inuenitur, quòd in actione hac debeant ferri duæ sententiæ, sed solùm vna. & si res † extet, 21
Reus condemnabitur in ea. & si non extet, condemnabitur in æstimatione.

RVBRICA XL.
De certi condictione generali.

SVMMARIVM.

1 *Libellus certi condictionis generalis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *In libello certi condictionis generalis rectè dicitur, quòd Actor intendebat deponere, & Reus mutuò accipere: quia intentionis vtriusque diuersitas, nec actioni depositi, nec certi condictioni ex mutuo locum facit. Consumptio quoque subsecuta sustulit rei vendicationem, & fecit oriri certi condictionem generalem.*
4 *Certi condictio generalis an concurrat cum omni alia actione, per quam aliquod certum dari, vel tradi petitur.*
5 *Actionis nomen, an & quando in libello sit apponendum.*
6 *Sententiæ formula certi condictionis generalis.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Actor deponeret penès dictum Reum x. lib. Turon. & esset firmæ intentionis, quòd esset depositum, attamen dictus Reus dictam pecuniam accepit quasi mutuam. Vnde cùm dictus Reus dictam pecuniam consumpserit, & eam dicto Actori reddere contradicat, agit contra eum, vt prædictas x. lib. Turo. sibi reddat, & petit à vobis dicto domino

mino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori prædictas x. lib. Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad reddendum & soluendum iuris remedijs compellatis, &c.

2 ¶ Probatur † ff. de rebus credi. l. si ego.
3 circa si. Rectè dicitur, quòd Actor † intendebat deponere, & Reus mutuò accipere: quia sic non habet locum actio depositi, cùm Reus hoc noluerit: nec certi condictio ex mutuo, cùm hoc facere Actor non intenderit: sed solùm haberet locum rei vendicatio, ad pecuniam, si non esset consumpta: quia dominiũ non fuit translatum per prædictam traditionem: vt ff. de reg. iuris. l. id quod nostrum. & de acquiren. rer. do. l. nũquam. ¶ Item rectè dicitur, quòd pecuniã consumpsit. Cõsumptio enim subsecuta sustulit actionem in rem, & fecit oriri certi condictionem generalem: vt in d. l.
4 si ego. Quæ † actio habet concurrere cum omni alia actione, per quam aliquod certum dari, vel tradi petitur: vt eodem tit. l. certi condictio. in prin. Aliquando autem non concurrit cum aliqua alia actione, sed remanet sola, scilicet in quibusdam casibus singularibus. vt in d. l. si ego. & eodem tit. l. si à furioso. & l. si me & Titium. cum similibus. Sed certè & tunc concurrit cum ea condictio sine causa, quæ etiam ibi oritur eadem ratione, sicut & certi condictio generalis.

5 ADDIT. An autem in libello † sit apponendum nomen actionis? Iohannes & Azo dixerunt, quòd non est necesse apponere: vt notatur ff. de edendo. l. j. in prin. & sic est de consuetudine. & satis potest lege probari: vt hoc notatur in corpo. de exhibendis reis. §. sancimus. collat. v. Sufficit enim res & causa, & ex illis satis potest intelligi actio. Sed quia iure cauetur, quòd nemo potest pluribus actionibus vti ad eandem rem: vt ff. de re. iu. l. nemo ex his. §. quoties. si contingat, quòd ex re & ex causa in libello aliquo contentis plures actiones possint intelligi, tunc vna de illis erit exprimenda & proponenda, per illam l. scilicet, si Reus petat eam exprimi. sicut & de causa exprimenda dicitur, C. de annali excep. l. fi. nisi in casu, scilicet quando Actor est incertus, quam earum proponat, ex facto ipsius Rei: vt ff. quorum le. l. j. §. quia autem. Item, si ex re & ex causa duæ actiones possint intelligi, sed vna sit generalis, & alia specialis: vt si petam à Martino x. quia ea sibi mutuaui, ibi ex re & ex causa possunt intelligi certi condictio generalis, & certi condictio specialis ex mutuo: tunc non oportebit vnam exprimi, quia videbitur proposita actio specialis. vt argu. ff. de leg. iij. l. hoc legatum.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis x. lib. Tur. dandis dicto Actori &c. 6

RVBRICA XLI.

De certi condictione speciali ex mutuo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus certi condictionis specialis ex mutuo, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *In mutuo semper agitur ad certum, licèt ex eo petatur aliquid in genere, & genera sint incerta.*

4 *In mutuo quando conuentum est, quòd plus reddatur, in eo quod ibi plus est, non est mutuum, sed vsura. Et quando in plus teneri possit is, cui mutuò datum est.*

5 *Creditor, qui mutuat, vbi stipulatus est statim sibi reddi, tunc non oritur certi condictio ex mutuo, sed certi condictio generalis ex stipulatione: secus, si ex interuallo.*

6 *In stipulatione, quæ fit super mutuo, siue statim, siue ex interuallo fiat, siue simpliciter, siue animo nouandi, semper videtur certum contineri. & si plus contineatur in eo, quàm fuerit mutuatum, an sit vsura.*

7 Ex

7 *Ex mutuo quando duæ competunt actiones, non exigetur, nisi semel.*
8 *In certi condictione speciali ex mutuo, potest Actor petere interesse suum, tam in damno, quàm in lucro.*
9 *Probatio dominij pecuniæ mutuò datæ, si Reus eam neget fuisse Actoris, cùm eam mutuabat, ad quem pertineat.*
10 *Mutuò si quis acceperit pecuniam, & confitentus confiteatur debitum, sed vult cedere bonis: an iudex nihilominus ferre sententiam debeat.*
11 *Pactum de non petendo si creditor fecit ipsi Reo, & hoc probetur, tunc Actor in causa succumbet.*
12 *Pacti de non petendo effectus qui. Et an locum habeant, in omnibus actionibus personalibus. Et an in actione in rem. nume. 13. & 15.*
14 *In actione in rem, an aliqua sit efficax obligatio. & nu. 22.*
16 *Pacto de non petendo quot & quibus casibus vtraque obligatio, naturalis & ciuilis, tollatur ipso iure. & nu. 17.*
17 *Obligatio naturalis est instituta à iure gentium, inducitur partium cõsensu. Et vtrùm in omnibus contractibus insit, & in quibus non.*
18 *Sententia absolutoria, an tollat obligationem aliquam.*
19 *Obligatio naturalis, an insit in obligationibus ex maleficio.*
20 *Obligatio naturalis, an sit in condictione ex lege, & in interdictis. Et an actio illa ciuilis, per pactum de non petendo, tollatur ipso iure. nu. 21.*
23 *Sententiæ formula certi condictionis specialis ex mutuo.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, quòd dictus Actor mutuauit dicto Reo x. lib. Turonen. Vnde cùm eas sibi reddere contradicat, agit contra eum, vt eas sibi reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum & soluendum eidem Actori, prædictas decem libras Turonen. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad reddendum & soluendum iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas occasione præsentis causæ factas, & protestatur de faciendis, quas in processu causæ, suo loco & tempore declarabit, prout fuerit rationis. Implorans, domine iudex, vestrum officium super prædictis, in illis, in quibus est de iure vel fuerit implorandum.

¶ Probatur † Institut. quibus mo. re con. ob. in prin. & ff. de re. cre. l. ij. ¶ Et est notandum, quòd pro mutuo semper † agitur ad certum, licèt ex eo petatur aliquid in genere, & genera sint incerta. Quia licèt bladum, vel pecunia numerata, vel aliquid aliud fuerit mutuò datum, semper habetur respectus ad id, quod fuit mutuatum. illud autem fuit certum, ita quòd in eadem bonitate & certitudine numeri, ponderis, vel mensuræ solui debet per functionem sui generis. vt ff. de rebus cre. l. cùm quid. Si autem † conuentum esset, quòd plus redderetur, non esset mutuum, in eo, quod plus ibi esset. vt ff. eo. l. rogasti me. §. si tibi decem dedero. immò esset vsura: vt ibi no. ex mora tamen, benè posset quis in plus teneri in bonitate extrinseca. vt ff. eo. l. vinum.

2
3
4

¶ Item est notandum, quòd vbi creditor, qui † mutuat, stipulatus est statim sibi reddi, tunc non oritur certi condictio ex mutuo, sed certi condictio generalis ex stipulatione: vt ff. de noua. l. si ita. §. j. & l. seq. secus, si ex interuallo creditor stipuletur. quia cùm iam fuerit orta actio ex numeratione, non potuit tolli, nisi expressè stipulatio esset facta animo nouandi. vt C. de noua. l. si. Item in illa † stipulatione, quæ fit super mutuo, siue statim, siue ex interuallo fiat, siue simpliciter, siue animo nouandi, semper videbitur certum contineri, & si plus contineatur in ea, quàm fuerit mutuatum, erit vsura: quia actio subrogata sapit naturam eius, loco cuius subrogatur: vt ff. si si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. ad

5
6

mutuum enim, & sic ad præcedentia, facienda est relatio: vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. fi. & de iurisf. om. iu. l. si idem cum eodem. in fi. & C. de eden. authen. si quis in aliquo documento. Item, licèt
7 duæ † oriantur, vel competant actiones, non tamen exigetur, nisi semel. vt ff. de verb. ob. l. qui bis. & de reg. iur. l. bona fides. j.

8 ¶ Item notandum est, quòd in prædicto libello † & in ista actione potuisset Actor petere interesse suum, tam in damno, quam in lucro. In damno, vt quia Actor inciderit in pœnam, vel pignora, quæ dederat, modico fuerunt distracta, & sic damnificatus fuit, quia sua die Reus non reddiderat illud, quod mutuò acceperat, nec creditor potuit habere aliunde pecuniam bono modo, vnde solueret, & illud damnum euitaret. vt ff. de in lit. iuran. l. nummis. & de eo quod certo loco. l. iij. §. nunc de officio. Item, & in lucro inspicitur etiam interesse. vt e. l. §. fi. hodiè enim venit regulariter in omni actione lucrum cessans. vt ibi no. & ff. de ac. emp. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. & C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. vna. in fi. non tamen venit tale interesse, quod sit phantasticum, seu tale, quod suis subtilitatibus cadat: vt ibi. & facit quod not. C. de sum. Trinitate. l. j.

9 ¶ Sed quid erit, si Reus † dicat, quòd pecunia illa non fuit Actoris, cùm mutuabat eam, & sic non fuit mutuum, & ineptè agitur? Dico, quòd mutuum dicitur eo, quòd de meo fiat tuum: vt ff. de re. credi. l. ij. §. appellata. & ideo incumbet probatio Actori. vt ff. de proba. l. ij. Sed certè difficile erit Actori probare dominium. vt no. ff. de peti. hæredi. l. etiam. §. j. Item, pecuniæ vsucapio, difficilis erit ad probandum, quia pecunia non possidetur apertè seu palam, sed magis in abscondito. & etiam difficilis est discretio seu distinctio inter pecuniam, & pecuniam. Item, si dicam, quòd ego illam pecuniam cudi, vel eam cudi feci, vel habui ab eo, qui eam cudit, & sic velim eam probare fuisse meam per specificationem, periculosum erit: quia pecunia potest redire ad pristinam materiam. vt Institut. de re. di. §. cùm ex aliena. Item, non cuditur pecunia, nisi publica authoritate: vt ff. de contrahen. emp. l. j. in prin. & C. de fal. mone. quasi per totum. Item, si dico, quòd Reus consumpsit eam, & sic reconciliatum fuit mutuum: vt ff. de reb. cre. l. nam & si fur. erit hoc difficile probare, postquàm Reus hoc negabit. Et sic vndique sunt angustiæ. Nunc dico, quòd mutuum sit regulariter ad rogatum accipientis: vt apparet ff. e. l. rogasti. & l. si me & Titiùm. & sic verecundosum videtur valde ipsi Reo, si dicat Actori: Illa pecunia non erat tua, quando eam mihi mutuasti. & ideo iudices non consueuerunt audire tales, illa opponentes, scilicet quòd incumbat probatio Actori: sed benè audiunt eos, si velint probare, quòd illa pecunia non erat Actoris, & quòd adhuc superest non consumpta. Item, fortè posset imputari Reo, quia prædictam pecuniam non consumit: iuxta id quod no. ff. de re. cre. l. nam & si fur. §. j. vel quare non immiscet eam, cum alia pecunia, & sic esset facta sua. vt ff. de solution. l. si alieni nummi.

¶ Item, quid si Reus † confiteatur debitum, sed vult cedere bonis? Dico, quòd nihilominùs iudex feret suam sententiam: quia licèt nullæ sint partes iudicis in confessum, scilicet in cognoscendo: vt ff. ad leg. Aquil. l. proinde. in fi. tamen sententiam ferre debebit, postquàm libellus fuit datus. vt ff. de confessis. l. Iulianus. Item, debebit ferri sententia, propter expensas litis, & propter multa alia, in quibus potest interesse Actoris. vt argu. ff. de rei vendicatione. l. vtique. & de re iudica. l. si homo. & iudica. solui. l. si seruus. quæ cùm non sint declarata, nec per Reum confessata, non debet audiri Reus, volens cedere bonis, donec sententia fuerit lata. vt ff. de cessione bonorum. l. penult. 10

¶ Item est notandum, quòd si creditor fecit † pactum de non petendo ipsi 11
Reo,

Reo, & hoc probetur, tunc succumbet Actor in causa. vt Institut. de excep. §. prætereà debitor. Circa quod est notan-
12 dum, quòd pactum † de non petendo tria operatur. Tollit enim naturalem obligationem ipso iure. vt ff. de solu. l. Stichum aut Pamphilum. §. naturalis. Item, elidit, seu dum excipiendo proponitur, reddit inefficacem obligationem ciuilem. vt Insti. de exce. §. prætereà debitor. Item, obligat paciscentem naturaliter non petere. vt ar. ff. de fur. l. j. in fi. Item, pactum de petendo si posteà fieret, non resuscitaret naturalem obligationem, quia nec ad hoc vadit, nec naturalem inductam per pactum de non petendo tolleret: quia illa fuit ad liberandum, & ideo non potest ita citò tolli. nec aliquam naturalem induceret, sed vnum solum operaretur, scilicet quòd obstaculum per pactum de non petendo appositum eliderét, & replicando remoueret: & sic solùm ciuilem obligationem, quæ remanserat quasi inefficax, haberet reddere vtilem, & ad agendum & exigendum efficacem. vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ¶ Et prædicta, quæ
13 sunt † dicta de pacto de non petendo, habent locum in omnibus actionibus personalibus. Idem & in actione in rem: in ea enim dominus dicitur creditor. vt ff. de verb. signi. l. pecuniæ verbum. §. fi. & Insti. de ac. in princi. & facit Institu. de exceptio. §. item si in iudicio. vbi habe-
14 tur, quòd siue in actione † in rem, siue in personam, aliquis fuerit absolutus, & nihilominùs durat obligatio, & ipso iure potest adhuc agi, sed Reus adiuuatur exceptione rei iudicatæ. Et sic habetur ibi expressè, quòd in actione in rem est aliqua obligatio: & fortè vtraque, scilicet naturalis, & ciuilis: non tamen est ibi naturalis ex consensu, nec ex aliqua conuentione, de qua habetur ff. de pact. l. j. §. adeò. nec est ibi etiam aliqua obligatio personalis: quia actio in rem sequitur fundum. & si esset ibi personalis obligatio, ipsa actio non sequeretur fundum. vt ff. ad Trebellia. l. j. §. si hæres. Sed potest dici quædam obligatio realis. vel potest dici ex re, vt & aliâs in personali actione venit obligatio ex re. vt ff. de contraria actio. tu. l. j. in princip. & de actionib. & obliga. l. furiosus. Nec obstat Instit. de actio. §. j. vbi dicitur, quòd Reus in actione in rem, nullo iure est obligatus Actori. quia potest intelligi, scilicet propriè, vel personaliter. sed impropriè, & grosso modo loquendo, benè est obligatus. Vel non est verè obligatus, sed quasi. Est enim necesse dicere, ibi esse aliquam obligationem, vt apparet ex superiùs allegatis. Et quia natura æquum est, neminem cum alterius detrimento locupletari: vt ff. de condic. indebi. l. nam hoc. & de regulis iur. l. iure naturæ. potest dici probabiliter, illam naturalem quasi obligationem habere ortum exinde, scilicet ne Reus rem retineat: & ne cum ea locupletetur, inuito domino. Item, quia actiones sunt de iure ciuili: vt ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde ex his legibus. probabiliter posset dici, in actione in rem esse ciuilem obligationem. Sunt tamen multùm debiles illæ duæ quasi obligationes. quia licèt aliâs voluntate vnius non tollatur actio, postquàm incepit competere: vt ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. & C. de ac. & ob. l. sicut. ista tamen actio in rem, voluntate solius possessoris tollitur, si sine dolo desinat rem possidere. vt ff. de rei vendicat. l. sin autem. §. possidere. Item, est ibi alia debilitas: quia licèt non fit ex maleficio, tamen non datur contra hæredem, vt hæredem. vt ff. eo. l. cùm autem fundi possessor. & l. si in rem actum sit.

¶ Apparet ergo ex prædictis, quòd in † omni actione, siue sit personalis, si- 15
ue in rem, si fiat pactum de non petendo, tollitur obligatio naturalis, vel quasi naturalis, quæ ibi erat, & remanet sola ciuilis seu quasi ciuilis. ¶ Sed fallit, quia quandoque per pactum de non petendo † tollitur vtraque obligatio 16
ipso iure. Primò, in actione iniuriarum, & furti. vt ff. de pact. l. si tibi decem. §. quædam. & l. si vnus. §. pactus. in vers. sed si pactum. Et illud est, quia prædi-

ctæ actiones sunt odiosæ. Idem, in alijs actionibus, quæ sunt ex maleficijs, & in alijs famosis: vt in actione de dolo, & in pœnalibus, cùm sit eadem ratio, sicut in actione iniuriarum, & furti. ergo sit idem ius, vt ibi no. ¶ Item, fallit in actionibus, quæ solo consensu contrahuntur, quæ sunt Instit. de oblig. ex consensu. in princip. quia illæ, re integra, solo contrario consensu tolluntur. vt Instit. qui. mo. tol. obli. §. fi. & ff. de pac. l. ab emptione. & idem, in donatione, vt ibi no. ¶ Item, in hypothecaria actione in rem, in qua licèt sit naturalis & ciuilis obligatio, tamen re integra, id est, re non tradita, vtraque tollitur per pactum, expressè tamen factum de non petendo rem hypothecatam. vt C. de pig. l. maior. & no. ff. de pact. l. si tibi decem. §. de pignore.

¶ Et circa prædicta dixit Placentinus in Summa sua, Institut. de obligationib. quòd obligatio ciuilis & naturalis insimul est, quæ ex negocijs & ex maleficijs puberum, non furiosorum, nascitur. & sic videtur dicere, quòd in omni actione personali est ciuilis & naturalis obligatio, licèt sit ex maleficio. Dixit etiam Pla. C. de pac. quòd pactum perimit turpes actiones. Item, perimit actiones ex consensu proficiscentes, re integra. ¶ Vel aliter possumus dicere, omissis prędictis,
17 quòd obligatio † naturalis est instituta à iure gentium: vt ff. de iusti. & iu. l. ex hoc iure. & inducit eam consensus partium: vt ff. de pact. l. j. §. adeò. & talis naturalis obligatio est in omnibus contractibus, siue sint iuris gentium, siue iuris ciuilis, excepto contractu literarum, in quo licèt sit naturalis & ciuilis obligatio, si numeratum est, non est ibi naturalis, nisi suspensa, seu sub quadam conditione, scilicet, si numeratum fuerit. ¶ Item, in quasi contractibus est naturalis obligatio, licèt non sit in eis expressus consensus partium. vt apparet in actione tutelæ, & ex testamento, & in communi diuidundo iudicio. in quibus est obligatio ex quasi cōtractu, & tamen est ibi naturalis obligatio, ex quodam quasi consensu. vt colligitur ff. de contraria acti. tu. l. j. in prin. & de actio. & obli. l. furiosus. & iuxta id, quod not. C. de iur. & fac. igno. l. cùm quis. & si aduersus solu. l. ij. Et in prædictis, quando est ibi naturalis & ciuilis obligatio, pactum de non petendo tollit naturalem ipso iure: vt ff. de solu. l. Stichum. §. naturalis. & vulnerat seu elidit seu reddit inefficacem ciuilem ad exigendum. vt Instit. de exceptio. §. præterea debitor. Item & quandoque tollit vtranque ipso iure, scilicet, si cōtractus sit ex solo consensu, & res sit integra. vt Instit. quib. mo. tollitur oblig. §. fi. & ff. de pac. l. ab emptione. & C. de pig. l. maior. quod no. Sententia † autem absolutoria 18
neutram tolleret. vt ff. de condic. inde. l. Iulianus. & Insti. de excep. §. item si in iudicio. licèt ibi notetur cōtrarium, & malè, s. quòd sententia absolutoria tollat ciuilem obligationem. ¶ Item, quicquid dictū sit superiùs, potest dici, quòd in obligationibus † ex maleficio, nō est natura- 19
lis obligatio: ibi enim nō est contractus, nec quasi, & sic nō potest ibi assignari aliqs consensus, s. ꝙ Reus sit ibi naturaliter obligatus, ad aliqd dandū, vel faciēdum. Obligationes enim, quæ ex maleficio, vel quasi, nascūtur, de iure gentium nō sunt, sed vel ex l. xij. tab. vel ex alia l. vt no. Insti. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autem gentium. & sic est ibi sola ciuilis, & ex illa, licèt sit sola, agitur, & valet ad exigendum, & vim naturalis habet in hoc. sed per pactum de non petendo tollitur ipso iure, scilicet quia sola & odiosa, & per cōsequens tollitur actio ipso iure. & hoc colligitur ff. de pac. l. si tibi decem. §. quędam. & l. si vnus. §. pactus. in vers. sed si pactum. ¶ Idem potest † dici in condicti- 20
ōne ex lege & interdictis, s. ꝙ licèt sit ibi actio psonalis, tamen nō est ibi obligatio naturalis, nec in eis potest assignari aliquod vinculū obligationis naturalis: sed agitur ibi ex sola ciuili, q̄ vim naturalis habet in exigēdo. An aūt † actio illa ciuilis 21
tollatur tūc ipso iure p pactū de nō petēdo? potest distingui sup hoc, ꝙ si cōdictio ex l. si qs in tantā. C. vnde vi. vel si interdictū sit ex maleficio, vt est interdictū Vnde vi: quòd

vi: quòd tunc tollatur illa ciuilis ipso iure, & per consequens actio: quia odiosa, vt dictũ est in alijs actionibus, quæ sunt ex maleficio. naturalis autem non potest tolli: quia nec ibi est. Si autem condictio ex lege non sit ex maleficio, vt est condictio ex l. omni modo. C. de inof. testam. pro supplemẽto legitimæ portionis. vel interdictum nõ fit ex maleficio, vt interdictum. Quorum bonorum: tunc illa ciuilis non tollitur ipso iure per pactum: quia tunc non est ibi odiosa actio. Sed pactum de non petendo operabitur tunc, quòd obligabit naturaliter paciscentem non petere, & elidet illam ciuilem obligationẽ. ¶Item potest dici, quòd in acti-
22 one in†rẽ non est aliqua obligatio naturalis, nec ciuilis: vt satis videtur expressum Insti. de act. §. j. ibi, dũ dicit, aut cum eo agit, qui nullo iure ei obligatus est &c. & iuxta illum textum no. Institu. de obliga. ex quasi cõtractu. §. hæres. quòd actio in rem nõ debet dici ex contractu, vel quasi. & idẽ in hypothecaria pro legatis: vt ibi no. nec actio in rem nascitur ex obligatione aliqua: vt not. ff. de ac. & ob. l. j. in prin. & sic videtur datiua, & nõ natiua. nec possessor in actione in rem, est ad aliquid obligatus, nec aliqua obligatione tenetur. vt no. ff. de interdi. l. j. §. pe. possessio tamen parit eam. vt C. de aliena. mu. iudi. l. vna. Sed negari non potest, quicquid dicatur, quin aliqualis obligatio sit in actione in rem, siue dicatur obligatio grosso modo & generaliter sumpto vocabulo, vel dicatur obligatio ficta, vel quasi obligatio, vel quocũque alio nomine vel modo figuretur seu nuncupetur. vt Instit. de excep. §. item si in iudicio. vt ff. de verb. sig. l. creditores. in prin. & l. pecuniæ verbum. §. fi. & Inst. de acti. in princ. Sed potest dici, quòd ita debilis est illa quasi obligatio, vt suprà dictum est, quòd actionẽ parere non potest: sed possessio parit eam, vt & suprà dictum est. Sed si super actione in rem fiat pactum de non petendo, non tollitur actio ipso iure, sed poterit elidi ope exceptionis, & obligabitur naturaliter paciscens ad non petendum.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis x. lib. Turo. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus eum in xl. soli. Turoñ. dandis dicto Actori pro expẽsis, quas dictus Actor fecit occasione præsentis causæ: cùm idem Actor, delato sibi à nobis iuramento, iurauit, taxatione nostra prædicta præcedente, se expẽdisse prædictos xl. sol. Tur. occasione præsentis causæ. 23

RVBRICA XLII. De cessione bonorum,

Ad hũc tit. Inlũ se remittit Guido Papa q. 211. in fi. Et vide Matthæũ Brunũ in tracta. de Cessione bonorum, q. 4 prin.

SVMMARIVM.

1 *Cedere bonis qui possint, & ibi, Cedentiũ cessio, an prosit eorum fideiussoribus.*

2 *Cessio potest fieri extra ius, & per nuncium, & per epistolam. Et an & quomodo coram testibus.*

3 *Cessio bonorum est generalis, quo ad bona, & quo ad creditores. Et an omnes vocandi sint.*

4 *Cedẽs bonis, in plerisque locis, præterquàm quòd coram Iudice fit cessio, ignominia afficitur, vt tardiùs ad eam decurrat. Et an cedens hoc vituperium personaliter sustinere cogatur, & sustinendo infamis fiat. nu. 5.*

6 *Cessione facta, nihil debet cedenti amoueri, nec per iudicem, nec per alium, nec creditores debent bona eius propria authoritate capere, vel inter se diuidere, & cedens, antequàm bona vendantur, remanet dominus.*

7 *Pro derelicto rem habens, incontinenti desinit esse dominus.*

8 *Amittens pecuniam, vel aliud quicquam, non desinit esse dominus, donec ab alio fuerit apprehensum.*

9 *Cessione facta, an creditores debeant poni in possessione bonorum.*

 10 Cedens

10 Cedens cogitur indicare bona. Item vxor tenetur indicare bona hæredibus: & vasalli feuda dominis.

11 Cedentis bonis datur curator, qui vendit bona, & satisfacit creditoribus, & exercet actiones vtiles, contra debitores cedentis bonis.

12 Cedens an debeat excuti, vsque ad baculum & peram, ita, quòd vnum denarium non retineat.

13 Cedenti an vestis relinquenda sit, & qualis. nu. 14.

14 Vestibus an spoliandi, qui vltimo supplicio afficiuntur.

15 Cedenti bonis, an teneatur reddere rationem, qui curator bonis datus est.

16 Cessio facta, si impedimentum interueniat, quo minus commodè vel citò interueniat: an iudex possit curare, vt de bonis inuentarium fiat, vel ea ad instantiam creditorum sequestrare.

17 Cedens, an bona habere debeat, si aliqua superfluant, postquàm per curatorem bonis datum satisfactum est creditoribus.

18 Cedens non liberatur ab actionibus, quibus tenebatur: sed vtilitatem habet, quòd in carcerem non detrudatur.

19 Cedens, exceptionem habet in bonis posteà acquisitis, vt condemnetur, deducto, ne egeat. Et an id locum habeat in creditoribus, cum quibus post cessionem contraxit.

20 Cessio non impeditur, si quis dolosè cedat.

21 Cedens dissipans & disperdens bona sua fraudulenter, quòd apparere non possint, in carcerem detrudendus est.

22 Induciæ quinquennales habent locum tantummodo, ad euitandam cessionem bonorum, & non aliàs. & nu 25 in fi.

23 Induciæ quinquennales, an proficiant fideiussoribus.

24 Creditoribus hypothecarijs, qui expressè inducijs non consenserũt, an illæ quinquennales noceant in hypothecaria actione.

25 Pactum de quota parte debiti remittenda, habet locum tantummodo, cùm hæres timore creditorum non vult adire hæreditatem, nisi fiat sibi remissio quota partis debiti. Quod pactum hypothecarijs creditoribus, expressè non consentientibus, non nocet.

26 Inducias aliquando dat Imperator, non habita occasione cessionis bonorum vitanda, & concedit aliquando dilationem perpetuam ex certa sciẽtia: & an illa concessio, cùm sit iniqua, etiam proficiat fideiussoribus. nu. 27.

28 Cessioni bonorum, an possit renunciari per pactum, de Iure. & quid de consuetudine. nu. 29. 30.

31 Cessio bonorum, an valeat in loco, in quo ex consuetudine quis se obligare potest ad captionem personæ suæ.

32 Obligans se ad captionem personæ suæ, in loco, in quo valet obligatio de consuetudine, si ille alleget solutionem, vel aliud simile: an & quando interim, dum litigabitur, captus detineri debeat.

QVIA facta est mẽtio de cessione bonorum. Et primò
notandum, quòd bonis †cedere possunt, paterfamiliâs 1
& filiusfamiliâs, & masculus & fœmina. vt C. qui bonis cedere possunt. l. cùm & filij. Cessio tamen non proderit fideiussoribus eorum. vt ff. de fideiusso. l. vbicunque. Vide Mat. B. allegat. quæst. 25. 4. q. & 8. princip.

¶Secundò est notandum, quòd cessio
†potest fieri extra ius, & per nuncium, & 2
per epistolam. vt ff. de cessi. bo. l. fi. & sic fieri potest etiam coram testibus: sufficit enim sola professio. vt C. eo. l. in omni. dum tamẽ clarum sit debitum, per agnitionem, vel per confessionem in iure, vel per sententiam. vt ff. eo. l. pe. Hodiè verò fit cessio in curia necessariò, & corã iudice, quæ consuetudo est seruanda. vt ff. de legi. l. de quibus. & C. quæ sit longa consuetu. l. ij. Vide Ma. Brunũ al. leg. tract. quæst. 6. princip.
¶Itẽ, cessio †bonorum est 3
generalis seu in rem, & quo ad bona, & quo ad creditores: nec enim necessariò omnes creditores sunt vocandi coram iudice: sed sufficit vocari illos, qui instãt seu Sequitur Mat. Brunus q. 9.

princ. & Guido Pape consil. 124. nu. 9 seu contra eum litigant, seu cum quibus causa pendet. arg. ff. de cessio. bonorum. l. iij.

¶ Tertiò est notandum, quòd hodiè
4 excreuit † malitia hominum, & multi accipiunt pecunias mutuò, bibunt satis, & comedunt, parum in suis negocijs vigilantes, & posteà cùm impetuntur à creditoribus, ipsi, absconsis his, quæ sibi supersunt, vel maiori parte, non verecundantes cessioné facere, cedunt bonis suis: & ideo vltra hoc, quòd & cessio debeat fieri coram iudice & in curia, introductũ est in aliquibus locis, vt cedens bonis vituperium accipiat, vt sic tardiùs ad illud decurrat: quòd cedés bonis, bassatis brachijs in curia ter de culo, in quadam tegula percutiat, dicendo qualibet vice, Cedo bonis. Item, in quibusdam alijs locis ducitur in tunica sine caputio, cum tubis, in platea, & ibi dicit, Cedo bonis. & apud Auinionem bassatis brachijs in peyrono curiæ scinditur sibi lumbar. Et prædicta sunt laudanda, quia multis grassantibus, opus est exemplo. vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. fi. & de extraordin. crimi. l. saccularij. §. sunt quædã. & arg. ff. de rei vendi. l. in fundo. Item, prædi-
5 cta cùm sic † fiunt, quia sunt loco cuiusdã pœnæ, cedés debet illa facere & pati personaliter. ar. C. de pœnis. l. sancimus. nec aliàs debet audiri, propter statutum seu consuetudinem legitimè præscriptam. non tamen cedens erit infamis. vt C. ex quibus cau. infa. irro. l. debitores. etiam si illud vituperiũ recipiat. vt ff. eo. l. ictus fustium.

Vide Guidonẽ Pape consil. 124. nu. 8 & 9. in decis Par. q. 343. & Matthaũ Brun. vbi suprà. q. 3.

6 ¶ Quartò est notandum, quòd cessione † facta, nihil debet cedéti amoueri, nec per iudicem, nec per alium. nec posteà creditores debent bona eius propria authoritate capere, vel inter se diuidere. vt C. qui bo. ce. pos. l. legis Iuliæ. interim enim, antequàm bona vendantur, cedés remanet dominus. vt ibi. & ff. e. l. iij. Sed
7 non est sic in † eo, qui aliquam rem pro derelicto habet: quia ille incontinéti desinit esse dominus. vt ff. pro derelic. l. ij.
8 Ille autem, qui amittit † pecuniam, vel aliud quicquam, non desinit esse dominus, donec ab alio fuerit apprehensum. vt ff. eo. l. si id, quod. §. fi.

Vide Mat. Brun. vbi sup. quæst. 18. princ.

¶ Quintò est notandum, quòd cessione facta † creditores debebunt poni in 9
possessione bonorum: vt tangitur C. de bo. auth. iudi. pos. in rubrica. & cedens
† cogitur indicare bona. vt no. ff. de ces. 10
bo. l. iiij. & l. pe. & C. e. l. ij. sic & vxor tenetur indicare bona hæredibus, & vasalli feuda dominis: vt not. C. quando & quibus quarta pars. l. ij. §. mobiles. lib. x.
¶ Item, dabitur † curator bonis. vt ff. de 11
cura. bo. dando. l. fi. & facit C. quando fiscus vel priua. l. ij. qui curator védit bona, & satisfaciet creditoribus. vt ff. de cura. bonis dando. l. fina. & exercebit actiones vtiles, contra debitores cedentis bonis. vt ff. eo. l. ij. circa principiũ. ¶ Item, debet excuti cedens † vsque ad baculum 12
& peram: vt no. ff. quæ in frau. credito. l. fina. in fine. ita, quòd non retineat vnum denarium. vt no. ff. de cessio. bo. l. penul. & Azo in Summa dicit, quòd debet excuti vsque ad vltimum quadrantem, & etiam vsque ad subligar. Et sic ex prædictis videtur, quòd nec vestis † sit ei re- 13
linquenda. Victus enim sibi denegatur in bonis, quæ habet, quando cedit bonis, licèt non in posteà quæsitis. vt Institu. de actio. in fi. vestis autem, victus nomine continetur. vt ff. de verbo. signif. l. verbo victus. ergo & illa vestis, quam habebat, quando cessit bonis, nõ est ei relinquenda, sed per curiam prædictam vendenda. Item, facit ad hoc, quia cùm quis vltimo
† supplicio punitus est, eodem momen- 14
to spoliatur veste: vt ff. de bo. dam. l. diuus. ¶ Sed contrà videtur, quòd vestis sibi debeat relinqui: quia in obligatione generali non continetur vestis, immò relinquitur. vt ff. de pig. l. obligatione. Itẽ, si ille, vel aliquis alter includeretur in carcerem, dimitteretur vestis: vt ff. de re iudi. l. si victũ. ergo &c. Item, condemnato, cùm ducitur ad patibulum, non remouetur ei vestis: vt ff. de boni s dam. l. diuus. Item, cùm Petrus dicit, quòd ipse dimittebat omnia, non dimisit vestem.
Item facit C. de re mili. l. cùm supra. & de cursu pu. l. non patimur. lib. xij. Ego credo,

Vide Mat. Brun. vbi suprà, 5. q. princip.

Vide Matthaũ Brunũ, vbi suprà, d. q. 18 princ. nu. 23. & sequen.

Tu vide Matthaũ Brunũ vbi sup. quæst. 3. princ. num. 9.

credo, quòd de vestibus, quas cedens bo-
nis habet supra se, vel in domo sua, quã-
do cedit bonis, quòd vna sit sibi dimittẽ-
da, per iura statim allegata: attamen ma-
gis vilis & abrasa: quia creditores certãt
de suo seu de sibi debito recuperando.
15 ¶ Item, curator datus † bonis, non tene-
bitur reddere rationẽ illi, qui cessit bo-
nis: sed solùm alijs, quorum interest: vt
ff. de cura. bo. dan. l. penul. & tangitur eo-
dem tit. l. si plures. nec tenebitur nisi de
dolo: vt ff. de bo. auth. iudi. pos. l. prętor
ait. §. est prætereà.
¶ Sextò est notandum, quòd si impe-
16 dimentum † interuenerit, quòd commo-
dè curator prædictus seu citò dari non
possit, non esset malè factum, si iudex fa-
ceret fieri inuentariũ de bonis, vel quòd
ea sequestraret ad instãtiam creditorũ.
& hoc, quia melius est, ante tempus oc-
currere, &c. vt C. in qui. cau. in integ. re-
stit. non est neces. l. fi. Item, quia mali-
tijs hominum est obuiãdum: vt ff. de rei
ven. l. in fundo. Item, quia consulendum
est, volenti sibi debitum recuperare: vt
ff. de eo quod certo loco. l. j. Item, quia
videtur æquitas iustitiæ, quæ est præci-
pua: vt C. de iudi. l. placuit. Item, non est
prohibitum. ergo satis permissum. arg.
ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. quod eis.
Item, quia sequestratio fit aliquãdo pro-
pter malam suspicionem: vt ff. de appel.
l. Imperatores. §. fi. Item, cedens non de-
bebit conqueri. Ipse enim videtur quasi
hoc voluisse: quia cessit bonis. & sic vide-
tur velle, quòd prouideatur securitati
creditorum, taliter, quòd eis satisfiat de
bonis, quæ inuenientur posteà, sic quòd
non debebit retinere vnum denarium.
17 Credo tamen, quòd satisfacto † credi-
toribus, per curatorem bonis datum, si
aliqua bona superfluant, quòd illa habe-
bit cedens.
¶ Septimò est notandũ, quòd cedens
18 † non liberatur ab actionibus, quibus te-
nebatur: vt C. qui bo. ce. pos. l. j. sed vtili-
tatem habet, quòd nõ detruditur in car-
cerem: vt ibi. Item, & exceptionem habe-
19 bit, quòd in † bonis, quæ posteà acqui-
Vide Mat ret, condemnabitur, deducto, ne egeat: vt
ff. eo. l. is qui bonis. ij. & Insti. de ac. in fi. *thæi Bro*
quam exceptionem, saluo meliori con- *nũ in allo-*
silio, non habet, vt credo, contra credi- *gat. tract.*
tores, cum quibus post cessionem con- *quæst. 19.*
traxit: vt ar. C. de bo. auth. iu. pos. l. ex *principali*
contractu. à contrario sensu. Item, si quis *28. 29. 30*
† dolosè cedat, non impeditur cessio: vt *& 31.* 20
no. ff. de re iu. l. si quis dolo. in prin. At-
tamen, si itá † dissipauit & dispersit bona 21
sua fraudulenter, quòd apparere nõ pos-
sint: tunc omnimodo detrudetur in car-
cerem: vt ff. quæ in frau. cre. l. fi. & not.
Insti. de ac. §. item si quis in fraudem.
¶ Octauò est notandum, quòd indu- 22
ciæ † quinquennales habent locum tan- *Vide M S.*
tummodo, ad euitandam cessionem bo- *d. tract. q.*
norum, & non aliàs. de quo habetur C. *24. princ.*
qui bo. ce. pos. l. fi. Item, illæ inducię † p- 23
ficiũt fideiussoribus: vt ff. de pac. l. etiam
hæredi. in fine. Creditoribus autem † hy- 24
pothecarijs, qui expresśe inducijs non
consenserunt, non nocent illæ inducię in
hypothecaria actione: vt arg. ff. de pac. l.
rescriptum. & C. qui bo. ce. pos. l. fi. §.
nulla. ibi, dum dicit, quantum ad hanc
electionem &c. Sed credo, quòd noce-
rent prædictæ induciæ in hypothecaria.
& videtur notari in d. l. rescriptum. Et est
ratio diuersitatis, in illo pacto, s. de quo-
ta parte debiti remittenda, & in istis in-
ducijs: quia in inducijs, quod differtur,
non aufertur: vt ar. C. de preci. impe. of-
feren. l. ij.
¶ Nonò est notandum, quòd pactum
† de quota parte debiti remittenda, ha- 25
bet locum tantummodo, cùm hęres ti-
more creditorum non vult adire hære-
ditatem, nisi fiat sibi remissio quotæ par-
tis debiti. Hypothecarijs autem credito-
ribus expresśe non consentientibus, non
nocet pactum illud. de quo habetur ff. de
pac. l. & suum. in fi. & l. maiorem. & l. si
plures. & l. rescriptum. circa princ. Et
prædicta, s. de inducijs, & de prædicta
quota remittenda, habent locum coram
iudicibus. Imperator verò dat aliquan-
do † inducias, non habita occasione cessi- 26
onis bonorum vitandæ, & concedit ali-
quando dilationem perpetuam ex certa
scientia: vt C. de preci. impe. offe. l. quo-
ties.

27 ties. & l. vniuersa. Prædicta autem cessio † per Imperatorem facta, cùm sit res iniqua, non proficit fideiussoribus: vt ff. de fideiuss. l. vbicunque.

¶ Decimò est notandum, quòd cessi-
28 oni bonorum † non potest renunciari per pactum: quia contra bonos mores esset, & sic non seruandum: vt ff. soluto matri. l. alia. §. j. Quia si pactum teneret, detruderetur debitor in carcerem, ad quem nullus potest se obligare pro debito: vt C. de ac. & ob. l. ob æs. & auth. immò à debito. ibi posita, cũ sua glo. & facit ff. de condi. & demon. l. cùm sub hac. Hodiè verò, de consuetudine quorundam locorum, si debitor pro debito soluendo, obliget se per captionem personæ suæ per iudicem faciendam, valet & tenet. Et licèt de iure non valeat talis obligatio, tamen consuetudo vincit legem in illo loco: vt C. quæ sit longa consue. l. ij. Videmus enim, quòd consuetu-
29 do † infligit pœnam mortis: vt ff. de extraor. cri. l. saccularij. §. sunt quædã. Item, de iure, pro furto quis non moritur, nec membrum sibi abscinditur: vt C. de ser. fugi. auth. sed nouo iure. & tamen, de consuetudine aliquorum locorum, hodiè pro primo furto quis perdit aurem, & pro secundo moritur. Multò fortiùs ergò consuetudo possit inducere captionem & detentionem personæ, pro debito, per pactum. & prædicta consuetudo corroboratur, extrà de iureiuran. c. ex rescripto. & de pigno. c. ij. cum sua
30 glo. Ex prædictis credo, quòd quis † per pactum potest renunciare cessioni bonorum, in loco, in quo est cõsuetudo, quòd quis possit se obligare ad captionẽ per-
31 sonæ suæ. Item in loco, in quo est illa cõsuetudo, ille, qui † obligauit se ad captionem personæ suæ, in vanum cedet bonis: quia nihilominùs detinebitur captus, propter obligationem suam expressam: quia verba debent aliquid operari. ff. de leg. j. l. si quando. Item, qui se
32 obligauit † ad captionem personæ suæ, in loco, in quo valet de consuetudine, si ille alleget solutionem vel aliud simile, credo, quòd interim detinebitur captus, dum litigabitur. & hoc aliâs inuenitur, C. de exac. tribu. l. iij. lib. x. Secus, si negaret se obligatum ad captionem personæ suæ. vel diceret instrumẽtum esse falsum, vel non tenere in illo articulo: quia tunc non deberet interim teneri captus, donec esset declaratum, obligationem captionis tenere.

Vide Ma. Brunũ in alle. trac. quæst. 20. princi.

RVBRICA XLIII.

De condictione ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Ex scriptura manus propriæ, nascitur condictio ex lege.*

4 *Obligatio literis contrahitur, quando Reus manu propria scripturam scripsit. Idem, si per manum tabellionis. Secus, si per manum alterius priuatæ personæ, nisi de vtriusque contrahentis voluntate constet.*

5 *Chirographum quando aliquis manu sua scripsit, si posteà illud se scripsisse neget, & conuincatur: vel neget numerationem, & conuincatur: vel neget vtrunque simul, & conuincatur: an ipse in duplum condemnabitur.*

6 *Obligatio literarum habet locum circa mutuum: aliâs ex confeßione etiam iudiciali aliqua actio non oritur, nec ex ea agi poßet.*

7 *In obligatione literarum, numerationem interuenisse necesse est, licèt ex ea non agatur, & numeratum esse certum non sit: vnde Actor, si confiteretur non esse numeratum, vel aliâs hoc probari poßet, succumberet.*

8 *Verbum, reddendi, significationem habet per se dandi.*

9 *In mutui contractu est naturalis obligatio, & ciuilis.*

10 In obligatione literarum non est naturalis obligatio, & an in ea saltem sit ciuilis.

11 Sententia absolutoria non tollit ciuilem obligationem: condemnatoria tamen eam inducit.

12 Obligatione naturali sublata per pactum de non petendo, an agatur ex sola ciuili.

13 Obligatio ciuilis non est apta ad exigendum, nisi ibi naturalis sit obligatio, vel saltem aliquis color naturalis obligationis. nu. 14. & 15.

16 Obligatio, naturalis sola actionem non parit: sed impedit soluti repetitionem, & donationem, inducit compensationem, & admittit accessorium fideiußionis & hypothecæ.

17 Obligatio, est nomen verbale, significans obligantis actionem quandam, & obligati paßionem. Et tria amplectitur, obligātem, obligatum, & rem obligatam.

18 Obligationem literarum habens contra aliquem, ad decem, ex causa mutui, proponit libellum ad prædicta decem, super certi condictione speciali ex mutuo, & in modum probationis inducit confeßionem illam literis factam: an hoc facere poßit. Et an & quando Reo, cōtra eiusmodi confeßionem, exceptione consultum sit. Et quid, si confeßio facta coram testibus, sine literis, tunc in modum probationis inducatur. nu. 19.

20 Exceptio non numeratæ pecuniæ quando opponi potest, regulariter eius loco opponi potest exceptio doli. Et ea opposita, quando Reus necesse habeat probare dolum, quando non.

21 Confessus scripto, spe futuræ numerationis, se debere decem ex causa mutui: an poterit perpetuò excipere, de non numerata pecunia.

22 Confeßione facta literis, si subsecuta est in continuenti stipulatio, non agetur ex literarum obligatione, sed certi condictione generali ex stipulatione. Et quomodo tunc Reo consulatur, si pecunia numerata non sit.

23 Stipulatio licèt expreßè confeßionem numeratæ pecuniæ subsecuta non probetur, si tamen scriptum inueniatur ibidem, quòd ille confitens promisit se redditurum illud, quod confessus fuit se debere ex causa mutui, stipulatio interuenisse, & interrogatio præceßisse, præsumetur.

24 Sententiæ formula in condictione ex lege, quæ oritur ex literarum obligatione.

25 Mandare præses prouinciæ ad requestam alicuius, an poßit Iudici inferiori, quòd in quadam causa vertente coram eo, recipiat exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel econtrà. vel mandat recredentiam fieri, vel non fieri, de quodam criminoso capto. & sic de similibus mandatis. & nu. 28. & 45.

Iurisdictio per Baronem præscripta, vel alio modo acquisita, transmittitur ad hæredes. eam potest vendere, vel alienare, in eius est patrimonio, nec de Iure ab eo auferri potest, sine causa legitima.

26 Iniuriam facit, & iniuriarum actione tenetur, qui turbat, vel qui non patitur aliquem vti re sua.

27 Mandatum & iussus Superioris non tenet, si disponat, quomodo procedat, vel quomodo iudicet, vel interloquatur iudex inferior.

29 Iudex inferior, non potest dici in defectu iurisdictionis, dum interloquatur pro vel contrà. Et licèt iniquè fortè interloquatur, ius reddit, nisi appelletur.

30 Supplicare Iudici superiori, seu ad eum recurrere, regulariter non licet. Quod fallit in nouē casibus. nu. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 43.

39 Iudex ordinarius, qui tulit sententiam ipso iure nullam, licèt idem poßit cognoscere de nullitate, etiam in executione sentētiæ opposita, adiri tamen potest etiam iudex immediatè superior.

40 A sententia cùm appellatur, quæ nulla est ipso iure, licèt appellatio non teneat simpliciter, tamen tenet in hoc, quòd iudex primus,

mus, ad quem appellatum est, in causa appellationis de nullitate incidēter cognoscere possit.

41 Appellationum Iudicem si habeat Baro ex praescriptione, vel ex concessione Regis, ille Iudex, si ad eum appellatum fuerit, in casu, in quo appellari potuit, an cognoscendo in causa appellationis, possit incidenter de nullitate cognoscere, cùm aliâs principaliter super nullitate sentētiae adiri non potuerit. Et quid, si appelletur ad talem Iudicem, in casu, in quo appellari non posset, an possit quouis modo de nullitate cognoscere.

42 Iudex superior, ad quem appellatur, si inuenerit sententiam esse nullam, an possit cognoscere & diffinire super causa principali, in qua fuit lata sententia, vbi hoc fuerit petitum.

44 Supplicari quando potest Superiori, causa per supplicantem allegari debet, quare spreto inferiori Iudice, supplicat, seu ad superiorem recurrit. Et an causa, & per quem probari debeat. Et quid in associatione iudicis suspecti.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus scripsit manu ꝓpria, & confessus fuit, se debere dicto Actori, x. lib. Turo. ex causa mutui. Vnde cùm dictus Reus dictas x. lib. Tur. dicto Actori reddere contradicat, agit dictus Actor cōtra eum, vt sibi praedictas x. lib. Turoñ. reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori praedictas x. lib. Turoñ. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de obligationib. in fi. & de litera. oblig. §. j. & C. de non nume. pecu. l. in contractibus. in prin. ¶ Rectè dicitur, quòd scripsit manu propria:
3 quia exinde † nascitur condictio ex lege. Insti. de litera. obliga. §. j. licèt Placenti. dixerit in Summa sua, quòd exinde nascitur certi condictio. Quod est verum: licèt etiam oriatur condictio ex lege. ista tamen primò, & illa secundariò seu ex consequenti. ¶ Et est notandum, quòd literis † contrahitur obligatio praedicta, 4
quando manu propria Reus illud scripsit. Idem, si per manum tabellionis seu publici Notarij fuit scriptum: Secus, si per manum alterius priuatae personae: vt no. Insti. de litera. oblig. §. j. Pla. tamen dicit indistinctè, quòd si quis scripserit, scribí ve fecerit, se accepisse, quòd ei numeratum non est, nascitur obligatio ex tali chirographo. quod & satis potest sustineri, postquàm de volūtate vtriusq; contrahentium, alter tertius, licèt priuatus, illud scripsit. Est tamen speciale, quando aliquis † manu sua illud scripsit, 5
quòd si posteà neget se scripsisse illud, & conuincatur: vel neget numerationem, & cōuincatur: vel neget vtrunque simul, & conuincatur: quòd ipse in duplum condemnabitur: vt C. de non nume. pecu. auth. cōtra qui propriam. Et sic in casu nostro posset formari libellus, sicut formabitur infrà, in actione legis Aquiliae, quae etiam per inficiationem crescit. ¶ Itē rectè dicitur, ex causa mutui: quia literarum † obligatio habet locum circa 6
mutuum: vt Insti. de lite. obliga. §. j. aliâs autem ex confessione, potissimè etiā iudiciali, non oritur aliqua actio, nec ex ea agi posset: vt ff. depo. l. Publia. §. Lucius. ¶ Item, rectè petūtur reddi praedicta x. Actor enim † deberet ea numerasse: li- 7
cèt ex numeratione non agatur, nec est certum ea numerasse. & si Actor confiteretur non esse numeratum, vel aliâs posset hoc probari, ipse succumberet. Item verbum, † reddendi, significationem ha- 8
bet, per se dandi. vt ff. de ver. signif. l. verbum, reddendi.

¶ Item est notandū, quòd in contractu † mutui est naturalis obligatio. con- 6
sensus enim, qui est super reddendo eo, quod numeratū est, inducit naturalem obligationem: vt ff. de pactis. l. j. §. adeò. Item, est ibi ciuilis obligatio, quam post illum consensum inducit ibi lex, approbando contractum, vt exinde possit agi: vt Institu. quibus mo. re contrahitur ob-

liga.in princ. & facit Institu. de excep. §. prætereà debitor.& quod no. Institu. de oblig.in princip. & facit ff.de dona.inter vi.& vxor.l.cùm hic status.§.j.vbi de tali obligatione ciuili fit mentio. Quia in
10 literarum † obligatione non est naturalis obligatio: quia nō est certum esse numeratum,tunc,cùm confessio scribitur: & quando quis spe futuræ numerationis se obligat literis, quod plerunque contingit,non præsumitur cōsentire, vt reddat,quod nō accepit,nisi & postmodum numeretur.& sic naturalis obligatio non est ibi,nisi suspensa seu cōditionalis:sicut & in contractu conditionali nō est naturalis,neque ciuilis obligatio,nisi conditionaliter: vt not. C. de pactis. l. petens. Ciuilis autem obligatio est in literarum obligatione. vt Insti.de literar.oblig.§.j. & ex causa sola agitur.nascitur enim ex incerti condictione, vel condictione ex lege,vt ibi. ¶ Sic in re iudicata agitur ex re ciuili: vt C. de reb.cre. l. actori. licèt
11 enim sententia † absolutoria non tollat ciuilem obligationem, sententia tamen condemnatoria inducit eam: vt de hoc ff. de condi.inde.l.Iulianus. ¶Item,cùm
12 ex pacto † de non petendo sublata est naturalis obligatio: vt ff.de solu.l.Stichum. §.naturalis.agitur ex sola ciuili: vt Insti. de excep.§. prætereà. Et est ratio ad prædicta: quia actiones sunt de iure ciuili: vt ff.de ori.iur.l.ij §.deinde ex his legibus. & sic non est mirum, si sola ciuilis obligatio facit parere actionem, & dat ei vi-
13 gorem in agendo. non tamen facit † eam aptam ad exigendum, nisi sit ibi naturalis obligatio,vel saltē aliquis calor naturalis obligatiōis. Verbi gratia,in literarum obligatione, si agatur infra biennium, & non excipiatur de non numerata pecunia, est ibi quidam color naturalis obligationis, quasi sit numeratū. Item, si fuerit renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ. Item, si transiuit biennium, & querela nō fuit facta in scriptis super prædicta exceptione: vt C. de non nume.pecu.l.in contractibus.§.in omni. Licèt enim in prædictis tribus casibus naturalis obligatio non sit inducta, & ibi deficiat,tamē est ibi color naturalis obligationis, quasi fuerit numeratū. Item,
cùm agitur † actione iudicati, ex sola ciuili fit exactio. Est enim ibi color naturalis obligationis: quia res iudicata pro veritate habetur: vt ff.de reg.iur.l.res iudicata. Itē,facto pacto † de non petendo, 15
si agatur, fit exactio ex sola ciuili obligatione,si nō opponatur exceptio. Est enim ibi color naturalis obligationis præcedentis:quia Reus non excipit.

¶ Item est notandum, quòd sola † naturalis obligatio non parit actionem: vt C.de pac.l.legē.& ff.eo.l.iuris gentium. §.sed cùm nulla.& not.Instit.de obli.§.j. Naturalis tamen sola impedit soluti repetitionem: vt ff.de fideiuss.l.fideiussor. j.§. fideiussor. Item, impedit donationem: vt ff. de do. l. hoc iure.§. fi. Item, inducit compensationem: vt ff.de compen.l. etiam. Item, admittit accessorium fideiussionis & hypothecæ: vt ff. de fideius. l. fideiussor.§.fideiussor.& de pig.l. res hypothecariæ.

¶ Item est notandum, quòd obligatio † est nomen verbale. & ideo significat obligantis actionem quandam seu actum, & obligati passionem: vt de actione dictum est suprà in tertio libello. Item Pla. dixit in Summa sua, Institut. de obligatio. quòd Aristotelicus inquireret, vbi sit obligatio, vel in quo, vtrúmne in obligante, vel in obligato, vel in re obligata, vel prædictis omnibus. Obligatio enim, illa tria amplectitur: & illud potuisset dicere Placen. de actione, de qua dixit ibidem: quia licèt actio proficiscatur ex obligatione, nec vnum, sit aliud prædicatiuè: attamen ipse non potuit agere, aliàs aduertere, quin idem & id ipsum, quod est obligatio, sit actio. sed alij aduertunt, ex eo, quòd obligatio parit actionem. vt ff. de procur.l. licèt.§.ea obligatio.

¶ Sed quid erit, quidam † habens literarum obligationem contra aliquem ad 18
x.ex causa mutui, proponit libellum ad prædicta x. super certi condictione speciali ex mutuo: & in modum probationis inducit confessionem illam literis factam?

ctam? Dico, quòd illud poteſt facere: vt ff. depoſi.l. Publia.§. Lucius. Attamen Reus poterit excipere, de non numerata pecunia, ſi eſt intra biennium, & non poſt: cùm ſit eadem ratio, ſicut ſi aliàs ageretur ex literarũ obligatione. ¶ Sed quid erit,
19 ſi tunc in † modum probationis inducatur confeſsio, facta coram teſtibus, ſine literis? Certè multò fortiùs poterit excipi, de non numerata pecunia infra biennium, & non poſt, vt prædicta confeſſio aliquid operetur. Vel poteſt dici, & fortè nõ malè, quòd tunc perpetuò poſſit excipi de non numerata pecunia, vt ſit differentia circa mutuum, inter confeſſionem, quæ inducit literarum obligationem, & eam confeſsionem, quæ nullam inducit obligationem.

¶ Item eſt notandum, quòd regulari-
20 ter, † quando poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, loco eius poteſt opponi exceptio doli: vt ff. de excep. doli. l. ij. §. & generaliter. & tunc ſi excipiatur de dolo, ſcilicet dicendo, Dolo facis, quia petis, quod numeratum non eſt: tunc, quia illa exceptio doli eſt ſubrogata loco exceptionis non numeratæ pecuniæ, Reus non habebit probare dolum, id eſt, pecuniam non eſſe numeratam. argu. ff. ſi quis cautio. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. aliàs autem, quando non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ in ſua vera natura: vt quia fuit ei renunciatum, vel iam tranſiuit biennium: tunc licèt poſſet opponi exceptio doli perpetuò: vt ff. de excep. doli. l. purè. §. fi. ipſa tamen ſi opponatur, opponetur in ſua propria natura, ſcilicet quia tunc eam opponens debebit probare dolum, ſcilicet ſibi non eſſe numeratum: quia qui dolum allegat, dolum probare debet: vt ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. & C. de dolo. l. dolum. & ſic intelligitur C. de non nume. pe. l. ſi ex cautione. & l. generaliter.

¶ Quid erit, ſi ſcriptum ſit ita: Ego
21 Martinus, ſpe futuræ numerationis, confiteor me debere Petro x. ex cauſa mutui? Fortè tunc perpetuò poterit excipi, de non numerata pecunia. quia in incertis, non certus, locus eſt coniecturis: vt ff. de ver. ob. l. cõtinuus. §. cùm ita. Cùm enim eſt dubium, an confeſsio facta fuerit ſpe futuræ numerationis, vel non, & ſic, an ſit numeratum, vel non: tunc locus debet eſſe coniecturis, ſcilicet quòd poſt biennium habeatur pro quaſi numerato, niſi interim querela fuerit expoſita: ſed vbi certum eſt & expreſsè dictum eſt, confeſsionem factam ſpe futuræ numerationis, fortè non eſt locus coniecturis ex tempore: ſed Actor debebit probare numeratum fuiſſe, etiam poſt biennium.

¶ Item eſt notandum, quòd ſi facta confeſsione † literis ſubſecuta ſit incon- 22
tinenti ſtipulatio, tunc non agetur ex literarum obligatione, ſed certi condictione generali ex ſtipulatione: vt ff. de noua. l. ſi ita. §. j. & l. ſeq. opponi tamen poterit exceptio in factum, quę erit eiuſdem qualitatis & virtutis, ſicut exceptio non numeratæ pecuniæ. vt C. de non nu. pecu. l. ſi ex cautione. Item, licèt expreſsè
ſtipulatio † non probetur ſubſecuta, ſi ta- 23
men ſcriptum inueniatur ibidem, quòd ille confitens promiſit ſe redditurum illud, quod confeſſus fuit ſe debere ex cauſa mutui, certè ſtipulatio interueniſſe videbitur, & agetur ex ea, ſcilicet certi condictione generali ex ſtipulatione, & præſumetur interrogationem præceſsiſſe: vt Inſtitut. de inutili. ſtipu. §. ſi ſcriptum. & ff. de verbo. obli. l. Titia. §. penultimo.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor non probauerit 24
intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua: quia oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ per Reum Martinum, dictus Actor non probauerit numerationem prædictarum x. lib. Turo. idcirco per ſententiam in his ſcriptis dictum Reum abſoluimus, à dicta petitione, & à contentis in ea. & nihilominùs condemnamus dictum Actorem, in xl. ſolid. Turo. dandis dicto Reo pro expenſis, quas fecit occaſione præſentis cauſæ: cùm idem Reus, delato ſibi à nobis iuramento, iurauerit, taxatione noſtra prædicta præcedente, ſe expendiſſe prædictos xl. ſolid. occaſione præſentis cauſæ.

25 ¶ Præses † prouinciæ, ad requestam a-
licuius, mandat iudici Montis Pessulani,
quòd in quadam causa ✱ rtente coram
eo recipiat exceptionem non numeratæ
pecuniæ, vel econtrà, scilicet quòd eam
non recipiat: vel mandat recredentiam
fieri, vel non fieri, de quodam criminoso
capto, & sic de similibus mandatis. Quæ-
ritur, quid iuris? Super hoc dico, quòd
iurisdictio est Baronum, qui eam præscri-
pserunt, vel alio modo eam acquisierunt.
& eam transmittunt ad heredes, & eam
possunt vendere, vel alienare. & ita est in
eorum patrimonio. Non ergo potest eis
auferri de iure, sine causa legitima: vt ff.
de regu. iur. l. id quod nostrum. Curia-
les ergo regij, non debent eos impedire in
vsu iurisdictionis suæ, talia mandando.
26 Iniuriam † enim facit, & iniuriarũ actio-
ne tenetur, qui turbat, vel qui non pati-
tur aliquem vti re sua: vt ff. de aç. emp. l.
qui pendentem. & de iniur. l. iniuriarum.
§. si quis me prohibeat. & facit ff. si serui.
27 vendi. l. si cuti. §. Aristo. Item, nec † man-
datum, nec iussus superioris tenet, quæ
iussio disponat, quomodo procedat, vel
quomodo iudicet, vel interloquatur iu-
dex inferior: vt in cor. vt in medio litis
non fieri sa. for. §. si verò. & §. super hoc
autem. collat. viij. & de defen. ciuita. §.
non habente. col. iij. Apparet ergo ex
28 prædictis, quòd inferior † iudex non de-
bet cogi nec requiri, per superiorem, il-
lam exceptionem vel aliam recipere, vel
recredentiam facere: sed inferior iudex
iudicet, secundùm quod visum sibi fue-
rit secundùm legem, prout iurauit: vt in
cor. iusiuran. quod præstatur ab his. §. &
29 æquus & c. collat. ij. nec inferior † poterit
dici in defectu iurisdictionis, dum ta-
men interloquatur pro, vel contrà. licèt
enim fortè iniquè interloquatur, ius ta-
men reddit: vt ff. de iusti. & iure. l. pe. Sed
si locus sit appellationi, appellet, qui cre-
diderit se grauatum: aliàs placere sibi vi-
debitur interlocutoria: vt C. de postu-
30 lan. l. j. ¶ Et in summa, potest dici † regu-
lare, quòd ad superiorem iudicem recur-
rere seu ei supplicare nõ licet. Fallit enim
in casibus certis. Primus casus est, ante

litem † contestatam, si iudex inferior re- 31
quisitus non facit ius, seu inuenitur in
defectu iuris. vt in cor. de manda. prin-
cip. §. & non permittere. collati. iij. Se-
cundus casus est, lite † pendente, si acto- 32
rum editio, vel copia denegetur: vt C. vt
lite pendente. l. ij. Tertius casus est, si
editio † seu copia alicuius pronunciatio- 33
nis denegetur: vt ibidē habetur. Quar-
tus casus est, vt cogatur † iudex procedere 34
in cau..., quia fortè dat nimis longas di-
lationes: vt in cor. vt in medio litis. §. su-
per hoc aũt. colla. viij. Quintus casus
est, vt cogatur † iudex sententiam ferre, 35
qui nimis eam proferre differt, vt ibi-
dem. Sextus casus est, vt † associetur ali- 36
us, quando iudex inferior ordinarius ha-
betur suspectus, vt ibidem colligitur. ius
tamen ciuile associat tunc Episcopum. vt
in cor. vt differen. iudi. §. si verò contige-
rit. collat. ix. & C. de iudi. auth. si verò.
Sed hodiè domini temporales sine expe-
ctatione eorum, siue dominorum Epis-
coporum, non patiuntur, quòd Episco-
pi associentur: sed ipsi associant aliquem
alium. Septimus casus est, post sententi-
am † latam, si ab ea appellatum fuerit: 37
quia per appellationem recurritur ad su-
periorem proximum: vt ff. de ap. l. j. §. si
quis. & l. Imperatores. in prin. Octauus
casus est, lata † sententia, nulla appellati- 38
one interposita, sed quia sententia dicitur
nulla ipso iure: quia tunc potest adiri su-
perior iudex, vt quatenus de facto, &
contra iuris formam lata est, ipsam re-
formet. vt C. de accu. l. absentem. quia
licèt iudex † ordinarius, qui tulit talem 39
sententiam ipso iure nullam, ipse idem
possit cognoscere de nullitate: vt C. quo-
modo & quando iudex. l. si præses. & de
sen. & interlo. l. j. & in executione etiam sententiæ posset opponi ex-
ceptio nullitatis: vt ff. de re iudi. l. iiij. §.
condemnatum. attamen & superior iu-
dex poterit adiri: vt in prædicta l. absen-
tem. & debebit adiri proximus superior
iudex, qui, si appellatum fuisset, esset ad-
eundus de iure communi, cùm sit eadem
ratio. & satis colligitur in d. l. absentem.
Item, cùm appellatur † à sententia, quæ 40
nulla

nulla est ipso iure, licèt appellatio non teneat simpliciter, attamen tenet in hoc: quia ille iudex primus, ad quem appellatum est, cognoscet incidenter in causa appellationis de nullitate: vt de hoc C. quando prouo.ne.non est. l. j. Crederem
41 tamen, quòd si Baro habeat suum † iudicem appellationum ex præscriptione, vel ex concessione Regis, ille iudex, si ad eum appellatum fuerit, in casu, in quo appellari potuit, ipse cognoscendo in causa appellationis, poterit incidenter de nullitate cognoscere: aliàs autem adiri non potuit principaliter super nullitate sententiæ, nec etiam super defectu iuris, nisi etiam de illis esset præscriptum, vel in concessione Regis dictum. Sed si appellaretur ad talem iudicem, in casu, in quo appellari non posset: vt est super possessorio, credo, quòd ipse non posset cognoscere de nullitate, nedum incidenter, immò nec principaliter. Item est notandum,
42 quòd iudex superior † pximus, ad quem appellatur, si inuenit sententiam illã nullam esse, fortè, qa peremptoriũ eam non præcessit: vel quia lata fuit die feriata in honorem Dei: vel quia iudex non sedebat more maiorum, & sic de similibus: fortè ipse poterit cognoscere & diffinire super causa principali, in qua lata fuit illa sententia, si tamen ab eo petitum fuerit. & aliâs etiam, si quidem sit de causa principali. & iste punctus relinquatur peritioribus, quia nec est vsitatus. Attamen audiui, quòd dominus Bermundus dixit, q ipse fecisset hoc in causa Bouerij Iudæi, si fuisset requisitus, cùm erat Locũtenens, & iudex in causa appellationis. qui Bouerius fuerat iudicatus ad suspendium, ante auroram cum torticijs, per baiulum Montis Pessulani, non sedentem, sed stantem, & in tabulario subbaiuli. & glossa videtur illud sentire in prædicta l. absentem. C. de accusa. super verbo, reformabunt. & eo. ti. l. iiij. super verbo, eundem. Nonus casus est, in quo recurritur ad superiorem iudicem, scilicet quando infe-
43 rior † est impotens, vel insufficiens, ad aliquid iurisdictionis faciendum. vt ar. C. de epi. audien. l. addictos supp.atio. & de

Sequitur Guido Papa consil. 81. nu. 3. & consil. 178. nu. 2. cons. 208. num. 3.

his qui latro. occul. l. ij. circa fin. & ff. de offi. præfec. vigilũ. l. j. in fi. & l. ij. in prin. Item, in omnibus prædictis casibus causa
† debet allegari per supplicantem, quare 44
supplicat seu recurrit ad superiorẽ, spreto inferiori iudice. argu. ff. de transact. l. cùm hi. §. in causa. quia neminem audit prætor sine causa: vt ibi. & etiam causa debebit pbari. nam ei, qui dicit, incumbit probatio. vt ff. de probatio. l. ij. & satis hoc colligitur in cor. de man. prin. §. & non permittere. collat. iij. ibi, dum dicitur, & hoc verum inueniamus, excepto, quando petitur associatio fieri iudici suspecto: quia tunc sufficit iurare, quòd per calumniam non petitur associatio: vt C. de iudi. l. apertissimi. in glo. licèt ibi in iudice delegato loquatur. ¶ Ex prædictis
satis apparet, quòd cùm præses † prouin- 45
ciæ ex alijs causis, & in alijs casibus audit supplicantes, & literas eis concedit, licèt aliquando credat, & studeat eas colorare & iustificare: ipse videtur facere, & facit contra ius, & sine causa bona, & sine ratione mouetur. Habent enim aliquando superiores irrationabiles motus, & irrationabiles præceptiones faciunt iudicibus inferioribus: vt hæc expressè leguntur in cor. de defen. ciuita. §. nulla. collat. iij. in eo autem, in quo quis irrationabiliter mouetur, cùm homo sit animal rationale mortale, non facit, quod decet facere hominem: vt notatur in cor. de monachis. in prin. collat. j.

RVBRICA XLIIII.

De certi condictione generali ex stipulatione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus certi condictionis generalis ex stipulatione, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Ex pacto nudo agi non potest.*

4 *Condictione certi non agitur, nisi stipulatio certum contineat.*

5 *Stipulatio an certum contineat, si dictum non fuisset de decem libris Turonensibus, sed de decem libris monetæ currentis, quando in*

do in loco stipulationis contracta currunt Turonenses, quasi per legem loci incertum declaratum sit. Et qua actione hoc casu agatur.

6 *Stipulatio sine causa in effectu non valet, nisi scienter sine causa promissum sit.*

7 *Promissor sciuerit causam non inesse, si dubitetur, an stipulator causam necesse habeat probare.*

8 *Auarus quilibet in dubio præsumitur.*

9 *Verbum, dare, est propriè cum causa.*

10 *Stipulans factum, fortè domum ædificari, videtur tacitè stipulari interesse, nisi fiat illud, quod est promissum.*

11 *Actione ex stipulatu agit, qui vult agere ad domum ædificandam post moram.*

12 *Agere si volo ad factum, & si non fiat, interesse petere, agetur actione ex stipulatu.*

13 *Agere si volo solùm ad interesse, & dicam, Peto talem condemnari, in decem libris Turonensibus, in quibus assero mea interesse, quia non ædificauit domum: agetur certi condictione generali ex stipulatione. Secus, si simpliciter petam interesse, quia non ædificauit domum, & nullam æstimationem eius quod interest, faciam nu. 14.*

15 *Interesse an sit certum, sic, quòd pro eo possit agi certi condictione generali ex stipulatione: an verò sit incertum, & pro eo actione ex stipulatu agi debeat.*

16 *Certi condictiones duæ sunt, & non plures. Et quæ sint illæ.*

17 *Sententiæ formula, in certi condictione generali ex stipulatione.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus promisit per stipulationem dare dicto Actori x. lib. Turo. ex causa venditionis cuiusdam muli pili albi, quem dictus Actor vendiderat dicto Reo. Vnde cùm prædictas x. lib. Tur. dare contradicat, agit contra eum, vt ei eas det. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictas x. lib. Turon. per vestrã sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † Institu. de verbo. obliga. in princip. ff. de rebus credit. l. si quis certum. ¶ Rectè dicitur, quòd promisit per stipulationem: quia † si fuisset pactum nudum, non posset agi ex eo: vt ff. de pactis. l. iuris gentium. §. sed cùm nulla. & C. eo. l. legem. ¶ Item rectè dicitur, x. lib. Turo. & sic continet † certum, aliàs non ageretur condictione certi: vt ff. de rebus credi. l. certi condictione. in princip. & ff. de verbo. obli. l. stipulationum. iij. & l. vbi autem non apparet. in principio. ¶ Sed quid, si non † fuisset dictum, Turo. sed fuisset dictum, x. lib. monetæ currentis: cùm hîc in Monte Pessulano currant Tur. & marquę? Videretur, quòd stipulatio contineret certum: quia in dubio debet intelligi de moneta exiguiori: vt ff. de reg. iuris. l. semper in obscuris. & de leg. iij. l. nummis. Postquàm ergo dubium seu incertum declaratur per leges, iam videtur certum contineri in stipulatione, & sic posset agi certi condictione generali ex stipulatione. Sed dico, ex interpretatione seu certificatione legis non debet dici certum, quod ex ipsa pronunciatione apparet incertum. Videmus enim, quòd si legatus fuerit homo in genere, sufficit de iure dare mediocrem: vt ff. de lega. j. l. legato generaliter. Item, si quis habens duos fundos vocatos Seianos, leget vnum, scilicet dicendo fundum Seianum: minoris valoris fundus videtur legatus. vt ff. de leg. j. l. apud Iulianum. al. Africanus. §. Seio. Item, si quis promiserit frumentum, liberatur, soluendo deterius: vt ff. manda. l. fideiussorem. Attamen in prædictis tribus casibus, incertum est in stipulatione seu obligatione deductum, si stipulatio interuenisset: vt ff. de ver. ob. l. vbi autem non apparet. in prin. & l. qui ex pluribus. & sic non potest agi certi condictione ex stipulatione. Sed propter illam stipulationem ageretur actione ex stipulatu: quia declaratio legis, non facit videri certum in obliga-

ligatione deductum. ¶ Item rectè dicitur,
6 ex causa venditionis: quia stipulatio † sine causa non valet in effectu: vt ff. de doli exce. l. ij. §. circa. Dico tamen, quod nihilominùs stipulatio valeret: quia qui scienter sine causa aliquid dare promittat, videtur donare: vt ff. de ope. libert. l. Campanus. & si quis cau. l. sed & si quis. §. fi.
7 Sed si dubitatur, an promissor † sciuerit causam non inesse, stipulator habebit necesse probare causam, propter generalitatem illius §. circa. & videtur notari C. de non nu. pe. l. generaliter. & facit, quod no. ff. de ver. ob. l. Iulianus. §. qui
8 fundum. Quilibet enim præsumitur † auarus in dubio. ff. so. ma. l. quæ dotis. & de proba. l. cùm de indebito. §. j. Item, ver-
9 bum, dare, † est propriè cum causa: vt ff. de condi. inde. l. damus. glo. etiam non discrepat in §. circa. quin videatur donatio, si constet promissorem sciuisse non inesse causam.

¶ Item, circa certum & incertum, quæ in obligatione deducuntur, est notandū,
10 quod si ego stipulor † factum, fortè domum ædificari, ego videor tacitè stipulari interesse, nisi fiat illud, quod est promissū: vt ff. de ver. ob. l. stipulationes non diui-
11 duntur. §. Celsus. & si volo † agere ad domum ædificandam post moram, agā actione ex stipulatu: quia factum est incertū: vt ff. e. l. vbi aūt. §. qui id quod in faci-
12 endo. Si aūt volo † agere ad factum, & si non fiat, petam interesse, quod & possum facere, per prædictas leges, iuncta l. si quis ab alio. in fi. ff. de re iudi. ageretur etiam tunc actione ex stipulatu: tum, quia ad factum agitur: tum, quia ibi est quædam alternatiua, s. petendo factū, vel interesse, & sic incertū petitur: vt ff. de ver. ob. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. si aūt vellem
13 † agere solùm ad interesse, quod possum facere: vt ff. e. l. si pœnam. & l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & dicam, Peto talem condemnari, in x. lib. Turo. in quibus assero mea interesse, quia non ædificauit domū, quę æstimatio videtur debere fieri: vt in d. §. Celsus. ibi, dū dicitur, iuxta æstimationē facti dandā esse petitionē. tunc probabiliter potest dici, quod agatur certi condictione generali ex stipulatione: cùm interesse sit in obligatione, & in petitione. vt in prædictis legibus. Itē, quia ego figo tunc pedē sup x. lib. Turo. in quibus dico mea interesse, & sic sup certo: vt ff. de rebus credi. l. certum est. Si aūt dico simpliciter, † Peto interesse: quia nō ædifica- 14
uit domū. & nullā æstimationē facio super interesse, iā potest procedere libellus, iuxta id, quod no. C. de sen. quæ sine certa quanti. l. ij. ¶ Sed tunc quæritur, an interesse † sit certū, sic, quod pro eo possit agi cer- 15
ti condictione generali ex stipulatione: an sit incertū, & sic pro eo debeat agi actione ex stipulatu? Et videtur, quod interesse sit incertum: vt ff. de ver. ob. l. si pœnam. & l. liber homo. §. fi. & l. ex ea parte. in prin. & l. si ita quis promiserit. §. ea lege. & si quis in ius vo. non ierit. l. fi. & de arbi. l. diem proferre. §. fi. & Insti. de ver. obli. §. non solùm. & ar. ff. de regu. iur. l. quoties. & de iurisd. om. iudi. l. pe. §. fi. Item facit ad hoc, quia stipulatio generis, verbi gratia, hominis, est incerta: vt in l. vbi autem non apparet. in prin. Sic ergo & stipulatio ipsius interesse, & eius petitio, cùm sit in genere, debet dici incerta, per eandem legem. Item, ex pronunciatione istius verbi, interesse, nō apparet quantū. ergo stipulatio super interesse facta, est incerta: vt eo. tit. l. stipulationum. iij. Cùm ergo tot leges videantur manifestè innuere, quod interesse sit incertū, & quod stipulatio super interesse facta interposita, est incerta: & sic pro eo certi condictio non competit, sed actio ex stipulatu: vt Insti. de ver. obli. in prin. est valde mirandum, quomodo antecessores nostri dixerunt, quod interesse, licèt prima facie sit incertum, tamen spe est certum, quia certificabitur per iudicis subtilitatem: & ex stipulatione super eo interposita, agetur certi condictione generali ex stipulatione. & ita notauerunt ff. de rebus cre. l. certi condictio. in prin. & Instit. qui. mo. re contrahi. obligat. in prin. & ff. de condi. sine causa. l. j. in prin. nec tamen legem expressam habent ad hoc. & in quibusdam legibus superiùs in contrarium allegatis, nituntur expositiones facere quasi violentas. Attamen po-

teſt dici verum illud, quod ipſi dixerunt, & ad illud dicendum, poteſt quem cogere: Primò, competens textus expoſitio, ff. de re. cre. l. certi condictio. in prin. ibi, dum dicit, ſiue ex incerto &c. Secundò, magna ipſius intereſſe iniūcta iudici certificatio. vt Inſtit. de ac. §. curare. & C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. vna. Tertiò, neceſſariò in pecunia numerata facienda condemnatio: vt ff. de re iudi. l. ſi quis ab alio. §. fi. & de ope. no. nun. l. ſtipulatio. §. ſiue. Quartò, cogit quem ad illud dicendum, præcedens naturæ naturatæ certitudo. vt argumen. ff. e. in l. vbi autem non apparet. §. illud. in verſ. ſed qui vinum. ſicut enim triticum, quod eſt in horreo, eſt certum in natura, & partibus fit certum per aperturam horrei: ſic & intereſſe eſt certum in ſe, & per naturam naturatam: & licèt partibus ſit incertum, fiet tamen eis certum, per iudicem in ſua ſententia. Sed illud non eſt in homine, in genere promiſſo: quia tunc non eſt certum, quis homo debeatur in ſe, nec per naturam naturatam, nec etiā certificabitur per iudicem: ſed ſicut petitur homo in genere, ſic etiam condemnatio debebit fieri in homine in genere: vt de hoc Inſti. de actio. §. curare. ſed ſi, cùm petitum eſſet intereſſe in genere, iudex condemnaret in genere, ſ. dicendo, Condemno talem in intereſſe: certè ſententia eſſet nulla: vt C. de ſen. quæ ſine cer. quantita. l. ij. & facit quod no. Inſtitu. de actio. §. curare. licèt contrà no. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. in rubrica. Et prædicta quatuor concurrentia mouent ad dicendum, ꝙ intereſſe reputetur certum, ita ꝙ ſtipulatio ſuper eo interpoſita dicatur certa, & ad intereſſe agi debeat certi condictione generali ex ſtipulatione, & non actione ex ſtipulatu.

16 ¶Item eſt notandum, ꝙ duæ ſunt † certi condictiones, & non plures: Vna eſt certi condictio generalis, quæ cōpetit, vbicunque certū petitur dari, vel tradi: vt de reb. cre. l. certi condictio. in prin. Alia eſt certi condictio ſpecialis ex mutuo: vt Inſti. quibus mo. re contrahitur ob. in prin. & facit Inſtitut. de verborum obligationib. circa princip. Sed quidam dicunt, quòd eſt alia tertia certi condictio, ſcilicet certi condictio ſpecialis ex ſtipulatione, ſ. quando quis ſtipulatus eſt aliquod certum. Sed nō benè probatur, nec Io. poſuit eam in arbore ſua actionum: & ſic vbi quis ſtipulatus fuerit certum, non agit certi condictione ſpeciali ex ſtipulatione, cùm non ſit dare talem actionem: ſed aget certi condictione generali, quæ oritur ex ſtipulatione. & ſic intelligitur C. de pac. l. ſi pacto, quo pœnam. & ff. eo. l. reſcriptum. §. j. & de rebus cre. l. ſi quis certum.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua: idcirco per ſententiam in his ſcriptis cōdemnamus dictum Reum, in prædictis x. lib. Turo. in dicta petitione contentis, dandis & ſoluendis dicto Actori &c.

RVBRICA XLV.

De condictione triticaria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis triticariæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *Agens condictione triticaria, ponere ſe debet dominum vel quaſi: aliàs nō poſſet concludere ad reſtitutionem domus, ſed ad reſtitutionem poſſeſſionis. Et ſiue ſit dominus, ſiue non, qui expulſus eſt per vim, poteſt agere ad reſtitutionem poſſeſſionis per interdictum Vnde vi, & non ad rem: ſic & in condictione triticaria, quæ cum interdicto Vnde vi concurrit.*

4 *Condictio triticaria eſt multùm generalis, ad omnes res certas, vel incertas, excepta pecunia numerata, & re propria: niſi contra furem, & raptorem, & inuaſorem.*

5 *In condictione triticaria an conſultius ſit, agere ad reſtitutionem fundi, vel ad reſtituendam poſſeſſionem ipſius fundi.*

CORAM

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor possideret quandam domum sitam in carreria sanctæ Eulaliæ, sic & sic confrontatam, & ad eundem Actorem iure dominij, vel quasi, pertinentem: dictus Reus per violentiam dictum Actorem expulit de possessione dictæ domus. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori prędictam domum, per vestram sententiam cõdemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † ff. de condictio. triti. l.
3 ij. Rectè dicitur, quòd Actor erat † dominus vel quasi: aliàs non posset concludere seu agere ad restitutionem domus, sed ad restitutionem possessionis: vt ibi. sed siue sit dominus, siue non, & expulsus est per vim, ipse poterit agere ad restitutionem possessionis per interdictum Vnde vi, & non ad rem. vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. j. & Insti. de interdi. §. recuperandæ. Sic etiam & in condictione triticaria, cùm & ipsa concurrat cum interdicto Vnde vi.
4 Est enim multùm † generalis, ad oẽs res certas vel incertas, excepta pecunia numerata: vt ff. de cõdi. tri. l. j. in prin. & excepta re ppria: vt e. l. in fi. nisi cõtra furẽ, & raptorem, & inuasorem: vt ibi, & in l. seq. Dico, quòd simplicitas & periculo-
5 sum est valde, ita concludere † & agere, s. ad restitutionem domus. Primò, quia difficile & onerosum erit, probare dominium vel quasi dictæ domus. Secundò, quia fortè non debet concludi ad restituendam domum, sed ad eam dandam: vt ff. e. l. ij. ybi dicitur, quòd dominus poterit condicere fundum, & exponitur ibi, id est, dominium fundi. & de hoc dictum est supra in libello de condictione furtiua. Consulerẽ, quòd in condictione triticaria, Actor expulsus non dicat se dominum fundi, & sic non concludat ad restituendum fundum: sed quòd agat ad restituendam possessionem ipsius fundi.

RVBRICA XLVI.

De condictione causa data, causa non secuta.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis causa data, causa non secuta, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Condictio causa data, causa non secuta, competit ad repetendum, quod datũ est ob causam, & causa secuta non est: siue causa, quæ sequi debuit, fuit in dando, vel in faciendo.*

4 *Condictio ob causam non competit, si aliquod factum, quod fuit fieri conuentum, factum fuit, & ex alia parte, causa, quæ sequi debuit, non fuit secuta.*

5 *Condictio ob causam, locum habet in tribus contractibus innominatis, scilicet in Do vt des, Do vt facias, & Facio vt des. Et quare in Facio vt facias, locum non obtineat.*

6 *Condictio ob causam competit ex pœnitentia illius, qui dedit, re tamen integra, nullo interesse præstito: vel etiam re non integra, dum tamen res non sit perfecta: sed tunc cum indemnitate præstita.*

7 *Condictio ob causam datur ad repetendum data: nisi in duobus casibus, remissiuè.*

8 *Contractus innominati an poßint fieri, nulla re interueniente, scilicet per verba de futuro, Dabo tibi vt des. & sic de alijs.*

9 *Contractus innominati quomodo fiant per modum, conditionem, & causam. Et quibus verbis, hæc significentur.*

10 *Contractus innominatus si fiat sic, Dabo tibi, vt non facias, quandiu illud non fit per aduersarium, contra eum aliquo modo agi non potest.*

11 *In contractu innominato, si interueniat stipulatio, erit contractus nominatus verbis vestitus & sic re non secuta, non habebit locum condictio ob causam, ad repetendum data: nisi in donatione.*

12 *In contractu innominato statim est obligatio naturalis, quæ ex consensu inducitur. sed si ex aliqua partium res interuenerit, vestitur contractus rei interuentu,& obligatio ciuilis,ex contractu tamen præcedente, inducitur.*

13 *Contractum innominatum vestiens in dando,potest,si velit,illud quod dedit,repetere per condictionem ob causam, re non secuta ab alio. Secus est, in vestiente contractum in faciendo.*

14 *Contractum vestiens, siue in dando,siue in faciendo, potest agere, si vult, contra alium, ad complendum, vel ad interesse, per actionem præscriptis verbis. Quod fallit,in Facio vt des,vbi agitur de dolo.*

CORAM vobis domino iudi-
1 ce † Montis Pessulani, dicit & proponit Petrus contra Martinum,quòd dictus Actor dedit x.lib. Turon. dicto Reo, vt dictus Reus infra xx. dies cōpareret pro eo Parisijs coram magistris in Parlamento.Vnde cùm prędicti xx.dies iā transiuerūt,& dictus Reus nō cōparuerit Parisijs in dicto Parlamento, agit contra eum,vt dictas x.lib.Tur.sibi reddat.& petit à vobis dicto domino iudice,vt pdictum Reū ad restituendum dicto Actori prædictas x.lib.Turo.per vestram sententiam condemnetis,& condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † ff. de condi.causa data.l. dedi.j.§.sed si tibi dedero.

3 ¶Et hæc actio competit † ad repetendum,quod datum est ob causam, & causa secuta non est: siue causa,quæ sequi debuit,fuit in dando,vel in faciendo.Si aūt
4 †aliquod factum,quod fuit fieri conuentum,factū fuit,& ex alia parte,causa,quæ sequi debuit,non fuit secuta, siue fuit in dādo,siue in faciēdo:tūc nō cōpeteret ista cōdictio:qa ipsa cōpetit ad repetendum. factū aūt peti non potest. & facit ad hoc C.de condi.ob caus. da.in rubri.nō enim
5 dicit ibi,factorū. ¶Item,habet locum†in tribus contractibus innominatis,s.in Do vt des,qcunq eorū pueniat in dando.Itē, in Do vt facias,si primò datū fuit. Item, in contractu Facio vt des, si in dādo præuentū fuit.nō enim inspicio, nisi illū,qui puenit: licèt quidā aliquando magis inspiciant verba cōtractus, quàm pueniōnē: vt no.C.de re.pmu.l.ex placito.& facit,p eis.C.de transl.l.cùm mota. sed licèt ibi fuerit cōtractus,Do vt facias,qa tamē puentū fuit in faciēdo,ideò fuit ibi Facio vt des: & agitur ibi ad complendū,seu ad interesse, actione pscriptis verbis. qa tale factū fuit factū, per quod aberat aliquid faciēti,& aderat aliqd parti aduersę.& ita nō obstat illi l.C. de dolo.l.cùm proponas.vbi agitur actione de dolo.Item facit pro eis,C.de rescin.ven.l.precij. Sed ibi in contractu nominato, qui est magis firmus & immutabilis.Sed in Facio vt facias,nō habet locū hæc condictio, cùm ibi nulla datio reperiatur,& per consequens nulla repetitio ibi potest esse,per rationē præcedentem. ¶Item,competit hęc†condictio ex pœnitentia illius, qui dedit: vt 6
ff.de condi.causa data.l.iij.§.sed si tibi, re tamen integra, nullo interesse præstito : vel etiam re non integra, dum tamen res non sit perfecta : sed tunc cum indemnitate præstita:vt ff.eo.l.si pecuniam.§. sed cùm liceat. ¶Item,†hæc condictio datur ad repetendum data : nisi in duobus casibus, qui sunt ff. eo. l. si pecuniam. §. item si quis.ibi,dum dicit,sed pro decem &c. & in §.seq.ibi, dum dicit,sed si eligat &c. 7

¶ Item est notandum, quòd contractus † innominati possunt fieri, nulla 8
re interueniente, scilicet dicendo per verba de futuro, Dabo tibi, vt des. & sic de alijs : vt innuitur C. de rerum permutat. l.ex placito. & ff.de condict. cau.da.l.iij.§. sed si tibi.dum dicit,quinimmò & si nihil tibi dedi &c.

¶ Item est notandum, quod sequitur, † scilicet, vt dictus Reus &c. quòd, 9
vt, modus est. si, conditio. quia, causa: vt not. C. de falsa causa adiecta. in rubrica. & contractus innominatus fit aliquando, per quia. vt, Dabo tibi decem, quia ibis pro me Parisios. & hoc satis sonat nomen huius actionis. dicitur enim condictio ob causam datorum.

& facit C. de condicti. ob causam datorum.l.si cùm exiguam. Fit etiam per modum, s. per vt. vt, Dabo tibi x. vt vadas ꝓ me Parisios. & sic habetur regulariter, de condic. ob causam. C. & ff. Item fit etiam per ita. vt, Dabo tibi x. & ita ibis pro me Parisios. arg. ff. de condi. & demon. l. Titio centum. §. j. & §. ij. & de contrahen. emp. l. cùm ab eo. ¶Si autem fiat contractus per, si. s. Dabo tibi x. si vadas pro me Parisios. nõ erit tunc cõtractus innominatus, sed alter quidam contractus conditionalis: vt no. ff. de iureiuran. l. si quis cum debitore. Sed si dicatur, Dabo tibi x. sub cõditione, vt vadas pro me Parisios. tunc non erit contractus conditionalis: sed erit contractus innominatus, Do vt facias. C. de rer. permutat. l. quoniam asseueras. & ff. de ma. te. l. Mæuia. Verbum enim, sub cõditione, quasi pro nihilo est ibi: quia subsequitur verbũ, vt. Sed contrà, ff. de condi. & demon. l. à testatore. vbi conditio fit per, vt. Sed illud, si probetur testatorem ita voluisse. Vel ibi fuerunt ablatiui absoluti, s. vt acceptis &c. qui faciunt conditionem: vt ff. de statulib. l. si quis ita. §. si duo. ¶Sed quid, si dictum fuerit, Tu ibis pro me Parisios, & ita dabo tibi x. Fortè tunc erit quidam contractus cõditionalis, & non contractus innominatus. ar. ff. de condi. inde. l. Iulianus verum. Cùm enim verbum, & ita, apponitur oneri: vt, Dabo tibi x. & ita ibis pro me Parisios: tunc facit modũ: vt ar. ff. de contrahen. emp. l. cùm ab eo. & de condi. & demon. l. Titio centum. §. j. si autem verbũ, & ita, apponitur oneri: vt, Tu ibis ꝓ me Parisios: & ita dabo tibi x. tunc facit conditionem: vt in predicta l. Iulianus verum. Item, si contractus

10 †innominatus fiat sic, Dabo tibi, vt non facias: certè quandiũ illud non fit per aduersarium, non potest agi contra eum aliquo modo: vt ff. de condi. causa data. l. iij. in prin.

¶Item est notandum, quòd in contra-

11 ctu †innominato, si interueniat stipulatio: tunc erit contractus nominatus verbis vestitus: vt C. de rerum permu. l. ex placito. & sic re non secuta, non habebit locum condictio ob causam ad repetendum data: vt C. de actio. & oblig. l. sicut. nisi in donatione, re non secuta, propter quam donatio fuit facta: licèt sit contractus innominatus: vt C. de condi. ob causam. quasi per totum. & de hoc C. de dona. quæ sub modo. l. j. & facit C. de re. do. l. fi.

¶Modo sunt tria notanda. Primò, ꝙ in contractu † nominato statim est obli- 12
gatio naturalis, quæ inducitur ex cõsensu: vt ff. de pac. l. j. §. adeò. & de fideiussor. l. hæres à debitore. §. seruo tuo. & de soluti. l. Stichum. §. naturalis. sed si ex aliqua partium res interuenerit, vestietur tunc contractus rei interuentu: & tunc inducitur ciuilis obligatio, ex contractu tamen præcedente: vt C. de rerum permu. l. ex placito. à contrario sensu. ¶Secundò est notandum, quòd ille, qui † ve- 13
stit cõtractum innominatum, in dando, ipse, si velit, possit repetere illud, quod dedit, per condictionem ob causam, re non secuta ab alio: sed qui vestiuit, in faciendo, ille non habebit cõdictionem ob causam: quia factum non potest repeti. & ad hoc facit verbum, datorum. nõ enim dicit, factorum, in rubrica: vt C. de condi. ob causam. ¶Tertiò est notandum, quòd ille, qui † vestiuit contractum, siue 14
in dando, siue in faciendo, potest agere, si vult, contra alium, ad complendum, vel ad interesse, per actionem præscriptis verbis. vt ff. de præs. verbis. l. naturalis. §. si autem. & l. seq. & l. ob eam causam. & de condi. causa da. l. iij. §. sed & sicut. & C. de re. permu. l. cùm precibus. Sed fallit, in Facio, vt des, in quo si est factũ per me, per quod mihi aliquid absit, & tibi nihil adsit, non agetur præscriptis verbis actione, sed actione de dolo: vt C. de dolo. l. cùm proponas. & sic intelligitur ff. de præs. ver. l. naturalis. §. quòd si faciam. & l. solent.

RVBRICA XLVII.
De condictione ob turpem causam.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ob turpem causam, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Gratis quod faciendum est, si pecunia accepta fiat, turpiter fit.*

4 *Turpitudo vbi est ex parte recipientis tantùm, locum habet condictio ob turpem causam.*

5 *Condictione ob turpem causam res data non repetitur, vbi est turpitudo ex parte dantis tantùm.*

6 *Condictio ob turpem causam locum nō habet, vbi est turpitudo ex parte vtriusque, sed possidentis melior est cōditio, & datum fiscus occupat.*

7 *Meretrix quod accepit ex meretricio, an fiscus repetere possit.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor vellet ire apud Aureliacum, ipse deposuit libros suos iuris ciuilis penès dictum Reum. & cùm dictus Actor rediisset de Aureliaco, dictus Reus noluit sibi restituere dictos libros, nisi daret ei xx. sol. Turo. Vnde cùm dictus Actor dederit & soluerit dicto Reo prædictos xx. sol. Turoñ. vt sibi restitueret dictos libros, nec aliàs voluit eos sibi restituere, nisi realiter sibi dictos xx. sol. soluisset, agit cōtra eū, vt sibi dictos xx. sol. reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori prædictos xx. sol. Turo. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † ff. de condi. ob tur. causam. l. ij. §. item si tibi. & l. fi. Illud enim,
3 quod gratis † faciendum est, si pecunia accepta fiat, turpiter fit: vt not. ff. eo. l. idem est. §. fi.

¶Et est notādum, quòd vbi est turpi-
4 tudo † ex parte recipientis tantùm: tunc habet locum hæc actio. vt C. de condict. ob turpem causam. quasi per totum. Sed vbi † est turpitudo ex parte dantis tan- 5
tùm: tunc non habet locum repetitio. vt ff. eo. l. idem est. §. sed & quod meretrici. Item, & vbi est turpitudo † ex parte vtri- 6
usque, non habet locum repetitio: sed melior est conditio possidentis. vt ff. eo. l. si ob turpem. §. porrò. Attamen tunc fiscus illud occupat. vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. cùm hic status. §. fi. f. quando est ibi turpitudo vtriusque. Idē dicunt quidam, de eo, quod meretrix † accipit. ar. 7
ff. de iure fisci. l. Lucius. in fi. Sed certè ibi fuit turpitudo ex parte vtriusque. lex verò excusat meretricem à turpi acceptione, in prædicto §. sed & quod meretrici. & ideo fiscus non potest illud repetere.

ADDIT. Sed videtur glo. C. de do. ante nupt. l. ea quæ. f. quod fiscus debeat repetere data meretrici. Sed non est verum, quia glossa illa refert se ad casum illius l. & sic in alia muliere turpiter accipiente intelligitur, & non in meretrice, in qua lex noluit considerare turpitudinem eius in accipiendo, licèt turpiter faciat, quòd sit meretrix. & in aliis benè cōsideratur eius turpitudo, & vocatur turpis persona. vt ff. si à parente quis fuerit ma. l. iij. & licèt non sit infamis infamia iuris: ipsa tamen est infamis infamia facti. vt ibi.

RVBRICA XLVIII.
De condictione indebiti.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis indebiti, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2*

3 *Debere me tibi aliquid falsò existimans, si in specie illud tibi soluam, & bona fide accepisti, teneris mihi, in quantum locupletior factus es: sed si mala fide, in totū. Vnde in hac indebiti condictione, si credebā me esse debitorem generis, accipiēs factus fuit debitor generis, & indistinctè tenetur.*

4 *Condictione indebiti qui agit, si est pupillus, vel minor, vel mulier, vel miles, vel agricola, vel alia persona simplicitate gaudens,*

dens, Reo incumbit probare, debitum fuisse, siue reus negauerit, vel confessus fuerit, sibi solutum fuisse. Et quid iuris, quocunque alio agente.

5 *Debere me tibi rem meam si falsò existimem, & soluo, trāsfertur in te dominium: sed ad rem illam competit mihi condictio indebiti.*

6 *Condicit nemo rem suam, præterquàm à fure.*

Condictione indebiti agitur, ad rem dandam, seu reddendam.

7 *Condictione indebiti si agerem ad rem, & res illa nō fuisset mea, succumberem. possessionem tamen quomodo condicere possim.*

8 *Condictione indebiti condicere an possim vsumfructum saltem causalem, si falsò me tibi eum debere existimo, & dedero.*

9 *Condictio indebiti, an incerti locum habeat, & quando, si indebitum solutum sit incertum: vt in seruitutibus realibus, & factis.*

10 *Factum si fuerit per errorem solutum, an saltem condictione indebiti æstimationem condicere possim. Et quid in contractibus innominatis.*

11 *Indebitum si quis sciens receperit, tenetur propter dolum suum, crimine stellionatus.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Actor crederet se debere & se obligatum esse ad dandum x. lib. Turoñ. dicto Reo, cùm ei nihil deberet, idem Actor errans soluit dictas x. lib. Tur. dicto Reo. Quare agit contra eum, vt sibi dictas x. lib. Turoñ. reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictū Reum, ad restituēdum dicto Actori prędictas x. lib. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † Insti. quibus mo. re contrahitur ob. §. j. & ff. de condic. inde. l. j. & de regu. iur. l. cuius per errorem. & C. de iur. & fac. igno. l. cùm quis.

¶Et est notandum, quòd si falsò me tibi † debere existimans aliquid, in specie 3
illud tibi soluam, si bona fide accepisti, teneris mihi inquantum locupletior factus es: sed si mala fide, in totum. vt ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. libertus. & l. in summa. §. in frumento. & §. seq. Sed in casu nostri libelli ego credebā esse debitor generis, & sic accipiēs factus fuit debitor generis, & sic tenetur indistinctè: quia genera perire non possunt. vt C. si certum pe. l. incendium.

¶Item est notandum, quòd si ille, qui † agit condictione indebiti, est pupillus, 4
vel minor, vel mulier, vel miles, vel agricola, vel alia persona simplicitate gaudens: tunc Reo incumbit probare debitum fuisse, siue dictus Reus negauerit, vel confessus fuerit, sibi solutum fuisse. vt ff. de prob. l. cùm de indebito. §. fin autem. Idem est, quocunque alio agente: si tamen Reus neget sibi esse solutū, & conuictus fuerit, quia tunc etiam ille Reus debebit probare fuisse debitum. vt e. l. in prin. aliàs autem, si confessus fuerit sibi solutum, incumbet probatio Actori, illud fuisse indebitum: errorem autem oportet illum probare, qui agit. vt in e. l. §. j.

¶Item est notādum, quòd si falsò me † tibi debere existimē rem meam, & sol- 5
uo, iam trāsfertur dominium in te, aliàs ad rem illam non competeret mihi condictio indebiti: nemo † enim cōdicit rem 6
suam, præterquàm à fure. vt ff. vsufru. quemadmo. ca. l. fi. in fi. & agam condictione indebiti, ad rem dandam mihi, seu reddendam. quod idem est. vt ff. de verbo. sig. l. verbum, reddendi. Sed si res illa † non fuisset mea, & agerem condictione 7
indebiti ad rem, ego succumberem: quia eam accipientis non feci. vt ff. de condic. inde. l. si in area. §. sed & si is. possessionē tamē possem tunc condicere. vel si vsucepisti rem, tunc possem eam condicere reconciliato indebito soluto. vt ff. eo. l. indebiti soluti condictio. §. sed & si nummi. ¶Itē, si falsò me tibi † existimans debere vsumfructū, tibi eum dedero, condicam vsufructum saltem causalē, condictione

dictione indebiti. vt ff. e. l. si fundi mei. Item, dominus Azo dixit in Summa, quod si
9 indebitum † solutum sit incertū: vt quia datum fuit iter, vel actus, vel via, vel aliquid quod sit in faciendo, non habet locum condictio indebiti, sed cōdictio incerti. vt ff. de condic. indebi. l. sed & si me putem. §. j. & l. qui exceptionem. §. pen. Quod est verū in seruitutibus realibus. quia si errans dedi tibi iter per fundum meum, ipsum iter non potero repetere, tanquam indebitum solutum: quia res mea mihi seruire nō posset. vt ff. si vsusfruct. pe:l. vtifrui. in prin. Item, nec æstimationem condicam, quia sic quasi per obliquum cogerer tibi vendere dictum iter, quod esse non debet. vt C. de cōtrahen. emp. l. inuitum. & de iure deli. l. nec emere. & ff. re. amo. l. non enim. Sed si fa-
10 ctum † fuerit per errorem solutum: vt quia falsò me tibi teneri existimans ad domum ædificandam, eam tibi ædificaui: potest dici probabiliter, quòd saltem æstimationem possim condicere, condictione indebiti. vt arg. ff. de condic. inde. l. si non sortem. §. sed si operas. Sed in cōtractibus innominatis, si aliquid fecit, non repetit factum, nec eius æstimationem, condictione ob causam: cùm illa actio non habeat locum in factis. vt dictum est suprà, in tit. de condic. ob causam. Item ibi, ille, qui fecit, non est destitutus omni auxilio: cùm ipse possit agere, ad complendum conuenta, actione præscriptis verbis, vbi est tale factum, in quo faciēti aliquid ab est, & aduersario, qui debet dare, nihil adest. vt ff. de præscri. verbis. l. naturalis. §. quòd si faciam.
11 ¶Item, si quis sciens † indebitum receperit, ipse tenetur crimine stellionatus, propter dolum suum. vt ff. man. l. si fideiussor. §. in omnibus.

RVBRICA XLIX.
De condictione sine causa.

SVMMARIVM.

1 Libellus condictionis sine causa, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, nu. 2.

3 Condictio sine causa in casu libelli locum habet, vbi creditor est dominus dicti instrumenti, vt quia pro eo soluit tabellioni. Caterùm, si debitor soluisset, ageret rei vendicatione ad instrumentum, & non condictione sine causa.

4 Condictio sine causa, concurrit aliquando cum certi condictione generali.

5 Condictio sine causa, non habet locum in contractibus nominatis, sed in innominatis. Et cum quibus condictionibus, & actionibus concurrat, & quando locum habeat. nu. 6.

7 Condictio sine causa datur pro fructibus naturalibus per bonæ fidei possessorē consumptis, in quātum locupletior factus est, de perceptis ante litem contestatam: contra malæ fidei possessorem, pro naturalibus & industrialibus consumptis.

8 Res iudicata impedit indebiti soluti repetitionem, per condictionem indebiti: sed non per condictionem sine causa, si quis sciens sibi non deberi, sententiam per dolum obtinuerit: nisi condemnatus sciens gratis soluerit.

9 Solutione probata, si redditum fuerit instrumentum obligationis per sententiam, plena apparebit liberatio. Sed nullo intentato iudicio, tutius est debitori habere apocham seu instrumentum confessionis, super recepto debito à creditore, quàm si sibi instrumentum obligationis redderetur.

10 Condictione sine causa agens debitor, ad reddendū instrumentum obligationis, succumbet, si creditor neget se habere, & conuinci non poterit. Et ibi, qua ratione, debitori contra creditorem consuli possit.

11 Solutione probata, creditor an cogi possit dare instrumentum quitationis seu solutionis, nisi obligationis instrumentū reddat.

12 Sententia formari debet iuxta libellum.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Actor esset obligatus in publico instrumen-

ſtrumento penès dictum Reum in x. lib. Turo. ex certa cauſa, dictus Actor ſoluit dicto Reo dictas x. lib. Turoñ. Vnde cùm dictus Reus retinuerit dictũ instrumentum, & ſic instrumentum illud eſt penès eum ſine cauſa, agit dictus Actor contra eum, vt ſibi dictum instrumentum reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori dictũ instrumentum, per veſtram ſententiam condemnetis, & condemnatum ad reddendum iuris remedijs compellatis &c.

2 ¶Probatur † C. de condic. ex le. l. fi. & ad exhi. l. fi. Et habet locum prædictus
3 † libellus, vbi creditor eſt dominus dicti instrumẽti, vt quia ſoluit tabellioni pro eo. aliàs ſi debitor ſoluiſſet, ageret tunc rei vendicatione ad instrumentum, & non condictione ſine cauſa. vt ibi nota.

¶Et eſt notandum, quòd condictio ſi-
4 ne † cauſa concurrit aliquando cũ certi condictione generali. vt ff. de re. cre. l. ſi ego. in fi. & l. ſi à furioſo. & l. ſi me & Ti-
5 tium. non tamen habet locum † in contractibus nominatis, ſed in innominatis. & ſic concurrit cum condictione ob cauſam. Concurrit etiam cum condictione ob turpem cauſam, & cum condictione indebiti. vt ff. de condict. ſine cauſa. l. j. cum ibi notatis. Item, aliquando cõcurrit cum actione de dolo: vt no. ff. de dolo. l. ſi quis affirmauerit. & l. itaque. Itẽ, concurrit cum condictione furtiua. vt no. C. de cõdi. ex lege. l. mala fide. ¶Item,
6 habet locum hæc † actio aliquando, vbi fuit iuſta cauſa, ſed poſteà rediјt ad non iuſtam cauſam: vt ff. de condic. ſine cauſa. l. j. in fi. & l. ſeq. Item, & vbi ſpe futuræ numerationis me obligaui, & numeratio ſecuta non fuit: vt C. de condic. ex le. l. fi. Item, ſi ab initio obligaui me, errans, & ſine cauſa, habet locum condictio ſine cauſa: attamen agetur tunc ad liberationem, & concurret tunc cum actione incerti. vt ff. de condict. ſine cauſa. l. qui ſi-
7 ne cauſa. Item, datur † pro fructibus naturalibus per bonæ fidei poſſeſſorẽ conſumptis, in quantum locupletior factus eſt, de perceptis ante litem conteſtatam. vtar. ff. de re. cre. l. ſi & me & Titium. Item datur contra malæ fidei poſſeſſorem pro naturalibus & induſtrialibus conſumptis. vt C. de condi. ex le. l. mala fide. ¶Item eſt notandum, quòd res † iudicata impedit indebiti ſoluti repetitionem per condictionem indebiti: vt C. de condic. inde. l. j. attamen ſi quis ſciens ſibi non deberi, per dolum obtinuerit ſententiam, poterit ab eo ſolutum repeti per condictionem ſine cauſa. vt de hoc ff. de iudic. l. ſi prætor. §. Marcellus. & commo. l. rem mihi. in princip. & de condictio. ſine cauſa. l. ij. & manda. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. niſi ille condemnatus ſciens gratis ſoluerit: quia tunc donare videtur. vt ff. de reg. iur. l. cuius per errorem. 8

¶Et eſt notandum, quòd ſi probata ſolutione † redditum fuerit instrumentum obligationis per ſententiam, tunc 9
plena apparebit liberatio. Sed aliàs, nullo intentato iudicio, tutius erit debitori, habere apocham ſeu instrumẽtum confeſſionis, ſuper recepto debito à creditore, quàm ſi ſibi redderetur instrumentum obligationis. vt C. de ſol. l. pecuniæ. & l. ſeq. & ff. de pac. l. Labeo. & de proba. l. ſi chirographum. Per confeſſionem enim ſolutionis probatur ſolutio, & per conſequẽs probabitur ſublata naturalis & ciuilis obligatio: vt Inſti. qui. mo. tol. ob. in prin. ſed per ſolam redditionem instrumenti, ſi probetur redditum à creditore, probabitur ſublata tantùm naturalis obligatio, & illa ſola: vt ff. de pac. l. Labeo. & Inſti. de exce. §. prætereà. Item, periculoſum eſt debitori formare † libellum ad reddendum in- 10
ſtrumẽtum obligationis: quia fortè creditor negabit ſe habere, & non poterit conuinci, & ſic ſuccumbet debitor, agendo condictione ſine cauſa, ad redendum illud. Et ideo crederem expedire, quòd debitor, ad æternam rei memoriam, vocato creditore, faceret teſtes examinari per iudicẽ, ſuper ſolutione debiti: cùm non ſit in poteſtate debitoris, quãdo creditor agat ad contenta in dicto instrumento: vt ff. de teſti. l. curent. vel quòd

iudex statueret terminum creditori, infra quem ageret, & posteà non audiretur. quod & potest fieri de iure, ad requestam debitoris: vt de hoc C. vt nemo inuitus agere. l. vna. & de inge. ma. l. diffamari. & de remis. pig. l. si eo tempore. ¶ Item, probata solutione, credo, quòd
11 creditor † cogetur cōcedere instrumentū quitationis seu solutionis, nisi reddat instrumentū obligationis ar. C. de lib. cau. l. sicut datam. & quia debitori prodest, & creditori non nocet: debet ergo fieri. vt ff. de euict. l. in creditore. & de aqua plu. ar. l. ij. §. item Varus. & facit quod no. ff. de vsufruc. l. si serui. in fi. & ff. de acquiren. hære. l. si quis mihi bona. in prin. & sol. ma. l. ij. in prin. & C. de discussori-
12 bus. l. ij. lib. x. Sententia † formetur iuxta libellum.

RVBRICA L.
De condictione incerti.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis incerti, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *Condictio incerti, concurrit in casu prædicti libelli, cum actione ex vendito.*
4 *Cōdictio incerti locum habet, vbi sine causa, quam credebam inesse, & non erat, aliquid promisi, & agitur & concluditur ad liberandum.*
5 *Condictio incerti, competit quandoque ad detentionem rei, vt rem posteà detineat pro expensis.*
6 *Condictio incerti, competit creditori, pro re sibi in pignus tradita & subtracta.*
7 *Condictione incerti agi potest, vbi incertū est in obligatione. Et ibi, quomodo depositarius & commodatarius ratione facti, quod incertum est, incerti cōdictione conueniri possint.*
8 *Sententiæ formula in condictione incerti.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor esset dominus duorum prædiorum, sic & sic confrontatorum, & venderet vnum dicto Reo, fuit actum & cōuentum inter eos, quòd dictus Actor retineret seruitutem itineris per prædium venditum ad prædium retentum. posteà in tradendo prædium venditum, dictus Actor per errorem de prædicta seruitute itineris retinēda nullam mentionem fecit. Quare agit dictus Actor cōtra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictū Reum ad concedendum & constituendū prædictam seruitutē itineris per prædictum prædium venditum & dicto Reo traditum, ad aliud prædium retentum, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum, ad concedendam & ad constituēdam prædictam seruitutem itineris, iuris remedijs compellatis &c.

¶ Probatur † ff. de condic. inde. l. sed & si me putem. §. cùm iter. & de seruit. vrb. prædio. l. si binarum. & de ac. emp. l. si tibi liberum. Et concurrit † in casu prædicti libelli actio incerti, cum actione ex vendito. vt ibi. 2 3

¶ Item, & habet locum † condictio incerti, vbi sine causa, quam credebam inesse, & non erat, aliquid prōmisi: sed tunc ageretur & concluderetur ad liberandū: vt ff. de condic. sine causa. l. qui sine causa. & tunc etiam habet locum condictio sine causa: vt e. ti. l. ij. ¶ Item, competit † actio incerti, quandoque ad detentionem rei, vt posteà detineat pro expensis: vt ff. de condic. indebi. l. qui exceptionem. §. si pars. & de lega. j. l. quòd si nulla. ¶ Item, competit † creditori, pro re sibi in pignore tradita & subtracta. vt ff. de condicti. fur. l. & ideo. §. Neratius. & de pigno. actio. l. si pignore. ¶ Item, potest † agi condictione incerti, vbi incertum est in obligatione. & sic quia tunc commodatarius & depositarius non tenentur, nec sunt obligati dare possessionem, sed tenentur rem restituere, & sic tenentur ad factum, potest ille, qui commodauit, vel deposuit, agere contra eos condictione incerti. vt no. ff. de condict. inde. l. sed & si me putem. §. cùm iter. 4 5 6 7

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficiēter probaue- 8

baucrit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis cōdemnamus dictum Reum, vt dicto Actori concedat, & constituat prædictam seruitutē itineris per dictum prædium sibi venditum & traditum, ad aliud prædium per dictum Actorem retentum. & nihilominùs condemnamus dictum Reum, in xl. soli. Turon. dandis dicto Actori pro expensis.

RVBRICA LI.

De condictione ex l. omni modo. C. de inoffi. testam. pro legitima portione debita filio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex l omni modo. C. de inoffi. testam. quomodo formetur, & quibus concordantibus iuribus, probetur. nu. 2.*

3 *Legitimæ portionis, hoc est, trientis debitum habere debet filius, de bonis patris defuncti, quando duo tantùm sunt filij, & agentem filium esse constat.*

4 *Legitima, quæ de propria substantia bonorum patris debetur filio, sibi adimpleri debet, quatenus sibi deest de medietate trientis, duobus tantùm filijs existentibus. & nu. 61.*

5 *Legitima ad repletionem, quando agat filius rei vendicatione, quando condictione ex l. omni modo. C. de inoffi. testam.*

6 *Hæres si non possidet bona hæreditaria, an filius agat ad supplemētum legitimæ, contra possessores.*

7 *Condictio ex l. omni modo. C. de inoffi. testa. licèt sit personalis, est tamen quasi in rem scripta.*

8 *De legitima, æs alienum, quod verè debitum probatur, deducitur.*

9 *De legitima, funeris impēdia an & quando deducantur, & quomodo illa facienda sint.*

10 *Ad legitimam, vel eius supplementum, an & quando agere possit filius, vxore patris defuncti prægnante dimissa. nu. 12.*

11 *Partu vno quot pueri nasci possint, & quot mulier receptacula habeat.*

13 *Planetæ septem in firmamento cæli affixi, & qui, & quam operationem in generatione habeant.*

14 *Anima rationalis à Deo infunditur masculo, quadragesimo die, à die conceptionis cōputando: fœminæ, octuagesimo die. nu. 15.*

16 *Anima rationalis, licèt non statim cōcepto semine infundatur, æstimatur tamē statim post conceptionem, in primo mense, in rerum natura esse, quo ad quædam, & quæ sint illa.*

17 *Partus nascitur septimo mense perfectus, vitalis & salubris. nu. 20. 29 32.*

18 *Numerus septenarius, est secundùm naturam & artem numerorum consecutaneus.*

19 *Trinitas est primū, super quo sunt omnes res fundatæ, & mediantur per quinarium, & perficiuntur per septenarium, secūdùm Aristotelem.*

21 *Partus, qui nascitur in octauo mense, moritur. & quare. nu. 30. 33.*

22 *Partus, qui nascitur in nono mense, nascitur vitalis, & quare. nu. 31. 34.*

23 *Partus in decimo mense nascitur robustus.*

24 *Maria beata virgo, portauit Iesum in vtero per nouem menses completos, & peperit in decimo post quinque dies, prout mensis accipitur de xxx. diebus.*

25 *Mulier vltra decem menses partū in ventre non portat, nisi tantùm per duos dies infra mensem vndecimum.*

26 *Partus in generatione computanda, mensis est de xxx. diebus, nec plus, nec minus. Et dies bissexti si cadat ibi, pro vna die cōputatur: licèt in ætatibus, & in multis alijs, dies bissextilis intercaletur.*

27 *Mulier postquàm concepit, ipsa prægnans existens potest cōcipere iterum, infra quadragesimum diem, vel iuxta illam diem, & non vltrà.*

28 *Matrimonium si Titius contraxit cū Berta, & eadem die concubuit primò cum ea, & con-*

& continuè stetit cum ea, & ipsa postea pariat partum perfectum, quandocunque infra sex menses à die prædicti concubitus numerandos: partus ille an erit Titij. Et quid, si pariat mense septimo, octauo, nono & decimo. nu. 29. 30. 31. 32. 33. 34. Et hæc vt sciantur, ad quæ sint vtilia. nu. 35.

36 *Quarta iure naturæ debita, an detrahatur de relictis ad pias causas. Et quid de quarta Falcidia.*

37 *Quarta iure naturæ debita, an possit tolli, immutari, vel minui statuto seu iure municipali. & nu. 38.*

39 *Clerici non ligantur statutis laicorum, nec subsunt iurisdictioni temporali.*

40 *Christianorum duo sunt genera, scilicet Clerici, & Laici.*

41 *Laicus cùm efficitur clericus, statim efficitur de loco & foro Episcopi.*

42 *Consuetudo contra clericos legitimè præscripta, eos non ligat, quantum ad personas. Et an eos liget, quantum ad bona.*

43 *Statutum, & consuetudo, an ligent aliquem extra locum, vbi viget. Et an in his locus testamenti facti, mortis testatoris, hæreditatis aditæ, vel rerum hæreditariarum attendi debeat. nu. 44. 45. 46. 47. & 55.*

48 *In causis omnibus, siue agatur actione in rem, siue actione personali, siue tractetur de lite ordinanda, siue per sententiam diffinienda, semper consuetudo loci iudicij spectanda est. nu. 50.*

49 *Consuetudo cùm vincat legem generalem in suo loco, multò fortiùs aliorũ locorum consuetudines vincere debet.*

51 *Consuetudo loci, vbi contractus celebratus fuit, obseruanda est, vbicunque agatur, semper saltẽ super lite decidenda per sententiam, si agitur actione personali, quæ ex contractu oritur. Et si noua consuetudo introducatur, iudicandum est secundùm eam, quæ erat tempore contractus.*

52 *Sententia si ritè & legitimè lata fuit in Monte Pessulano, siue actum fuerit actione in rẽ, siue in personã, illa valebit vbiq;, etiam in alio loco, cuius Iudex, inspecta sui loci consuetudine, contrarium iudicaturus fuisset. Et sic iudex ille nõ seruabit cõsuetudinẽ sui iudicij, sed etiã, contra suã cõsuetudinẽ, sequetur iudicatũ alterius loci.*

53 *Sentẽtia cùm lata est in vno loco, aliquando mandatur executioni in alio loco. Et quando id obtineat, quando non. nu. 54.*

56 *Sententia, cessante consuetudine, quæ iuri communi sit contraria, ferenda est secundùm iura communia.*

57 *Sententiæ formula, existẽte statuto, quod l. omni modo. C. de inoffi. testa immutauit.*

58 *Sententia, si statutum, quod Ius commune correxerit vel immutarit, de quo in l. omni modo. C. de inoffi. testam. probatum nõ sit, quomodo formanda.*

59 *Sententia in condictione ex l. omni modo. C. de inoffi. testam ferenda, quasi in singulis rebus legitimæ repletio fieri debeat, & non in vna re.*

60 *Hæres, cui deficit sua quarta, licèt detrahat eam de singulis rebus, tamen filius, qui non est hæres institutus in aliquo vniuerso, sed in re certa, si agat condictione ex l. omni modo. ad repletionem legitimæ, non replebitur in singulis rebus.*

62 *Sententia lata in condictione ex l. omni modo. officium iudicis interueniet, & forte portiones bonorum eligentur.*

63 *Testamentum an rumpatur, vxore relicta prægnante, si nascantur posthumi.*

64 *Testamento rupto, vel nullo, quia liberi præteriti sunt, an debeantur legata, vel fideicommissa.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd Titius pater dicti Actoris, & Rei, habens in bonis ad valorem duorum millium aureorum, suum condidit testamentum, in quo dictum Reum filium suum hæredem vniuersalem sibi instituit, in omnibus bonis suis, 1

suis,& dictum Actorem filium suum sibi hæredem instituit, in quadam domo sua valente xxv. aureos. deinde dictus Titius pater decessit, nullis alijs filijs relictis. Vnde cùm dictus Reus immiscuerit se hæreditati paternæ, & impensæ funeris fuerint tantùm l. aurei. & sic rectè computando, desunt dicto Actori de medietate trientis sibi iure naturæ debiti, in bonis dicti patris communis eius & dicti Rei, vsque ad valorem trecentorum aureorum: agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori, de bonis dicti patris sui, vsque ad valorem prædictorum trecentorum aureorum pro adimplenda sua legitima portione, per vestram diffinitiuam sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis, &c.

2 ¶ Probatur † C. de inoffi. test. l. omni modo. & in cor. de tri. & se. §. hęc nos mouerunt. collat. iij.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT Actor, & probare intendit,
3 quòd ipse fuit filius † dicti Titij iam defuncti. Effectus: quia sic apparet, quòd ipse debet habere partem suam legitimæ portionis, scilicet trientis, cùm sint duo filij: vt not. C. de inoffi. test. authent. nouissima.

¶ Item ponit, quòd domus, in qua est institutus hæres, valet xxv. aureos, & non plus.

¶ Item, quòd funeris impensæ fuerunt l. aurei.

¶ Item, quòd dictus Titius pater eorum, tempore mortis suæ habebat bona ad valorem duorum millium aureorum.
4 Effectus: quia cùm † non sint, nisi duo filij, debet sibi repleri seu adimpleri illud, quod sibi deest de medietate trientis: vt in l. omni modo. & in auth. nouissima. & qui benè computat, debebunt sibi dari de bonis dicti patris, ad valorem trecentorum aureorum, vltra domum sibi relictam. nec sufficiet dare trecentos aureos dicto Actori inuito: quia de propria substantia bonorum patris debet ei adimpleri legitima, & fieri repletio. vt C. de inof. test. l. scimus. §. repletionem. & in cor. de trien. & semis. §. hæc nos mouerunt. colla. iij. Sed videtur, quòd Actor posset petere † repletionem per actionem in 5
rem, in singulis rebus ipsius patris. sic enim est in quarta iure Falcidiæ debita. vt ff. ad leg. Falci. l. lineam margaritarum. Sed dico, quòd si ille filius fuisset hæres vniuersalis institutus, vel pater fuisset mortuus ab intestato: tunc filius per immixtionem factus fuisset dominus: vt ff. de acqui. pos. l. cùm hæredes. in prin. & tunc, si aliquid sibi deficeret ad portionem suam legitimam, propter legata, vltra modum, in testamento, vel codicillis relicta, ipse haberet rei vendicationem ad repletionem. sed hîc factum fuit testamentum, & filius iste agens, non fuit hæres, sed legatarius in domo prædicta. vt C. de hære. insti. l. quoties. & no. C. de rei vendi. l. cùm à matre. & domum prædictam sibi legatam, seu in qua hæres fuit institutus, benè poterit vendicare. vt C. communia de lega. l. ij. Item, hîc datur ad repletionem condictio ex lege, scilicet ex l. omni modo. C. de inof. test. quod nõ esset, si illud, quod petit Actor, esset suum. quia nemo condicit rem suam, præterquàm à fure, vel ab inuasore: vt ff. vsufruc. quemadmodum ca. l. si. in fi. & de condic. indebi. l. j. in fi. & l. seq. Et si hæres † non possideret bona hęreditaria, credo, 6
quòd filius fortè posset agere ista condictione ex lege, contra possessores, ad repletionem suæ legitimæ portionis. & sic licèt ista † condictio ex lege sit personalis, 7
ipsa tamen erit quasi in rem scripta. vt & aliàs inuenitur C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. & C. de agri. & cen. l. si coloni. lib. xj.

ADDIT. Item ponat, & probet Actor, dictum patrem suum decessisse, testamento condito, & Reum se immiscuisse hæreditati paternæ.

POSITIONES REI.

PONIT, & ꝓbare intendit dictus Reus, quòd pater eius debebat † centum au- 8
reos. Effectus: quia si verum probetur, debebunt deduci: vt ff. de inoffi. test. l. Papinianus. §. iij.

 ¶ Item

¶ Item ponit Reus, quòd ipse impen-
9 dit, † in funerando corpus dicti patris, centum aureos. Effectus: quia illud erit deducendum: vt ibi habetur. Circa quod est notandum, quòd si nimis excessit dictus Reus in funerando, non debebit nocere filio agenti. Expensæ enim funeris faciendæ sunt, iuxta dignitatem, & tempus, & facultates defuncti. vt ff. de religi. & sump. fune. l. si quis sepulchrum. §. sumptus. & l. & si quis impediat. §. hæc actio. Et communiter reputatur satis hoc in Monte Pessulano, si in funerando expendantur quinquaginta aurei, si defunctus de funere aliud non ordinauit.

¶ Item ponit Reus, quòd licèt prædi-
10 ctus pater † eorum non haberet, nisi duos filios, scilicet ipsum, & Actorem: ipse tamen dimisit vxorem suam prægnantem, & nescitur, quot pueri nascentur.
11 quia secundùm Aristotelem † quinque possunt nasci: quia quinque receptacula sunt in matrice mulieris. vt ff. de solutionib. l. si pater meus. Vel possunt nasci septem. vt ff. si. pars hæredi. pet. l. antiqui libero. & sic sunt in matrice septem receptacula. licèt Aristoteles dixerit de quin-
12 que. Effectus: quia si vxor † prægnans remanserit, & adhuc est prægnans, & posthumi, si qui nascentur, inuenirentur per patrem legitimè instituti: Actor prædictus interim, donec vxor pepererit, non poterit petere in casu nostro, qui benè vult computare, nisi ducentos aureos, inclusis vigintiquinque aureis, qui sunt precium domus, in qua fuit hæres institutus, minus tamen quinque aureis, pro impensis funerarijs iam factis: cùm iam quinquaginta aurei fuerint impensi. Et prædicta sunt vera, quia quandiu præsumitur prægnans, interim iudicare seu computare debemus, quasi tres debeant nasci. vt in duabus prædictis legibus. & quia etiam tunc computabitur pro legitima omnium, scilicet duorum, qui supersunt, & trium qui expectantur nasci, semis totius hęreditatis. vt C. de inoffi. testamen. authen. nouissima.

De generatione.

¶ Sumpta occasione ex prædictis, super generatione est notandum, quantum tangit ius ciuile, quòd septem sunt Planetæ † in firmamento cæli affixi, descen- 13
dendo, scilicet Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna. vt nota. C. de ferijs. l. omnes iudices. qui Planetæ maximam potestatem & operationem habent in generatione. Secundùm Astrologos enim, cùm mulier concepit partum, in primo mense dominatur ibi Saturnus, qui semen in matrice receptum coagulat & condensat frigiditate & siccitate sua. In secundo mense, Iupiter ibi spiritum & membra tribuit. Item, in hoc secundo mense, si sit masculus, anima rationalis † ibi à Deo infunditur, scilicet in 14
quadragesimo die à die conceptionis computando. vt de hoc notatur ff. de extraor. crimini. l. diuus. In tertio mense, Mars subtiliat sanguinem, & humores condensat, ordinat, & componit. Et in hoc tertio mense, anima † rationalis in- 15
funditur à Deo, si est fœmina, scilicet in octuagesimo die à die conceptionis computando. vt de hoc in Decretis, v. distinct. circa principium. Et est notandum, quòd cùm aliquis † conceptus est, licèt semine 16
infuso non infundatur statim anima rationalis: vt apparet ex prædictis: Attamen in primo mense, & statim cùm conceptus est, statim in rerũ natura esse ęstimatur, quo ad quædam: vt ff. de suis & legit. hæredib. l. vel si viuo. & etiam æstimatur esse animal. vt ff. vnde cognati. l. j. §. si quis proximior. in fine. Est tamen, donec nascatur, pars viscerum mulieris. vt ff. de ventre inspici. l. j. §. ex hoc rescripto. In quarto mense, Sol ibi vitalem calorem & spiritum hepati & cordi tribuit. In quinto mense, Venus organa sensibilia & officialia membra, scilicet aures, & nares, & similia, perficit & disponit. In sexto mense, Mercurius omnia foramina corporis componit. In septimo mense, Luna suis limitibus mẽbra diuidit & distinguit. & in hoc septimo † mense, quia 17
non sunt, nisi prædicti septem Planetæ, circa conceptum principaliter cooperantes, nascitur partus perfectus, vitalis, & salubris, vt ff. de statu homi. l. septimo mense.

18 mense. Septenarius † etiam numerus, est secundùm naturam & artem numerorum consecutaneus. vt C. de vet. iu. enucle. l. ij. §. sed cùm omnia. Item, Aristoteles dixit in libro Secretorum, quòd pri-
19 mum, super † quo sunt omnes res fundatæ, est trinitas, & mediantur per quinarium, & perficiuntur per septenariũ. Suf-
20 ficit † tamen intrasse in hoc septimo mense per duos dies. vt ff. de suis & legit. hæredib. l. intestato. §. finali. Si autem in hoc septimo mense partus distulerit na-
21 sci, & nascatur † in octauo mense, tunc partus moritur: quia Saturnus redijt super eo, qui frigiditate & siccitate sua par-
22 tum mortificat. Si autem distulit † nasci in octauo mense, & nascatur in nono, tunc redijt Iupiter, qui suo calore temperato conceptum refouet & custodit, & sic par-
23 tus nascitur vitalis. Si autem partus † distulerit nasci in nono mense, iam poterit nasci in decimo, in quo redijt Mars, qui sui caloris & siccitatis beneficio facit partum egredi iam robustum. & facit ad hoc ff. de liberis & posthu. l. Gallus. in princi. & C. de posthu. hæredib. instituen. l. fina.
24 Et beata † virgo Maria, portauit Iesum in vtero per nouem menses completos, & peperit in decimo post quinque dies, prout mensis accipitur de triginta die-
25 bus. Item, vltra decem † menses mulier non portat partum in ventre. vt ff. de suis & legitim. hæredib. l. intestato. §. fin. & in cor. de restit. & ea quæ parit. §. vnum. collat. iiij. nisi tantùm per duos dies infra mensem vndecimum. & ibi notatur, & ff. de libe. & posthu. l. Gallus. in princ. in quo vndecimo mense redijt Sol super partu. ¶ Item est notandum, quòd in præ-
26 dictis † computandis est mensis de triginta diebus, nec plus, nec minus. vt colligitur ff. de suis & legiti. hæredib. l. intestato. §. fi. Et dies bissexti, si cadat ibi, computatur pro vna die. Licèt aliàs in ætatibus, & in multis alijs, illa dies bisextilis intercaletur, id est, non computetur pro die. vt ff. de verb. signifi. l. cùm bissextus. & de minorib. l. iij. §. minore. ¶ Item est
27 notandum, quòd postquàm mulier † concepit, ipsa prægnans existens potest concipere iterum, infra quadragesimum diem, vel iuxta illam diem, & non vltra: vt colligitur ff. si pars hæredi. pet. l. antiqui libero. & de acqui. hæred. l. cùm quidam. §. quòd si vnum. ¶ Ex prædictis apparet, quòd si Titius contraxit matrimonium † cum Berta, & eadem die concubuit pri- 28
mò cum ea, & sic continuè stetit cum ea: si ipsa posteà pariat partum perfectum, quandocunque infra sex menses à die prædicti concubitus numerandos, certè partus ille non erit ipsius Titij. Si autem pariat septimo † mense, secunda die, vel 29
posteà, tunc partus ille præsumptione iuris erit prædicti Titij, licèt possibile sit, quòd partus ille fuerit conceptus ante matrimonium, & ante concubitum prædictum, per duos vel tres menses, & sic ab alio viro. Si autem prædicta † Berta 30
pariat in octauo mense partum perfectum, & statim moriatur, præsumetur esse prædicti Titij. Sed & si ille partus est vitalis, præsumetur etiam prædicti Titij. iudicabitur enim ille partus, postquàm vitalis est, non esse de octo mensibus, sed de septem: vt in dubio fiat interpretatio seu computatio in meliorem partem. licèt & ille partus potuit fuisse occasione partus ante prædictum concubitum, per vnum vel per duos menses, & sic ab alio viro. Si autem illa † Berta pariat in nono 31
mense, vel in decimo, vel in vndecimo, vel alias quandocunque, ille partus iudicabitur esse illius Titij: quia illæ nuptiæ, & prædictus concubitus continuatus hoc demonstrat. ¶ Item, si prædictus Titius, contracto matrimonio cum Berta, certa die concubuerit primò cum ea, & ibidem mortuus est, vel abscisi sunt ei ambo testiculi, vel iuit vltra mare ad sanctum sepulchrum: si prædicta Berta pariat partum perfectum infra sex menses, certè non præsumetur partus fuisse genitus à dicto Titio, vt suprà aliàs dictum est. Si autem pariat † in septimo mense, saltem 32
tactis duobus diebus illius mensis septimi, partus erit iudicandus esse illius Titij, licèt potuerit esse de nouem vel de decem mensibus, & sic ab alio viro, vt suprà dictum est. Si autem † pariat in octauo 33
men-

mense, si statim moriatur partus ille, iudicabitur tunc fuisse illius Titij. sed si nascatur vitalis, talis non iudicabitur tunc fuisse illius Titij: sed præsumetur de septem mensibus, vel de nouem, vel de decem, & sic ab alio viro conceptus, & non
34 à prædicto Titio. Si autem † pariat in nono mense, vel decimo, vel infra vndecimum per duos dies, certè partus ille iudicabitur esse illius Titij. Vltrà autem, si prædicta Berta pariat, partus non iudicabitur fuisse dicti Titij. ¶ Et prædicta ad
35 sciendum † sunt vtilia, si quæratur de alimentis tali partui præstandis de bonis dicti Titij. Item, sunt vtilia, si mortua matre, quæ semper certa est, cui & ille partus succesit, quæritur de bonis illius partus, cui dictus Titius seu illi de genere suo debeant ei succedere. Item, sunt vtilia, si quæratur de bonis dicti Titij, & quæratur, an ille partus fuerit suus, vel non: & ita, an debeat ei succedere, vel non.

¶ Nunc redeo ad positiones quasdam ipsius Rei, iuxta libellum prædictum.

¶ Item, ponit dictus Reus, quòd prædi-
36 ctus Titius pater † eorum reliquit ad pias causas ducentos aureos. Effectus: quia debebunt deduci de hæreditate, nec debebit detrahi quarta. vt C. ad leg. Fal. authen. similiter Falcidia. Sed ista positio non proficeret Reo, quia de relictis ad pias causas benè detrahitur quarta iure naturæ debita. vt ibi no. & C. de episco. & clericis. l. si quis ad declinandam. in princip.

¶ Item ponit Reus, quòd statutum
37 † municipale est hîc in Monte Pessulano, quòd filius non potest conqueri de testamento patris, dum tamen legatum ei fuerit aliquid ad valorem v. solid. Turo. Effectus: quia statutum tale, cùm sit ius ciuile: vt ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. potest tollere quartam iure naturæ debitam. quia & ipsa, licèt tale nomen habeat, est de iure ciuili. clarum est enim, quòd lex ciuilis eam induxit, & eam posteà auxit. ius autem ciuile, licèt iura naturalia tollere non possit: tamen ius ciuile, benè potest tollere ius ciuile. vt Insti. de

Vide Guidonem Papæ consilio 65. nu. 12 consil. 131. nu. 3. in fi. consil. 140. nu. 3.

iure naturali, gent. & ciui. §. pe. ¶ Sed videretur, quòd ius † ciuile, & per conse- 38
quens aliquod statutum, non posset eam tollere: quia talis quarta, quæ est hodiè triens, vel semis, secundùm numerum liberorum, quæ debetur filio, vocatur debitum. vt in cor. de trien. & semisse. §. j. collat. iij. Item, dicitur debita ex instinctu naturæ. vt no. ibi. in §. seq. Item, dicitur iure naturæ debitum. vt in cor. de hære. & Falci. §. primum itaque. collat. j. Item, vocatur naturale debitum. vt C. de inofficio. testa. l. pe. §. fi. Item, vocatur debitum bonorum subsidium. vt C. de inoffi. donat. l. si totas. Item, vocatur debita portio. vt in cor. vt cùm de ap. cog. §. aliud quoque capitulum. collat. viij. Item, filij ex voto parentum simul & naturæ veniunt ad hæreditatem parentum. vt ff. vnde liberi. l. scripto. in fine. & de bonis liber. l. nihil. & de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. & etiam ex ratione naturali. vt ff. de bonis damna. l. cùm ratio naturalis. in princip. Item, hæreditas patris est debita filio. vt C. de codicil. l. fi. §. pen. Et sic videretur, quòd aliquod statutum non posset tollere talem quartam filio debitam, potissimè, quia filius, etiam viuente patre, est quasi dominus bonorum patris. vt ff. de libe. & posthu. l. in suis.

¶ Sed contrarium est dicendum. Et quod dicitur, quòd hæreditas patris, seu etiam quarta, sunt debita filio: illud est, quia filij quodammodo viuente patre æstimantur domini. vt in lege statim allega. Sed illud constat in puro & nudo intellectu. vt ibi not. nec enim est verè debitum. vt C. de cura. fu. l. fin. §. fin autem perpetuò. & not. C. de iur. & fac. igno. l. iij. Si enim esset verè debitum, non detraherentur alia debita, sed saltem concurrerent: & tamen detrahuntur alia debita. vt ff. de inoffi. testamen. l. Papinianus. §. quarta. Item, quod dicitur de illa quarta, quòd est iure naturæ debita: debet intelligi seu exponi, id est, ex quadam coniunctione naturali, quæ est inter parentes & filios. vt & similis expositio fit, ff. de verborum significatio. l. pronunciatio.

tio. §. familiæ. Statutum ergo potest facere, quòd quarta non sit, nisi de v. solidis Turonen. vel de nihilo.

REPLICATIONES Actoris.

REPLICABIT Actor, & dicet, quòd ipse erat clericus tempore conditi testa-
39 menti. Effectus: quia clerici † non ligantur statutis laicorum: nec enim subsunt temporali iurisdictioni. Dixit enim clericis Imperator Constantinus in sancta Synodo apud Niceam: Vos à nemine diiudicari potestis, quia Dei solius iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis, & idcirco ab hominibus non potestis iudicari. vt xij. q. j. c. futuram. & facit C. de epis. & cleri. authen. statuimus. Item, duo
40 sunt genera † Christianorum, scilicet clerici, & laici. vt xij. q. j. c. duo sunt genera. & diuersorum diuersa debet esse ratio. & statutum sit, quòd vnũ genus non ligetur sta-
41 tuto alterius. Cùm enim aliqs laicus † efficitur clericus, statim efficitur de loco & foro episcopi: vt no. ff. de leg. j. l. nemo. quasi dicat, in quolibet loco municipij est laicus, & clericus, & spiritualis, & temporalis: & diuersificantur ex personis: & sic statutum laicorum, non debet ligare
42 clericos. Consuetudo † autem contra clericos legitimè præscripta, vel vetustas, fortè ligaret eos, quantum ad bona: sed non quantum ad personas. scilicet, quia genus clericorum defenditur lege Dei,
Psal. 104. quæ dicit: Nolite tangere christos meos. vt no. in cor. de non alie. & permutan. reb. ecclesf. §. œconomum. collat. ij. & facit xvij. q. iiij. c. si quis suadente.

¶ Item, replicat Actor, quòd illud te-
43 stamentum † fuit factum apud Aureliacum, vnde dictus testator erat oriundus: licèt ibi tunc non foueret domicilium. Effectus: quia statutum Montis Pessulani non potest ligare aliquem apud Aureliacum: quia consuetudo seu statutum non ligant, nisi in suo loco: vt C. quæ sit lon. consue. l. ij. Et sic dicet Actor debere attendi locum conditi testamenti. argu. ff. de testam. l. ad testium. §. j. & de au. & argento legato. l. medico. in princi.
44 ¶ Item, replicat † Actor de loco mortis, vt quia testator decessit Parisijs. Effectus: quia sic videretur debere obseruari iura illius loci. argu. ff. de furtis. l. à Titio. & C. de cadu. tollen. l. vna. §. cùm igitur. & sic ex illis legibus fit argumentatio seu similitudo loci & temporis. argu. ff. de rebus credi. l. vinum. & de condict. tri. l. si.

¶ Item, replicat Actor, quòd hæreditas † fuit adita Veniansi, vbi non est tale 45
statutum. Effectus: quia sic videtur debere obseruari consuetudinem seu iura, quibus ille locus regitur. ar. ff. de acqui. pos. l. cùm hæredes. in princi. Hæres enim adeundo quasi contrahit, & quasi contractu obligatur. vt Institu. de obli. quæ ex quasi contractu. §. hæres. & ff. de ac. & ob. l. ex maleficijs. §. hæres. licèt posset induci contrà ff. de verbor. signi. l. verba, contraxerunt. & faciunt ad prædicta, ff. de hæredibus instit. l. sed si conditioni. §. solemus.

¶ Item, replicat Actor, quòd res † hæ- 46
reditariæ sunt pro maiori parte in diuersis locis. Effectus: quia iura illorum locorum seu consuetudines deberent obseruari. argu. C. vbi in rem actio. l. fi. & vbi de hęre. agatur. l. vna.

¶ Sed potest dici, quòd prædictæ proximæ † quatuor replicationes non profi- 47
cerent Actori: quia nec locus testamenti conditi, nec locus temporis mortis, nec locus temporis aditæ hæreditatis, nec locus, vbi sunt res, debent inspici in iudicando: sed solùm locus, in quo agitur. Est enim generale in † omnibus causis, si- 48
ue agatur actione in rem, siue actione personali: siue tractetur de lite ordinanda, siue per sententiam diffinienda: quia semper locus iudicij est spectandus. & ita not. C. de eman. liber. l. j. & quæ sit lon. consue. l. j. & facit ff. de testi. l. iij. §. fi. Cùm enim consuetudo † vincat legem 49
generalem in suo loco: vt C. quæ sit lon. consue. l. ij. & ff. de legib. l. de quibus. multò fortiùs debet vincere consuetudines aliorum locorum. Sed & si in alijs lo-
cis † ageretur, tunc seruarentur etiam ibi 50
illorum locorum consuetudines. Sed fallit: quia si agatur † aliqua actione per- 51

sonali, quæ ex aliquo contractu oriatur: tunc vbicunque agatur, semper saltem super lite decidenda per sententiam, obseruarentur iura seu consuetudo loci, vbi contractus fuerit celebratus: vt ff. de euic. l. si fundus. & de vsur. l. j. in prin. & si post prædictum contractum veniret noua lex, vel noua consuetudo, iudicaretur secundùm legem vel consuetudinem, quæ erat ibi tempore contractus. vt in cor. vt cùm de appel. cog. in prin. collat. viij. & no. C. de legib. l. leges & constitutiones. Item fallit, quia si in Mõte Pessu-
52 lano † lata fuerit aliqua sententia ritè & legitimè, siue actum fuerit actione in rem, siue in personam, illa sententia valebit vbique, etiam in alio loco, cuius loci iudex, inspecta sui loci consuetudine, fuisset contrarium iudicaturus. & sic ille iudex non seruabit consuetudinem sui iudicij seu sui territorij: sed etiam contra suam consuetudinem sequetur iudicatum alterius loci. quod enim legitimè factum est, non retractatur: vt C. de admi. tuto l. sancimus. & hoc etiam propter authoritatem rerum iudicatarum: vt ff. ad Trebel. l. seruo inuito. §. cùm prætor. Videmus enim, quòd cùm
53 lata † est sententia in vno loco, aliquando mandatur executioni in alio loco: vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. in princi. & C. de iudi. l. properandum. §. sin autem reus. & hoc, si super certa re, vel certa quantitate lata fuit sententia. Si autem super pe-
54 titione hæreditatis generaliter † formatus fuisset libellus, & sententia generaliter lata, tunc non mandaretur sententia illa executioni per alium iudicem, pro rebus in sua iurisdictione existentibus, potissimè, si esset ibi contraria consuetudo. Res enim illæ existentes in alia iurisdictione, non viderentur petitæ in dubio sub generalitate: vt no. C. de anna. exce-
55 ptione. l. fi. ¶ Ex prędictis † apparet satis, quòd super prædicto libello feretur sententia iuxta statutum illud, non obstantibus prædictis quatuor replicationibus, & sic succumbet Actor. sed si te-
56 stator habuit bona † apud Aureliacum, ibi feretur & ferri debet sententia secundùm iura communia: quia super hoc nullum est statutum seu consuetudo iuri contraria.

SENTENTIA.

CVM dictus † Reus sufficienter probauerit prædictum statutum, cuius tenor talis est &c. 57
Et constet nobis, prædictam domum fuisse legatam per patrem dicto Actori, quæ domus valet l. solid. & plus, prout idem Actor in libello suo prædicto asseruit: idcirco per sententiam in his scriptis dictum Reum absoluimus à dicta petitione, & contentis in ea. & condemnamus dictum Actorem in xl. solidis Turo. dandis dicto Reo pro expensis &c.

¶ Si autem non esset probatum † dictum statutum, feretur ita sententia. 58

SENTENTIA.

CVM dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, nec Reus probauerit aliquid sufficienter de propositis per eum ad obtinendum in præsenti causa: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad dandum dicto Actori, de bonis dicti Titij patris eius quondam, ad valorem trecentorum aureorum prædictorum, pro repletione suæ legitimæ portionis. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xl. solid. Tur. dandis dicto Actori pro expẽsis, quas fecit occasione præsentis causæ: cùm idem Actor, delato ei à nobis iuramento, iurauerit, taxatione prædicta præcedente, se expendisse prędictos xl. solid. Tur. occasione pręsentis causę.

¶ Prędicta sententia lata est, quasi in singulis † rebus debeat fieri repletio prędicta, & non in vna re. vt & ar. C. ad leg. 59
Fal. l. ij & fami. her. l. filiũ, quem habentem. & ff. de lega. j. l. potest. & ad Trebellian. l. Marcellus. §. res. Sed credo, quòd licèt hęres, † cui deficit sua quarta, detrahat eam de singulis rebus, tamen filius, 60
qui non est hęres institutus in aliquo vniuerso, sed in re certa, si agat condictione ex l. omni modo. ad repletionem, ipse nõ replebitur in singulis rebus, cùm hoc aliqua lege cautum non sit, nõ dico, quin replea-

Vide Guidonem Papę q 487. nume. 1. in decisionib.

repleatur de bonis seu de substantia bonorum patris: vt C.de inoffi.testa.l.scimus.§.repletionem. & in cor. de trien.& semis.§.j.collat.iij.

¶ Item, vt clariùs prędicta videantur,
61 postquàm pater † habuit tempore mortis in bonis ad valorem duorum millium aureorum, & habebat tantùm duos filios prędictos, in primis deducentur de bonis prędictis, l. aurei pro expensis funeris. & de residuo, scilicet de mille & nongentis & quinquaginta aureis, qui remanent, fient tres partes, & quęlibet erit de sexcentis & quinquaginta aureis. & tertia pars, scilicet sexcenti & quinquaginta aurei, quę sunt legitima portio prędictorum duorum filiorum, cùm nō sint plures liberi, diuidentur inter eos æquis portionibus. sic, quòd quilibet debet habere trecentos & xxv. aureos, pro portione legitima sibi iure naturę debita. & quia Actor in casu nostro iam habet prędictam domum valentem xxv. aureos, in qua domo fuit hęres institutus, deficiunt sibi solùm trecenti aurei. & sic ipse, vltra domum prędictam, habebit de bonis patris, ad valorem trecentorum aureorum, pro repletione suæ partis. & fortè lata
62 † sententia interueniet officium iudicis, & forte eligentur portiones bonorum: vt & simile no.ff. ad Trebel. l. si legatus. §. multùm.

¶ Quia oppositum fuit, quòd vxor remansit pręgnans, quęritur, si nascan-
63 tur † posthumi, an rumpatur testamentum? Et dico, quòd si fuerunt legitimè instituti, ipsi non rumpent testamentum: vt ff. de libe.& posthu.l.Gallus. Si autem non inueniantur legitimè instituti, rumpetur testamentum, cùm fuerint nati, & non antè: vt Institu.de exhęredat.libe.§. posthumi. Nunc dico generaliter, quòd liberis pręteritis rumpitur testamētum,
64 vel est nullum. & regulariter † non debentur legata, vel fideicōmissa: vt C. de posthu.hęredibus insti. l.j. ff. de iniusto rupto testa.l.filio pręterito. Hodiè verò, licèt testamentum rumpatur, quantum ad institutionem, cętera tamen firma permanent. & sic hodiè, filio pręterito, debentur nihilominùs legata & fideicommissa. vt C. de libe. pręteritis vel exhæreda.authen.ex causa exhęredationis.

RVBRICA LII.
De authen. Ex causa exhæredationis. C. de liber. præteri. vel exhæred.

SVMMARIVM.

1 *Auth. Ex causa exheredationis. in intellectu, tres diuersæ opiniones. & nu. 2. & 3. Quæ reijciuntur per authorem. nu. 4.*

4 *Ex causa præteritionis maternæ, vel paternæ: vel ex causa exheredationis paternæ, vel maternæ, cum causa, vel sine causa: siue ipsum testamentum sit nullum ipso iure, vel sit annullandum per querelam, vel per contra tabulas, & sic annulletur per sententiam, institutio non valebit: sed cætera firma permanebunt, & sic debebunt adimpleri legata & fideicommissa. nu. 7. 8. 18*

5 *Exheredatio vel præteritio si facta fuerit, cum causa legitima, & in testamento expressa, non tamen causa per heredem probetur, licèt testamentum valuerit, excepto, quando filius suus est per patrem præteritus: an, & quibus alijs in casibus, authen. ex causa exhæredationis. locum habeat.*

6 *Exheredationis causæ legitimæ, ex quibus liberi per parentes præteriri possunt, quot sint, & quæ.*

9 *Ingratitudinis causas liberi committere non possunt, donec sint doli capaces: nisi tales sint, quæ in impuberem non cadunt. & quæ sint illæ.*

10 *Exheredationis causæ legitimæ, ex quibus parentes per liberos præteriri possunt, quot sint, & quæ.*

11 *Liberi, qui aliàs testari possunt, si non habent descendentes, & nullam exhæredationis causam in testamento expresserint, testamentum erit ipso iure nullum, quò ad institutiones, non quò ad cætera. Secus, nulla causa expressa, quia testamentum valebit*

 in

in omnibus, donec rumpatur per querelam inofficiosi testamenti, vel per cōtra tabulas.

12 *Mater, vel alter ascendens per lineam maternam, si fuerint præteriti vel exhæredati, cum expressa causa, agere poterunt querela inofficiosi testamenti. & rupto testamento, quia causa per hæredem non probabitur, testamentum non quò ad institutiones, sed quò ad cætera valebit.*

13 *Pater, vel aliquis alter ascendens per lineam paternam vel masculinā, si fuerint exhæredati cum causa expressa, testamentum rūpetur per querelā inofficiosi testamenti, & eo rupto, institutiones nō valebūt, cætera subsistent. Et præteriti, causa expressa, venient per contra tabulas. Et testamento rupto, institutiones non valebunt: licèt de Iure veteri aliter esset. nu. 14.*

15 *Querela inofficiosi testamenti, & contra tabulas, cessant in castrensi & quasi castrensi peculio.*

16 *Ex causis, ex quibus quis potest exhæredari, vel præteriri, an possint etiam alimenta denegari.*

17 *Præteriti, vel exhæredati si inopia sint detenti, interim pendente lite præstantur eis alimenta, & sumptus litis, quantum moderato Iudicis arbitrio æstimatum fuerit.*

19 *Testator si adiecit in testamento finalem clausulam testamentorū, Si non valet iure testamenti, volo, quòd valeat iure codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis: an valeant legata & fideicōmissa, quando testamentū impugnatur. 20. 21. 22. 23. & 24.*

25 *Auth. ex causa exhæredationis. an habeat locum in præteritione, vel exhæredatione fraterna.*

26 *Exhæredationis causæ, ex quibus potest frater exhæredare fratrem, quot & quæ.*

27 *Frater exhæredando fratrem in suo testamento, an necesse habeat causam exprimere, vel fratrem ingratum esse generaliter dixisse sufficiat. & an illo modo exhæredatus vel præteritus, querela inofficiosi testamenti agat.*

28 *Hæres à fratre institutus vnam de tribus ingratitudinis causis probare debet. & si testator non dixerit fratrem sibi ingratum fuisse, an liceat hæredi eum nominare, vel probare ingratum.*

29 *Frater vt obtineat in querela inofficiosi testamenti, quæ requirantur, & quid probare debeat.*

30 *Frater si obtinet in querela, non debebuntur legata.*

31 *Frater, si sit simili turpitudine notatus, in querela succumbere debet.*

32 *Frater, si fuerit in aliquo hæres institutus, vel sibi aliquid legatum fuerit, turpi persona instituta, non potest querela agere, sed solùm ad supplementum quartæ, si eam non habet integram.*

33 *Testator si turpem personam sibi instituit, & fratrem præterijt, nec aliquid ei legauit, nec eum sibi ingratum dixit, quomodo illi fratri sic præterito succurretur. nu. 34. & 35.*

36 *Frater, an & quando habeat querelam inofficiosæ donationis, pro immensa donatione turpi personæ facta.*

37 *Turpis persona quæ dicatur in materia exhæredationis fratris.*

38 *Infames infamia facti licèt faciāt admittere querelam inofficiosi testamenti, & repellant hominem à dignitatibus, ipsi tamen nō repellūtur à testimonio ferendo, sed minor fides super testimonio eis adhibenda est.*

CIRCA illud authen. Ex causa exhęredationis. est aduertendum, quòd super eo plures fuerunt & sunt † opiniones. Quidam enim intelligunt illud, quando testamentum ab initio ipso iure non valet, sed est ipso iure nullum. Verbi gratia: vt cùm per lineā fœmininā filius iā natus est præteritus vel exhęredatus, sine causa legitima & expressata. vel cū per lineā masculinā filius emācipatus sit præteritus, sine causa legitima & expressata. vel filius suus sit præteritus, cum causa, vel sine causa, vel emancipatus, vel suus sit exhære- 1

hæredatus, ſine cauſa legitima & expreſſata. Tunc enim, & in prædictis caſibus tantùm, teſtamentum eſt nullum, ex cauſa præteritionis vel exhæredationis. & ipſo iure teſtamentum eſt nullum, & ſic inſtitutio non tenet. tamen legata benè tenent & valent: quia tunc nõ dependent ab inſtitutione, nec dependere poſſunt: quia ipſa inſtitutio eſt nulla: vt dictum eſt. ſed dependent & valent per ſe, & ex ſe, per dictã authen. Si verò per lineam fœmininam filius eſſet præteritus vel exhæredatus, cum cauſa legitima & expreſſata: vel per lineã maſculinam filius emancipatus eſſet præteritus, cum cauſa legitima & expreſſata. vel emancipatus, vel ſuus eſſet exhæredatus cum cauſa legitima & expreſſata. tunc valeret teſtamentum ſeu inſtitutio, donec rumperetur teſtamentũ per ſententiam, cauſa non probata per hæredem: & tunc rupto teſtamento ſeu caſſata inſtitutione, quæ de iure tenebat, legata firma remanere non poſſunt, etiam hodiè, cùm tunc ab inſtitutione dependeant, quę inſtitutio eſt caput teſtamenti: vt Inſtit. de lega. §. ante hæredis. Sic etiam videtur, ratione viua & naturali, ſecundùm opinionem illorum, quòd poſthumus non rumpat teſtamentum, donec naſcatur. & ſic interim teſtamentum validum eſt: vt ff. de iniuſto rupto teſta. l. iij. §. ex his. Cùm tamen naſcetur, & naſcendo rumpet teſtamentum ſeu inſtitutionem, quę tenuit: rumpentur etiam neceſſariò legata, & cætera omnia, quæ dependebant & ſuſtinebantur ab inſtitutione poſteà caſſata. quia cùm principale cadit, & acceſſorium, ſeu illud, quod ab eo dependet, debet cadere: vt arg. ff. de vſufruc. l. ij. & de pecu. lega. l. ij. & de regul. iur. l. cùm principalis. & de iniuſto rup. teſta. l. nam & ſi ſub conditione. §. fi. & facit quod no. ff. de lib. & poſthu. l. iij. §. fi. Et in ſumma, ſecundùm hanc opinionem, vbi teſtamentum eſt nullum ipſo iure, tunc valent legata & fideicommiſſa, per prædictum authent. Si autem teſtamentum valet, & rumpatur ex cauſa præteritionis vel exhæredationis, tunc legata etiam cadent, nec valebunt, nec tunc habebit locum illud authen. Prædictã autem opinionem videtur tenere dominus Azo in Summa ſua, C. de libe. præte. vel exhæreda. & recitat eam in Summa ſua, C. de inoffi. teſta. §. effectus. licèt ibi non reſideat in ea. & dominus Odofre. tenet eam in lectura ſua, quæ facit ſuper hoc multos errare, nõ aduertentes ad textum in cor. vt cùm de appella. cog. §. aliud quoque capitulum. circa principium. & §. ſiue igitur omnes. & §. fi. tales igitur. coll. viij. vt dicetur inferiùs. Dominus autem Azo tenet expreſsè in Summa C. de contra tabu. quòd hodiè euacuato teſtamẽto per contra tabulas, habet locum authen. ex cauſa exhæredationis. quod eſt cõtra Odofre. & ſuos ſequaces, & dicetur infrà in titulo, de ac. in factum ex interdicto Quorum bonorum. Eſt tamen aduertendum, & multùm memoriæ commendandum, quòd illud, quod dictum eſt ſtatim de præteritione & exhæredatione, cum cauſa, vel ſine cauſa facienda, & quando teſtamentum ex hoc dicatur nullum ipſo iure, vel dicatur annullandum, eſt verum, vel etiam veriſſimum. & poteſt ſatis colligi in glo. in cor. de hæredi. & Fal. §. exhæredatos. colla. j. C. de libe. præte. vel exhære. authent. ex cauſa exhæredationis. licèt quibuſdam videatur monſtruoſum, potiſſimè in præteritione filij emãcipati, cauſam pręteritionis in teſtamento inſeri, vel nullã, vel aliquam nõ legitimam inſeri aliquid operari. ¶ Quidam † autem alij, dicunt totum contrariũ, dicentes, quòd dictum authen. intelligitur, quãdo ritè filio pręterito vel exhæredato teſtamentum valet: ſed poſtmodum rumpitur per querelam, vel per contra tabulas, cauſa per hæredem non probata: vt in cor. vt cùm de appel. cog. §. ſiue igitur. coll. viij. vbi dicitur, legata deberi, euacuato teſtamẽto. & poſtmodum dicitur ibi, reſciſſo teſtamento. Item ibi dicitur, quòd nullum præiudicium liberis exhæredatis generetur, ne liberi falſis accuſationibus condemnentur. quod ergo videtur per ſententiam, non ipſo iure. & teſtamentum

querelatum dicitur rescissum: vt ff. de inoffi. testa. l. Papinianus. §. sed neq; impuberis. & euacuatum debet etiam propriè dici per sententiam. Paulus enim dixit: Et euacuaui, quæ erant paruuli &c.
1. Cor. 13. Erant ergo illa ante ipsorũ paruulorum, quæ euacuabat. licèt verbum, euacuatis, possit se habere ad vtrunque: vt C. de decu. l. vacuatis. lib. x. sed euacuatũ seu vacuum dicitur, vbi nihil est: vt ff. de acq. hæredi. l. cùm quidam. §. quid si vnum. & C. vnde vi. l. fi. Item facit ad hoc: quia in libro Nouellarum dicitur circa hoc, quod institutiones infirmentur, & nõ dicitur, quòd sint infirmæ. Dicitur etiã ibi, quòd testamentum rescindetur. Item dicitur ibi, sola institutio hæredũ tollatur. ergo &c. Allegatur autem liber Nouellarum aliquando: vt in cor. de iureiurando à moriente præsti. colla. v. & de nup. §. soluto. & §. si verò vsus fuerit. & de tabel. col. iiij. & in pluribus alijs locis. Si autem testamentum sit nullum ipso iure, per preteritionem vel exhæredationem, dicunt isti secundi, quòd nec legata debentur, nisi inquantum de iure veteri inueniuntur deberi: tum quia nihil super hoc est hodiè immutatum. & quod non mutatur, stare non prohibetur: vt C. de testa. l. sancimus. tum quia de hoc non cauetur in cor. vnde sumitur prædictum authen. & erubescimus, cũ sine lege loquimur: vt in cor. de trien. & se. §. consideremus. col. iij. Et sic apparet ex prædictis, quòd dictum authen. habet locum, quando testamẽtum est validum, & rumpitur per querelam, vel per cõtra tabulas: sed non habet locum, secundùm opinionẽ istorum, quando testamentum est nullum ipso iure. Quæ opinio prima facie videtur colorata. nec obstat verbũ, irritum, quod est in illo authen. quia illud verbũ non est in cor. vnde fuit extractum, nec Guernerius, qui illud verbum adiunxit, erat conditor iuris.

3 ¶ Tertij † dicunt, quòd propriè præteritio dicitur per lineam maternam. & exhæredatio propriè per lineam paternã. ar. Insti. de exhære. libe. §. mater. Cùm ergo dicitur, ex causa præteritionis vel exhæredationis &c. intelligunt præteritionis, s. maternæ tantùm: vel exhæredationis, s. paternæ tantùm, cum causa, vel sine causa. & hoc, quia à significatiõe verborum non est recedendum: vt ff. de lega. iij. l. non aliter. Si ergo pater prętereat filium emancipatum, vel suum, non habebit locum prædictum authenticum: nec hodiè debebuntur tunc legata, nisi prout inueniuntur de iure veteri deberi.

¶ Nunc dico, recitatis & reiectis prædictis tribus opinionibus, esse † tenendũ, 4 quòd ex causa præteritionis maternæ, vel paternæ: vel ex causa exhæredationis paternæ, vel maternæ, cum causa, vel sine causa: siue ipsum testamẽtum sit nullum ipso iure, vel sit annullandum per querelam, vel per contra tabulas, & sic annulletur per sententiam, institutio non valebit: sed cætera firma permanebunt, & sic debebunt adimpleri legata & fideicommissa. Et hoc siquidem apparet: quia lex in cor. super prædictis nõ distinguit, ergo nec nos: vt ff. de Publi. in rem act. l. de precio. Quòd autem lex in cor. nõ distinguat, sed generaliter loquatur, apparet: quia ibi in effectu dicitur, quòd si parentes, qui filios præterierunt, vel exhæredarunt, causam legitimam inserant in testamento, & hæredes eam probent, testamentum est firmum. & postmodum subiungitur in effectu, quòd si hæc non fuerint obseruata, euacuato testamento, quantum ad institutionem, cætera firma permanent & debent adimpleri. Cùm ergo præteritio vel exhæredatio fit à parentibus vtriusque sexus, sine causa legitima, vel cum causa legitima, non tamen in testamento expressata, verum est tunc, quia prædicta non fuerunt obseruata omnia: & sic tunc licèt testamentum ipso iure sit nullum, tamen habet locum dictum authen. Item, si dicta præteritio † vel exhæredatio fa- 5 cta fuerit, cum causa legitima, & in testamento expressata, non tamen probetur causa per hæredem, verum est etiã tunc dicere, quòd prædicta non sunt omnia obseruata: & sic licèt testamentum valuerit, excepto, quando filius suus est præteritus

teritus per patrem: attamē habet locum prædictum authen. Et hæc est ipsa veritas. & sic glossa intellexit in prędicto authen. Item, de filio suo præterito, quòd habeat locum prædictum authen. no. ff. de iniusto, rupto testa. l. filio præterito. Item, de filio emancipato præterito, notat. ff. de vsufruc. l. si extraneo. & facit, quod notatur C. de contra tabu. l. j. & ff. de lega. ij. l. si quis testamēto facto. Item, de filio exhæredato no. ff. de testa. tu. l. iure nostro. §. fi. & de inoffi. testa. l. nam & his. & l. Papinianus. §. fi. & l. seq. & C. de lib. præ. l. maximum. Item, posthumo præterito nascente, & sic testamētum rumpente, debebuntur legata. vt largè & generaliter intelligimus dictum authen. vt probatū est statim. Item, & hoc etiam fauore vltimarum volūtatum, ne in totum subuertantur. Fauores enim sunt ampliandi: vt ff. de libe. & posthu. l. cùm quidam. & facit ff. de regu. iu. l. in testamentis. & facit etiam ad hoc: quia in l. maximum vitium. super qua posita est authen. ex causa exhæredationis. statim facta est mentio de posthumis. Et in ista opinione est glos. ff. de fideicommis. liber. l. si pater duos. & l. generaliter. §. ex testamento. & de tu. test. j. & l. si pater. & C. de codi. l. j.

6 ¶ Item est notandum, quòd causæ legit † imæ & iustæ, ex quibus liberi per parentes possunt præteriri vel exhæredari, sunt seriatim in cor. vt cùm de ap. cog. §. causas. col. viij. & sunt quatuordecim, & designantur per eundem ordinem in istis versibus:

Percutit, iniuriās, accusat, malè versans,
Insidiæ, coitus, defert, vas nō cauet inde,
Sed prohibet, mimus, mulier peccans, furor atque,
Captiuusque, fides. Propriam sobolem remouent hæc.

7 Et in summa, si † mater, vel alter de linea materna, prætereundo vel exhęredando liberos, vnam ex prædictis causis nō expresserit in testamento suo, tunc testamentum erit nullum, quantum ad institutiones: sed cætera valebūt. Sed si vnam ex prædictis causis expresserit, valebit testamentum in omnibus. Sed si causa non probetur per hæredem, rumpetur testamentum per querelam inofficiosi testamēti, quantum ad institutiones: sed cætera valebunt. Item, si † pater, vel aliquis de linea paterna, non expresserit vnam de prædictis causis, in prætereundo vel exhæredando filium emancipatum: tunc testamentum erit nullum, quantum ad institutiones, sed cætera valebunt. Si autem vnam causam expresserit, testamentum valebit, donec rumpatur per contra tabulas, si filius emancipatus sit præteritus: vel per querelam inofficiosi testamenti, quando fuit exhæredatus. petita tamen priùs tunc bonorum possessione causa litis agnoscendæ. quo testamento rupto, institutiones non valebunt, sed cætera valebunt. Si autem nullam causam expresserit in exhæredando suum, vel causam expresserit, vel non expresserit, in prætereundo suum: tunc testamentum erit nullum, quantum ad institutiones: sed cætera valebunt. Si autem vnam expresserit in exhęredando suum, tunc valebit testamentum, donec rumpatur per querelam inofficiosi testamenti, scilicet non probata causa exhæredationis per hæredem. & eo rupto, institutiones non valebunt: sed cætera valebunt. ¶ Item est aduertendum, quòd prædictas causas † ingratitudinis liberi committere non possunt, donec sint doli capaces, seu proximi pubertati. argu. C. de inoffic. testamen. l. si quis in suo. in fi. & Institut. de inuti. stipulat. §. pupillus. & ff. de iniurijs. l. iij. §. j. sed posteà sic: vt ff. de furtis. l. impuberem. & de mino. l. si ex causa. §. nunc videndum. excepta sexta, & vndecima causa præteritionis vel exhæredationis, quæ cùm sint delicto carnis, non cadunt in impubere, licèt doli capace. vt argu. ff. de adulterijs. l. si minor. licèt videatur contrà eo. titu. l. stuprum. in fi.

¶ Item † causæ legitimæ, ex quibus parentes per liberos possunt præteriri, vel exhęredari, sunt seriatim in cor. vt cùm de ap. cog. §. & hæc quidem. & sunt octo,

octo,& designãtur per eundem ordinem in istis versibus:

Tradit,& insidiás,coitus,vetat,insidięq́;,
Atq; furor,captiuus,transgressor fideiq́;.
Ex istis liberi possũt remouere parentes.

Et cùm dicatur C. ad Tertullia. authent. intestamento.quòd prædictæ causæ sunt septem,potest intelligi,respectu habito, quòd secũda causa, & quinta, sunt super
11 insidijs.Et in summa,si † liberi, qui aliàs testari possint,non habent descendentes, si nullam de prædictis causis expresserint in testamento exhæredando, vel prætereundo parentes, testamentum erit ipso iure nullum, quantum ad institutiones: sed cætera valebunt. Sed si vnam causam expresserint, valebit testamentum in omnibus, donec rumpatur per querelam inofficiosi testamenti, vel per contra ta-
12 bulas.Quòd si † mater, vel alter ascendẽs per lineam maternam, fuerint præteriti vel exhæredati, cũ causa expressata, ipsi poterunt agere querela inofficiosi testamenti.vt C.de inofficio.testa.l.,cùm filium.& tunc rupto testamento,quia causa non probabitur per hæredem,testamentum non valebit, quantum ad instituti-
13 ones: sed cætera valebunt. Sed si † pater, vel aliquis alter ascendens per lineã paternam & masculinam, fuerint exhæredati,cum causa expressata, rumpetur testamentum per querelam inofficiosi testamenti.vt ff.de inoffi. testa. l. j. quo testamento rupto, institutiones non vale-
14 bunt: sed cætera valebunt. Si autem † fuerint præteriti,causa expressata,tunc venient per contra tabulas. vt ff.si.à parente quis fu. ma. l. j. Et testamento rupto, institutiones in totum non valebunt, licèt de iure veteri aliter esset. vt ff. e. ti. l.
15 Pantonius. Sed in castrensi † & quasi castrensi peculio cessant querela inofficiosi testamenti,& contra tabulas.vt C.de inoffi.test.l.fi.& C. de epi. & cler. authent. presbyteros. ¶Item est notãdum, quòd
16 ex † causis,ex quibus quis potest exhęredari, vel præteriri, possunt etiam ei alimenta denegari.vt ff.de lib.ag.l.si quis à liberis. §. idem iudex. & C. de alen. li. à
17 paren.l.fi. ¶Item, præteriti, vel † exhæredati,si inopia sint detenti, interim pendente lite præstabuntur eis alimenta. vt ff. de inoffi. tes.l.si instituta.§.de inofficioso.& sumptus litis, quantum moderato arbitrio iudicis fuerit æstimatum. vt C.de or.cog.l.fi.& ff.de pe.hære.l. hæres furiosi.§.sed & si quid.& de iure deli.l.filius. ¶Sed ad † illud, quod dicitur in prę- 18
dicto auth. de filio exhæredato, videtur contrà,ff.de inoffi.test.l.Titia.& de lega. iij.l. patronus.§. fi. aliàs est l. Claudius. vbi habetur,quòd rupto testamento per querelam inofficiosi testamenti, non debentur legata, nec fideicommissa, quasi à demente relicta. Sed illud est ius vetus, istud est nouum.

¶Sed quid, si testator † adiecit talem 19
clausulam,quæ à quibusdam vocatur finalis clausula testamentorum, scilicet: Hęc est autẽ voluntas mea vltima,quam volo valere iure testamenti. & si non valet iure testamenti, volo,quòd valeat iure codicillorum,vel alterius vltimę voluntatis: An valebunt legata & fideicommissa? Et certè valebunt, non ex isto authen. sed vigore illius clausulæ. vt ff. de testa.l.ex ea scriptura.§.j.Voluntas enim defuncti facit, quòd in testamento scriptum valeat.vt ff.de lega.j.l.si mihi & tibi. in fi. & regit cõditiones. vt ff. de condition.& demon. l. in conditionibus. in princi. & pro lege seruatur. vt in cor.de nup. §. disponat. col. iiij. Et ex prædicta clausula hæres scriptus, poterit etiã petere hæreditatem sibi restitui, à filio veniente ab intestato. Verba enim directa, scilicet,Talis sit hæres. vel, Talem hæredem mihi instituo. licèt, si in testamento valido pónantur,non trahuntur ad fideicommissum: vt ff. de vul. sub. l. verbis ciuilibus. tamen si in codicillis,vel in testamento inualido, iure tamen codicillorum valente, ponantur,quia tunc nullo modo possunt valere iure directo, ipsa valebunt iure fideicommissi.vt ff.de iur. codi. l. illud. §. j. & ad Tre. l. Scæuola. & de leg. iij. l. cùm quis decedens. §. Seiã. & facit ff.de iniu. rup. test. l. posthumus. in fi. & ad Trebel. l. si quis priore. Et sic, quocunque modo testamentum inueniatur

atur

atur non valere, filius ab intestato veniens, cogetur vigore illius clausulæ restituere hęreditatem hæredi scripto, retenta quarta sua. nisi illud testamentum fuerit inofficiosum, quia tunc, rupto testamēto per querelam inofficiosi testamenti, nec debebūtur legata, nec fideicōmissa, nec verba directa trahentur ad fideicommissum. vt ff. de inofficio. testa. l. Titia. & ita no. in authent. ex causa exhæredationis. in fi. Sed istud non debet placere, quia licèt olim exhęredans filium, vel præteriens, quando præteritio habetur pro exhæredatione, reputarentur quasi non sanæ mentis: vt in prędicta l. Titia. & Instit. eo. in principio: Hodiè tamen est contrarium. vt manifestè apparet, in authen. ex causa. Item, si illa clausula nihil operaretur, & impediret, ne dictum authen. ibi operaretur, ipsa videretur esse ad instar legis Fusiæ Caninæ. quod non est dicendum. Dico ergo, quòd siue testamentum sit nullum, siue posteà quocunque modo deueniat ad nullum, semper habebit locum hæc prædicta clausula. ¶ Sed videtur, quòd illa clausula nihil possit operari in testamēto, quod valet, si posteà sit annullatum per cōtra tabulas, vel alio quoquo modo. Quia in illa clausula, verbum, valet, quod est ibi positū, est præsentis temporis. ergo non deberet extendi ad futurum. argu. ff. de verbo. obli. l. cùm stipulamur. & sic nihil deberet operari, nisi vbi testamētum est nullum tunc, cùm testator condit illud: vt quia testamentum deficit in numero testium, vel quia filius natus, & suus, est in eo præteritus, & sic de similibus. A significatione enim verborum non est recedendum: vt ff. de leg. iij. l. non aliter.

10 Ad hoc † ergo, quòd prædicta clausula plenè possit operari, dicatur ita: Hæc est autem voluntas mea vltima, quam volo valere iure testamenti. & si non valet iure testamenti, vel non valebit iure testamenti in futurum, volo, quòd valeat iure codicillorum, vel alterius vltimę volūtatis. ar. ad hoc. ff. de leg. ij. l. si ita scripsisset. & de verbo. obli. l. si à colono. Et quòd ita dicatur, s. quòd vtrunque tempus comprehendatur, consulunt aliqui, & est bonum consilium. Vel fortè potest † probabiliter dici, quòd licèt non 21
ponatur in illa clausula, Vel si non valebit iure testamenti &c. quòd videatur satis prouisum, etiam super futuro tempore, quasi verbum, Si non valeat &c. respiciat ad futurum. Præcedit enim clausulam, quam volo valere iure testamēti &c. valere autem est infinitiui modi. & infinitiuus nedum respicit pręsens tempus, immò & futurum: vt no. ff. de verborum obliga. l. stipulationum. ij. §. stipulatio. & cùm sequitur, & si non valet iure testamenti &c. intelligatur etiam in futurum. licèt verbū, valeat, sit præsentis temporis: vt fiat relatio ad illud verbum, valere, quod præcedit, quod & respicit futurum: vt dictum est. Et hoc est dicendum, vt res magis valeat, quàm pereat, quod esse debet: vt ff. de lega. ij. l. Titia cùm testamento. §. j. Item, quia in testamentis pleniùs voluntates testatorum debent interpretari: vt ff. de regu. iuris. l. in testamentis. Item, secundùm vulgarem modum loquendi, verbum, & si non valet, &c. est idem, ac si dicatur, & si valere non potest, &c. & in hoc fiat resolutio. Verbum autem, potest, licèt sit præsentis temporis, attamen in vltimis voluntatibus largam significationem habet, & est extensiuū ad futurum: vt ff. de lega. ij. l. si ita quis testamento. Item, ita est vsitatum poni in testamentis, & creditur satis esse prouisum. & dicit Odofredus C. de condi. l. j. quòd hodiè ita fiunt omnia testamenta apud nos.

¶ Et in summa, ex illa clausula † deben- 22
tur legata & fideicommissa, & verba directa valebunt iure fideicommissi, siue testamentum sit nullum ipso iure, siue sit validum, & posteà rumpatur, vel deducatur ad nullum, etiam si rumpatur per querelam inofficiosi testamenti: vt dictum est. licèt super hoc, scilicet si rumpatur testamentum per querelam inofficiosi testamenti, dicat glossa contrarium, in authentic. ex causa exhæredationis. Item † in summa, siue testa- 23
mentū sit nullum, siue valeat, sed posteà

 annul-

annulletur, credo verum, quòd illa finalis clausula testamentorum se habeat & respiciat etiam ad futurum, cùm ibi dicitur, & si non valet &c. licèt non adijciatur, vel si non valebit &c. & illa videtur fuisse intentio glossatoris, C. de codicil. l. j. & ff. de lega. ij. l. codicillis §. fi. & in authen. ex causa exhæredationis. & Odofredus in lectura illius authen. & C. de fideicommis. l. eam quam. & de codi-
24 cillis. l. j. Cautela tamē † est, quæ abundans non nocet, vt in clausula vtrunque tempus expressetur, & erit securius, propter oppositiones, quæ possent fieri.

25 ¶ Sed an † in præteritione, vel exhæredatione fraterna, habebit locum authentica prædicta, Ex causa exhæredationis? Et dico, quòd non: quia in cor. vnde sumitur, loquitur de parentibus, & liberis, & non de fratribus. & sic nihil est immutatum in fratribus. Quod enim expressè non mutatur, stare non prohibetur. vt C. de testam. l. sancimus. & de appellat. l. præcipimus. in fine. ¶ Item,
26 sunt tres † causæ, ex quibus frater potest fratrem exhæredare, & turpem personam instituere, vel potest turpi personæ donationem immensam facere: vt in cor. de nupt. §. ingratitudinem. colla. iiij. & continentur in isto versu:

Ingratum fratrem, faciunt mors, crimina, damna.

Et postquàm in fratribus nihil est immutatum, per authenticam, ex causa exhæredationis. ergo ad alia iura est recurrendum. Non est ergo necesse aliquam causam ingratitudinis expressare: sed
27 sufficit, quòd frater † testator dicat in testamento generaliter, fratrem suum sibi esse ingratum: vt C. de inoffi. testa. l. omni modo. & frater illo modo exhæredatus vel præteritus, aget querela inofficiosi testamenti. vt eodem titul. l. fratres. & l. si pater tuus. & l. cùm filium. vbi expressè dicitur, quòd soror præterita habet querelam inofficiositestamenti. Item, hæres habet probare
28 vnam † de prædictis tribus causis ingratitudinis. & si testator non dixerit fratrem sibi fuisse ingratum, non licebit hæredi eum nominare, vel probare ingratum: vt eodem titulo, l. omni modo. Item, ad hoc, vt frater † obtineat in 29
querela, oportet, quòd ipse, & testator fuerint ex eodem patre nati, & quòd hæres sit turpis persona: vt eo. tit. l. fratres. & Instit. eo. §. soror. quorum probatio incumbet fratri querelanti: quia ei qui dicit &c. ff. de proba. l. ij. Item, si frater † obtineat in querela, non debebuntur legata: vt C. de inoffic. testa. l. cùm duobus. Item, si frater † sit simili turpitudine notatus, ipse succumbet in querela: vt C. e. l. in arenam. in fi. Item, si frater † fuerit in aliquo hæres institutus, vel sibi fuerit aliquid legatum, ipse turpi persona instituta non poterit agere querela, sed aget tunc solùm ad supplementum quartæ suæ, si eam non habet integram: vt e. tit. l. omni modo. nec curarem tunc, dixerit testator, vel non dixerit, fratrem suum sibi fuisse ingratum.
30 31 32

¶ Sed quid erit, si testator † turpem personam sibi instituit, & fratrem præterijt, nec aliquid ei legauit, nec eum sibi ingratum dixit, quomodo succurretur illi fratri sic præterito? Et videretur, quòd posset dicere testamentum nullum ipso iure: quia nulla ingratitudo potest ei opponi, postquàm testator de ea nihil dixit, nec specialiter, nec generaliter: vt in l. omni modo. quod si sit verum, agat frater recta via petitione hæreditatis ab intestato. & si excipiatur de testamento condito, replicetur, quòd hæres ibi institutus est turpis persona. Vel potest dici, quòd non dicat † testamentum ipso iure nullum: quia non inuenitur, quòd qui debet institui, si prætereatur, quòd dicat testamentum nullum, de iure Codicis, vel ff. nisi sit de suis: vt C. de lib. præté. vel exhęred. l. fi. & ff. de iniusto, rup. test. l. j. & de libe. & posthu. l. inter cætera. & Insti. de exhære. lib. in princ. Veniat ergo frater in casu prædicto per contra tabulas. quia si filius emancipatus pretereat patrem, pater venit per contra tabulas, & turpi persona instituta, rumpit testamentum in totum: vt ff. si à parente quis fue. ma. l. Pantonius. 33 34

Item

Item patronus, in casu, in quo debet institui à liberto, si non instituatur, sed fortè prętereatur vel exhęredetur, ipse habet contra tabulas. vt Insti. de suc. libe. §. si verò testamentum. & C. de bon. pos. contra tabulas liberti. l. j. ergo à simili, frater prętereritus, turpi persona instituta, habeat contra tabulas, & illam solam. Vel est dicendum, & fortè meliùs,
35 quòd habeat locum † querela inofficiosi testamenti, & quòd frater, priùs rupto testaméto per querelam, agat posteà petitione hęreditatis. quia indistinctè dicitur C. de inoffi. testa. l. cùm filium. quòd soror prętерita potest querelam inofficiosi apud pręsidem persequi: licèt quandoque nomen inofficiosi largè accipiatur pro contra tabulas. vt C. famil. herci sc. l. filij. & ff. de inoffi. testa. l. pater filium. ¶ Item est notandum, quòd pro
36 immensa donatione † turpi personæ facta, frater habet querelam inofficiosæ donationis: vt C. de inoffi. do. l. fi. & no. eo. ti. l. ij. & l. iiij. nisi donator dixerit in donando, fratrem suum sibi fuisse ingratum, & post mortem donatoris donatarius probet vnam de prędictis causis ingratitudinis. nisi & frater querelans donationem, laboraret simili turpitudine: vt satis apparet ex superioribus. ¶ Itē
37 est notandum, quòd turpis persona † dicitur, in materia ista, ille, qui est infamis infamia iuris. Item & ille, qui leuis notę macula est aspersus: vt C. de inoffi. testa. l. fratres. & est infamis infamia iuris: vt habetur ff. de his qui no. infa. l. j. & Insti. de pœna. te. litig. §. ex quibusdam. cum similibus. Sed leuis notæ macula aspersus, dicitur turpis persona, seu infamis infamia facti. vt satis colligitur ff. de his qui notan. infa. l. j. in princip. & glos. & est ille, qui est prostibulator: vt ff. de fur. l. verum est. Item meretrix: vt ff. si à parente quis fuerit ma. l. Pantonius. Item, qui vt impius vltimam voluntatem defuncti non implet: vt C. de ne. seruis hęred. instit. l. pen. §. illo videlicet. Item, filius increpatus à patre in testamento: vt C. ex quibus cau. infam. irro. l. ea, quæ. Item, increpatus à iudice in iudicio: vt eo. ti. l. verbum. & l. interlocutio. Item ille, qui ex turpi vita sua & infamia, est ab honestorum cœtu segregatus: vt C. de dig. l. j. lib. xij. Item & omnis ille, qui non infamis est infamia iuris, pro eo, quia in sentētia transfactum videtur cum eo super infamia iuris. iuxta id, quod habetur ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. vel non est infamis infamia iuris, quia in persona sua non est condemnatus, sed per procuratorem: vt ff. e. l. furti. § si quis alieno nomine. licèt illi tales non sint infames infamia iuris, ipsi tamen non effugiunt infamiam facti: vt ff. de ob. à libe. & libertis paren. & patro. præstan. l. honori. & per consequens possunt dici turpes personæ. Item, omnis ille, vt credo, est infamis infamia facti, cuius opinio ex dolo præsumpto est apud bonos & graues onerata: ar. C. ex quibus cau. infa. irro. l. ea quæ. vel ex dolo vero. argu. C. de transactio. l. transactione finita. ¶ Item,
prædicti infames † infamia facti, licèt faciant admittere querelam inofficiosi testamenti, & repellant hominem à dignitatibus, tamen ipsi non repelluntur à testimonio ferendo: vt no. C. de sum. Tri. l. j. licèt sit contrà, ff. de sena. l. ij. minor tamen fides est eis adhibenda super suo testimonio: vt ff. de testi. l. iij. in princi. & de Carbo. edic. li. ij. §. duæ autem sunt causæ. 38

RVBRICA LIII.

De condictione ex l. omni modo. C. de inoffi. testamen. cùm semis debetur secundùm numerum liberorum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex l. omni modo. C. de inoffi. testam. cùm semis debetur secundùm numerum liberorum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

Legitima liberorum est, si sint quatuor,

aut infra, triens: si verò quinque, vel vltra, semis.

3 *Libellum quomodo formare debeat Actor, si velit petere domū sibi relictā, cùm eam ipse nondum habuit. & nu. 1. in seq. rub.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd Titius pater naturalis & legitimus dicti Actoris, & dicti Rei, & aliorum trium liberorum superstitum, habens in bonis ad valorem duorum millium & centum lib. Turoñ. suum condidit testamentum, in quo dictum Reum hęredem sibi vniuersalem instituit, & dicto Actori iure institutionis quandam domum suam valentem xxv. lib. Turoñ. reliquit, & alios tres liberos hæredes sibi instituit in rebus certis. Deinde dictus Titius pater decessit, & eo defuncto, Reus hęreditati eiusdem patris sui se immiscuit. Vnde cùm deductis expensis funerarijs, & etiam deductis debitis, quæ dictus Titius pater debuit creditoribus suis, supersint in bonis dicti patris vsque ad valorem duorum millium lib. Turoñ. & sic rectè computando, vltra prædictam domum dicto Actori iure institutionis relictā, desunt ei, de quinta parte semissis sibi iure naturæ debita, vsque ad valorem centum & septuagintaquinque lib. Turoñ. agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reū, ad dandum dicto Actori, de bonis dicti patris sui, vsque ad valorem prædictarum centum septuagintaquinque lib. Turoñ. pro adimplenda sua legitima portione, per vestram sententiam condemnetis, & con-

2 demnatum &c. ¶Probatur † quia Quatuor aut infra, dant natis iura trientem: Semissem verò dant natis, quinq;, vel vltra. vt in cor. de trien. & se. §. j. col. iij. & de inoffi. test. auth. nouissima. ¶Item, si

3 Actor velit † in eodē libello petere prædictam domum sibi relictam, cùm nondum eam habuit ipse, poterit ita formare libellum.

Versus.

RVBRICA LIIII.

De condictione ex l. omni modo. C. de inoffi. testam. actione ex testamento cumulata.

SVMMARIVM.

1. *Libellus condictionis ex l. omni modo. C. de inoffi. testam. actione ex testamento cumulata, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actio personalis ex testamento, quæ competit Actori ad restituendū, non ad dandum: & condictio ex l. onmi modo. C. de inoffi. testam. quæ competit ad dandum, vel ad replendam legitimam portionem: an cumulentur. Item, an condictio prædicta, cumuletur cum actione in rem. Et qua actione agere expediat. nu. 4.*

5 *Filius firmiter exhæredatus vel præteritus, causa legitima in testamento inserta, si testamentum nō rumpatur, an faciat numerum, si quæratur, num debeatur triens, vel semis, aut quot sint liberi, ad diuidendum inter se trientem, vel semissem.*

6 *Filius emancipatus à patre præteritus, causa legitima in testamento inserta, dum testamentum non rumpitur per contra tabulas, causa nō probata, an haberi debeat pro mortuo, sicut exhæredatus.*

7 *Filius deportatus, an debeat haberi loco filij mortui, quantū ad succedendum, & acquirendum aliquid de iure ciuili, & sic an numero liberorum computari debeat. & nu. 8. in fi.*

8 *Filius deportatus, an acquirat ex cōtractu, vel aliàs de iure gentium. Et acquisita, an post eius mortem fiscus habere debeat.*

9 *Amittens ciuitatem, & libertatem, & ad mortem condemnatus, an numero liberorum haberi possint?*

10 *Religiosi, qui in succedendo, vel in legitima petenda vel distribuenda, pro liberis computari & haberi debeant, qui non.*

11 *Pactū filij an valeat, si filius pactus sit cum patre, quòd non sit aliquid de hæreditate illius petiturus, post eius mortem. Et quid, si*

si iuramentum interuenerit. & nu. 13.

12 *Iudices temporalis iurisdictionis taxantur, quòd iuramenta parũ aut nihil curãt.*

14 *Filius, qui abiurauit hæreditatem paternam, an debeat à patre institui in testamento, ad hoc, vt testamentum valeat.*

15 *Filius, an possit venire ad hæreditatem patris intestati, non obstante iuramento.*

16 *Dispensari an possit super iuramento filiæ, si inueniatur multùm decepta: vel coniectura habeantur, quòd metu, vel nimia reuerentia paterna iurauit.*

17 *Pactum de futura successione, an & quando valeat.*

18 *Testamentum suum si quis iurauerit non mutare, licèt illud sit de futura successione, & sic iuranti liberum arbitrium testandi auferatur, non debebit dici turpe, nec contra bonos mores, nec impossibile de iure.*

19 *Iuramentum seruandum, nisi seruatum in alterius praiudicium redundet, vel in salutis æternæ dispendium vergat, vel nisi sit turpe, inhonestum, derisorium, verecundosum, impossibile, aut contra bonos mores. Et an in prædictis tribus exceptionibus, iuranti pœnitentia iniungi debeat.*

20 *Iuramentum an valeat, si pepigerit & iurauerit maritus, ne conueniatur, in quantum facere potest, sed in solidum.*

21 *Sacramentum non esse admittendum, nec esse alicuius momenti, vbi illud sit lege prohibente, quomodo sit intelligendum. Et in eo multæ glossæ reprehensæ. nu. 25. & nu. 27.*

22 *Ecclesiæ doctrina debet nobis sufficere ad reprobationem illarum legum, quæ aduersantur saluti animæ, & in ijs lex Canoni succumbere debet.*

23 *Imperator, seu lex humana, nihil statuere potest, quod iuri diuino est contrarium. & quare.*

24 *Imperator an possit concedere in priuilegium alicui ciuitati vel municipio, aut statuere, quòd fiant nundinæ in die Dominico.*

26 *Mundum esse ab æterno, quatenus sit erroneum, aut hæreticum.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd Titius pater naturalis & legitimus dicti Actoris, & dicti Rei, & aliorum trium liberorum superstitum, habens in bonis ad valorem duorum millium &c. lib. Turo. suum condidit testamentum, in quo dictum Reum sibi hæredem vniuersalem instituit, & dicto Actori quandam domum suam sitam in Corali, sic & sic confrontatam, valentem xxv. lib. Turo. in iure institutionis reliquit, & alios tres liberos sibi in quibusdam rebus certis instituit. Vnde cùm dictus Reus nondum prędictam domum dicto Actori restituerit: Item, cùm deductis expensis funeris, & etiam deductis debitis, quæ dictus pater debebat creditoribus suis, supersunt de bonis eiusdem patris, ad valorem duorum millium lib. Turo. & sic rectè computando, vltra prædictam domum dicto Actori relictam, desunt ei de quinta parte sibi in bonis patris iure naturæ debita, vsque ad valorem c. & septuagintaquinque lib. Turo. agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori prædictam domum ex causa legati prædicti, & etiam ad dandum dicto Actori de bonis dicti patris sui quondam, vsque ad valorem prædictarum centum & septuagintaquinque librarum Turonen. pro adimplenda sua legitima portione, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † vt suprà. Est tamen hîc 2
cumulatio † actionum: quia pro domo 3
competit Actori actio personalis ex testamento, ad restituendum, non ad dandum, cùm fuerit ipsius patris, & sic nunc ipsius Actoris: vt C. communia de leg. l. j. & ij. & Instit. de lega. §. nostra autem. Item, pro adimplenda legitima portione competit condictio ex l. omni modo. C.

de inoffi.testa. & vt credo, ad dandum. Vel fortè non esset malè dictum, si diceretur, quòd competit ad replendam seu implendam legitimam portionem: quia fortè Reus non est dominus illorum bonorum, & sic non teneretur ei dare. & secundùm hoc deberet concludi in libello simpliciter, ad replendum, seu implendum. Cumulantur autem prædictæ duæ actiones: quia non inuenitur prohibitum, quin in eodem libello & in eadem instantia causæ possint insimul intentari

4 & finiri. Item, dictus † Actor, quia est dominus dictæ domus, vt dictum est, ipse, dimissa actione prædicta ex testamento, posset cumulare actionem in rem pro domo. sed tunc oportet eum concludere pro ea, sicut concluditur in alijs actionibus in rem. Item, oporteret eum probare, patrem fuisse dominum dictæ domus. quod fortè probare esset sibi difficile: vt no. ff. de peti. hære. l. etiam. §. j. & nisi illud probaret, succumberet in actione in rem. iuxta id quod no. ff. solu. ma. l. si alienam. Expedit ergo magis, agere personali actione, quàm reali.

¶ Et est notandum, circa prędictos libellos, quòd si mater † pręterit, vel ex-
5 hęredat vnum de filijs suis, causa legitima in testamento inserta, vel si pater exhęredat vnum filium suum, vel emancipatum, causa legitima in testamento inserta, nec rumpatur testamentum posteà per querelam inofficiosi testamenti: certè talis filius non facit numerum, si quęratur, an debeatur triens, vel semis, secundùm numerum liberorum: vel si quęratur, quot sunt liberi, ad trientem, vel semissem, inter se diuidendos. Habetur enim talis filius loco mortui, quantum ad succedendum ei, qui ipsum exhęredauit ritè & iustè: vt ff. de coniungen. cum eman. li. l. j. §. si pater. & facit in cor. de nup. §. soluto. in vers. si quis enim ex eis ingratus &c. collatio. iiij. Item, in

6 emancipato † filio à patre pręterito, causa legitima in testamento inserta, dum tamen testamentum non rūpitur per contra tabulas, causa non probata. Talis enim filius sic pręteritus, haberi debet pro

Vide Gaidonem Pa

mortuo, eadem ratione, sicut exhęredatus, quantum ad succedendum. & facit in cor. de hęredi. & Fal. §. exhęredatos. collat. j. ¶ Sed ad prędicta videtur contrà ff. de inoffici. testa. l. Papinianus. §. quoniam. & l. qui repudiantis. & l. si ponas. §. fi. Sed ibi fuit testamentum querelatum, causa non probata. ¶ Item, filius

pag. 295. nu. 2. & q. 599 nu. 1. in fi. in decisionib.

† deportatus debet haberi loco filij mor- 7
tui, quantum ad succedendum, & acquirendum aliquid de iure ciuili: vt ff. de bonor. possess. contra ta. l. j. §. penul. & de leg. iij. l. si deportati seruo. & sic nec nomini liberorum, nec numero eorum haberi debet. Talis tamen † deportatus be- 8
nè acquirit ex contractu, vel aliàs de iure gentium: vt ff. de pœnis. l. quidam. in fi. & illud, quod sic acquiritur, habet fiscus post mortem eius: vt C. de bonis proscrip. l. ij. In quibusdam tamen talis deportatus non habetur pro mortuo: vt ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. hęreditatem. & de verbo. ob. l. ex ea parte. §. insulam. ¶ Item, quod dictum est, in deportato, scilicet vt habeatur pro mortuo, nec habetur numero liberorum in succedendo, idem multò fortiùs est dicendum † de 9
illo, qui nedum amisit ciuitatem, sed & libertatem, seu aliàs est condemnatus ad mortem. de quo habetur ff. de pœnis. l. quidam. & l. qui vltimo. & de var. & extraor. cog. l. pen. §. fi. & de bo. pos. l. edicto. §. j. & C. fami. hercis. l. fi. ¶ Idem dico † de religiosis, qui renunciauerunt se- 10
culo, taliter, quòd ex professione sua & ex voto ipsi non debeant habere bona in proprio, nec in communi: vt sunt fratres Minores, qui ex hoc dicunt se esse in perfecto statu. non ergo debent haberi vel computari pro liberis, succedendo, vel in legitima petenda vel distribuenda aliàs professio eorum, & eorum desiderium inter se discreparent: vt C. de mu. patrimo. l. professio. lib. x. Item, quia dicit Propheta: Vouete, & reddite domino Deo vestro. vt no. ff. de offi. præfi. l. illud, Attamen, quia tales religiosi non possent viuere sine alimentis, nec sunt mortui, quo ad comedendum: si legetur eis aliquid in causam alimentorum, ipsi poterunt

Ecclesi. 5. in princip. & Deut. 23. ad fin. & Psal 75.

runt illud petere, non iure actions, sed officium iudicis implorando. ar. ff. de ali.& ciba.le.l.is cui.& l. seruos. & de his quę pro non scrip. haben.l.si in metallum. Alij vero religiosi, qui licèt renunciauerunt seculo, non tamen taliter renunciauerunt, quin saltem possint habere bona in communi: vt sunt monachi albi, & nigri, & canonici regulares: ipsi habentur in numero liberoru, quantum ad succedendum, & quantum ad legitimam. vt C. de epi. & cleri.l. Deo nobis.§.hoc etiam. Et potest etiam talibus legari: vt not. ff. de condit. & demon. l. intercidit. & ad Trebel. l. Lucius. §. tres hæredes. Sed in quibusdam alijs, tales religiosi habentur pro mortuis: vt C. de epi.& cle.l. Deo nobis.§. nam & maritis. & in cor. de nup. §. per occasionem. collat. iiij. Nec monachus potest esse iudex: vt notat. ff. de iudicijs l. cùm prætor. in fine.

11 ¶ Sed quid erit, si filius † pactus sit cum patre se non petiturum aliquid de hæreditate eiusdem patris post mortem eius? Certè non valet pactum. vt ff. de suis & legiti. hære. l. fi. & C. de collat. l. pactum. etiam si iuramentum interueniat: vt ibi no. Sed glo. illa non loquitur iure poli, quo iure omne iuramentum est seruandum &c. vt extrà de iureiuran. c. cùm contingat. Dicendum ergo, quòd valet illud pactum iuramento firmatum. Postquàm enim valet iure poli, seu iure Dei: ergo ius ciuile debet facere illud obseruari à iurante, quando tangit honestè illum, cui iuratum est. & quia non obseruatur, conqueritur hic, aut tangit patrem, & eius hæredem. ergo &c. lex enim ciuilis non debet esse auctrix periurij: vt C. si aduersus ven. l. j. Item, cùm lex ciuilis puniat periurium, saltem extra ordinem: vt ff. de crimi. stel. l. fi. & in cor. scenicas non solùm si fideiuss. præst. collat. v. multò fortiùs, si ciuiliter opponatur ab eo, cuius interest, lex ciuilis debet iuramentum facere obseruari: dum tamen sit licitum secundùm ius diuinum. Aliàs si ius ciuile nolit obseruare iuramentum, & sic à Deo discrepet, potissimè, quando tangit licitè & honestè aliquem alium conquerentem, poterit dici, Qui non est mecum, contra me est. argu. C. de Iudæ. l. cælicolarum. Quod dico durum, scilicet sic contra stimulum calcitrare, & salutem animę spernere, cuius aliquis non debet esse immemor: vt C. ad legẽ Iuli. repe. l. fi. Hodiè verò iudices † tempora- 12 lis iurisdictionis gaudent ex parte diaboli, & gloriantur, dicendo publicè, dum litigatur coram eis, Nos in foro ciuili parum aut nihil curamus de sacramento. Sed ipsi videbunt, quid eueniet eis in alio seculo. vel fides nostra Christiana non est bona. & facit quod dicitur infrà in titu. de actione ex testamento. Dicamus ergo, quòd tale iuramentum valet, & iudex secularis compelletur censura ecclesiastica illud in iudicando obseruare. vt extrà de iureiuran. c. licèt mulieres. lib. vj. Attamen bonus homo, in his, quæ facere debet, non expectat, quòd compellatur per superiorem. vt ff. de arbi. l. & si qua. aliàs l. arbiter. j. in prin. ¶ Et talis † filius, si 13 esset institutus in re certa, & deficiat ei aliquid, pro legitima sibi iure naturæ debita adimplenda, ipse nihilominùs, non obstante prędicto pacto iurato, habet cōdictionem ex l. omni modo. Nec enim fuit, nec est sublata, per pactum prædictum. vt Institu. de excep. §. praetereà debitor. Repelletur tamen ille filius, exceptione pacti ab hærede vniuersali opposita. vt ibi. pater enim videtur prouidisse hæredi suo futuro. vt ff. de proba. l. si pactum. Ille ergo filius, cùm & prædictam actionem habeat, scilicet condictionem ex lege, computabitur meritò in numero liberorum, in triente, & semisse inducendo, & in diuidendis partibus trientis, vel semissis, cum alijs liberis: sed hæres vniuersalis retinebit partem eius, propter exceptionem pacti iurati. quandoque enim aliquis facit partem, & non admittitur ad partem: vt ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. si Titio. j.

Vide hic & infrà nume. 13. Gaud. Pas pag. 295. nu. 1. & q. 598. q. 599. in decis. & consil. 9. num. 5. & cons. 158. nu. 2.

¶ Sed nunquid † talis filius, qui ita abiurauit hęreditatem paternam, debebit institui à patre in testamento, ad hoc, vt testamentum valeat? Et videtur, quòd 14 sic.

sic.aliàs si esset præteritus, in vanum conquereretur. tamen alij liberi instituti fortè rumperent testamentum per contra tabulas ex persona præteriti. vt ff. de bo. pos. contra tab. l. si post mortem. in fine.

Posset tamen probabiliter dici, quòd quia ille filius non posset testamentum aliquo modo rumpere: ergo nec alij liberi, instituti ex persona eius, possunt rumpere illud. & facit ff. de iniusto rup. testa. l. filio præterito. Sed tamen adhuc videtur periculosum, si prætereatur: quia si ille filius est suus, testamentum sine dubio erit nullum. si autem sit emancipatus & præteritus, causa legitima non inserta in testamento patris, vel à matre filius sit præteritus, causa legitima non inserta, erit hodiè testamentum nullum. vt C. de libe. præter. & exhæred. authen. ex causa exhæredationis. iuxta id, quod no. in cor. de hære. & Fal. §. exhæredatos. collat. j.

¶ Posset tamen probabiliter dici, quòd quia talis filius non posset testamentum dicere nullum: ergo nec alij. & quòd de æquitate debeat valere testamentum. ar. ff. de iniusto rup. test. l. filio præterito. & de hæredi. insti. l. suus. circa prin. & de bon. posses. secundùm tab. l. ij. §. si sub conditione. & C. de insti. & substi. sub conditi. fac. l. si pater. cum ibi notatis. Consulerem, quòd talis filius, licèt ita abiuratus, institueretur saltem in xij. denarijs. licèt fortè non sit necesse de iure, vt credo.

15 ¶ Sed an ille filius † poterit venire ad hæreditatem patris intestati, non obstante iuramento? Quidam dicunt, quòd sic: quia pater, si post acceptum iuramentum institueret eum hæredem, vel ei legasset aliquid, non noceret ei illud iuramentum. post illud enim iuramentum pater remansit arbiter & moderator rerum suarum. & licèt filius iurauerit, se non habere regressum ad bona paterna: non tamen iurauit se non recepturum, si pater donaret ei aliquid, inter viuos, vel in vltima voluntate. & facit ad hoc extrà de renunciatio. c. ij. sed cùm pater decedit ab intestato, ipse sponte sua tum dicitur relinquere hæreditatem suam succedentibus ab intestato. vt ff. de iure codicil. l. conficiuntur. in prin. ergo tanquam ex voluntate patris, videtur posse admitti ab intestato, ad bona eius, non obstante eius iuramento. Sed si illud sit verũ, parum aut nihil videbitur operari illud iuramentum: tum, quia ab intestato non nocebit filio, vt ipsi dicunt. nec condito testamento per patrem. Quia si fuerit in eo institutus, vel si fuerit ei aliquid legatum, illa habebit, non obstante iuramento, vt ipsi dicunt. Item, si in testamento non eum instituat, & sic testamentum ex causa præteritionis sit nullum, vel aliàs testamentum annulletur, vel ex eo non adeatur hæreditas: tũc deducetur hæreditas ad viam intestati. vt Insti. de hære. quę ab intesta. def. in principio. & sic etiam condito testamento non operabitur illud iuramentum, quin saltem ille filius veniat ab intestato: nisi in vnico casu, scilicet, si pater instituat eum in nummo vno. tunc enim filius nõ poterit conqueri, taliter, quòd reducat hæreditatem ad viam intestati. sed tunc solùm poterit agere ad supplementum legitimæ: vt no. in cor. vt cùm de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum. collat. viij. & operabitur iuramentum: quia cum effectu non poterit agere ad illud supplementum. repelleretur enim propter iuramentum, quia pater de illo supplemento non dixit. ¶ Sed multùm obstat prædictis, extrà de pac. c. quanuis. lib. vj. vbi dicitur indistinctè, quòd tale iuramentum omnino seruari debet. Cùm ergo hæreditas aliquando veniat ex testamento, aliquando ab intestato, vtramque viam videtur comprehendere illud iuramentum. quod satis apparet ex forma iuramenti: quia iuratum est, se non petiturum aliquid de hæreditate, &c. vel se nullum habere regressum. &c. & qui nihil dicit, totum excludit. Item, quia in c. quanuis. dicitur, quòd omnino seruari debebit. ergo ex testamento, & ab intestato. quia qui omne dicit, nihil excludit. & generaliter dictum, generaliter est intelligendum, vbi timetur periculum animæ, scilicet si quis veniat contra suum

Sequitur Guido Papa suprà alleg. cõs. 96. nu. 11.

um iuramentum. Scriptum est enim in veteri lege: Non periurabis, & reddes Deo iuramenta tua. vt xxij.q.j.c.si peccatum. in prin. Item opinio illorum confunditur C. de collat.l.pactum. vbi dicitur, quòd si filia pacta fuerit cum patre, se nullum habere regressum ad bona paterna, pactum illud iuris authoritate improbatur, nec ab intestato patri succedere filia ea ratione prohibetur: vt ibidem subiungitur, cùm fortè tunc de facto sic occurreret. Apparet ergo ibi, quòd pactum illud, simpliciter paciscendo, se nullum habere regressum ad bona paterna, comprehendit secundùm illius legis intellectum, quòd nec ab intestato, licèt pactum illud lex illa in totum improbet. & si opinio Placent. dicentis, illud pactum cum iuramento tenere, quæ opinio ibi recitatur in glo. placuisset glossatori, nullus dubitaret, quin illud pactum iuratum noceret filiæ, & maximè super successione ab intestato, de qua principaliter illa l. loquitur. Sed quia eius opinio non placuit, ex errore iuris ciuilis, quo cauetur, sacramentum non admitti, vbi aliquid fit lege prohibente: vt hoc habetur C. de legi. l. non dubium. in fi. Ideò conditor Canonum non permittens tantum errorem durare, nihil nouum statuendo, declarauit, iuramentum sub illo pacto præstitum omnino seruari debere: & sic etiã ab intestato, vt dictũ est. & sic opinio Placen. remanet, & est vera, scilicet quòd filia prædicta non possit venire etiam ab intestato, obstante prædicto iuramento. Odof. etiam in lectura illius l. dicit simpliciter & indistinctè, quòd secundùm Canones tale sacramentum est seruandum. ergo & secundùm leges. vt apparebit inferiùs. Nec obstat l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codicil. superiùs allega. quia licèt ille, qui moritur ab intestato, credatur sponte sua relinquere hæreditatem succedentibus ab intestato, vt ibi dicitur: non tamen est credendum, nec est verisimile, quòd de voluntate sua tacita sit, ꝙ ipse velit venire, & sibi succedere, vnà cum alijs ab intestato succedentibus illũ, quem ipsemet voluit & fecit specialiter & nominatim abiurare hæreditatẽ: nisi etiam specialiter & nominatim de cõtraria eius volũtate ꝓbabiliter appareat. Item nõ obstat ext. de iureiuran. c. clericus. q͂a ibi nõ fuit iuratum de futuro: sed hîc sic. Nunc dico, ꝙ si aliq̄s benè intelligat l. illam, pactum. C. de collat. cũ sua glo. & ꝑdictã decretalẽ, quanuis certè prædictum iuramentũ ligat illã filiam, vt nullum regressum habeat ad bona paterna, etiã ab intestato. Attamen, si pater, post receptum per eũ iuramentum, instituat eam hæredem, vel leget ei aliquid in testamento, vel moriens ab intestato relinquat ei aliq̄d expressè & nominatim, ipsa poterit illa habere, nõ obstante ꝑdicto iuramẽto. q͂a cùm ipsa iurauerit patri, pater potest ei remittere iuramentum. ar. C. de legi. l. quod fauore. & de pac. l. si quis in cõscribendo. & ff. e. l. si vnus. §. pactus ne peteret. & de reg. iũr. l. nihil tam naturale. & facit extrà de renuncia. c. ij. filia enim non iurauit, se non recepturam, si pater daret ei, vel relinqueret aliquid. Si autem ante prædictum iuramentum pater eam instituerat hæredem, vel ei aliquid legauerit, credo, quòd ipsa erit exclusa omnino ab illa institutione, & fortè à legato. Si autem filia non iurauit patri, sed fortè Deo, vel alicui alteri, tunc credo, quòd pater non possit ei remittere iuramentum. & sic filia erit omnino exclusa, ab hæreditate paterna, ab intestato, vel ex testamento, siue ante iuramentum, siue post pater eam instituit hæredem. Et idem fortè debebit dici de legato relicto ei. Vel posset dici tunc, super legato ei relicto, quòd cùm filia iurauit se nullum habere regressum suum ad bona paterna, quòd debeat intelligi, se nullum habere regressum, scilicet iure hæreditario. & sic per prædictũ iuramentum ipsa non sit exclusa à legato sibi relicto. Attamen si fuerit instituta hæres in re certa, licèt tunc debeat haberi pro legataria, tamen illud habere non poterit, iuramento obstante: quia quasi iure hæreditario videretur illud habere pot ùs quàm legatario: quia in illo fuit hæres instituta. & sic deberet repelli ab eo, & ab

Leuit. 19.

ab eius supplemento. ¶ Quicquid dictũ
16 sit, quòd filia, quæ abiurauit † bona paterna, sit astricta iuramento: credo, quòd dominus Papa, si illa filia inueniretur multùm decepta, & coniecturis habitis, quòd metu, vel nimia reuerentia paterna iurauit: ipse citò dispensaret super illo iuramento. iuxta id, quod habetur & no. ff. quarum rerum ac. non datur. l. j. §. quæ onerandæ. & xxij. q. iiij. c. vnusquisque. & quod nota. Ho. super re dotali alienata cum iuramẽto, in Summa sua, extrà de iureiur. De facili enim mulier decipitur, ex desiderio matrimonij, vt habeat virum. vt & arg. ff. de leg. j. l. fi. vel ex voluptate carnis seu libidinis. & ideò in prędictis mitiùs agitur cum ea in aliquibus. vt ibi. & C. de adul. auth. sed hodiè. ¶ Sed videtur, quòd illud iuramentum non liget illam filiam, & sic nõ indigeat dispen-
17 satione domini Papæ: quia pactum † illud, cùm sit de futura successione, est cõtra bonos mores. vt ff. de verb. ob. l. stipulatio hoc modo concepta. & C. de pac. l. fi. & no. eo tit. l. pacta quæ contra leges. & est turpe. vt not. eo. tit. l. pactum, quod dotali. & sic illud pactum est impossibile, impossibilitate iuris: vt ff. de condi. instit. l. filius. ergo iuramentum non tenet. vt extrà de reg. iur. c. non est obligatorium. & c. nemo potest. j. Iuramentum enim non debet esse vinculum iniquitatis. vt extrà de iureiuran. c. ij. & c. quanto. Sed ad prædicta potest dici, quòd pactum de futura successione est turpe, & contra bonos mores, & impossibile de iure, si fiat inter aliquos super futura successione alicuius tertij, non consentientis seu ignorantis: & hoc propter insidias, quæ fortè pararentur vitæ illius tertij, qui illi pacto non consenserit. vt C. de pac. l. fi. nec tunc erit fortè in illo pacto naturalis obligatio: quia non videtur ibi consensus inter tales paciscentes. argu. ff. de regu. iuris. l. impossibilium. & de actio. & obli. l. non solùm. & tunc iuramentum non est seruandum. vt xxij. q. iiij. c. vnusquisque. & c. diffinitio. & facit extrà de pactis. c. fi. Sed in casu nostro, est pactum inter patrem & filiam, de succedendo sibi, non alteri, & sic iuramentum tenet. vt extrà de pactis. c. quanuis. quæ decretalis, cùm expressè dicat, prædictum iuramentum per filiam seruandum, per consequens videtur nobis declarare, illud pactum iuratum non esse turpe, nec contra bonos mores, nec de iure impossibile: quicquid super hoc videantur dicere textus glossæ nostræ iuris ciuilis, qualiter in hoc succumbunt, & debent succumbere. ¶ Ex prædictis dico, quòd in l. pactum, quod dotali. C. de pactis. si pater iurasset, illud pactum valeret, & teneret iuramentum. ¶ Item eo. tit. l. fi. vbi dicitur, quòd valet pactum inter duos de futura successione alicuius tertij, si ille tertius suam voluntatem eis accommodauerit, & in ea vsque ad extremum vitæ perseuerauerit. credo, quòd si ille tertius firmaret pactum & consensum suum iuramento, ipse posteà non posset pœnitere, & valeret iuramentum. Et sic etiam potest defendi illa opinio, scilicet quòd si quis † iu- 18
rauerit, testamentum suum non mutare, licèt illud iuramentum sit de futura successione, & sic auferatur liberum arbitrium testandi illi iuranti: non debebit dici turpe, nec contra bonos mores, nec impossibile de iure. quia non est de futura successione alicuius tertij, non consentientis, sed de successione illius iurantis, & sic valet & tenet iuramentum. & hoc dicetur in tit. de ac. ex testamento. ¶ Et in summa, iuramentum † est ser- 19
uandum, nisi seruatum redundet in alterius præiudicium. Item, nisi seruatum vergat in dispendium salutis æternæ. & hoc, prout intelligitur & no. extrà de iureiur. c. cùm contingat. Sed ego non video benè, quòd possit esse in præiudicium alterius, quin sit in dispendium salutis ęternæ. & sic prædicta duo deberent facere tantùm vnã exceptionem. ¶ Item, iuramentum est seruandum, nisi illud, quod iuratur, sit turpe, vel inhonestum, vel derisorium, vel verecundosum, vel impossibile, vel, vt generaliùs dicatur, nisi sit contra bonos mores. vt ff. de condi. insti. l. filius. tunc enim iuramentum

non

non est seruandum. vt extrà de regu. iur. c. non est obligatorium. Quod est intelligendum, etiam si seruari posset sine alterius praeiudicio, & sine dispendio salutis aeternae. cùm ibi generaliter & indistinctè loquatur. Et licèt posset dici, quòd illa decretalis frustra super hoc allegatur: quia ipsa non debet facere nouum ius. Regula enim non facit ius, sed rem, quae est, breuiter enarrat: & ex iure, quod est, fit regula. vt ff. de reg. iuris. l. j. attamen contrà est eo. tit. l. quò tutela. in prin. vbi inuenitur, quòd regula videtur facere ius. Sed & potest allegari xxij. q. iiij. c. vnusquisque. & quod ibi not. scilicet, quòd sacramentum turpe, vel inhonestum, non est seruandum, etiam si possit seruari sine dispendio salutis aeternae. Et in praedictis tribus exceptionibus iuranti debet poenitentia iniungi: quia temerariè iurauit. vt extrà de iureiuran. c. sicut ex literis. & ille iurans non obseruans, non propter hoc repelletur à promotione, nec à testimonio. vt no. e. ti. c. sicut nostris. & lxxxv. dist. c. vno. & xxij. q. iiij. c. diffinitio. Et de tertia exceptione statim dicta potest dari exemplum: Si quis iurat, quòd faciet se vocari furem, vel latronem, illud enim est turpe, & inhonestum, & derisorium. vt ff. ad Trebel. l. sed sciendū. & l. facta. §. si danda. & ideo non est seruandum. honestas enim est seruanda, & verecundia in moribus. vt C. de Maiuma. l. vna. lib. xj. Item, si iuretur, ꝙ corpus hominis post mortem non sepeliatur, sed quòd abijciatur in mari, est derisorium. vt ff. de condi. insti. l. quidam. & per consequens contra bonos mores. & sic non est seruandum. ¶ Sed quid si pa-
20 ctum † mariti, ne cōueniatur in quantum facere potest, sed in solidum, fuerit iuratum, valebitne iuramentum? Et videtur secundùm prędicta, ꝙ non debeat seruari, quia illud est contra bonos mores. vt ff. sol. ma. l. alia. §. j. & ibi no. Sed credo, ꝙ illud iuramentum sit seruandum. quia licèt illud, quod ibi iuratur, sit contra bonos mores, secundùm leges ciuiles, non tamen est ibi aliquod turpe, vel inhonestum, sed quòd maritus soluat, quod verè debet. Item, quod ibi dicitur, est in fauorem mariti iurantis, & in reuerentiā, quae maritis debetur. sed in alijs duobus exemplis praecedentibus, est turpitudo: vt apparet cuilibet euidenter.

¶ Item est notandum, quòd leges, quae dicunt, sacramentum † non admitti, vbi 21
quid sit lege prohibente. vt C. de legi. l. non dubium. in fi. sed quòd tunc sacramentum nullius est momenti. vt ff. de pac. l. iuris gentium. §. & generaliter. nec ipsum est seruandum. vt ff. de lega. j. l. si quis inquilinos. in fi. stare non possunt: quia nimis indistinctè & indiscretè loquuntur. Primò, sunt contra doctrinam Ecclesiae, quae est extrà de iureiuran. c. cùm contingat. & de pactis. c. quanuis. lib. vj. quae † doctrina Ecclesiae debet nobis 22
sufficere ad reprobationem illarum legum. quia ibi tractatur de salute animae. & ideo lex succumbit canoni. vt C. de sacrosan. ec. l. priuilegia. & in cor. de eccle. ti. in prin. col. ix. Secundò, quia secundum praeceptum legis diuinae est, Non *Exod. 20. & Deu. 5.*
piurabis. lex † ergo humana, seu Imperator non potest contrarium statuere. seruus enim non potest tollere legem domini sui. argu. C. de pac. l. iij. Imperator autem est seruus Dei, vt C. de pact. l. iij. & de vete. iur. enu. l. j. circa prin. & imperium à Deo. vt in cor. quomodo opor. epis. in princ. collat. j. Item, quia par in parem non habet imperium: & multò minùs in superiorem. vt ff. de ar. l. nam magistratus. & de mino. l. minor autem. & ad Trebel. l. ille à quo. §. tempestiuum. Sic etiam dicimus, quòd Imperator † non potest concedere in priuilegium alicui ciuitati, vel municipio, nec statuere, quòd fiant nundinae in die Dominico: quia esset contra tertium praeceptum legis diuinae, in quo praecipitur, Sabbatum seruari. Talia enim & similia, concessa vel statuta per Imperatorem, non valent. iuxta id, quod no. C. si contra ius vel vtili. publi. l. fi. aliàs sequeretur, quòd valeret, si statueret, duos deos colendos. quod esset contra primum praeceptum legis diuinę, & esset sine dubio haereticum. ¶ Malè † ergo, & contra salutem animae, dicit glo. C.

23 24 *Exod. 20. et Deut. 5.* *Locis, quibus supra.* 25

de rei vxo.ac.§.& cũ lex Iulia. vbi dicit, quòd alienatio fundi dotalis non valeret, etiam cum iuramento. Item malè dicit C.de collat.l.pactum.vbi dicit, quòd si filia abiurauit bona paterna, non tenet iuramentum. Item malè dicit C.de inoffi.testa.l.si quando. §. j. vbi dicit, quòd si filius pactus fuerit cum patre, ne agat querela contra testamentum eius, non valet pactum, etiam iuramento firmatum. Item malè, vt credo, dicit ff. solu. matri.l.alia.§.j.vbi dicit, quòd si maritus pactus sit, ne condemnetur, in quantum facere potest, sed in solidum, quòd etiam si iuretur, non valet. Quæ glo. cùm sint contra salutem animæ, sunt erroneæ, nec continent veritatem. Et miror, quòd glossator obliuioni tradiderat, quod notauerat C.si contra ius vel vti. publi. l. fi. & ff.de condi.institu.l. conditiones contra edicta. Vel potest dici, quòd cùm di-
26 citur, quòd mundus † est ab æterno, secundùm Philosophum: non est erroneum. quia adijcitur, secundùm Philosophum. Sed si dicatur, & affirmetur, Philosophum verum dixisse, est hæreticum.
27 Et eodem † modo, si glo. dicant, vel intelligant, illa sacramenta, non tenere secundùm ius ciuile, prout scriptum est, illud non est erroneum. Sed si dicant, seu intelligant dicere, ius ciuile benè dixisse, & quòd prædicta iuramenta non teneant, nec astringunt iurantem: credo, quòd sapiant ad hæresim.

RVBRICA LV.
De condictione ex l.ij.& fin.C. de iure emphyt.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex l. ij.& fin.C.de iure emphyteut. quomodo formetur, & quibus iuribus probetur.nu.2.*
3 *Condictio ex l.ij. & fi. C. de iure emphyt. non datur contra extraneum possessorem, nec sequitur fundum, cùm sit personalis. Et an in casu hoc nostro, agi possit actione in rem.nu. 4.*
5 *Condictione ex l ij. & fi. agens, non habet necesse probare dominium vel quasi. Secus, in agente in rem.*
6 *Condictione ex l. ij. & fi. agentem, quid probare oporteat.*
Emphyteuticarius contractus magis accedit conductioni, quàm venditioni.
7 *In emphyteuticario contractu, an scripturam interuenisse probare oporteat.*
8 *Emphyteuticarius contractus an fuisse præsumatur, licèt aliàs scripturam interuenisse non probetur, si quis quadraginta annis pensionem soluit.nu 12.*
9 *Emphyteuta nunquid præsumatur, si aliquis pro quadam domo, quam possidet, soluit simpliciter annuatim pensionem triginta vel quadraginta annis.*
10 *Emphyteusis titulum allegare an sufficiat, & probare solùm fuisse simpliciter solutam pensionem per decem annos, per l. cùm de in rem verso.ff.de vsur.*
11 *Emphyteusis titulum si aliquis alleget, & probet, quòd possessor soluit pensionem per decem annos, tanquam emphyteuta, an locum habeat d. l. cùm de in rem verso. nume.13.*
14 *Sententiæ formula in condictione ex l.ij.& fi.C.de iure emphyteu.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Reus teneret quondam in emphyteusim, à dicto Actore, domum vocatam porticum Dentirie, sitam in Monte Pessulano, ad annuam pensionem sex denariorum, dictus Reus stetit per triennium, quòd dictam pensionem non soluit, vel alienando aliter versatus est, quàm sit dispositum C. de iure emphyteu.l.finali. Vnde cùm propter hoc res ceciderit in commissum, seu Reus ceciderit à iure suo emphyteuticario, quod habebat in dicta domo, agit dictus Actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum cecidisse à iure suo, quod habebat in dicta domo, per vestram sententiam declaretis, & dictum 1

ctum Reum, vt dicto Actori dictam domum restituat, sententialiter cōdemnetis,& condemnatum &c.

2 ¶Probatur † ff. de condict. ex lege. l. vna. Et agitur hîc condictione ex lege. vt & notatur in cor. de non alien. aut permutan. reb. ecclesiast. §. scire. col. ij. quæ
3 non † daretur contra extraneum possessorem: cùm sit personalis, & sic non sequitur fundum. vt ff. ad Trebelli. l. j. §. si
4 hæres. Posset etiam † agi in casu nostro actione in rem. vt C. de iure emphyt. l. fi. & notatur in præcedenti §. scire. Et illa actione posset agi cōtra quęcunque possessorem: quia possessio parit in rem actionem domino. & facit ad prædicta, Institut. de oblig. quæ ex malefi. nasc. in fi. & super prædicta actione in rem formati sunt suprà duo libelli. & videatur, quod
5 ibi dictum est. ¶Item, expedit † Actori agere hac actiône, quia non oportebit eum probare se dominū vel quasi. quod quandoque difficile est probare: vt notatur ff. de petit. hære. l. etiam. §. j. opor-
6 tebit † tamen eum probare, contractum emphyteuticum præcessisse, quod erit, si probatur, quòd res illa expressè fuerit data in emphyteusim sub aliqua pensione. vel si non probetur expressè data in emphyteusim, sufficit, quòd probetur, quòd in perpetuum fruenda tradita fuerit sub aliqua pensione. vt Institu. de loca. & condu. §. adeò. Idem, si probetur, quòd in perpetuū fuerit locata vel conducta sub aliqua pensione. vt ff. si ager vectig. l. j. in princ. & C. de loca. prædior. ciuil. l. fi. lib. xj. Secus, si esset vendita certo precio, retenta aliqua pensione, nulla mentione facta de emphyteusi: quia tūc, vt credo, nō esset emphyteusis. Et est ratio diuersitatis: quia titulus venditionis est aptus de se, ad plenam translationem dominij, vt ff. de actio. emp. l. ex empto. circa princip. sed titulus locationis non. vt ff. loca. & condu. l. non solet. & licèt contractus emphyteuticarius, nō sit locatio, nec venditio: vt Institu. de loca. & condu. §. adeò. magis tamen in hoc conuenit locationi & conductioni, vt per illa verba possit fieri. vt statim dictum est.

¶Item, oportebit † probare, scripturam 7
interuenisse in cōtractu. Est enim ibi necessaria scriptura. vt C. de iure emphyt. l. j. & ita notauerunt domini Pla. & Azo,
8 in Summis suis. attamen, si † Martinus soluit xl. annis pensionem, præsumetur contractum emphyteuticum fuisse, licèt aliàs non probetur scripturam interuenisse. arg. C. de fun. pa. l. fin. lib. xj. & nota. C. de iure emphy. l. ij. Quod potest dici verum, si ipse tanto tēpore soluit pensionem tanquam emphyteuta.

¶Quid ergo, si aliquis † pro quadam
domo, quam possidet, soluit simpliciter 9
annuatim pensionem xxx. vel xl. annis, nulla causa specificata, nunquid præsumitur emphyteuta? Et credo, quòd non. quia pari ratione posset præsumi vasallus, vel superficiarius. & non probat hoc esse, &c. vt C. vnde legiti. l. non hoc. Itē, & fortè ab initio fuit simplex cōductor, & remanendo singulis annis in domo, fuit renouata conductio, taciturnitate vtriusque partis. vt ff. loca. & condu. l. item quæritur. §. qui impleto. Dico ergo, in quæstione prędicta, ei, qui dicit, incumbit probatio. vt ff. de proba. l. ij. sola enim pensionis solutio non probat emphyteusim: nec etiam probat recipiētem directò dominum, nec soluentem vtiliter dominum. vt ff. de vsufruc. l. hactenus. & ff. de contrahen. emptio. l. fi. C. de rei vendi. l. solennibus. & facit quod no. extrà de appella. c. bonæ memoriæ. & de reli. do. c. constitutus. & de cen. c. peruenit. & quod no. ff. de vsuris. l. cùm de in rem verso. ¶Sed nunquid sufficeret † al-
legare titulum emphyteusis, & probare 10
solùm fuisse simpliciter solutam pensionem per x. an. per l. prædictam, cùm de in rem verso. Et credo, quòd non. arg. ff. de Publi. in rem act. l. quæcunque. §. fina. licèt faciat contrà, quod notatur C. communi di. l. si maior. ff. de condi. institu. l. quidam. ¶Quid, si aliquis † alleget titu-
lum emphyteusis, & probet, quòd pos- 11
sessor soluit pensionem per x. annos, tanquam emphyteuta? Fortè haberet locum l. illa, cùm de in rem verso.

¶Et in summa, iuxta prædicta, si quis

12 †soluit xl. an. pensionē, non propter hoc præsumitur emphyteuta. sed si soluit tāquam emphyteuta, præsumetur contractum emphyteusis celebratum fuisse.

13 Item, in summa, si quis † vt emphyteuta soluit pensionem per x. annos, nō propter hoc præsumetur emphyteuta. sed si allegato titulo emphyteusis, probetur quis pensionem soluisse simpliciter, non habebit locū l. illa, cùm de in rem verso. sed si probetur, vt emphyteuta pensionem soluisse, fortè habebit locum lex illa. Caueat tamen allegans titulum, ne mentiatur, & ne damnet animam suam.

SENTENTIA.

14 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Reū cecidisse à iure suo emphyteuticario, quod habebat in dicta domo. & condemnamus eum, vt dictam domū dicto Actori restituat, & nihilominùs condemnamus eum in xl. sol. Turo. dandis dicto Actori pro expensis.

RVBRICA LVI.

Huc se remittit Adden. Gui. donis Papę consil. 123. nu. 1.

De condictione ex c. Imperialem. §. callidis. de prohibi. feudi alienat. per Frideric. quando feudum ipso iure cecidit in commissum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex c. Imperialem. §. callidis. de probib. feudi alienat. per Frid. quomodo formetur, quando feudum ipso iure cecidit in commissum.*

2 *Condictio ex c. Imperialem. § callidis. datur non solùm contra vasallum venditorem, sed etiam emptorem. Et an detur, contra alium tertium possessorem.*
Condictio ex l. ex libris Sabinianis. C. de acquir. possess. quando competat, & quid differat à condictione c. Imperialem. §. callidis.

3 *Venditionis contractus non facit rem feudalem cadere in commissum, nisi & traditio seu alienatio sequatur.*

4 *In feudi prohibita alienatione, nomine vēditionis, continetur omnis actus, per quem alienatio sequi posset.*

5 *Vasallus quibus modis prohibeatur alienare, seu in aliū rei feudalis vtile dominium transferre. Et si contrà fiat, vasallus priuatur feudo ipso iure, & dominus rectà via agere potest actione reali ad rem. Et quæ eius rei sit ratio.*

6 *Feudi consortes possunt illud diuidere sine permissu domini. quod fallit in feudo Ducatus, Marchiæ, & Comitatus.*

7 *Feudi alienatio inter agnatos conceditur.*

8 *Vasallus rem feudalem alij in feudum dare potest: dum sine fraude fiat, & ille cui datur, feudo, eodem modo, quo ipse, seruire possit. nec alia lege detur, quàm ipse habuit. nec sub colore inuestituræ precium rei accipiat.*

9 *Vasallus non habens descendentes, nec agnatos, legare an possit feudū extraneo, vel eum heredem instituere, si id sine fraude fiat.*

10 *Vasallus de consuetudine Franciæ, siue habeat descendentes vel agnatos, siue non, feudum, dignitatem non habens, legando, vel heredem instituendo, alienare potest.*

11 *Vasalli pascua & loca inculta habentes, quæ tenent in feudum, de consuetudine Franciæ concedunt rusticis in emphyteusim, irrequisito domino.*

12 *Vasallus de consuetudine Franciæ, ex quadam æquitate, feudū inæstimatum in dotem, pro filia sua, sine permissione domini dare potest.*

13 *Vasallus damnificando dominum, facit contra iuramentū fidelitatis per eum præstitum.*

14 *In libello etiam actionum personalium rectè petitur declaratio. Et quomodo in condictione ex d. §. callidis. sine petitione declarationis libellus formari possit.*

15 Sen-

15 *Sententiæ formula in condictione ex c. imperialem. §. callidis. de probib feudi alien. per Frid. quando feudum ipso iure cecidit in commissum.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Reus teneret quōdam in feudum à dicto Actore turrim de Bilho, sitam in Monte Pessulano, ipse vendidit & tradidit eā Sempronio, sine permissione dicti Actoris. Vnde cùm propter hoc feudū fuerit apertū dicto Actori, & dictus Reus ceciderit iam à iure suo feudali, quod habebat in dicta turri, agit dictus Actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum cecidisse à iure suo, quod in dicta turri habebat, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reū, vt dicto Actori dictam turrim restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur in d. constitutione imperialem. §. callidis. prout intelligitur, q̄ possit agi condictione ex l. illa. Item, eodem † modo potest agi contra emptorem cōdictione ex l. illa. vbi dum dicit, venditor & emptor &c. facit in lib. feu. de contro. inter dominum & emptorem. c. vno. in prin. Sed contra alium possessorem non diceremus eam dari, cùm sit personalis actio, & sic non debet sequi fundum. vt dictum est suprà in præcedenti libello. Non autē posset agi contra emptorem, nec contra alium possessorem condictione ex l. illa, quæ incipit, ex libris Sabinianis. C. de acqui. possess. quia ibi loquitur, quando quis habet naturalem possessionem per alium: vt per seruum, vel colonum. dominus autem feudi non habet naturalem possessionē per se, nec per alium. immò vasallus habet eam per se, & sibi, & iure suo. & ideo non potest hîc agi condictione ex l. illa. ¶ Rectè dicitur, vendidit & tradidit: quia so-
3 lus contractus † nō faceret rem cadere in commissum. vt in §. callidis. ibi, dum dicitur, vendunt, & in alios transferunt. Est enim differentia, inter vendere, & alienare. vt ff. de verbo. sig. l. alienatum. in princip.

¶ Itē, in materia ista potest dici, quòd nomine venditionis † continetur omnis 4
actus, per quem posset sequi alienatio. vt ff. quib. mo. pig. vel hy. sol. l. sicut. §. venditionis. & de statuli. l. statuliberi à cæteris. §. j. & apparet in constitutione imperialem. quæ indistinctè prohibet alienationem fieri de re feudali, sine permissione domini. alienatio autem est omnis actus, per quem dominium transfertur. vt C. de fundo do. l. j. Prohibetur ergo † vasallus alienare, seu in alium transfer- 5
re dominium vtile rei feudalis, vendendo, vel donando, vel permutando, vel in emphyteusim dando, vel alio quocunq; modo transferendo. vt in §. callidis. etiā legando, vel hæredem instituendo. vt in eadem cōstitutione imperialem. §. j. ibi, dum dicit, vel pro anima iudicare. & ex generalitate verbi, alienare. Et si contrà fiat, vasallus erit priuatus ipso iure à feudo, & recta via dominus poterit agere ad rem per actionē in rem. & est ratio, quia transferēdo vtile dominium, quantum in se est, ipsum à se abdicat, & sic ipsum amittit voluntate sua, & sic redit ad dominum, à quo rem habuit in feudum. ¶ Sed fallit, quia consortes feudi † pos- 6.
sunt illud diuidere, sine permissione domini. excepto feudo Ducatus, & Marchiæ, & Comitatus. vt in constitutione imperialem. §. præterea ducatus. ¶ Item fallit, quia † inter agnatos cōceditur ali- 7.
enatio. vt in lib. feu. de alie. feu. paterni. c. 8.
j. ¶ Item fallit, quia vasallus † rem feudalem potest dare alij in feudum. vt in constitutione imperialem. § illud. Dum tamen fiat sine fraude, & quòd ille, cui dat, possit seruire feudo, eodem modo, sicut ipse. Item, quòd non det rem in feudum alia lege, quàm ipse illud habeat: vt de lege Corradi. c. ij. §. similiter. & §. seq. Item, quòd sub colore inuestituræ nō accipiat precium rei: quia tunc videretur quædam quasi venditio. & sic not. in lib. feu. de capitu. Corra. c. vno. Et fortè intelligetur fraus, seu quasi venditio, si sub colore

lore inueſtituræ vltra precium medietatis accipiat pro toto. vt not. ſi de feudo defunc. controuerſia fuerit inter do. & agna. vaſal. c. beneficium. Item, eſt alia fraus conſideranda, de qua no. per quos fiat inueſtitura. §. ſed etiam res. quod eſt valde notandũ. & facit quod no. de prohi. feu. aliena. per Lotharium. c. j. ſuper verbo, cõmercium. ¶Item fallit, ſi va-
9 ſallus † non habens deſcendentes, nec agnatos, legat feudũ extraneo, vel eum hæredem inſtituit. vt no. in conſtitutione imperialem. §. j. Quod eſt intelligendum, dum tamen fiat ſine fraude, de qua ſtatim dictum eſt. ¶Item fallit, quia ho-
10 diè de conſuetudine huius † patriæ, ſiue vaſallus habeat deſcendentes vel agnatos, ſiue nõ, ipſe poteſt alienare feudum non habens dignitatem, legando, vel hæredem inſtituẽdo. & ita redit ad ius ſcriptum. Quod etiam debet intelligi, quòd fiat ſine fraude, de qua ſtatim dictum eſt.

Vid: Gaudonem Pape conſil. 18 nu 7.

11 ¶Item fallit, quia hodiè vaſalli † paſcua & loca inculta habentes, quæ tenent in feudum, concedunt ruſticis in emphyteuſim, irrequiſito domino. & hoc tolerat hîc cõſuetudo. & res illæ exinde magis valent. nec eſt regulariter datum vaſallis, facere opera ruralia, quæ faciunt ibi ruſtici. ¶Item fallit, quia de conſue-
12 tudine, † ex quadam æquitate, vaſallus poteſt dare feudum inæſtimatum in dotem pro filia ſua, ſine permiſſione domini. Quod etiam debet intelligi, debere fieri ſine fraude, de qua dictum eſt. Do-
13 minus † enim per vaſallum damnificari non debet. vt ff. de reg. iur. l. nõ debet alteri. aliâs vaſallus faceret contra iuramentum fidelitatis per eum præſtitum. vt in lib. feud. de forma fidelit. c. vno.
14 ¶Item rectè petitur † declarari, Reum cecidiſſe à iure ſuo. Talis enim declaratio non eſt prohibita peti in libello, etiam in actionibus perſonalibus. vt dixi ſuprà in titulo de conſuetudine.

¶Poſſet etiam formari libellus ſine petitione prædictæ declarationis. Verbi gratia: Domine iudex, conqueror ego de Marino, quòd cùm ipſe teneret à me talem turrim in feudum, ipſe ſine permiſſione mea vẽdidit & tradidit eam Sempronio. Vnde cùm propter hoc ipſe amiſerit ius feudi, quod habebat in ea, ago contra eum, vt illam turrim mihi reſtituat. & in hoc peto eum per vos condemnari, &c. Rectè eſſet formatus libellus.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor † ſufficienter pro- 15
bauerit intentionẽ ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua: Idcirco per ſententiam in his ſcriptis declaramus, dictũ Reum cecidiſſe à iure, quod habuit in dicta turri. & condemnamus eum, vt dicto Actori reſtituat. & nihilominùs condemnamus eum in xl. ſoli. Turoneñ. dandis dicto Actori pro expenſis. &c.

RVBRICA LVII.

De condictione ex lege non ſcripta, ſeu de condictione ex moribus, vel ex conſtit. Imperialem. de prohibi. feud. alienat. per Fride. quando per ſententiam vaſallus priuandus eſt feudo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex c. Imperialem. de probib. feudi alienat. per Frider. quando per ſententiam vaſallus priuandus eſt feudo, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Vaſallus ex quacunque cauſa feudũ amittit, intelligi non debet amittere ipſo iure, ſed potiùs per ſententiam. & nu. 5. vbi ponuntur fallentiæ. Et quid in dubio cẽſendum ſit. nu. 4.*

6 *Dominus recta via, in caſibus, quibus ipſo iure feudum in commiſſum cecidit, contra vaſallum, vel quemcunque alium poſſeſſorem agere poteſt. Et an nihilominùs etiam tunc agat condictione ex c. Imperialem. §. callidis. & contra quos.*

7 *Vaſallus quando per ſententiam feudo priuandus eſt, agitur ex tali cauſa, ex qua vaſallus eſſe non deſiit. Et actor ſi ageret actione*

actione in rem, antequàm reus per sententiam priuatus fuerit, succumberet.

8 *Designatione alia non indiget res, quæ omnibus nota est.*

9 *Dominus causam proponere debet, quare vasallus iure suo per Iudicem priuari debeat, eamq́ certam in libello exprimere. & cur author hîc in libello secus fecerit.*

10 *Iniuriam alicui imponens, debet eam certam dicere.*

11 *Libellus obscurus seu generalis circa causam, benè procedit, & valet, si Reus de hoc non conqueratur. Sed Reo conquerente ante litem contestatam, Actor causam specificare cogetur.*

12 *In libello siue causa fuerit specificata, siue non, Actor tamen eam in processu probare debebit, si in causa obtinere velit.*

13 *Dolum vel culpam qui opponit, illum probare debet.*

14 *Sententia formula in condictione c. Imperialem. de probib. feudi aliena. per Frid. quando vasallus per sententiam priuandus est feudo.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra dictum Martinum, quòd dictus Reus est vasallus dicti Actoris, & ab eo tenet in feudum turrim vocatam de Bilho, sitâ in Monte Pessulano. Vnde cùm dictus Reus intantum offenderit dictum Actorem dominum suum, vel talem culpam seu talem negligentiam commiserit, quòd exinde feudum apertum est dicto Actori, & dictus Reus meritò debet priuari dicto feudo, agit dictus Actor contra eum. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Reum vasallum dicti Actoris, à prædicto feudo priuandum, ex causa legitima, per vestram sententiam declaretis, & eum etiam dicto feudo priuetis, & eo sic à dicto feudo per vestram sentẽtiam priuato, ipsum ad restituendũ dictam turrim dicto Actori sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

¶Probatur † ff. de cõdi. ex lege. l. vna. 2
Item, probatur ex lege scripta super feudis. Item in constitutione imperialem. §. insuper. & §. illud.

¶Et est notandum, quòd ex quacunque causa inueniatur, quòd vasallus † de- 3
beat amittere feudum, non debet intelligi, quòd amittat illud ipso iure, sed potiùs per sentẽtiam: vt apparet in prædictis duobus §§. in quibus non dicitur, quòd vasallus sit priuatus feudo, sed dicitur ibi, quòd priuetur eo. & sic nõ ipso iure, sed per sentẽtiam. vt & simile no. de prædicto verbo, priuatus, & priuetur, C. de sacrosanc. ecclesi. l. iubemus nulli. §. œconomus autem. & simile no. de verbo, affecti, & afficerentur, C. ne li. poten. l. j. in prin. & simile debet dici, de verbo, sit excommunicatus, & excommunicetur, eadem ratione. & facit xxij. q. v. c. de forma. & xxiij. q. v. c. administratores. in fi. Etsi opponatur, quòd in constitutione imperialem. §. prætereà si quis infeudatus. & §. firmiter. dicitur, quòd vasallus feudum amittat. & sic videretur, quòd ipso iure, non expectata sententia. Dico, quòd immò debet intelligi, per sententiam, per rationem iam dictam. Item, quia & sic aliàs intelligitur verbum, amittat: vt C. vnde vi. l. si quis in tantam. & C. de epi. & cle. auth. statuimus. secundùm Odofre. Item, si dubium sit, an † ipso iure, 4
vel per sententiam, cùm sit pœnale, debet interpretari in mitiorem partem. arg. ff. de pœ. l. interpretatione. sicut etiã dicunt Doctores, de quodã dubio quinquaginta aureorum, ff. de iurisdict. om. iudi. l. si quis id, quod. in princ. Dico ergo, regulare † esse, vt apparet ex prædi- 5
ctis, quòd quando vasallus debet amittere feudum, ipse amittit illud nõ ipso iure, sed per sententiam. & facit in lib. feu. de feu. sine culpa non amitten. c. j. ¶ Sed fallit extrà de pœnis. c. si quis suadente. §. à feudis. in Clemen. ibi, dum dicit, cadat hoc ipso. Sed illa decre. non stetit in finibus suis amittendi feudum: sed subiecit, cadat hoc ipso. vt ibi apparet. ¶Itẽ, fallit in constitutione imperialem. §. callidis. in casu, in quo vasallus vtile domi-

nium, vel quasi, quod habet in re feudali, quantum est in se, in alium transfert. Et hoc est ex viua ratione: quia si vasallus vendit & tradit rem, vel aliquo alio titulo alienat, volēs transferre vtile dominium, vel quasi, in alium, iure prohibente, sine permissione domini: ipse tunc illud à se separat, quantum in eo est. Sed nec in alium illud transfert, iure prohibente, & sic ipso facto & ipso iure, illud dominiū vtile vel quasi, redit ad dominum, à quo tenebat rem in feudum. vt de emphyteuta habetur simile, C. de iu. emphy. l. fi. & de vsufructu habetur simile, Insti. de vsufru. §. item finitur. Est enim feudatarius, largo modo loquendo, quasi vsufructuarius: vt in lib. feudo. quibus mod. feu. amit. c. vno. Postquàm ergo vasallus priuauit se vtili dominio vel quasi, s. sic alienādo, nō oportet eum plus priuari: quia nec priuari posset, cùm illud non habet. & sic domi-
6 nus † potest recta via agere actione in rem contra vasallum, vel cōtra quemcunque alium possessorē. Item nihilominùs posset etiam tunc agere condictione ex l. imperialem. §. callidis. contra vasallum, & contra emptorem: vt in prædicto §. & de controuer. inter do. & empto. c. vno. in prin. non tamen contra alium tertium: vt satis dictum est suprà in præcedenti libello.

¶ Rectè dicitur in libello, quòd Reus
7 est † vasallus: quia hic agitur ex tali causa, ex qua non desijt adhuc esse vasallus, quia nec adhuc amisit dominium suum vtile vel quasi, nec ipsum amittit, donec per sentētiam pro eo priuetur. & sic formatus est libellus. immò & si Actor ageret actione in rem, antequàm Reus priuatus fuerit, ipse succumbet. ¶ Itē, turris de Bilho, cùm non sit, nisi vna, sic vo-
8 cata hic in Monte Pessulano, & est † omnibus nota, non indiget alia designatione: vt arg. ff. de reb. cre. l. certum. & de lib. & posthu. l. ij. ¶ Item rectè dicitur, cùm dictus Reus intantum offenderit dictum
9 Actorem &c. quia causa † debet proponi, quare vasallus debeat priuari iure suo per iudicem. Neminem enim audit prætor sine causa: vt ff. de transac. l. cùm hi. §. in causa. & facit in lib. feu. de feu. sine cul. non amitten. c. j. Item & causa debet inseri in libello: vt C. de edic. diui Adria. tol. l. iij.

¶ Sed videtur, quòd libellus nō procedat: quia ibi dicitur, quòd Reus offendit Actorem, vel culpam commisit, vel negligentiam. & sic videtur obscurus, propter coniunctionem disiunctiuam, vel, quæ incertitudinem inducit: vt ff. de verbo. obliga. l. vbi autem. §. qui illud aut illud. Item, est nimis generalis: quia non specificatur ibi aliqua causa, & sic est ibi obscuritas. arg. ff. de iure fis. l. ita fidei hæredis. Item, libello oblato dantur xx. dies, vt Reus deliberet, an cedat, vel contendat: vt C. de lit. contesta. authent. offeratur. In tanta autem obscuritate, Reus deliberare nō posset. ergo &c. ¶ Sed dico, quòd ego formaui libellum generaliter, quo ad causam, gratia exempli & doctrinæ, vt tamen, cùm acciderit de facto, Actor causam vel causas certas exprimat & specificet: qa qui iniuriā † ali- 10
cui imponit, debet eam certam dicere: vt ff. de iniur. l. prætor. in prin. & §. prætereà. Item, nihilominùs dico, quòd non obstante † prædicta obscuritate, seu genera- 11
litate circa causam habita, libellus prędictus procedit benè, & valet: vt C. de annua. exceptio. l. fi. si Reus de hoc non conqueratur: sed Reo petente & conquerente ante litem contestatam, Actor cogetur causam specificare: vt hîc satis notatur.
Item, siue † causa fuerit specificata in li- 12
bello, siue non, tamen Actor debebit eam probare in processu, si voluerit obtinere in causa: vt C. de eden. l. qui accusare. & ff. de proba. l. ij. & in lib. feu. de feu. sine culpa non amit. c. j. qui enim dolum † vel culpam opponit, ipse probare 13
debet: vt ff. de probat. l. quoties. §. qui dolo. & C. de pignorat. ac. l. si creditor. & ibi no.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 14
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua &c. vel sic: Cùm dictus Actor sufficienter causam probauerit,

uerit, per quam meritò dictus Reus debet prædictum feudum amittere, & eo priuari: Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Reum fore priuandum dicto feudo, & eum etiam dicto feudo priuamus: & dictum Reum, vt dicto Actori dictum feudum, scilicet dictam turrim, restituat, sententialiter condemnamus. & nihilominùs condemnamus eum in x. lib. Turoñ. dandis dicto Actori pro expensis &c.

RVBRICA LVIII.

De eadem condictione ex moribus, vel ex consti. Imperialem. de prohib. feudi alien. per Frid. pro feudo aperto. Libellus generalis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex moribus pro feudo aperto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur nu. 2.*

3 *In libello condictionis ex moribus pro feudo aperto, dicendum, Cùm Reus teneret in feudum, non quòd hodiè in feudum teneat: nè videatur commissum ei remisisse.*

4 *In libello condictionis ex moribus pro feudo aperto, quid Actori faciendum, ne ab actione tanquam inepta cadat.*

5 *Feudum quando vasallus amittat ipso iure, & an & quando per sententiam, quia apud aliquos dubitatur, quomodo libellus sustineri possit.*

6 *Feudum domino propter feloniã aperitur.*

7 *Feudum domino aperitur propter alienationem.*

8 *Feudi apertura verbum conuenit non tantùm causis, ex quibus quis priuatur ipso iure, sed etiam, quibus per sententiã quis priuandus est.*

9 *Mandato meo emens mihi fundum, indistinctè tenetur ad restituendum, licèt esse possit, quòd traditione fundi sibi facta, dominus fundi sit, vel non sit. Et an idem, in actione de dolo.*

10 *In condictione ex moribus pro feudo aperto rectè declaratio petitur, licèt agatur actione personali.*

11 *Feudi apertura declaratio, & condemnatio ad restituendum, fiunt per officium Iudicis actioni deseruiẽtis. Et quomodo condemnatio vtroque casu, priuationis ipso iure, & per sententiam, fieri debeat.*

12 *Libello, in quo expressum non est, an quis sit feudo priuatus ipso iure, vel per sententiam priuandus, num tanquam nimis generali & obscuro responderi debeat.*

13 *Sententiæ formula in condictione ex moribus pro feudo aperto.*

14 *Vasallus quando feudo est priuatus ipso iure, & quando per sententiam priuandus sit, remissiuè.*

15 *In condictione ex moribus pro feudo aperto, si Actor vellet agere actione in rem, & petere simpliciter turrim sibi restitui iure dominij, an hoc facere possit.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Reus teneret in feudũ à dicto Actore turrim de Bilho, sitam in Monte Pessulano, dictus Reus commisit feloniam erga dictum Actorem, scilicet cucurbitando eum. & postmodum nihilominùs dictus Reus dictam turrim, sine permissione dicti Actoris, vendidit magistro Iohanni Ruffi, & se constituit eandem turrim eius nomine possidere. Vnde cùm ex prædictis causis prędictum feudum dictæ turris sit & fuerit apertum dicto Actori, agit dictus Actor contra dictum Reum, vt dictam turrim sibi restituat liberè. vobis prædicto domino iudici supplicando, vt feudum dictæ turris fore apertum dicto Actori, ex prædictis causis, per vestram sententiam declaretis, & prædictum Reum, vt prædictam turrim dicto Actori liberè restituat, sententialiter cõdemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † in lib. feu. quibus mo- 2

 dis

dis feud. amit. c. vno. §. item si fidelis. &c, de vasallo qui contra constitutionem Lot. c. vno. &c, de prohib. feudi alienatione per Lotharium. c. j. &c, de prohibi. feudi alienat. per Frid. in constitutione imperialem. §. callidis. & ff. de condictione ex lege. l. vna. ¶ Rectè dicitur,
3 quòd cùm dictus Reus † teneret in feudum &c. nec dicitur, hodiè teneat in feudum, vel non: quia si diceretur in libello, quòd hodiè tenet turrim in feudum, Actor videretur eligere & declinare ad partem illam, scilicet quòd feudum, adhuc non cecidit in commissum ipso iure, vel si cecidisset ipso iure in cõmissum, videretur ei remittere commissum. argu. ff. de lege commissoria. l. post diem. vt & de emphyteuta dictum est suprà, in titulo de actione in rem pro re emphyteuticaria. ¶ Item est no-
4 tandum, quòd si dictum † esset in libello prædicto, quòd Reus cecidit in feudo ipso iure: & propter causas in libello adiectas, de iure requireretur sententia in priuando, Actor fortè caderet ab actione tanquam inepta. Item econtrà, si dictum fuisset in libello, Reum debere priuari feudo per sententiam: & propter causas in dicto libello adiectas esset iam priuatus ipso iure, Actor similiter caderet ab actione tanquam inepta. Item, si vtrunque esset appositum in libello, scilicet quòd Reus esset priuatus ipso iure, & etiam ipsum debere priuari per sententiam, Actor esset sibi contrarius, & sic esset meritò repellendus. Sed
5 quia aliqui † dubitant, an & quando vasallus amittat feudum ipso iure, & an & quando per sententiam: idcirco super illis tacetur, & sub nube fit transitus in præsenti libello, & dicitur in eo, quòd feudum turris prædictæ est apertum Actori, ex prædictis causis. ¶ Et quòd
6 propter feloniam † aperiatur feudum domino, probatur in lib. feu. an ille qui interfecit fratrem domini sui. c. vno.
7 ¶ Item, quòd propter † alienationem aperiatur feudum domino, probatur in lib. feu. de controuer. inter do. & empto. c. vno. & quid iuris, si post alienationem feudi, vasallus illud recuperet, c. vno. in princip. & facit. de controuer. inter vasal. & alium de bene. c. vno. &c, de vasal. qui contra constitutionem Lotharij regis. c. vno. ¶ Item rectè dicitur, quòd dictam turrim liberè restituat: quia siue † Reus prædictus non habe- 8
at vtile dominium turris, vt quia propter prædictas causas sit priuatus feudo ipso iure: siue vtile dominium adhuc habeat, vt quia propter prædictas causas per sententiam sit priuandus: Attamen verbum aperturæ feudi conuenit vtrique: vt dictum est. Item & prædictum verbum, restituat, adaptatur ad vtrunque. Sic enim videmus in actione mandati, si aliquis ex mandato † meo 9
emit mihi fundum: quia & tunc potest esse, quòd ille procurator meus, traditione fundi facta, sit dominus fundi. & potest esse, quòd non: vt de hoc ff. de dona. l. qui mihi donatum. & tamen indistinctè agitur ad restituendum: vt ff. man. l. si procuratorem. §. dolo autem. Et idem in actione de dolo, in qua etiam agitur ad restituendum: vt dicetur infrà in titulo de actione de dolo. ¶ Item, rectè petitur † declarari, feudum esse 10
apertum, licèt hîc agatur actione personali. quia non est prohibitum: vt dictum est suprà in libello de condictione ex consuetudine. ¶ Item, rectè dicitur, vobis dicto domino iudici supplicando &c. quia declaratio † aperturæ feudi, & 11
condemnatio ad restituendum, fiunt per officium iudicis actioni deseruientis: vt Instit. de action. §. curare. & de offic. iudi. quasi per totum. Et si iudex condemnet Reum, ad restituendum turrim prædictam, benè est, si feudum ceciderat in commissum ipso iure. Si autem Reus debuit priuari feudo dictæ turris per sententiam, ex prædictis causis, satis videtur eum priuare, cõdemnando eum ad restitutionem dictæ turris, ex causa aperturæ feudi.

¶ Sed videtur, prædicto libello † non 12
esse respondendũ: quia est nimis generalis & obscurus. deberet enim in eo contineri, an dictus Reus ex prædictis causis

sis

causis sit priuatus feudo turris, an sit priuandus. debebit ergo Actor interrogari ante omnia super hoc. Sed dico, non oportere aliud declarari. Satis enim declaratur, cùm dicitur, quòd cucurbitauit, vel alienauit. & sic causa sufficiens est specificata. Nec prædicto interrogatorio Actor tenebitur respondere, cùm sit super iure. ar. ff. de iu. & fac. igno. l. ij. Licèt sit arg. contrà. ff. de iureiuran. l. fi. §. fin autem. Sed ibi ponitur ius, pro qualitate facti. & in nostro libello, prima facie nõ dubitatur in facto. Actor enim dicit, quòd Reus cucurbitauit eum, & feudum vendendo alienauit. & sufficit alterum, vel aliud simile dicere, vt procedat dictus libellus.

SENTENTIA.

13 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, feudum prædictæ turris esse apertũ dicto Actori. & ideo quia apertum est dicto Actori, cõdemnamus dictum Reum, vt dictam turrim liberè dicto Actori restituat &c.

¶ Prædictus libellus est rectè formatus, & procedit, vt credo. Itẽ, & duo præcedentes libelli rectè sunt formati. Item,
14 quandò vasallus † est priuatus feudo ipso iure, & quandò per sententiam fit priuandus, dictum est suprà in precedenti libello, & dicetur infrà in xiij. distinctiõe feu-
15 dorum. Item, si Actor † vellet agere actione in rem, & petere simpliciter turrim sibi restitui iure dominij, fortè posset hoc facere: vt suprà in tit. de actione in rem pro feudo aperto, Generalis libellus.

¶ Ex prędictis sumpta occasione, enumerabo causas, ex quibus feudum amittitur. Secundò enumerabo causas, ex quibus dominus potest amittere proprietatem. Tertiò subijciam xiij. distinctiones feudorum.

RVBRICA LIX.

De causis, ex quibus feudum amittitur.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus feudum amittit, si dominum morantem in prælio dimiserit.*
2 *Si dominum cucurbitauit, vel per eum non steterit.*
3 *Si cum vxore domini turpiter luserit.*
4 *Si cum filia domini, aut cum nupta filio, aut cum nepte ex filio, aut cum sorore domini concubuerit.*
5 *Si personam domini assalierit, vel castrum eius.*
6 *Si fratrem domini proditionaliter interfecit. Vel fratrem suum proprium, vt totam hæreditatem haberet. Vel aliud crimen commisit, quod parricidij significatione contineatur. Vel hominem tradiderit, sic quòd in curia amodo sine verecundia stare non posit.*
7 *Si cum inimicis domini amicitias suas copulauerit.*
8 *Si vasallus efficiatur mutus, vel aliâs imperfectus. & in quo feudo id obtineat, in quo non.*
9 *Si credentiam sibi à domino commissam, ad damnum domini scienter manifestauerit.*
10 *Si non seruiat domino, cùm necesse ei fuerit. Licèt offerre se non teneatur, nisi in casibus ibi notatis.*
11 *Si vasallus infra legitimum tempus non petierit inuestituram ab hærede domini, mortuo domino: vel hæres vasalli, à domino, vasallo mortuo. Et infra quod tempus inuestitura petenda sit.*
12 *Si dominus inuestituram pollicendo petit fidelitatem ab aliquo, qui eam debet facere, & ille tribus vicibus citatus per curiam, non comparet statim. Sed iure Lombardiæ, si dominus inuestiuit vasallum, qui posteà iurare non vult fidelitatem, is tamen ante annum & diem feudo non priuatur.*
13 *Si vasallus habitum religionis assumpserit.*
14 *Si clericus efficiatur: nisi per substitutum*

seruire vellet, & seruitium sit tale, quod per substitutum fieri possit.

15 *Si vasallus ter vocatus per curiam, non compareat, cùm dominus de eo conqueratur.*

16 *Si sacramentum fidelitatis deserit, vel in iuratis consilium & auxilium non praestat. Quod fallit, vt ibi.*

17 *Si vasallus praesciuit contra dominum quemlibet assaltum, vel mortem, vel captionem, vel grandem patrimonij iacturam, & dominum non certiorauit, quàm citò potuit, vt dominus posset periculum euitare. Et si denunciare non potuit, si potuit, resistere debuit.*

18 *Si locum etiam alienum, non domini, per vim ingressus fuerit, sciens ibi dominum.*

19 *Si impias manus vbicunque in dominum iniecerit, vel aliam grauem & inhonestam iniuriam ei intulit.*

20 *Si vitæ domini, veneno, vel gladio, vel aliâs insidiatus fuerit.*

21 *Si iustitiam facere domino noluerit.*

22 *Si recusat facere illud, pro quo datum fuit feudum.*

23 *Si delator domini extiterit, & dominum graue damnum sustinere fecit.*

24 *Si pro delatore fideiussit, vel ipsum submisit, vel suo testimonio eum iuuit sponte, vel fuit sponte aduocatus contra dominum.*

25 *Si in causa domini pronunciauit contra dominum, & in causa appellationis obtinuit dominus, nihilo plus probato.*

26 *Si vxorem domini conatus est alteri tradere adulterandam.*

27 *Si sciuit dominum inclusum, & eum non liberauit, cùm potuit.*

28 *Si vasallus neget feudum, vel feudi partem, vel conditionem feudi.*

29 *Si per dolum celat aliam rem domini, penès alium existentem.*

30 *Si dominus guerram facit iustam, vel si dubitetur, an sit iusta, vel iniusta, & vasallus eum non adiuuet, etiam ad offendendū. vel si guerram facit dominus irrationabiliter: tunc vasallus debet eum adiuuare, saltem ad eius defensionem. Et contra quos.*

31 *Si in quartam personam, concessio in feudum extendatur, in quibusdam curijs.*

32 *Si dominum accusauit.*

33 *Si testimonium sponte tulit contra dominum, in causa ciuili, vel criminali.*

34 *Si dominus rem infeudatam de allodio suo conferat ecclesiæ.*

35 *Si vasallus à domino legitimè requisitus, regem, aut sub rege dominum non adiuuat, in publica expeditione, Roma pro suscipienda corona à rege.*

36 *Si vasallus sine permissione domini feudum alienat. Et quid nomine alienationis contineatur. Et an modis ibi expressis alienando, res cadat in commissum ipso iure, vel in priuando sententia requiratur.*

37 *Si filius, vel domesticus vasalli offenderit dominum, & vasallus à domino requisitus, illum non adducit ad emendam, vel ipsum à se non separat.*

38 *Si vasallus vasalli dominum offenderit, & requisitus à primo vasallo, vt satisfaciat maiori domino, & non satisfacit, feudum reuertitur ad primum vasallum. Et si primus vasallus à domino suo requisitus, non requirat secundum vasallum, vt satisfaciat domino maiori, quem offendit, feudum ad dominum reuertetur.*

39 *Si primus vasallus committat feloniam, vel faciat aliquid erga dominum suum, propter quod debeat amittere feudum, secundus vasallus feudum amittit: nisi ei de expressa voluntate domini feudum datum sit.*

40 *Si vasallus committat aliquam culpam, de contentis in sacramento fidelitatis, & ibi nominatam.*

41 *Si æquitas moueat Iudicem, scilicet quòd appareat aliqua causa, similis superioribus, vel maior. Et quid, si vasallus non alat dominum*

minum inopem factum.

42 Vasallo si dominus expressè vel tacitè culpam seu ingratitudinem remittit, causæ amittendi feudum locum non habent. Et quando id fiat.

43 Dominus si nolit vti iure suo, super commißione feudi, abstinere an poßit.

44 Vasallus si habeat feudum pro derelicto, deficientibus filijs & agnatis, quid erit de vtili dominio feudi. Et an tertius ingrediens naturalem poßeßionem, & feudum occupans, vtile dominium habere poßit. nu. 45. Et quid in præscribente. nu. 46.

47 Dominus, audiens feudum simplex habitum pro derelicto, si respuit, & dixit se nolle habere vtile dominium, quod ibi habuerat vasallus: an vtile dominium redeat ad occupantem feudum.

48 Feudum si est non simplex, sed conditionatum, vasallus sicut illud refutare non potest inuito domino, sic nec habere pro derelicto, etiam exiens feudum, nisi dominus consentiat. Idem in re emphyteuticaria.

49 Dominus, audiens feudum conditionatum habitum pro derelicto, si dixit, quòd ei placeat, alio non dicto, an concedatur occupanti.

50 Vasallus si refutat feudum, deficientibus filijs & agnatis, quid erit de vtili dominio, si dicat: Domine mi, talem rem teneo à vobis in feudum, custodite eam, quia exnunc desepara eam vobis, nec volo esse vlterius vasallus vester.

51 Feudi de vtili dominio dicta, super consolidatione eius cum directo dominio, feudo refutato, vel pro derelicto habito, vera sunt, filijs & agnatis deficientibus. Qui si extant, ius in feudo habere poßunt, eis tamen ignorantibus, sicut nec vasallo mortuo, non acquiretur.

52 Vasallus in casu, in quo licitè feudum pro derelicto habere potuit, si hoc non denunciauit domino, & dominus exinde fuerit damnificatus, an damnum domino emendare teneatur.

53 Vasallus, si sciens se esse necessarium domino, & fortè se debere venire cum armis ad adiuuandum eum, & callidè ad euitandas expensas & laborem, habuit feudum pro derelicto, & illud refutauit: an tali calliditate non obstante, domino damnificato teneatur.

54 Vasallus si vendit feudum sine permißione domini, quid erit de vtili dominio feudi.

55 Feudi post factam refutationem à vasallo, an teneatur seruire domino, & eum interim, dum viuit, offendere poßit.

56 Feudum cum dignitate, an vasallus poßit in alium transferre, cum permißione domini, si non consentiant illi, qui in tali feudo succedere poßunt & debent.

57 Vasallus si moritur, quid erit de vtili dominio feudi. Et penès quem interim erit feudum. Et quibus actionibus domino consulatur. nu. 60. 62. 65.

58 Feudum si teneat filius, vel agnatus, qui debet in feudum succedere, mortuo vasallo, ille habebit naturalem poßeßionem & vtile dominium. nec dominus debebit eum molestare, si non veniat coram eo, pro inuestitura abusiua petenda, sed debebit expectare per annum & diem.

59 Feudum si nullus teneat, quia fortè ille, qui debet succedere, est negligens, vel deliberat, an ei expediat habere feudum, dominus consultè faciet, si accipiat illud, & naturalem poßeßionem adipiscatur, quòd filio & agnato deficientibus, etiam fisco excluso, feudum ad eum reuerti debet. sed posteà cùm apparebit aliquis, qui succedere debeat & velit, dominus illi sine difficultate aliqua naturalem poßeßionem restituere debebit. nu. 67.

61 Fiscus non venit ad feudum, etiam alijs deficientibus, sed ad dominum reuerti debet. nec venit fiscus, etiam si dominus vtile dominium habere nolit. & feudo consolidato, dominus non potest illud respuere, nec pro derelicto habere, sine periculo, quòd occupanti concedatur. nec tunc fisco locus est.

est, nisi & prius illud occupet.

63 In feudum successurus filius vel agnatus, si sit absens forte vltra mare: vel pupillus, & non sit, qui pro eo legitime administret: vel furiosus, vel similis: tunc dominus an teneatur feudum accipere, ad conseruationem iuris illius, qui succedere debet. & id non faciendo, an proprietatem amittat. Et ex his comparente aliquo, dominus nullo modo in restituendo difficilem se praebere debet. nu. 64. & nu. 65. in fi.

66 Dominus sibi cauere debet, ne mortuo vasallo in accipiendo feudũ sit negligens, alioquin sibi imputabitur ad culpam amittendi proprietatem, aduenientibus filijs, vel agnatis succedere volentibus.

68 Inuestituram petere si non curauerint illi, qui sunt de primo gradu succedentium in feudum, infra annum & diem, nunquid alij de secundo gradu habebunt alium annum & diem. Vel si illi de primo gradu repudient feudum in medio anni, nunquid alijs incipiet tunc alius annus & dies, à tempore repudiationis & scientiae.

1 PRIMO vasallus debet amittere feudum, si dominum morantẽ in praelio dimiserit. ¶ Se-
2 cundò, si dominum † cucurbitauit, vel per eum non steterit.
3 ¶ Tertiò, si cum vxore † domini turpiter
4 luserit. ¶ Quartò, si cum filia † domini, aut cum nupta filio, aut cum nepte ex filio, aut cum sorore domini concubuerit.
5 ¶ Quintò, si personam † domini assaliuerit, vel castrum eius: vt in lib. feu. quibus mo. feu. amit. à principio vsq; ad §. item si fratrem. &, quae fuit pri. causa benefi. amit. §. item qui dominum. & §. praetereà. & §. rursus. & §. porrò. ¶ Sextò, si fra-
6 trem domini † proditionaliter interfecit. vel fratrem suum proprium, vt totam haereditatem haberet. vel aliud crimen commisit, quod parricidij significatione contineatur. vel hominem tradiderit, sic quòd in curia amodo sine verecundia stare non possit. vt in lib. feu. quibus mo. feu. amit. §. item si fratrem. &, quae fuit pri. causa benefi. amit. §. denique. & an ille, qui interfecit fratrem domini sui, feu. amit. circa prin. vsque ad vers. quia tamen. & no. de vasallo qui contra constitut. Lotha. c. vno. ¶ Septimò, si cum inimicis † domini amicitias suas copulaue- 7
rit: vt no. ff. de offi. prae. vrb. l. j. §. cùm patronus. & in feu. quae fuit pri. cau. bene. amit. §. porrò. ¶ Octauò, si vasallus
† etiam efficiatur mutus, vel aliàs imper- 8
fectus, amittit feudum nouum: licèt aliquid sibi relinqui debeat, vnde se alat: vt in lib. feu. episcopum vel abbatem. §. si. Paternum verò non amittit: vt, an mutus, vel aliàs imperfec. feu. retineat. c. j. ¶ Nonò, si credentiam, sibi à domino
† commissam, ad damnum domini scien- 9
ter manifestauerit. Nã proditores, transfugae, & consiliorum renunciatores, furcis suspenduntur, aut igni comburuntur: vt l. si quis fortè. §. j. ff. de poenis. vt hic potest esse. titulis, quibus mo. feu. amit. &, qualiter vasal. fidelit. domi. iurare debeat. & de noua fidelit. forma. ¶ Decimò, si non seruiat † domino, cùm ne- 10
cesse ei fuerit, amittit feudum: vt, de feu. sine culpa non amit. c. j. Non tamen tenetur vasallus se offerre: vt, si de feu. defunc. contro. fue. inter dom. & ag. vas. c. & si vasallus. & c. licèt. Sed fallit, vbi sciret periculum mortis, & captionem domini imminere, vel aliud simile: quia tunc debet sine requisitione aliqua se offerre, & impedimentum, ne fiat, praestare. & si non potest impedire, debet, quàm citiùs potest, domino nunciare, & prout potest praestare auxilium: vt in feu. de noua fidelit. forma. &, si de feu. defuncti controuer. fue. inter do. & agna. vasal. c. licèt vasallus. &, hîc finitur lex. §. ad hoc. Item fallit, si ex pacto tenetur seruire certo tempore: quia tunc tenetur se offerre, & seruitium pr(a)estare, si potest: aliàs amittit feudum. vt, quae fuit pri. cau. bene. amit. §. sed non est alia iustior. &, hîc fi. lex. §. ad hoc. ¶ Vndecimò amittitur feu-
dum, si vasallus † infra legitimum tem- 11
pus non petierit inuestituram ab haerede domini, mortuo domino: vel haeres vasalli, à domino, vasallo mortuo. Et si est miles,

miles, ipse habet annum & mensem: vt,
quo tempore miles inuesti.pe.de.c.j.& si
non est miles, habet annum & diem: vt,
quæ fuit pri.cau.bene.amit.in prin.&, de
cap.Cor.in prin. Hodiè verò indistinctè
datur annus & dies: vt in constitutione
imperialem. §. præterea si quis infeuda
tus.de prohib. feu.aliena. per Frideri. Et
incipit annus & dies à tempore mortis, &
scientiæ mortis. iuxta id, quod not. quo
tempore miles inuesti.pe.debe.c.j. ¶ Du-
12 odecimò, si dominus † inuestituram pol
licendo petit fidelitatem ab aliquo, qui
eam debet facere, & ille tribus vicibus ci-
tatus per curiam, non compareat statim:
non expectato anno & mense vel die illo,
debet amittere feudum: vt, quæ fuit pri.
cau.benefi.amit.§.j. Item, secundùm ius
Lombardæ, si dominus inuestiuit vasal-
lum, qui posteà iurare non vult fidelita-
tem, nihilominùs vasallus quietè possi-
debit feudum per annũ & diem, & post-
eà feudo priuabitur: vt ibi notatur.
¶ Tertiodecimò amittitur feudum, si va-
13 sallus † habitum religionis assumpserit:
vt, de vasallo mili. qui arma bel. deposu-
14 it.c.j. ¶ Quartodecimò, si clericus † effi-
ciatur: vt, si de feu. defuncti controuer.
fue.inter dom.& ag.vasal.c.qui clericus.
Nisi per substitutum vellet seruire: vt
no.de feu.fœ.§.si.Quod est verum, si ser-
uitium sit tale, quod per substitutũ pos-
15 set fieri. ¶ Quintodecimò, si vasallus † ter
vocatus per curiam non compareat, cùm
dominus conqueratur de eo: vt, de mili.
vasal.qui contumax est.in prin. ¶ Sexto-
16 decimò, si sacramentum † fidelitatis de-
serit, vel iniuratis consilium & auxili-
um non præstat: vt de for. fideli. §. sed
quia. nam si peierat contra dominum,
scilicet veniendo contra sacramentum
fidelitatis, debet feudum amittere: vt
notatur, si de feu.defunc.controuer. fue.
inter domi.& ag. vasal. c. vasallus si feu-
dum.in fine. Sed fallit, si partẽ feudi ali-
enauit sine permissione domini: quia li-
cèt deieret alienando, tamen totum feu-
dum non amittit, sed tantùm partem ali-
enatam. vt, quæ fuit pri.cau. bene.amit.
§. illud enim certum est. & no. qui. mo.
feu.amit. §. similiter. ij. Item fallit, vbi
celat feudum: quia licèt deierat, non ta-
men amittit, nisi partem celatam: vt no. si
de feu.defunc.contro. fuerit inter dom.
& ag. vasal. §. si feudum. ¶ Decimosepti-
mò amittitur † feudum, si vasallus præ- 17
sciuit contra dominum quemlibet assal-
tum, vel mortem, vel captionẽ, vel gran-
dem patrimonij iacturam, & dominum
non certiorauit, quàm citiùs potuit, vt
dominus posset periculum euitare: vt,
quæ fuit pri.cau. bene.amit.§.præterea si
vasallus. & si denunciare non potuit, de-
buit resistere, si potuit: vt ibi not. ¶ De-
cimooctauò, vasallus debet † amittere 18
feudum, si locum etiam alienum, non do-
mini, per vim ingressus fuerit, sciens ibi
dominũ. ¶ Decimononò, si impias † ma- 19
nus vbicunque in dominum iniecerit,
vel aliam grauem & inhonestam iniuri-
am ei intulit. ¶ Vicesimò, si vitæ † domi- 20
ni veneno, vel gladio, vel aliàs insidiatus
fuerit: vt eo.tit.§.porrò. ¶ Vicesimopri-
mò, si iustitiam † facere domino nolue- 21
rit: vt eo.ti.§.illud tamen nõ lateat. ¶ Vi-
cesimosecundò, si recusat † facere illud, 22
pro quo datum fuit feudum: vt eodem
tit.§.sed non est alia. ¶ Vicesimotertiò, si
delator † domini extiterit, & dominum 23
graue damnum sustinere fecit: vt eo.tit.
§.item si delator. ¶ Vicesimoquartò, si pro
delatore † fideiussit, vel ipsum submi- 24
sit, vel suo testimonio eum iuuit spontè,
vel fuit spontè aduocatus contra domi-
num. vt ibi no. ¶ Vicesimoquintò, si in
causa domini † pronunciauit contra do- 25
minum, & in causa appellationis obtinu-
it dominus, nihilo plus probato: vt ibi-
dem no. ¶ Vicesimosextò, † si vxorem do- 26
mini conatus est alteri tradere adulteran-
dam. vt ibi no. ¶ Vicesimoseptimò, si sci-
uit dominum † inclusum, & eum non de- 27
liberauit, cùm potuit: vt in prædicto §.
item si delator. ¶ Vicesimooctauò, si va-
sallus † neget feudum, vel feudi partem, 28
vel conditionem feudi, spoliatur feudo.
vt de lege Corra.c.ij. & si de feu.defunc.
controuer.fue.inter dom. & ag. vasal. c.
vasallus.&c.vasallus feudum. ¶ Vicesi-
mononò, si per dolum † celat aliam rem 29

domini, penès alium existentem. vt ibi
30 notatur. ¶ Tricesimò † amittitur feudum, si dominus guerram facit iustam, vel si dubitetur, an sit iusta, vel iniusta, & vasallus eum non adiuuet, etiã ad offendendum. vel si guerram facit dominus irrationabiliter, tunc vasallus debet eum adiuuare, saltem ad eius defensionem. vt, hic finitur lex, deinde consuet. regni incip. in princip. Et in casu, in quo tenetur dominum adiuuare, debet eum adiuuare contra omnem personam, & contra fratrem, filium, & patrem. Non tamen contra antiquiorem dominum. vt eo. ti. §. fi. nec etiam contra Imperatorem. vt in constitutione imperialem. §. fi. de prohib. feu. alienat. per Fride. ¶ Tricesimoprimò amittitur feudum in qui-
31 busdam curijs, si in quartam † personam concessio in feudum extendatur. vt de lege Corra. c. ij. §. in quibusdã. quę pactio non videtur absurda, propter confusionem & obliuionem & infinitatem, quæ potest sequi, & sequitur quotidiè istis temporibus. ¶ Tricesimosecundò, si do-
32 minum † accusauit. vt de consuetui. recti feu. c. ij. §. similiter. ¶ Tricesimoter-
33 tiò, si testimonium † spontè tulit contra dominum, in causa ciuili, vel criminali.
34 vt ibidem. ¶ Tricesimoquartò, si † dominus rem infeudatam de allodio suo conferat ecclesiæ. vt, de allodijs. §. si verò contigerit. ¶ Tricesimoquintò, si vasal-
35 lus † à domino legitimè requisitus, regem, aut sub rege dominum non adiuuat, in publica expeditione, Romæ pro suscipienda corona à rege: vt eodem tit. §. fi. & in constitutione imperialem. §. firmiter. de prohi. feu. aliena. per Frider.
36 ¶ Tricesimosextò, si † vasallus sine permissione domini feudum alienat. vt de prohi. feudi ali. per Lotha. c. j. & in d. constitutione imperialem. §. j. Quid autem nomine alienationis continetur, no. ibi. &, de cap. Cor. c. vno. Et circa hoc est notandum, quòd nomine alienationis, seruitutis impositio, & hypothecatio, & impignoratio continentur. vt C. de rebus ali. non ali. l. fi. Cùm ergo indistinctè sit alienatio prohibita vasallo: vt in constitutione alleg. imperialem. §. j. ergo & prædicta sunt prohibita, & etiam expressè pignoratio. vt ibi. Lege ergo prohibente prædicta si fiant, non tenent ipso iure, nec valent, etiam vasallo existente vasallo. Sed si vasallus contra prædicta fecerit, quantum in eo fuerit, attamen propter hoc nõ caderet res ipso iure in commissum: quia talis vasallus, seruitutem imponendo, vel hypothecando, vel impignorando feudum, non facit actum, per quem velit vtile dominium vel quasi, quod habet, à se abdicare seu separare, & in alium transferre. & sic tunc in priuando requiritur sententia. secus, si vendat & tradat, vt dictum est suprà.

ADDIT. Hodiè verò sic obseruatur hic, & in pluribus alijs locis, quòd vasalli indistinctè hypothecant & impignorant rem feudalem, & sine pœna: & curię in executionibus sententiarum, vendunt, domino non vocato, res feudales, saluo tamen iure dominorum, in retinendo pro eodem precio, & in quibusdam alijs. & sic, quantum ad pignus & hypothecam, quodammodo redactum est ad ius, & instar rei emphyteuticę, & ad l. lex vectigali. ff. de pigno. cùm per seruitutis impositionem, factã sine consensu dominorum, meritò debent amittere feudum, per sententiam tamen, vt dictum est.

¶ Tricesimoseptimò, vasallus † debet 37 amittere feudum, si filius, vel domesticus vasalli offenderit dominum, & vasallus à domino requisitus, illum non adducit ad emendam, vel ipsum à se non separat: vt in d. cõstitutione imperialem. §. insuper. ¶ Tricesimooctauò, si vasallus vasalli † dominum offenderit, & re- 38 quisitus à primo vasallo, vt satisfaciat maiori domino, & non satisfacit, feudum debet amittere, & reuerti ad primum vasallum. & si primus vasallus à domino suo requisitus, non requirat secundum vasallum, vt satisfaciat dicto domino maiori, quem offendit, debet amittere feudum, & ad dominum suum reuertetur: vt in d. constitutione imperialem. §. illud quoque præcipi-

cipimus. ¶ Tricesimononò, secundus va-
39 sallus amittit feudum, si primus vasal-
lus committat feloniam, vel faciat ali-
quid erga dominum suũ, propter quod
debeat amittere feudum: quia resoluto
iure donatoris, resoluitur ius accepto-
ris: vt, si de inuesti. feudi controuer. fue-
rit. §. fi. &, quibus mo. feud. amit. §. rur-
sus. Attamen, si primus vasallus dedisset
rem in feudum secundo vasallo, de vo-
luntate expressa domini: tunc credo,
quòd resoluto iure donatoris, non resol-
uitur ius acceptoris: vt ff. de aqua plu.
arcen. l. in diem adiecto prædio. ¶ Qua-
40 dragesimò, amittitur † feudum, si vasal-
lus committat aliquam culpam, de con-
tentis in sacramento fidelitatis, & ibi no-
minatam: vt de feu. sine culpa non amit.
c. j. ¶ Quadragesimoprimò, amittitur
41 feudum, si æquitas † moueat iudicem, sci-
licet quòd appareat aliqua causa, similis
superioribus, vel maior. vt in feud. quæ
fuit prima causa beneficij amit. §. prædi-
ctis modis. Et fortè, si vasallus non alat
dominum inopem factum, amittet feu-
dum: vt de donatore & donatario: no-
tatur simile, C. de reuocandis donatio-
nibus. l. fi.

¶ Ex prædictis causis vasallus debet
42 amittere feudum: nisi posteà † dominus
expressè culpam seu ingratitudinem re-
mittat. arg. C. de pac. l. si quis in conscri-
bendo. & ff. eo. l. iuris gentium. §. si paci-
scar. & l. si tibi decem. §. quædam. vel eti-
am tacitè, scilicet si dominus sciens ad-
mittat eum ad præstandum fidelitatem,
vel ad seruitium debitum ex natura feu-
di, sine protestatione aliqua. argumen. ff.
de lege commis. l. post diem. & nota. in
feu. quo temp. miles inuestit. pete. debe-
at. c. j. in fine. nec tamen tunc videbitur
feudum de nouo concessum, sed erit ta-
le, quale erat antè: vt argumen. ff. de im-
pen. in rebus dotal. fac. l. quod dicitur. &
ff. de peculio. l. peculium. j. §. si ære.
Item, si in casu, in quo feudum cecidit
ipso iure in commissum, dominus dixit
illum vasallum, esse vasallum suum, vel
feudatarium suum argu. ff. de lege com-
mis. l. post diem. & C. de lib. causa. l.
cùm precum. Item, tacitè videbitur
felonia remissa, vel alia quæcunque in-
gratitudo seu commissio feudi, si domi-
nus mortuus fuerit, nec querimoniam
aliquam exposuerat sciens & viuens: vt
arg. C. de reuocan. donat. l. fi. cum ibi
notatis. & nota. in feud. quæ fuit prima
cau. bene. amit. §. porrò. Benè dicitur, si
dominus fuerit sciens: quia ignorans
non videtur remittere: vt ff. de his qui-
bus vt indig. l. indignum. & iuxta id
quod not. C. de fideicommis. l. fideicom-
missum. Ignorantia enim non obligat: vt
C. de tabular. l. generali. lib. x. Item, be-
nè dicitur, viuens: quia si dominus fuit
interfectus, tamen potuit à vasallo adiu-
uari, & non fuit adiutus, & sic dominus
non superuixit, hæres domini poterit in-
quietare vasallum, & ab eo feudum re-
uocare. Mortuus enim non habet con-
sensum: vt ff. loca. & conduc. l. qui ad
certum. Item econtrà, si dominus vi-
uente vasallo non fuit conquestus de in-
gratitudine, ipse posteà contra hæredem
vasallum non poterit querimoniam in-
stituere, per eandem rationem, & per e-
andem legem secundùm verum intelle-
ctum eius, licèt obscurè videtur hoc di-
cere. Ex prædictis satis apparere potest,
quòd si dominus † nolit vti iure suo, su- 43
per commissione feudi, ipse potest absti-
nere: quia quilibet iuri in fauorem suum
introducto potest renunciare. & facit ff.
de in diem adiec. l. Sabinus. & de lege
commis. l. ij.

¶ Sed deficientibus † filijs & agnatis, 44
quid erit de vtili dominio feudi, si vasal-
lus habeat feudum pro derelicto? Dico,
quòd si vasallus existens in feudo, habe-
at illud pro derelicto, ipse nihil agit: vt
ff. de acquir. pos. l. si quis vi. §. differen-
tia. sed si exiens feudum, habeat illud pro
derelicto, si feudum est simplex & inde-
terminatum, ipse potest illud refutare in-
uito domino: & sic debet intelligi in lib.
feud. de vasallo qui contra constitu. Lo-
tha. regis. c. vno. & no. de capita. qui curi-
am ven. c. fi. sic ergo & pro derelicto po-
test illud habere, cùm sit eadem ratio. &
sic statim feudum desinit esse illius va-

falli.vt ff. pro dereli.l.j.& ij. Vtile autem dominium feudi, quod ibi habet vasallus: vt nota. de controuer. inter vasal. & aliũ de bene. c.j. &, per quos fiat inuestitura. §.j. & extrà de pig. c. fi. & C. vnde vi.l. si quis in tantam. illo eodem momento consolidatur & vnitur cum directo dominio, etiam domino ignorante.
45 Tertius † autem ingrediens naturalem possessionem, & occupans feudum, non potest habere vtile dominium, iure prohibente: quia alienatio & translatio feudi de iure prohibetur fieri in extraneum, sine permissione domini: vt de prohi. feu.alie.per Lotha.c.j.& de feu.sine culpa non amit.c.j.& in d.constitutione imperialem. in penultima eius parte. Et sic non ob.Insti.de re.diui.§.fi.& ff. pro derelic.l.j. vbi dicitur, quòd res pro derelicto habita statim fit occupantis: quia iste occupans non inuenit vtile dominium vacans, quia iam erat solidatum cum directo dominio. Et facit ad hoc: quia vsufructuarius potest derelinquere vsumfructum, inuito proprietario: vt ff. de vsufruc. l. si absente. & l. cùm fructuarius. non tamen conceditur occupanti, sed statim redit ad proprietatem: vt ff. de iure do. l. si vsusfructus. & Instit. de vsufruc. §. item finitur. Sic & in simplici feudo derelicto debemus dicere, quòd vtile dominium, quod amittit vasallus, statim redit ad dominum: quia semper concernebat ad directum dominium, à quo exiuerat de voluntate domini. Primæua enim directi, & vtilis dominij, est substantiæ vnitas. Item, in exeundo vtili à directo, libera domini voluntas. Item, inter dominum & vasallum debita & connexa fidelitas. Item, amittendi feudum, & ad dominum reuertendi, culparum pluralitas. Item, succedentium in feudum ordinata & admissa charitas. Item, in qualibet renouatione domini vel vasalli, infra annum iniuncta vasallo petendi inuestituram necessitas. Item, alienationis feudi sine domini permissione faciendæ prohibitio. Item, super domini consensu interueniendo, quantum est de libro feud. cessans coactio. Item, filijs & agnatis deficientibus, ad dominum ordinata feudi reditio. Item, in testamento, de feudo non valeret facta ordinatio. Item, de feudo ad vsumfructum facta comparatio. Ista in materia feudorum considerata, possunt mouere hominem, ad dicendum probabiliter, quòd cùm vtile dominium desinat esse penès vasallũ ex causa derelicti, certè illud intantũ respiciebat & oculũ habebat ad directũ dominium: quia ipsum nõ est, nec fuit vnq̃ vacãs, sed statim consolidatũ extitit cũ directo, etiã domino ignorante. ¶ Sed si ex p̃scriptione † fuisset acquisitum vtile dominium 46
alicuius rei: quia si p̃scriptor habet talem rem pro derelicto, occupãs haberet illud vtile dominiũ, quod acquisiuerat p̃scriptor, qa iam inueniret illud vacãs & separatũ, stans per se, nõ concernens directũ: quia nec ab eo exiuit de volũtate domini directi. Item etiã, quia præscriptor poterit rem illã alienare, prout volebat, & inuito domino directo. ergo & pro derelicto habẽdo potest acquiri sine dubio occupanti. ¶ Sed qd si dominus, au diẽs † tale 47
feudũ simplex habitum pro derelicto, respuit, & dixit se nolle habere vtile dominium, quod ibi habuerat vasallus? Potest dici, ꝙ tunc illud vtile dominiũ redibit ad occupantẽ feudũ, quasi ex donatione facta à vasallo, & laudata & approbata p dominũ. Est enim derelictũ, quasi genus donationis: vt ff. de stipulat. seruo. l. quod seruus. factę tamẽ in certã p̃sonã: vt ff. pro dereli. l. si id, quod. §. j. Item, si illud vtile dominiũ respuit, fingetur tũc non fuisse consolidatũ cum directo. vt similis fictio inuenitur: quia legatũ purũ cedit ab adita hæreditate, & verè tunc acqritur legatario, etiã ignorãti: vt ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. surdo. Sed si pòst, cùm legatarius illud sciuerit, repudiet legatum, fingitur non fuisse acquisitum legatario: vt ff. de rebus credi. l. proinde. & de condi. insti. l. ei qui ita hæreditatem. in gl Si autem dominus, postquàm agnouisset consolidationem illã iam factam, respuit eam, nihil egit: quia nihilominus remanet consolidatio, per iura statim allegata. nec credo, ꝙ dominus illo modo possit tunc separare

separare vtile dominium à directo, nec habere illud pro derelicto. ar. ff. pro derelic. l. iij. in fi. Sed si vult illud de nouo separare à directo, poterit hoc facere per contractus ad hoc conuenientes, aliàs non: vt per contractum feudalem, vel emphyteuticarium, vel per similes: & tunc transferret dominus in alium vtile dominium, quod tamen non habet, sub nomine, nec sub forma vtilis. sic de vsufructu formali dicitur, ff. de vsufruc.
48 l. quod nostrum. ¶ Si autem † feudũ non est simplex, sed cõditionatum: tunc vasallus, sicut illud refutare non potest inuito domino, sic nec habere pro derelicto, etiam exiens feudum: nisi dominus consentiat. ar. C. de ac. & obli. l. sicut. & ff. de neg. gest. l. Pomponius scribit. circa princ. & de reg. iu. l. nihil tam naturale. Idem dici potest, de re emphyteuticaria, per eadem iura. Ad hoc facit, quod nota. de vasal. qui contra constitut. Lotha. regis benefi. alienauit. c. vno. super ver-
49 bo, refutare. ¶ Sed quid, si dominus † audiens illud feudum conditionatum habitum pro derelicto, dixit, quòd placebat ei? Credo quòd tunc occupanti concederetur. Consulerem tamen, ꝙ dominus subiũgeret, Saluo iure suo: aliàs fortè ipse amitteret ius, quod habebat in re. vt dicitur infrà in xij distin. feud. in fine. & idẽ potest dici de re emphyteuticaria.
50 ¶ Sed deficientibus filijs † & agnatis, quid erit de vtili dominio, si vasallus refutet feudum, quid erit, si ipse dicat domino ita: Domine mi, talem rem teneo à vobis in feudum, custodite eam, quia ex nunc desepar o eam vobis, nec volo esse vlteriùs vasallus vester? Dico, quòd statim vtile dominium feudi cõsolidatum est cum directo, velit nolit dominus, si feudum est simplex & determinatum. & sic debet intelligi, de vasallo, qui contra constit. Lotha. regis. c. j. Si autẽ feudum est conditionatũ: tunc refutatio non tenet facta, non consentiente domino: vt dictum est suprà, de feudo pro derelicto habito: & no. de capita. qui curiam ven. c. fi. Si autem dominus consentiat refutationi, tũc vtile dominium statim consolidatur cum directo. Si autẽ post consensum refutationis, dominus & vasallus pœniteant, & consentiant, quòd feudum habeatur pro nõ refutato: tunc vtile dominium erit penès vasallum, & fingeretur non fuisse penès dominum. & hoc, si illa conuentio facta fuit incontinenti: quia ea quæ incontinenti fiunt, inesse videntur: vt ff. de pactis. l. iuris gentium. §. quinimmò. &, de rebus credi. l. lecta. in versi. dicebam. Si autem fiat ex interuallo: tunc nihil agitur, nisi de nouo fieret contractus nouus feudalis.

Quæ dicta † sunt de vtili dominio feu- 51
di, super consolidatione eius cum directo dominio, feudo refutato, vel pro derelicto habito, vera sunt, filijs & agnatis deficientibus. Illis autem extantibus, ius in feudo habere possunt, non tamen acquiretur eis ignorantibus, sicut nec vasallo mortuo. ar. de feu. suc. c. j. in princ. &, de succes. frat. vel gradi. suc. in feu. c. j. & de alienatio. feu. pater. c. j. ¶ Et est 52
notandum, quòd in casu, in quo vasallus † licitè potuerit feudum habere pro derelicto, si hoc non denunciauit domino, & exinde fuerit dominus damnificatus, ipse tenebitur damnum domino emen- 53
dare. argu. ff. loca. & conduc. l. item quæritur. §. exercitu. Item, si vasallus † sciens se esse necessariũ domino, & fortè se debere venire cum armis ad adiuuandum eum, & ipse callidè, s. ad euitandas expensas & laborem, habuit feudum pro derelicto, & refutauit illud: talis calliditas, vel similis, non proderit ei, quin domino damnificato teneatur. arg. Instit. de societa. §. manet. & ff. e. l. actione. §. diximus. & in prædictis etiam videbitur facere contra iuramentum fidelitatis.

¶ Sed quid erit † de vtili dominio feu- 54
di, si vasallus vendat feudum sine permissione domini? Dico, quòd solus contractus est ineptus: sed si vendit & tradit, tũc vasallus amittit vtile dominiũ, & statim consolidatur cum directo: vt in d. §. callidis. Sed si dominus consentiat prædictæ venditioni & traditioni, tunc fingetur vtile dominium non fuisse consolidatum, & transibit penès em-

 ptorem.

ptorem. Caueat tamen dominus, qualiter cōsentiet, nè fortè amittat ius suum, quod habet in re: vt dictum est superiùs.

Vide omnino Guidonem Papae consil. 58. consil. 214. & consil seq.

Si autem dominus contradicat venditioni, si feudum est simplex, tunc vtile dominium remanet consolidatum cum directo, ac si vasallus feudum refutasset. Si autem feudum est conditionatum, & dominus contradicat venditioni: tunc vtile dominium fingitur non fuisse consolidatum, & erit penès vasallum. quia sicut domino inuito, vasallus non potest refutādo se eximere à feudo: sic nec vendendo, sine permissione domini, cùm sit eadem ratio. De simplici autem seu indeterminato, dicitur infrà in vij. distinctione feudorum. ¶ Et est notandū, quòd

55 post refutationem † feudi factam à vasallo, ipse non tenetur seruire domino. Attamē quandiu viuet, non debebit eum offendere, in memoriam prioris amicitiæ & fidelitatis: vt, de vasal. qui contra constitu. Lotharij. c. vno. in fine. Et idem credo, si propter feloniam, vel alio modo feudum amisit, vel si de volūtate domini feudum in alium transtulit, cùm sit

56 eadem ratio. Sed feudum † cum dignitate, fortè vasallus non potest in aliū transferre, etiam cum permissione domini, nisi consentientibus illis, qui in tali feudo possunt & debent succedere.

57 ¶ Sed quid erit † de vtili dominio feudi, si vasallus moriatur. Itē, penès quem interim erit feudum? Ad quod potest dici, quòd si quidā extraneus occupet feudum, dominus non debebit eum expellere propria authoritate, à sua naturali possessione, quam habet, & quam inuenit vacantem, aliàs ipse committet violentiam: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. deijcitur. Sed poterit dominus agere vti possidetis interdicto, ratione suę ciuilis possessionis, quam habet, si in ea turbetur. & occupans etiā habet idem interdictum, ratione suæ naturalis possessionis, quam ibi habet, si in ea turbetur: quia alter ab altero non possidet vi, nec clàm, nec precariò: vt C. vti possidet. l. vna. & ff. e. l. j. in princ. Et illud contingit, quia illæ duæ possessiones, nedum essentialiter, sed etiam subiectiuè fuerunt separatæ: & secus esset, ciuili & naturali existentibus in eodem subiecto, seu in eodem homine, aliquis occuparet clandestinè naturalem: quia tunc ille, qui retinuit ciuilem, posset agere interdicto vti possidetis, ꝓ sua ciuili, quodammodo turbata ab eo, qui suam naturalem clàm occupauit, & vinceret eum, quia clàm ab eo possideret. & sic intelligitur de acquir. possess. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. Item in casu nostro, dominus poterit agere actione in rem, contra naturaliter possidentem. nec ille poterit excipere de feudo: quia de iure tertij, à quo causam non habet, non potest quis excipere: vt ff. de superfi. l. j. §. is autem. ¶ Sed si † filius, vel 58 agnatus, qui debet in feudum succedere, teneat feudum, mortuo vasallo, ille habebit naturalē possessionem & vtile dominium. ar. ff. de acquir. pos. l. cùm hæredes. in prin. &, si is qui in testa. liber esse iuss. fue. l. j. §. Scæuola. Nec dominus debebit eum molestare, si non veniat coram eo, pro inuestitura abusiua petenda. de qua abusiua habetur, si de feu. defunc. contro. fuerit. inter dom. & agn. vasal. c. si facta. & quid sit inuestitura. in princi. sed debebit expectare per annū & diem. vt, quæ fuit pri. cau. bene. amit. in princ. nisi dominus vellet procedere per modum, qui habetur e. ti. §. j. ¶ Si autē nullus † teneat feudum, quia fortè ille, qui 59 debet succedere, est negligēs, vel deliberat an ei expediat habere feudum: tunc dominus cōsultè faciet, si accipiat illud, & naturalem possessionem adipiscatur: quia illis deficiētibus, etiam fisco excluso, feudum debet ad eum reuerti. vt extrà, de feu. c. ij. & in lib. feu. de success. frat. vel gra. suc. in feu. c. j. Melius est ergo domino, ante tempus occurrere, &c. ar. C. in quibus cau. in integ. resti. non est ne. l. fi. & etiā expedit vigilare: vt ff. quæ in frau. cre. l. pupillus. §. fin. sed posteà, cùm apparebit aliquis, qui debeat & velit succedere in feudū, dominus debebit illi sine difficultate aliqua restituere naturalē possessionem. ¶ Super dominio † autem vtili, quod fuerat penès vasal- 60 lum, non possum perpendere, quòd in aliquo casu per momentum fuerit, vel

esse potuerit vacans. Sed statim, mortuo vasallo, desijt esse per se, sub nomine & forma sua vtilis dominij, sed vnitum & consolidatum fuit cum directo: sed non apparuit, quis deberet & vellet succedere in feudum. sed posteà, cùm apparuerit, qui deberet & vellet succedere, ille statim habuerit illud vtile dominiū sub suo nomine & forma, ac si consolidatum non fuisset cum directo, & fingitur fuisse penès dñm: vt apparet, ex his, quę dicta
61 sunt superiùs. ¶Fiscus † autem nō veniet ad feudum, etiam alijs deficientibus: licèt videatur cōtrà, C. de bonis q lib. l. j. & vnde vir & vx. l. vna. & de bo. va. l. j. lib. x. sed debet ad dominum reuerti: vt statim probatū est. Nec venit fiscus, etiam si dominus vtile dominium nolit habere: quia fiscus nō inuenit illud vacans in hæreditate aliqua repudiata, nec etiam iure hæreditario venit. arg. de suc. feu. c. j. in princ. nec vt aliâs vacans: quia, vt dictum est, nunquam vacās est, postquàm cōsolidatum est. Item, postquàm consolidatum fuit, dominus non potest illud respuere, nec habere pro derelicto. vt ff. pro derelic. l. iij. in fine. sed si dominus vellet habere totale dominium pro derelicto, & sic rem derelinqueret, tunc ipse desineret ex toto esse dominus, & concederetur occupanti: vt ff. pro derelic. l. j. & Insti. de rerum diui. §. fi. nec tūc etiam locus esset fisco, nisi & priùs illud occuparet. ¶Consideratis his, quæ suprà
62 dicta sunt, dico, quòd dominus † statim, mortuo vasallo, in dubio, si velit, potest feudum accipere, ad conseruationem iuris sui: quia postquàm filijs & agnatis deficientibus, vel succedere nolentibus, ad dominum feudum redire debet, interest eius, ne extranei occupent illud, & ne naturalem possessionem apprehendant. Licitum ergo erit domino, rem illam feudalem tenere, & custodire, vt dominus, donec obtulerit se, qui debeat, & velit in
63 feudum succedere. Item, si † filius, vel agnatus, qui debet succedere, sit absens, fortè vltra mare: vel pupillus, & non sit, qui pro eo legitimè administret: vel furiosus, & sic de similibus: tunc dominus tenebitur feudum accipere, ad conseruationem iuris illius, qui debet succedere. Quod si non faciat, feudum erit periculo suo: quia si exercitus transiens damnificaret rem feudalem, vel vicini damnum ibi dent, & naturalem possessionem adipiscantur: poterit domino imputari, si, cùm potuit, non defendit rem, vel nō curauit occurrere, cùm potuit. Et fortè debebit amittere proprietatē: quia vasallus amittit feudum, si consilium & auxilium non præstet domino suo, ne fit in damno de possessionibus suis: vt, de forma fideli. c. vno. Dominus autem vasallo vicem debet reddere: vt ibidem habetur. Item, si dominus † teneat feudum 64
ex causis prædictis, adueniente & petente illo, qui debet succedere, vel tutore pupilli, vel curatore furiosi, dominus nullo modo reddat se difficilem in restituendo, sed feudum liberè restituat vasallo iure suo: aliâs fortè debebit amittere proprietatem. Vasallus enim amittit feudum, si sit in damno domino de possessionibus suis, vel si facile domino, facit ei difficile: vt, de forma fideli. c. j. Dominus autem vicem debet reddere vasallo: vt ibidem habetur. & est simile, quod no. super vice reddēda vasallo, per quos fiat inuesti. §. fi. ¶In summa, vasal- 65
lo † mortuo, si dominus nullum inueniat possidentem, ipse, si vult, licitè potest pro iure suo conseruādo feudum, & eius naturalem possessionem accipere & custodire, vt dominus, donec veniat, qui debeat & velit succedere: vel tutor pupilli, vel curator furiosi, qui pro eis administrent. nec tunc reddat se dominus difficilem in restituendo: vt dictum est.
Item, in summa, † caueat sibi dominus, 66
ne mortuo vasallo sit negligens in accipiendo feudum. quia si ex negligētia sua non curauerit ipsum accipere, nec custodire, cùm posset, & ob eius negligentiam, feudum violenter fuerit inuasum, vel damnum ibi datum fuerit, fortè imputabitur ei ad culpam amittendi proprietatem, aduenientibus filijs, vel agnatis, succedere volentibus. vt dictum est. ¶Quod autem dictum est, quòd dominus

67 nus † debeat sine difficultate restituere naturalem possessionem, quam inuenit vacantem: est verum, si illi veniant, & petant inuestiturã infra annum & diem. iuxta id quod habetur, quo tempo. mi. inues.pet.debeat.c.j. & aliàs non. Quia cui datur actio, & multò fortiùs exceptio.vt ff.de superfi.l.j.§.is autem. ¶Sed
68 quid si illi † de primo gradu succedentium in feudum, non curauerint petere inuestituram infra annum & diem, nunquid alij de secundo gradu habebunt vnum alium annum & diem? vel si illi de primo gradu, repudient feudum in medio anni, nunquid alijs incipiet tunc alius annus & dies, à tempore repudiationis & scientiæ? Fortè sic.arg. C. qui admit.ad bo.pos.possunt.l.fi.

RVBRICA LX.

De causis, ex quibus dominus proprietatem amittere debet.

SVMMARIVM.

1 *Dominus, feudi proprietate priuatur, si vasallo iustitiam deneget.*

2 *Si vasallum petentem, infra tempus legitimum non inuestiuit.*

3 *Si feloniam cõmittat, ex qua vasallus feudum amitteret.*

4 *Si guerram vasallo iniustè facit.*

5 *Si monitus per curiam sit contumax, cùm de eo vasallus conqueretur.*

6 *Dominus, feudi proprietate priuatur, ex illis causis, quibus vasallus feudum amitteret, contra sacramentum fidelitatis veniendo. quòd in illis vicem dominus vasallo reddere debet.*

7 *Vasallus, de iure Lombardorum, infidelitatem domini probare potest per pugnam: sicut econtrà dominus.*

8 *Domino nõ seruanti fidem, vasallus fidem iuramenti seruare an teneatur.*

9 *Domino excommunicato, vel à rege bannito, an vasallus interim sit absolutus à iuramento fidelitatis.*

10 *Dominus an possit feudum ad alium transferre, sine voluntate vasalli.*

DOMINVS priuatur proprietate feudi, si vasallo † iustitiam deneget. vt notatur in lib. feu. quid sit inuestitura. §. quòd si iurare. &, quæ fuit pri.cau.ben.amit.§.illud tamen non lateat. ¶Item, si vasallum † petentem non inuestiuit infra tempus legitimum. vt no.per quos fiat inues.§.j. ¶Item, si committat † feloniam, ex qua vasallus amitteret feudum. vt, qualiter dominus propriet.feu. priuetur. c. vno. &, si de feu. defunct.controuer.fue.c.domino committente. ¶Item, priuatur † proprietate, si guerram facit vasallo iniustè. vt no.hîc finitur lex, deinde consue. regni incipi.§. fi. ¶Item, si monitus † per curiã sit contumax, cùm de eo vasallus cõqueretur. vt, de vasallo mili. qui contumax est. in fi.& ibi no. ¶Item, priuatur proprietate ex illis † causis, quibus vasallus amitteret feudum, veniendo contra sacramentum fidelitatis. quia in illis vicem dominus reddere debet vasallo. vt in feud.de for. fideli.in fi. & xxij. q.v.c.de forma.§.pe.

¶ Et est notandũ, quòd infidelitatem † domini vasallus potest probare per pugnam, sicut econtrà dominus, de iure Lombardorum. vt no.de ali. feu.pat.c. non est cõsuetudo. ¶Item, domino † non seruanti fidem, vasallus fidem iuramenti seruare non tenetur. vt no. de fideli. forma. §. fi. ¶Item, si dominus † est excommunicatus, vel à rege bannitus, interim vasallus est absolutus à iuramento fidelitatis. vt, quo temp. miles inuesti.pet.debeat. c. j.&, hîc finitur lex. circa principi. ¶Item, dominus † non debet ad alium transferre feudum, sine voluntate vasalli. vt in constitutione imperialem.§. prætereà ducatus. in fine. de prohibi. feu. alienat. per Frider. &, quo tempo. miles inues. pet. debeat. c. ij. in quibus distinctè dicitur, non debere fieri sine voluntate vasalli. licèt super hoc varietur. de lege Corra. c. ij. §. ex eadem.

ADDIT.

Vide Guidonem Pape q. 239. nu. 1.

ADDIT. Rex Franciæ cùm longo tempore guerrā habuisset cum rege Angliæ, in compositione pacis actum fuit, quòd rex Franciȩ omne ius vasalli, quod habebat tunc in Duce Britāniæ, regi Angliæ delegaret. quod & fecit, cõtradicente & inuito Arturio Duce Britanniæ, qui dicebat illud non debere fieri: quia ipse saltem minori domino inuitus delegari non debebat. Ego inueni in quibusdam scriptis, quòd do. Azo, requisitus super hoc, dixit, prædictam delegationem non tenere, nec valere. & ita determinauit, per constitutionem imperialem. §. præterea ducatus. alleg.

RVBRICA LXI.

De feudorũ distinctionibus, quarum tredecim author recollegit.

SVMMARIVM.

1 Feudum quoddã ecclesiasticum, & quoddam seculare. prima distinctio.

2 Ecclesiastica persona, post constitutionem Vrbani Papæ, non potest dare in feudum rem ecclesiasticam, nisi antiquitus consuetum fuerit.

3 Ecclesiastica persona potest facere inuestituram nouam, de re ecclesiæ, sine paribus, dato, quòd eos habeat.

4 Feudum aliud paternum, aliud nouum. secunda distinctio.

5 Feudum paternum quid.

6 Feudum aliud paternum, aliud fœmineum siue maternum. tertia distinctio.

7 In feudo materno siue fœmineo filius succedit de equitate: filia verò non succedit, nisi ex pacto.

8 Feudum aliud perpetuum, aliud ad vitam, & aliud annale. quarta distinctio.

9 Feudum perpetuum quid.

10 Feudum ad vitam accipientis quando fit.

11 Feudum annale quando fit.

12 Feudũ aliud est cum dignitate, aliud cum paragio, & aliud plebeium & sine paragio. quinta distinctio.

13 Feudum cum dignitate, quod sit.

14 Vasalli, & omnes alij administratores, dignitatem secularem habentes, sunt excommunicati, si ter admoniti clericis iustitiam non faciant.

15 Feudum cum paragio, quid sit.

16 Feudum plebeium, quid sit.

17 Feudum aliud diuisibile, & aliud indiuisibile. sexta distinctio.

18 Feudum indiuisibile si hodiè cõtingeret diuidi vel vniri, qualiter hoc fieri possit.

19 Feudum aliud est liberum, simplex & indeterminatum, aliud est conditionatum. septima distinctio.

20 Vasallus feudum indeterminatum refutare potest: conditionatum ad certum seruitium, non potest, inuito domino refutare.

21 Vasallus, vbi feudũ est indeterminatum, an seruire teneatur pro valore feudi. & quid in feudo conditionato ad certũ seruitium.

22 Vasallus quandiu est impubes, per aliũ seruire potest, licèt non cogatur.

23 Vasallus si pubes sit, quando debeat per se seruire, quando per alium.

24 Vasallo superueniens dignitas, quando eum excuset à seruitio. & nu. 25.

26 Vasallus si efficiatur clericus, si vult retinere feudum, an saltem per alium seruire cogatur.

27 Vasallus omnis regulariter seruire tenetur, & quare.

28 Feudi reditus si non sufficiunt, ad sequendum dominũ cum armis, cùm dominus opus habet, an dominus ei supplere debeat, vnde sumptus faciat.

29 Vasallus, si dominum suum inopem factum non alit, an & quando feudum amittat.

30 In feudum datio, an habeat titulum onerosum, vel in ea aliqua sit liberalitas.

31 Feudum aliud rectum & verũ, aliud quod non habet propriam feudi naturam. octaua distinctio.

32 In recto feudo an fœmina succedat.

33 Feudum rectum acquiritur inuestitura, vel successione. Et mittitur, vt debet, &

 habet

70 *Feudum quando ad dominum non redeat, vt nec ad filios, sed ad agnatos.*

71 *Vasallus si non deliquit in dominum, sed aliâs fortè hominem interfecit, non tamen proditionaliter, an feudum amittat. Et vasallo condemnato propter homicidium, si bona amittat, an agnati, descendentes, vel fiscus in feudum ei succedant.*

72 *Feudum amittitur, nec ad dominum redit, sed ad filios, & ad agnatos, si est paternum, & vasallús efficiatur monachus.*

73 *Feudum, an & quando amittatur, si sine domini voluntate alienetur.*

74 *Domino concedente vasallo simpliciter, vt vendat rem, quam tenet ab eo in feudum, nulla mentione facta de feudo, an amittat ius suum. Et quid, si hoc concedat, Saluo iure suo.*

75 *Feudum cùm amittitur, quandoque amittitur ipso iure, quandoque per sententiam. decimatertia distinctio.*

76 *Feudum quando amittatur ipso iure. & nu. 79. 80. 81.*

77 *Vasallus est vsufructuario similis.*

78 *Feudum quando amittatur per sentētiam, & non ipso iure.*

82 *Vasallus, si stat per annum & diem, quòd inuestituram à domino non petit, an feudum amittat ipso iure. & nu. 83.*

1 PRIMA feudorum distinctio.
Feudum †quoddam est eccle-
siasticum, & quoddam secu-
lare. & colligitur in lib. feu.
de his qui feu. da. pos. in prin.
&, qui successores teneantur. item, epi-
scopum vel abbatem feu. dare posse. in
prin. & hic potest esse titulus, qui succes-
sores teneantur. & de ali. feu. §. inde po-
test. &, si de inuesti. inter do. & vasal. lis
ori. c. j. in fi. & de contro. inter vasal. &
episcopum. c. vno. ¶Et post constitutio-
2 nem † Vrbani Papæ, persona ecclesiastica
non potest dare in feudum rem ecclesia-
sticam, nisi antiquitus fuerit cōsuetum.
vt, de his qui feu. da. pos. in prin. &, epi-
scopum vel abbatē. in prin. ¶Item, per-
sona † ecclesiastica potest facere inuesti- 3
turam nouam de re ecclesiæ sine paribus,
dato, quòd eos habeat. vt, si de inuesti. in-
ter do. & vasal. lis oriatur. §. fi.

SECVNDA distinctio. Feudum,
aliud †paternū, & aliud nouum. colligi- 4
tur, de his qui feu. da. pos. §. cū verò. Itē,
de feu. suc. Item, de contentione inter me
& do. de portione feudi fratris mei. Itē,
de feudo marchiæ in fi. Itē, de inuestitura
in mari. fac. Item, de successs. frat. vel gra-
dibus succedendi in feu. c. j. & ij. Item, de
natu. suc. feu. Et est paternū, †quod à su- 5
perioribus fuit acquisitum: vt ibi. & fuit
eius parentis, qui fuit illius agnationis
communis: vt de succes. frat. vel gra. suc.
in feu. c. j. §. his verò.

TERTIA distinctio. Feudū, aliud
† paternū, aliud fœmineum siue mater- 6
nū. colligitur in lib. feu. an maritus suc-
cedat vxori in beneficium. Et in feu-
do †materno seu fœmineo, succedit fili- 7
us de æquitate. vt ibi. filia verò non suc-
cedit, nisi ex pacto. vt de feu. fœ. c. vno. &
facit, de natura succes. feu. c. vno.

QVARTA distinctio. Feudū, †aliud 8
est perpetuū, & aliud est ad vitā, & aliud
annale. ¶Perpetuum †est, quod transit ad 9
successores. quod est regulare, ꝙ transeat
ad liberos masculos in infinitū. vt, de his
qui feu. da. pos. §. hoc aūt notandum siue
sit feudū antiquum, siue nouum. sed no-
uum non transit ad agnatos. sed antiquū
sic. vt, de suc. feu. c. j. §. his verò.

¶Ad vitā †accipiētis, est feudū Comi- 10
tatus, & Ducatus. vt in lib. feu. de feudo
march. in prin. licèt sit aliud hodiè. vt de
alie. feu. in fi. ¶Item, si vsusfructus datus
fuerit in feudū. arg. Insti. de vsufr. §. fini-
tur. ¶Idem in vsu & habitatione infeu-
datis. vt ar. Insti. de vsu & habita. in prin.
& C. de vsufr. l. habitatio. ¶Itē, ad vitam
accipientis est, si concessum fuerit alicui
in feudū ius pascharíādi, vel bóscitandi,
seu ligna accipiendi de nemore, & sic de
similibus. ar. ff. de leg. iij. l. apud Iulianū.
aliâs, Aphricanus. §. si quis alicui. nisi ad
vtilitatē prædij esset concessum. quia tūc
esset seruitus prædialis, & perpetua. vt
ibi no. & etiā tunc esset feudū perpetuū.

Seruitus enim potest dari in feudũ.vt in lib.feudo.de feu.cog.c.fi.&,de fratribus de nouo benefi.inuestitis.c.j. ¶Itẽ,ad vitam accipientis est,si dñs,pares habẽs,inuestiturã fecerit de nouo feudo sine paribus.vt qui.mo.feu.constitui potest.c.j.& de cõsuetu.recti feu.c.j.sed in veteri inuestitura,possunt esse alij testes, & valet, excepta fœmina, q̃ non potest esse ibi testis.vt in lib.feu.qui testes sunt necessarij ad nouã inuestiturã proban.c.vno. ¶Item,ad vitam dantis & accipientis,est feudũ soldatæ.vt, quis dicatur dux.§.fi. ¶Item feudũ cameræ & cauenæ,eadẽ ratione.vt,de feu.cog.§.ij.&,de notis feu. sed illud ibi non inueni. ¶Item,ad vitam dãtis & accipiẽtis est,si aliquid annuum, vel diurnum, datum fuerit in feudũ. & rectè,eadem ratione.vt ar.ff.de annu.leg. l.in singulos.licèt sit arg.cõtrà ff.de verbo.ob.l.si Stichum.§.j.& quod not.C.
11 de donat.l.si quis argentum.§.sin autem donator.

¶Annale feudũ,† est feudũ guardię & castaldiæ.vt de feu.guar.in princip.& de conten.inter do.& vasal.de inue.in fine.

12 QVINTA distinctio. Feudũ † aliud est cũ dignitate,&aliud cum paragio, &aliud plebeium & sine paragio. ¶Cum
13 dignitate † est feudum Marchię,& Comitatus.vt de alie.feu.in fi.&, de feu.marchiæ.in prin.Et tale feudũ dicitur à quibusdam feudum honoratum, & nobile.
14 & tales vasalli,& etiã omnes † alij administratores dignitatẽ secularem habẽtes, sunt excõmunicati, si ter admoniti non faciant iustitiam clericis. vt xxiij.q.v.c.
15 administratores. ¶Cum paragio † est feudum aliud,dũ tamen sit ab antiquis temporibus obtentum.vt quis dicatur dux.
16 §.cæteri.à contrario sensu. ¶Plebeiũ † est feudum,non habens dignitatẽ,nec est ab antiquis temporibus.vt ibidem.sic ergo & soldata. &c.

17 SEXTA distinctio. Feudum † aliud diuisibile,&aliud indiuisibile. ¶Diuisibile est omne feudũ regulariter. vt, si de feu.defun.contro.fu.c.omnes.&, de na. succes.feu.c.vno. ¶Indiuisibile est feudũ Ducatus, Marchiæ & Comitatus. vt in

Sequitur Guido Pa. pe.q.476

consti.imperialem.§.præterea ducatus. *in decis.*
Hodiè, si † contingeret talia feuda diuidi, vel vniri, qualiter fieri posset, habetur ar. C.de metropol.Beryt.l.vna.cum ibi notatis.lib.xj. 18

SEPTIMA distinctio. Feudum, † aliud est liberum,simplex & indeterminatum: & aliud est conditionatum. Hæc distinctio colligitur,quib.mo.feu.amit. in fi.&,quid sit inuestitu.§.pen.&, si de feu.defuncti controuer.fue.c.vasallus si feudum. ¶In primo † membro, scilicet quãdo feudum est indeterminatum, potest vasallus refutare feudum.vt, de vasal.qui contra constit.Lotha.regis.c. j.Sed in secundo membro, cùm feudum est cõditionatum ad certum seruitium, s.ad aliquid certum expressè dandum, vel faciendum: tunc non potest feudum refutare, inuito domino. vt no.de capita.qui curiam vendidit.c.fi. ¶Item, in † primo tenetur seruire vasallus.& fortè pro valore feudi.arg.de pa.iura.fir.§.fi. Sed in secũdo membro, s.cùm feudum est conditionatum ad certum seruitium, non tenetur in alio vasallus seruire, nisi fuerit dictum.vt,de capi.qui cu.vendi. c.fi. Iuxta illud: Qui de vno dicit,de alio negat. Quandiu autem † vasallus est impubes, ipse seruit per alium, si vult, sed non cogitur.vt,si de feu.defunct.controuer.fue.c.si minori.& c.seq. Si autẽ † vasallus sit pubes, ipse debet seruire, per se, vel per alium, si vult, acceptabilem tamen domino. vt ibi no.& facit d.constit.imperialem.§.firmiter.nisi expressè conuenisset seruire per se.vt ar.ff.de solu.l.inter artifices.sed & tunc necessitas posset eum excusare,dũ tamen seruiret per alium.vt ar.ff.de polli.l.de pollicitationibus. Vel nisi facti natura esset talis, quòd per alium non posset explicari: vt ducere vxorem filiam domini, quandocunque cõtingeret eum nubere. vt C.de caduc.tol.l.vna.§.si verò talis tunc etiam necessitas excusaret eũ omnimodo. ¶Dignitas † autem magna superueniens vasallo,excusaret eum in prædicto casu illius matrimonij. Item, & ab omni seruitio,quod impendere esset sibi dede- 19 20 21 22 23 24

dedecus seu inconueniens, inspecta dignitate posteà acquisita. ar. ff. de ope.liber.l. interdum. &,de arbi. l. non distinguemus.§.sacerdotio.verbi gratia. Si vasallus deberet ex pacto associare vxorem domini,quolibet die Dominico,cùm iret ad ecclesiam, vel associare dominum, & ire retro eum,vel ante, cum virga in manu. si enim vasallus efficeretur posteà Comes,vel Rex,illud facere,esset oppro-
25 brium dignitati suæ. Ab alijs † autē seruitijs, in quibus potest interesse domini pecunialiter,vel non est opprobrium vasallo,ipse non est liberatus.dignitas enim vasalli non debet damnificare dominum. ar.C.de statuis & imagi.l.fi.C.de nupt.l. si libertam. sed debet seruire, si vult retinere feudum. Sic & si vasallus efficiatur
26 † clericus, si vult retinere feudum,oportebit, quòd seruiat saltem per alium. vt no.
27 de feu. fœ. in fi. ¶ Seruire ergo † tenetur regulariter omnis vasallus.quia propter seruitium datur feudū. vt qui. mo. feu. amit.in fi. & de feu.sine culpa non amit.
28 c.j. & si reditus † feudi non sufficiunt, fortè ad sequendum dominum cum armis,cùm dominus opus habet, tunc dominus debebit ei supplere, vnde faciat sumptus.ar.ff.de an.leg.l.Mæuia.§.vxo-
29 re. Item, nedum seruire † tenetur vasallus,immò & dominum suum inopem factum alere debet,vel amittet feudum.ar. quæ fuit pri.cau.benefi.amit.in fi.& ff.de libe.agno.l.alimenta.in prin.§.j.& C.de reuocandis do.l. fi.nisi vasallus acquisiuisset feudum pro pecunia: quia tunc non esset ibi tanta liberalitas.Nec dico,
30 quòd in aliquo † feudo sit mera liberalitas,immò datio in feudum habet titulum onerosum. vt in lib. feu.qui.mo.feu. amit.in fi. datur etiā ob causam. vt de feu. sine culpa non amit.c.j.vasallus enim loco emptoris habetur. vt notat Azo in Summa sua, C. de euic. vers. emphyteutam.Licèt faciat contrà, ad prædicta, id, quod no.de capi.qui cu.ven.c.fi.

31 OCTAVA distinctio. Feudum † aliquod rectum & verum : & aliud, quod non habet propriam feudi naturam. ¶ In
32 recto † feudo fœmina non succedit. vt no.de alie.feu.c.& si clientulus. Item, acquiritur † inuestitura,vel successione. vt 33
de consuetu.recti feu.c.j. in prin. & mittitur, vt debet,& habet ea, quæ feudum habere debet. ¶ Econtrà verò, dicitur feudum non habere † propriam naturam 34
feudi, scilicet si fœmina succedit ex pacto.vt,quid sit inuestitura.§.fin. vel cùm pactum tale ibi sit, per quod feudū possit effici non feudum. vt, de feu. non habente propriam feu.natu.c.vno.

NONA distinctio. Feudum † aliud 35
cum sacramento fidelitatis,& aliud non. & colligitur, qualit. dom. propriet. feudi priuetur.c. vno. in fi. & per quos fiat inuesti.§. finali. ¶ Est autem † omne feu- 36
dum cum iuramento fidelitatis, nisi eo pacto acquisitum sit, vt sine iuramento habeatur. vt ibi. Attamen, siue sit feudum cum iuramento, siue non, semper vasallus debet esse fidelis domino, aliàs amitteret feudum ex causis prædictis superiùs,quæ indistinctè debent intelligi. Videmus enim,quòd licèt dominus † non iu- 37
ret fidelitatem vasallo, tamen & fidelitatem ei debet. vt, de forma fideli. in fi. & xxij.q. v.de forma. & si committat feloniam contra vasallum, dicitur infidelis. & facit,quod no.de alie.feudi paterni. in c.non est consuetudo. ¶ Vasallus † tamen, 38
qui fidelitatem non iurat, non habetur pro pari. nec eligitur super cognitione feudi inter alios pares. vt, de contro. feu.apud pares termi. c. j. Et est notandum, quòd est quoddam † aliud sacra- 39
mentum, quod non præstatur ratione alicuius feudi, sed quia subditi debent iurare fidelitatem illi, sub cuius iurisdictione sunt.vt,qualiter vasal.iurare debe.fidelit.c. vno. & facit ff. de reg.iur. l. non videntur.§.j.

ITEM potest formari prædicta nona distinctio, vt sequitur. Feudum, aliud † est cum sola fidelitate, siue iurata, siue 40
non iurata. Aliud est cum fidelitate, & homagio simpliciter expressato. Aliud est cū homagio ligio. Colligitur, quantum ad fidelitatem, vt statim dictum est. Item, quantum ad homagium, probatur, quia ita inuenitur quandoque factum in

antiquis recognitionibus aliquorum
feudorum. & facit extrà de supplen. negli.
præla. c. grandi. in vj. & C. de præscript.
xxx. anno. l. omnes. in fine.

¶ Circa quod homagium est notan-
41 dum, quòd emphyteuta † meus, dicitur
vulgariter homo meus. & hoc solùm di-
citur, quia tenetur mihi ad annuam præ-
stationem, nec potest liberè rem emphy-
teuticariam alienare. & quia res po-
test cadere in commissum. Item, eodem
42 modo & vasallus † meus, vulgò seu vul-
gariter dicitur homo meus, licèt homa-
gium mihi non fecerit expressè. & hoc
dicitur solùm propter aliqua, ad quæ est
mihi astrictus, & quæ si non obseruaret,
amitteret feudum. de quibus dictum est
43 suprà. ¶ Item, aliquando vasallus † facit
expressum homagium, vt in prædicta di-
stinctione dicitur. verbi gratia: Venit mi-
les ad Comitem, & dicit ita: Domine mi,
ego successi patri meo in tali castro, quod
tenebat à vobis in feudum, & sub homa-
gio, peto à vobis, quòd de dicto castro
inuestiatis me, & ego polliceor vobis
posteà præstare iuramentum fidelitatis.
Et tūc Comes dicet ita: Et nos per tradi-
tionem harum chirothecarum inuesti-
mus te de dicto castro, saluo iure nostro,
& iure quolibet alieno. Et tunc miles di-
cet ita: Et ego talis miles recognosco me
tenere, & prædecessores meos tenuisse di-
ctum castrum à vobis in feudum, domi-
ne Comes, & à prædecessoribus vestris. &
ad sancta Dei Euangelia, quæ tenetis in
manibus vestris, & quæ ego corporaliter
manibus meis tango, iuro, quòd ero vo-
bis fidelis abhinc in antea. & prædictum
iuramentum fidelitatis vobis præsto,
cum omnibus capitulis suis, prout con-
tinetur vicesimasecunda quæstione quin-
ta, c. de forma. & pro dicto castro vobis
homagium facio. In prædicto autem iu-
ramento dominum Imperatorem exci-
pio nominatim. Quibus peractis, Comes
44 † dictum militem, sic, vt dictum est, inue-
stitum abusiua inuestitione, tenebitur in
vacuam possessionem naturalem mitte-
re. vt in lib. feu. de noua fidelit. for. in fi.
nisi miles iam haberet eam : quia frustra
esset eum mittere in possessionem. ar. In-
sti. de rerum diui. §. interdum. ¶ Cautè
dixit Comes, saluo † iure nostro : scilicet 45
vt si non videatur remittere ius suum, si
iam vasallus meruerat feudum amittere.
arg. ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. l. si
debitor. §. j. Idem expedit dicere, quan-
do dominus consentit vasallo in aliena-
tione feudi. vt dicitur infrà, in duodeci-
ma distinctione, in fine. ¶ Item cautè di-
citur, iure † quolibet alieno : scilicet ne 46
dominus teneatur de euictione, de qua si-
ne dubio tenetur. vt in lib. feu. de inuesti.
de re. alie. facta. in prin. & no. do. Azo in
Summa sua, C. de euictio. §. emphyteu-
tam. etiam inuestitura facta de feudo ve-
teri: cùm super hoc alicubi non distin-
guatur. & facit, si de feu. vasallus ab ali-
quo interpellatus fuerit. c. j. ¶ Sed quid
importabit † homagium ita expressè fa- 47
ctum ? Et credo, quòd parum, aut nihil
vltra qualitatem seu propriam naturam
illius feudi, pro quo factum est. Nec enim
talis miles vasallus poterit dici homo il-
lius Comitis, in aliquo genere homi-
num, de quibus habetur C. de agri. & cen-
si. quasi per totum, & de quibus no. ibi in
rub. lib. xj. quia hoc non est lege cautum,
nec etiam in patria ista aliqua consuetu-
dine fulcitur. immò talis vasallus reue-
ra, nec conditionem suam, nec libero-
rum suorum, nec naturam seu qualita-
tem illius feudi, per tale homagium im-
mutat. Et in summa, quod vulgò seu
vulgariter dicebatur, & dicitur, videtur
solummodo expressisse, nec videtur o-
perari, nisi quòd designat maiorem fami-
liaritatem, & ad ea, ad quæ vasallus tene-
tur, maiorem solicitudinem & magis
promptam obedientiam. Sic & amicus
amico quandoque dicit, Ego sum homo
tuus, & me tuum recognosco. & parum
operatur. iuxta illud quod notatur C. in
quibus causis coloni cen. domi. accus.
pos. l. ij. lib. xj. Credo tamen, quòd si talis
vasallus committeret feloniam in perso-
nam domini, magis imputaretur ei ad
offensam : & dominus esset per pares
ad remittendum tardiùs inducendus,
& dominus ad habendam misericor-
diam

diam tardiùs inclinandus.

48 ¶ Homagium ligium † dicitur, quod vasallus facit Imperatori. quia Imperatori iuratur, nullius alterius fidelitate salua: & quia alijs iuratur, salua fidelitate Imperatoris. vt in d. cõsti. imperialem. in fi. & ideo dicunt quidam, quòd tunc non est homagium ligium. Alij dicunt, quòd ligium dicitur, id est, quitum, scilicet quòd nulli alteri fecerit, nec faciet homagium, pro aliquo feudo, nisi illi soli, cui tale homagium facit, & fidelitatem ei iurat. Et sic aliquis vasallus, licèt possit esse homo plurium, & plurium potest esse vasallus, tamen ligius homo non potest dici, si sit homo alicuius. Prædicta verò non probantur aliqua lege, nec hoc clarè per aliquam consuetudinem inue-

49 nitur determinatum. & circa † hoc multi multa & diuersa loquuntur. ¶ Ego tamen vidi, vasallum facere domino homagium simplex, pro vno feudo, & eidem domino ligium, pro alio feudo. Item vidi, vasallum facere vni domino homagium simplex, & alij domino ligium, & pro diuersis feudis. Item vidi, vasallum facere homagium diuersis dominis, & pro diuersis castris. Item illud, quod obseruatur in feudis, quæ sunt sine homagio, tam in alienando, quàm in seruitijs exhibendis, illud idem, & nihil plus, vidi obseruari in feudis quę sunt in homagio, siue simplici, siue ligio.

Vide Guidonem Pape q 310. in decisio.

¶ Item est notandum, quòd quidam videntur scripsisse, quòd eo ipso, quòd aliquis est vasallus, ipse debet facere homagiũ expressè. quod est falsum. ¶ Item

50 scripserunt, quòd vasalli † tenentur conferre domino suo, eunti vel mittenti in exercitum Imperatoris. quod satis potest dici, nisi & ipsi mandati irent, vel mitterent, vel soluerent Imperatori aliquid pro illo exercitu, quia sufficeret semel satisfacere. Idem est dicendum super ex-

51 pensis, quæ † ministrantur Imperatori, per loca, in quibus iter arripuit. nemo enim excusatur. vt C. de sacrosan. eccle. l. neminem. ¶ Item, & multi videntur

52 scripsisse, quòd vasalli possunt † collectari à domino, in quatuor casibus: scilicet, Pro filia maritanda. Item, pro se & filio suo milite faciendo. Item, pro domino capto redimendo. Item, pro terra emenda. Sed illi debuissent dicere, illa esse vera, fortè in Tuscia, vel in Alemania: sed quia illa dicunt indistinctè & generaliter, ideò malè dicunt. Quia vasallus vt vasallus non debet collectari pro prædictis, nisi fuerit præscriptum legitimè. & tunc siquidem fuerit præscriptum, teneatur & obseruetur in suis finibus, nec in aliquo debebit ampliari. ar. ff. de leg. l. quod verò contra. & de itine. actuq; priua. l. j. §. Iulianus. & de pub. vec. commiss. l. licitatio. §. earum rerum. & C. de agri. & cen. l. cùm satis. §. caueant. lib. xj. Sed quod dicunt de domino † capto, est verum, 53 quòd vasallus debet resistere & iuuare, ne dominus capiatur mala captione: & si captus fuerit, ne occidatur. aliàs amitteret feudum, vt suprà dictum est. Sed, si captus sit, quia non soluit, quod debet: vel fortè obligauit se cum iuramento ad carcerem, si non solueret, certè vasallus non tenetur eum redimere vel liberare. vt in lib. feu. si de feu. defuncti cõtrouersia fue. int. do. & ag. vasal. c. licèt vasallus. & de alie. feu paterni. c. fi.

Vide Guidonem Pape decisione 57.

DECIMA distinctio. Feudum aliud † est nobile seu honoratum, & aliud igno- 54 bile. ¶ Sed in nobili feudo seu honorato triplex est gradus: Quia quoddam potest dici valde nobile seu valde honoratum, & descensiuè quoddam magis, item & quoddam minùs. & quodlibet illorum dicitur nobile seu honoratum feudum, licèt secundùm magis & minùs. Feudum † valde nobile honoratum po- 55 test dici, feudum Comitatus, & similia feuda, quæ à Principe dantur cum dignitate & honore. & tales vasalli dicuntur regis seu regni capitanei. Feudum † ma- 56 gis nobile seu magis honoratum descensiuè potest dici, feudum quod datur à Comite, vel ab alijs similibus. & tales vasalli dicuntur propriè regis valuasores seu maiores valuasores. sed & hodiè tales appellantur capitanei, licèt impropriè. Feudum minùs † nobile seu minùs ho- 57 noratum potest dici, feudum illud, quod datur

datur ab illis, qui à Comite, vel à similibus feudum acceperunt. & tales vasalli dicuntur minores valuasores. ¶Sed feu-
58 dum† ignobile, potest dici illud feudum, quod impenditur ab illis minoribus valuasoribus, vel ab alijs inferioribus. & tales vasalli dicuntur valuasores. ¶Et præ-
59 dicta distinctio videtur multùm † concernere personas dantium ipsa feuda: vt sic, si Princeps det feudum rustico, illud feudum poterit dici valde nobile seu honoratum. & si minor valuasor, vel alter quidam inferior, fortè burgensis, vel rusticus, det aliquod feudum Comiti, feudum illud poterit dici ignobile. Prædi-
60 cta† autem distinctio videtur extrahi de lib. feu. de his qui feu. da. pos. circa prin. &, de natu. feu. c. j. &, de feu. da. mini. valua. c. j. & ij. &, quis dica. dux. c. vno. Sed potest dici, quòd illa distinctio clarè non est ibi, nec alibi in lib. feu. scilicet quòd aliquod feudum sit nobile, & quoddam ignobile: sed bene habetur ibi, quòd
61 quatuor sunt † genera feudatariorum per ordinem quendam. Primum genus est eorum, qui vocantur regis capitanei. Secundum genus est, qui dicuntur maiores valuasores. Tertium genus est eorum, qui dicuntur minores valuasores. Quartum genus est eorũ, qui vocantur minimi valuasores, ꝑut statim declaratũ est, secundùm personas dantiũ feuda.

VNDECIMA distinctio. Feudum,
62 † cùm amittitur, quandoque amittitur culpa tenentis feudum: & quandoque culpa tenentis, & alterius: quandoque
63 culpa alterius tantùm. Et quando† amittitur sine culpa tenentis, vasallus non amittit feudum regulariter: vt apparet ex
64 superioribus. Culpa tenentis† & alterius amittitur: vt si filius vasalli offenderit dominum, & vasallus à domino requisitus filium ad emendam non adduxit, vel saltem à se non separauit. & idem de quolibet vasallo domestico. vt in d. constitu. imperialem. §. insuper si filius. Idem in quodam alio casu in d. constitu.
65 imperialẽ. §. illud quoque. Culpa † alterius tantùm amittitur, si vasallus aliũ fecit vasallum, & primus vasallus culpam committat erga dominum. quia tunc secundus vasallus tenens feudum ipsum amittit sine culpa sua: nam resoluto iure donatoris, scilicet primi vasalli, resoluitur ius acceptoris, id est, secundi vasalli. vt in lib. feu. de inuesti. de re alie. facta. §. fi. &, qui. mo. feu. amit. §. rursus. Sed si-
ne culpa † amittitur, si dominus rem in- 66
feudatam de suo proprio allodio, eam det ecclesiæ. vt de pa. iura. fir. aliàs tit. de allodijs. §. si verò contigerit. Sed in isto casu & in præcedenti, ille amittens sic feudum, debebit habere emendam seu interesse suum ab eo, ex cuius facto feudum amittit.

DVODECIMA distinctio. Feudum, † cùm amittitur, quandoque redit 67
ad dominum perpetuò: & quandoque ad vitam perdentis: & quandoque non redit ad dominum. ¶ Perpetuò redit † ad 68
dominum, spretis filijs & agnatis, si infra tempus legitimum inuestitura non fuit petita. vt in d. consti. imperialem. §. præterea si quis infeudatus. vel si vasallus requisitus non adiuuit dominum, euntem Romam, pro coronatione Imperatoris. vt de pa. iura. fir. aliàs tit. de allodijs. §. fi. vel si vasallus cucurbitauit dominum suum, vel culpam commisit in personam domini, perpetuò redit ad dominum: vt dominus suæ iniuriæ habeat vltionem. vt, quæ fuit pri. cau. benefi. amit. §. denique. ¶ Ad vitam perdentis † tantùm re- 69
dit feudum ad dominum, si vasallus perdens est episcopus, vel alia persona ecclesiastica, ratione suæ ecclesiæ infeudata. vt de cap. Corra. §. fi. ¶ Non redit ad dominum † feudum, sed venit ad agnatos, & 70
non ad filios, si vasallus proditor, non erga dominum, & ita in curia stare non potest. vt, quib. mo. feu. amit. §. item si fratrem. &, quæ fuit pri. cau. benefi. amit. §. denique. &, si vasal. feudo priuetur, cui de. c. vno. &, si de feu. defunc. contro. fue. inter dom. & ag. vasal. c. si vasallus culpam. &, an ille qui interfe. fratrem domini sui. c. j. Si autem † non deliquit vasal- 71
lus in dominum, sed aliàs fortè hominem interfecit, non tamen proditionaliter, tunc non amittit feudum. vt ibi. Sed

si tunc

si tunc propter homicidiũ condemnaretur vasallus per suum iudicem, & amitteret bona, tunc venirent agnati, si feudum erat antiquum. Nec enim fiscus vel extraneus succedit in feudum. Feudum enim venit ex principali prouidentia, & à maioribus, non ex successione in alijs bonis. vt no. in lib. feu. an agna. vel filius defuncti. c. j. fiscus autem hæres est extraneus. vt C. de bo. liber. l. j. Filij etiam & alij descendentes fortè venirent vsque ad tertium gradum: sicut ad alia bona, per auth. bona damnatorum. C. de bo. proscrip. sed vltra tertium gradum non, sicut nec ad alia bona. sed veniret tunc dominus vel agnati. & sic deterioris conditionis sunt in hoc filij, quàm agnati. vt & aliàs, si vasal. feu. priuetur. c. vno. &, an agnatus vel filius defunc. c. vno. Item a-
72 mittitur † feudum, & non redit ad dominum, sed ad filios & agnatos, si est paternum, scilicet si vasallus efficiatur mona-
73 chus. vt de vasal. mili. qui arma belli. deposuit. c. j. Item, amittitur † feudum, si sine domini voluntate alienetur. vt in d. constitu. imperialem. §. callidis. & si est nouum feudum, redit ad dominum: sed si est antiquum, redit ad agnatos. vt nota. in lib. feudo. de feudi succes. §. j. Vel potest dici aliter, scilicet quòd si vasallus alienet feudum antiquum sine voluntate domini, si ille vasallus habeat filium, tunc agnatus reuocat feudum, precio reddito, etiam inuito alienatore: Sed si vasallus non habet filium, tunc agnatus reuocat feudum mortuo alienatore, precio non reddito. vt, si de feu. defuncti controuer. fue. inter dom. & ag. vasal. c. Titius filios. Vel fortè potest dici, & melius, quòd indistinctè reuertatur feudum ad dominum, alienatione facta sine voluntate domini, cùm hoc indistinctè dicat d. constitutio imperialem. §. callidis. &, quæ fuit prima causa beneficij amitten. §. fin. Si autem velit vasallus alienare cum voluntate domini, satis credo, quòd dominus possit retinere rem, pro eodem precio, ad instar emphyteusis, fortè tamen pximior agnatus præfertur pro æquali precio, si esset feudum antiquum. arg. quali. olim poterat feu. alie. §. porrò. &, per quos fiat inuesti §. sed etiam res. & de alie. feu. pa. c. j. Inter agnatos fortè alienatio permittitur, quia non videtur alienatio, sed quasi refutatio. vt ibi. Et est notandum, quòd si dominus † concedat vasallo simpliciter, vt vendat 74 rem, quam tenet ab eo in feudum, nulla mentione facta de feudo, dominus amittit totum ius suum, si secuta fuerit venditio & traditio: secus, si dixerit, quòd vendat feudum, vel quòd res vendatur, Saluo iure suo. arg. quid iuris sit, si post alienatio. feu. vasal. illud recuperet. c. j. & de feudo non habente propriam naturam. c. j. & facit, si de feudo defuncti controuersia fuerit inter dominum & agnatos vasalli. c. penul.

Quid autẽ, alienatione feudi sub conditione, vel die incerto facta? Vide Guidonem Papæ consil. 58.

TERTIADECIMA distinctio. Feudum, † cùm amittitur, quandoque a- 75 mittitur ipso iure: & quandoque nō ipso iure, sed per sententiam. ¶ Ipso iure † amit- 76 titur feudum tunc demum, quando vasallus iure prohibente, sine permissione domini, vtile dominium vel quasi, quod habet in re feudali, in alium alienando, quantum in eo est, transfert. licèt enim in alium illud non transferat, ipse tamen verè illud amittit, & redit ad dominum, à quo exiuerat. vt simile † dicitur de vsu- 77 fructuario, Institu. de vsufru. §. item finitur. Est enim vasallus, quasi vsufructuarius. vt, qui. mo. feu. amit. in fi. & proprietas est penès dominum: vt ibi. & de inuestit. de re alie. facta. in fi. Item facit, de lege Corra. c. ij. §. fina. ibi, dum dicit, vt eo ipso feudum amittat. ¶ Per sententiam autem † amittitur feudum, & non 78 ipso iure, in omnibus alijs casibus, in quibus inuenitur, quòd vasallus debeat amittere feudum. vt de feu. sine culpa non amit. c. j. & facit, quo tem. miles inuesti. pete. debeat. c. j. vbi dicitur, damnetur. & non dicitur, damnatus sit. Item facit, si de feu. defuncti controuer. fue. int. dom. & ag. vasal. c. vasallus si feudum. ibi, dum dicit, spoliabitur. & in d. constitu. imperialem. §. insuper. & §. seq. ibi, dum dicit, priuetur. Item facit ad hoc, quia si vasallus recuset facere illud, propter quod

datum fuit feudum, ipse amittit feudum. vt, quæ fuit pri. cau. benefi. amitten. §. sed non est alia iustior. non tamen ipso iure. quod apparet: quia dominus agit tunc condictione ob causam datorum. vt de feu. sine culpa non amit. c. j. Item, cùm dicitur, amittit, vel amittat, vel perdit, in dubio debet intelligi per sententiam. vt C. vnde vi. l. si quis in tantam. & de episco. & cleri. authen. statuimus. Item, amittere feudum, est pœnale. sed minùs est, per sententiam, quàm ipso iure. ergo intelligendum est per sententiam. argu. ff. de pœnis. l. interpretatione. ¶ Sed ad
79 primum † membrum videtur contrà, in d. §. callidis. vbi dicitur, quòd vasallus vendens seu alienans feudum, amittat illud. ergo videretur, per sententiam, per prædictas rationes. Sed dico, quòd venditione seu alienatione vtilis dominij vel quasi per vasallum facta, non oportet venire sententiam super priuando. quia vasallus vendendo & tradendo, satis spoliauit & priuauit se iure suo seu dominio, quod ibi habebat: licèt quod voluit, adimplere nequiuit, iure refragante. Co-
80 lumbus † tamen notauit ibi, quòd licèt vasallo vendente feudum, & transferente ius suum, illud ipso iure reuertatur ad dominum: tamen quantum ad emptorem, non reuertitur ad dominum, nisi per sententiam, vt emptor posteà possit agere de euictione. Sed illa differentia non potest stare: Quia aut reuertetur ipso iure, quantum ad omnes, aut quantum ad nullum. Columbus tamẽ videtur te-
81 nuisse, quòd emptor † non posset agere de euictione, re euicta, per rei vendicationem. Sed est dicendũ, quòd etiam quantum ad emptorem, feudum reuertitur ipso iure ad dominum, non expectata sententia super priuando. nec est magis vera euictio, quàm per actionem in rem, per quam feudũ euinceretur ab emptore.

¶ Et quia de ista distinctione dictum est suprà, in titulo de eadem actione, si agatur contra emptorem. & in titulo de condictione ex lege non scripta, seu de condictione ex moribus. Attamen circa eam dicunt quidam, quòd licèt propter † aliquam feloniam vasallus non amittat 82
feudum ipso iure, tamen si ipse steterit per annum & diem, quòd inuestituram non petierit à domino, ipse ipso iure amittet feudum. Et facit pro eis, quæ fuit pri. cau. benefic. amit. in principio. ibi, dum dicitur, tanquam indignus beneficium amittit. Item in d. constitu. imperialem. §. præterea si quis. ibi, dum dicitur, transacto hoc spatio, beneficium amittat, & ad dominum redeat. Item de capitu. Corra. c. vno. in principio. vbi dicitur, ipsum perdat. Item facit pro eis, quia nihil interest, fiat ipso iure, an per sententiam. argu. ff. de reg. iur. l. nihil interest. Nec enim est expectandum, quod non proficeret. argumento ff. ad Velleianum. l. aliquando. §. fin. Fiat ergo ipso iure, cùm sit breuius. Ex quibus illi dicunt apparere, quòd ibi est conditio, quæ adueniens rem purificat. argumento C. de cadu. tollen. l. vna. §. sin autem. Item, est ibi dies certa, quæ interpellat pro homine. vt C. de contrahen. & commit. stipu. l. magnam. ergo transacto anno & die, vasallus statim eo ipso amittit feudum: nec enim posset posteà purgare moram. vt ff. de acti. & oblig. l. traiectitiæ. §. de illo. non ergo oportet, secundùm eos, expectare aliquam sententiam.

¶ Sed saluo † meliori consilio, credo 83
contrarium, pro eo, quia vasallus non fuit conuictus ex certis culpis vel causis, ipse non amittit beneficium. vt de feu. sine culpa non amit. c. j. Item, licèt in casu nostro certus sit terminus statutus, scilicet annus & dies, ad amittendum feudum, tamen culpa, quæ ibi exigitur ad amittendum, non propter hoc conuicta est, sed posteà conuincenda & declaranda. Oportet enim, quòd vasallus sit maior quatuordecim annis, & quòd sua incuria, vel negligentia, steterit per annum & diem, quòd inuestituram à domino non petierit. vt in d. constitu. imperialem. §. præterea si quis. Item, si dominus sit excommunicatus, vel à rege bannitus, interim vasallus excusatur, nec debet venire coram domino. arg. hîc finitur lex, deinde consue. regni incip. c. vno. circa prin.

prin. ¶ Item, tempus illud, licèt sit cōtinuum, postquàm incepit, tamen vtile est in principio, & demum post scientiam currit: vt not. quo tem. miles inuestitu. pete. de. c. j. super verbo, annum. Ignoranti enim factum alienum, parcitur: vt ff. de iu. & facti igno. l. ij. & iij. & pro suo. l. fi. in fi. C. de tabu. l. generali. lib. x. Item iusta absentia excusat vasallum, & quædam alia: vt, quo tem. miles inuestitu. petere debeat. c. j. Audiatur ergo vasallus, & conuincatur culpa, antequàm amittat feudum. Item facit ad hoc, quia ibi dicitur, quòd vasallus damnetur. & non dicitur, damnatus sit. Item facit eodem titu. c. fin. vbi generaliter dicitur, quòd culpa debet esse conuicta per iudicium parium. Generaliter ergo est intelligendum etiam in casu nostro, & maximè, vt faciat ad titulum, qui de illo tempore ibi loquitur. ¶ Item non obstat, cùm dicitur, quòd dies interpellat pro homine. quia & verum est in nostro casu, quantum ad inducendum moram prima facie, & quòd posteà non possit purgari, si vasallus nullam habeat iustam excusationē: adhuc tamen causa, vel culpa non est conuicta per iudicium. Transitus enim illius anni & diei, non est causa amittendi feudum, nisi & illud tempus haberet debitum principium, & etiam medium inexcusatum: vt apparet ex superioribus. Item, quæ fuit pri. cau. benefi. amit. circa principi. debet intelligi, beneficium amittit, id est, in casu amittendi est. Sic & in alio casu, scilicet de mili. vasal. qui contumax est. c. vno. ibi, dum dicitur, quòd si nec ad tertiam monitionem venerit, hoc ipso feudum amittat. debet intelligi, id est, in casu amittendi sit. Sic &, quæ fuit pri. cau. benefic. amit. §. illud tamen non lateat. ibi, dum dicitur, feudum perdit. intelligitur, id est, perdere potest. & in §. sequenti, beneficium amittit. id est, amittere potest. & in §. sequenti, beneficium perdit, id est, perdere potest, vel à feudo priuari potest. vt ibi satis potest perpendi. Et eodem modo potest intelligi de capi. Corra. c. vno. vbi dicitur, ipsum perdat. Ad argu. l. nihil interest. ff. de reg. iur. dico, quòd intelligitur, quòd nihil interest, an ipso iure, vel per sententiam, vel quo ad effectum: vt ibi no. sic & in casu nostro, vtroque casu amittitur feudum. Sed in dubio, quia pœnale est, restringendum est & mitigandum: vt ff. de pœnis. l. si præses. Mitius aūt est & minùs pœnale per sententiam, quàm ipso iure. ¶ Et potest sic formari libellus.

RVBRICA LXII.

De cōdictione ex moribus, quando feudum est apertum, quòd vasallus infra annum & diem inuestituram non petijt.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex moribus, quando feudum est apertū, quòd vasallus infra annum & diem inuestituram non petijt, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Vasallo mitius est, & minùs pœnale, quòd feudum statim ipso iure non amittat.*

4 *Sententiæ formula in condictione ex moribus, quando feudum est apertum, quòd vasallus infra annum & diem inuestituram non petijt.*

5 *Feudum an ex omnibus causis dicatur aperiri domino, an solùm, quando ipso iure amittitur.*

6 *Imperator dedit castrum in feudum Meuio, deinde Meuius sine fraude dedit illud in feudum Sempronio: quæritur, cuiusmodi ius habeat in dicto castro Meuius primus vasallus. & nu. 8.*

7 *Cessionarius, si actionem cessam cedat alteri, an aliquid actionis ipse retineat.*

9 *Comes dedit militi in feudum quoddam castrum, cum iuribus & pertinentijs suis: quæritur, an videatur ei dedisse iurisdictionem, quam ibi habebat. Et quid, fortalitio, vel quadam domo castri, datis in feudum,*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm Titius pater dicti Rei teneret in feudum, à dicto Actore, turrim de Bilho, sitam in Monte Pessulano, dictus Reus, dicto patre suo mortuo, stetit per annum & diem, quòd inuestituram dicti feudi, fidelitatem pollicendo, à dicto Actore non petijt. Vnde, cùm propter hoc feudum fuerit apertum dicto Actori, intantum, quòd dictus Reus debet meritò priuari dicto feudo, & ipsum dicto Actori restituere, agit dictus Actor contra dictum Reum, vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum fore priuandum dicto feudo, tanquam ingratum, per vestram sententiam declaretis. & etiam ipsum dicto feudo per eandem sententiam priuetis. & eum nihilominùs, vt dictam turrim dicto Actori restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

¶Proba-

2 ¶Probatur † quo tempo. miles inuesti.petę.debe.c.j.in fi.vbi dicitur, damnetur. Item in d. constitu. imperialem. §. præterea si quis. vbi dicitur, feudū amittat. ergo per sententiam. vt simile notatur de verbo, amittat, C. vnde vi. l. si quis in tantam. Itē probatur: quia odia sunt restringenda. vt ff. de liber. & posthu. l. cùm quidam. & pœnæ sunt molliendæ: vt ff. de pœnis. l. interpretatiōe. Est enim
3 † mitius vasallo, & minùs pœnale, quòd feudum nō amittat statim ipso iure, fortè etiam propter fructus. ¶ Item posset formari libellus, vt duo præcedētes formati sunt, & benè, vt credo.

SENTENTIA.

4 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Reum tanquam ingratum fore priuandū dicto feudo, & eum dicto feudo per eandem sententiam priuamus. & nihilominùs condemnamus eum, vt dictā turrim dicto Actori restituat &c.

¶ Quæritur, an ex omnibus causis feu-
5 dum † dicatur aperiri domino, an solùm, quando ipso iure amittitur? Dico, quòd siue ipso iure, siue per sentētiam, feudum ad dominum reuertatur, semper potest dici feudum aperiri seu esse apertū domino, ipso iure. vt per alienationem: vt in lib. feu. de controuer. inter domi. & empto. c. j. &, quid iuris sit, si post alie. c. j. & de feu. fœ. c. j. in glo. Item, si per mortem vasalli ad dominum ipso iure reuertatur. vt, apud quem vel quos controuer. feu. diffi. c. j. & si de feu. defuncti controuer. fue. inter do. & ag vas. c. moribus. & de lege Corra. c. ij. in fi. & de cle. qui inuestitu. fa. c. vno. & ibi etiam potest intelligi, quando per sententiam reuertitur. Itē, & agnatis dicitur feudum aperiri, quasi per successionem: vt, si vas. feu. priua. cui de. c. vno. Itē, & cùm feudum reuertitur ad dominum per sententiam, dicitur sibi feudum aperiri: vt, an ille qui interfecit frat. do. sui. c. j. & de controuer. inter vasal. & alium de beneficio. c. vno.

¶ Imperator † dedit castrum in feudum Mæuio, deinde Mæuius sine fraude dedit illud in feudum Sempronio. Quæritur, cuiusmodi ius habeat in dicto castro Męuius primus vasallus? Videretur dicendum de iure feudorum malè composito, quòd Mæuius primus vasallus habeat in dicto castro vtile dominiū, respectu habito ad Imperatorē: sed respectu habito ad Sempronium secundū vasallum, habeat directum dominium: vt fiat sic appellatio seu argumentatio de tanquam. de quo habetur ff. soluto matri. l. si verò. §. item quicquid. vel de quasi: vt ff. de adopti. l. si paterfamiliâs. §. j. 6

Sed hoc non patitur ratio, quòd idem habeat directum & vtile dominiū eiusdem rei, licèt diuersis respectibus. Sed est dicendū, quòd ille Mæuius, nec aliquam possessionem, nec aliquod dominiū habet in dicto castro: vt & simile notatur de emphyteuta, qui rem dedit seu vendidit alteri in emphyteusim, C. de iure emphyt. Sic etiam † dicitur de eo, cui cessa est actio, quia si eam cedat alteri, ipse nihil actionis retinet. iuxta id, quod notatur ff. ad Trebel. l. ex asse. & facit, quod notatur C. vti possidetis. l. vna. in fi. Dico † tamē, quòd licèt ille Mæuius primus vasallus nō habeat aliquod dominium, nec vtile, nec directum illius castri: habet tamen in eo, ex quadam vulgari & communi approbatione, quoddam ius, quod in aliquibus habet vim & instar & quasi effectum directi dominij, & in quibusdā vtilis, diuersis respectibus. Et videantur circa hoc quædam alia, quæ dicta sunt in secundo libello, in quæstione ibi posita. 7 8

¶ Comes † dedit militi in feudū quoddam castrum, cum iuribus & pertinentijs suis. quæritur, an videatur ei dedisse iurisdictionem, quam ibi habebat? Et est dicendum, quòd sic: quia indistinctè dixit, cum iuribus. ergo &c. Item, quia iurisdictio multùm cōcernit territorium: vt ff. de iurisdic. om. iudi. l. fi. & de ver. sig. l. pupillus. §. territorium. Item, cùm quæritur, cuius est illud castrum vel villa? certè secundùm vulgarem modum 9

significandi & intelligendi, potissimè videtur quæri, cuius est iurisdictio castri vel villæ: ergo sic subaudiatur: vt arg. ff. de fundo instru. l. cùm de lanionis. §. asinam molendinariam. in fi. & est iuncta in glo. ff. de offi. præ. vr. l. j. §. cùm vrbem. & facit ff. de ser. ru. præ. l. pecoris. & de acqui. re. do. l. traditio. §. j. Fortalitio † tamen castri, vel quadã domo dicti castri, datis in feudũ, cum iuribus & pertinentijs suis, non videtur data iurisdictio: nisi fortè ibi Comes consueuit ius reddere semper, & non alibi in castro, vel eius mandamento, per iura superiùs allegata. Licèt sit contrà, de capita. qui curiã ven. c. j. Sed quod ibi statuitur, est absq; omni ratione. Et quando iurisdictio data est, vel dari videtur in feudum, dictus Comes remanet dominus directus, & maior seu superior in castro & eius iurisdictione, ratione directi dominij, quod habebat in eis. Potest ergo probabiliter dici, quòd ad eum † appellationes primæ debeant deuolui. ad superiorẽ enim immediatum appellatur: vt ff. de appel. l. j. §. si quis in appellatione. cum similibus. & hoc videtur per Innocent. extrà de iudicijs. c. cæterùm. Idem si à defectu seu à denegatione iuris supplicetur. Item, eadem ratione & maiori, vasallus, & eius vxor, & quidam alij, quibus ius dicere vasallus non debet: de quibus habetur ff. de iuri. om. iudi. l. qui iurisdictioni præest. remanent & sunt sub foro & iurisdictione dicti Comitis, qui iurisdictionem vasallo infeudauit, & cognoscet, & dicet eis ius, infra eam, vbi aliàs consueuerat alijs dicere ius, antequàm castrum dedisset in feudũ. arg. ff. de iudi. l. si locus. Cognitionem † enim illam Comes nõ videtur transtulisse, nec transferre potuisse in vasallum non capacem, per l. illam, qui iurisdictioni præest. & sic, quia nõ transtulit, non amisit eã. ¶Et in summa, si Comes † dederit castrum in feudum militi, in dubio videtur ei iurisdictionem dedisse in feudum. & sic Comes † plura iura habet in dicto castro. Primò, directũ dominium, & ciuilem possessionem. Secundò, habet ibi appellationes, & effectum

10
11
12
13
14

Vide Guidonẽ Papæ q. 518. & q. 551. nu 4. in decisionib.

iuris. Tertiò habet ibi, vt cognoscat, & ius dicat vasallo & eius vxori &c. Quartò habet ibi, quia vasallus est sibi astrictus sacramento fidelitatis, cum omnibus suis capitulis. licèt in hoc quarto, Comes debeat reddere vicem vasallo.

Secus, si Comes vendidisset castrum dicto militi: quia nihil tunc in castro retinuisse videretur. & sic nec appellationes. Attamen in casu, in quo venderetur castrũ † simpliciter, ex precio posset haberi coniectura, an iurisdictio esset vendita, si de ea dubitaretur. argu. ff. de lega. iij. l. Titius. & l. sequenti. & de reb. dub. l. vtrùm. §. fi. & meliùs ff. de regu. iur. l. semper in stipulationib. & l. in obscuris. 15

¶Nunc circa secundam, & quartam distinctiones feudorum suprà positas, est notandum, quòd in feudis, † in quibus est successio, si vasallus moriatur, habens plures, qui in feudo sibi debeãt succedere, illi succedent ei in portiones debitas eis, s. quidam in capita, & quidã in stirpem. nec aliqua ordinatio facta per defunctum inter eos valebit: vt de feu. suc. c. vno. in princ. sed postmodum illi successores poterũt inter se diuidere feudum, ità quòd quilibet habeat partem suam pro diuiso: vt in d. constitu. imperialem. §. prætereà ducatus. vel vnus poterit habere totum feudum ex diuisione: vt, si de feu. defunct. controuer. fuerit inter dom. & agn. vasal. c. omnes. & de natu. suc. feu. c. vno. ¶Et si ad vnum solum perueniat feudum: tunc ille solus petet inuestituram, & tenebitur iurare fidelitatem domino. sed si ad plures vasallos perueniat feudum: tunc quilibet tenebitur iurare domino. vt, si de feu. defuncti controuer. fue. inter dom. & agn. vasal. c. omnes. Sed è contrariò, si vnus sit † vasallus, & dominus habeat plures hæredes: tunc vasallus non tenebitur iurare fidelitatem, nisi vni de hæredibus domini: quia nullus pro vno feudo cogitur habere nisi vnum dominium: vt in d. constitut. imperialem. §. prætereà. ducatus. licèt contrarium notetur ff. de vsufruc. l. si vsusfructus legatus sit. §. j. scilicet quòd cuilibet hæredum domini insolidum

16
17

dum præstandum est iuramentum.

¶ Item est notādum, quòd in feudis,
18 in quibus † est successio, si non extantibus descendentibus, ad proximiorem agnatum delata fuerit hæreditas vasalli, tunc ille agnatus poterit repudiare hæreditatem, & feudum retinere: vt, an agnatus vel filius defuncti. c. vno. ¶ Sed &
19 tunc, circa fructus † feudi, est notandum, quòd de iure feudorū, annus incipit circa fructus in Calendis Martij: vt, hic finitur lex, deinde consue. regni incip. §. his consequenter. & sic incipit annus in primis Calendis seu prima die Martij: vt arg. ff. de verbo. obliga. l. eum qui Calendis. in princip. & de ferijs. l. pridie. Et si
20 moriatur vasallus † ante primam diem Martij, omnes fructus, qui percipientur in illo anno, erunt illius agnati. Sed si vasallus moriatur post primam diem Martij, quandocunque vsque ad Augustum: tunc fructus, qui interim percipientur, pertinebunt ad hæredem vasalli, id est, ad eum, ad quem hæreditas eius de iure pertinet, ex testamento, vel ab intestato: & non ad agnatum, qui feudum elegit, &
21 hæreditatem nō vult. Sed si post † Augustum decesserit vasallus, tūc fructus, qui percipientur posteà à die mortis ipsius vasalli, pertinebunt ad illū agnatum: vt, an agnatus vel filius defunc. c. vno. & hîc finitur lex. §. his cōsequenter. ¶ Sed quid
22 erit, si vasallus † moritur prima die mensis Martij? Dubium est: quia tunc non est mortuus ante primam diem Martij, nec post primam, sed in ipsa prima die. Sed dico, quòd relinquatur iuri communi, scilicet quòd fructus sequūtur feudum, & sic pertineant ad agnatū. ¶ Item, quid
23 si moriatur † in Augusto? Dubiū est: quia nec tūc est mortuus ante Augustum, nec post. Sed potest dici, quòd ibi nō dicitur in textu, ante Augustum: sed dicitur ibi,
24 vsque ad Augustum. Verbum † autem, vsque, quandoque accipitur inclusiuè, & quandoque exclusiuè. In dubio tamen accipitur inclusiuè: vt ff. de lega. ij. l. quidam in testamento. & de lega. iij. l. patronus. §. Sempronio. Et sic fructus, qui percipiētur in Augusto, nō pertinebunt ad agnatum, potissimè: quia ibi in textu dicitur, sed si post Augustum &c. Exinde enim habetur coniectura, quòd, vsque, teneatur ibi inclusiuè. Et quod † dictum 25
est de fructibus, in agnato repudiāte hæreditatem, idem est dicendum de domino, si moriente vasallo feudum reuertatur ad eum: vt, hîc finitur lex. §. his consequenter. ¶ Sed an agnatus † poterit habere hæreditatem, & refutare feudum? 26
Dico, quòd, si feudū est conditionatum, scilicet, quòd vasallus erat obligatus expressè, ad aliquid dandū, vel faciendum, pro feudo, ipsi dño: tūc nō poterit agnatus habere hæreditatem, & feudum refutare. aliàs si feudum non sit conditionatum, sed simplex & indeterminatū, ipse poterit hæreditatem habere, & feudum refutare: iuxta id, quod no. in lib. feu. de capit. qui curiam ven. c. fi. ¶ Filius † autem vasalli non potest feudum retinere, 27
& hæreditatem repudiare, quin saltem teneatur creditoribus hæreditarijs pro valore feudi, siue feudum sit cōditionatum, siue non. Alterum enim sine altero filius retinere, vel repudiare non potest. & in hoc differt ab agnato, qui siue feudum fuerit conditionatum, vel non, ipse poterit feudum retinere, hæreditate repudiata, nec tenebitur creditoribus hæreditarijs in aliquo: vt in lib. feu. an agnatus vel filius defuncti. c. vno. & facit de capita. qui curiam ven. c. filius. ¶ Sed an poterit † filius hæreditatem patris retinere, & feudum refutare? Et dico, quòd 28
sic, si feudum est simplex, & non conditionatum. Si autem feudum sit conditionatum: tunc non poterit filius hæreditatem habere, & feudum refutare. sicut de agnato statim dictum est, & eadem ratione. & in hoc non differt filius ab agnato. Nec obstat, quod ibi dicitur in textu, scilicet quòd nō licet filio alterum sine altero retinere, vel repudiare. Quia si loquamur de feudo cōditionato: tunc est verum indistinctè, scilicet quòd filius non potest alterum sine altero retinere, vel repudiare. Sed si loquamur de feudo simplici seu non conditionato, tunc poterit filius habere hæreditatem

patris

men sunt in infinitum de linea proxima & immediata ipsi Petro, & ex qua idem Petrus fuit, s. de linea Pauli. quod sufficit, vt ibi. Item eadem ratione, si Paulus decessisset sine liberis, successissent & tunc eodem modo Cato & Scæuola fratres eius, & eorum liberi in infinitum, & repulsis alijs agnatis, s. Titio, & Gaio, & Mæuio, patruis ipsius Pauli. Item, Petro decedēte sine liberis, si Iohannes non superest, nec liberi eius in infinitum, sic omnibus illis deficientibus, ex linea, ex qua fuit Petrus immediatè, s. ex linea Pauli, tunc succederent agnati omnes superiores de linea transuersali, s. Cato & Scæuola eius patrui, qui & sunt ei in tertio gradu, & etiā Titius, & Gaius, & Mæuius patrui magni, qui sunt eidem Petro in quarto gradu. & succedent ei omnes prædicti quinque insimul, æqualiter, & in capita. vt ibidem colligitur in fi. ibi, dum dicitur, sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.

33 ¶In summa † potest colligi, quòd si feudum esset nouum, tunc Petro decedente, succederēt liberi eius masculi in infinitū, quandoque in capita, & quandoque in stirpes. quibus non extantibus, feudū reuerteretur ad dominum, fratribus & omnibus alijs repulsis. Sed

34 in feudo † antiquo seu paterno, sicut in prædicta arbore, plures sunt successiones aliæ. Prima est liberorum Petri, & in infinitum, quandoque in capita, & quandoque in stirpem. Secunda successio, illis descendētibus deficientibus, est fratrum dicti Petri, in capita: & filiorum primi gradus ipsorum fratrum, in stirpem: & posteà cæterorum liberorum ipsorum fratrum in capita, & in infinitum. Tertia successio est omnium aliorū agnatorum insimul, & æqualiter, & in capita. Quarta, omnibus prædictis deficiētibus, feudum debet reuerti ad dominum. ¶Sed circa prædicta, si ita intelligatur, de natu. suc. feu. c. vno. vidētur duo stare non posse. Primum, s. quòd fratrum filij succedant fratri patris sui in infinitum, alijs agnatis repulsis. Secundum est, s. ꝙ agnati alij succedāt omnes insimul, graduum ordine non obseruato. Sed potest dici speciale, & ita esse in successione feudi, licèt aliud sit de iure scripto Romanorū. Vel ad euitandum illa duo, quæ vidētur inconuenientia rationi & iuri scripto, potest probabiliter alio modo intelligi ille textus, s. ꝙ Petro decedente sine liberis, vocatur primò Iohannes frater eius, si superest, & etiam alij fratres eius, si qui supersunt, in capita, repulsis alijs agnatis. vt potest videri in arbore. & sic rectè stat textus, cùm dicitur, respondi ad solos, & omnes, qui ex ea linea sunt, ex qua iste fuit &c. Iohannes enim, & alij fratres sunt ex linea, à qua Petrus fuit, scilicet de linea Pauli. attamen si sunt aliqui filij fratrū præmortuorū, illi venient in stirpes, si sint filij primi gradus, & repellentur omnes alij agnati. & hoc est, quod videtur dici de suc. frat. vel gra. suc. in feu. c. j. §. his verò deficientibus. ibi, dum dicitur, vocātur primò fratres cū fratrum præmortuorum filijs &c. Et exinde satis apparet, quòd mortuo Petro sine liberis, si fratres nō supersunt, filij fratrum, filij dico primi gradus, illi existentes in tertio gradu ipsi Petro, succedent ei, repulso Catone & Scæuola, licèt sint etiam in tertio gradu ipsi Petro. Item, mortuo Petro sine liberis, non superstite Iohāne, nec filijs eius primi gradus, nec alijs fratribus, nec alijs filijs primi gradus aliorū fratrum, tunc succedent Cato & Scæuola, qui sunt in tertio gradu ipsi Petro, & eius patrui, repulsis filijs filiorū Iohannis, & filijs filiorū aliorum fratrū. quia illi sunt in quarto gradu ipsi Petro. Sed si Cato & Scæuola non superessent, tunc succederent Petro, Titius, & Gaius, & Mæuius, qui sunt ei in quarto gradu. & cum eis succederent filij Catonis & Scæuolæ, si qui superessent. & etiam filij filiorum Iohannis, & aliorū fratrum, si qui existerēt. & omnes in capita. omnes enim prędicti sunt in quarto gradu ipsi Petro.

Item, omnibus prædictis deficientibus seu non extantibus, succederent Petro morienti filij Titij, Gaij, & Mæuij, & in capita, si qui superessent in quinto gradu. & etiam omnes alij agnati, qui essent

ſent ſimiliter in quinto gradu ipſi Petro. & ſic de alijs gradibus, ordine obſeruato. Et cùm dicitur in illo textu, in fi. ſed omnibus ex hac linea deficientibus, oẽs aliæ lineæ æqualiter vocãtur. poteſt intelligi, ſ. gradibus obſeruatis: vt dictum eſt. & ſic ceſſant prædicta duo inconuenientia. ¶ Item quod dictũ eſt, quando ex
35 prædictis † diuiſionibus caſtrum peruenit inſolidum ad Petrum, idem eſſet de parte ipſius Petri, quæ ad ipſum perueniſſet, ſi prædictæ diuiſiones factæ non fuiſſent. quæ pars fuiſſet xxiiij. pars totius caſtri, qui benè vult computare. de illa enim parte idem obſeruaretur in ſuccedendo, ſicut dictũ eſt de toto caſtro. qa quod iuris eſt de toto, & de parte: vt ff. de rei vendi. l. quæ de tota. in princ. Sed cùm ex diuiſionibus, vt dictum eſt, peruenit dictum caſtrũ ad Petrum, erat maius dubiũ. Videretur enim, quòd agnati, qui ex diuiſione partes ſuas in alium tranſtulerunt, non poſſent eas ex cauſa ſucceſſionis poſteà ſuperuenĩetis petere: quia remittentibus actiones ſuas, non eſt ampliùs regreſſus ad eas: vt ff. de ędi. edi. l. quæritur. §. ſi venditor. & quem de euictione tenet actio, ipſum agentem repellit exceptio: vt ff. de euictio. l. vendicantem. Sed non eſt ita in ſucceſſione: quia nihilominùs ex cauſa ſucceſſionis ſeu proximitatis, prædicti agnati poſsũt venire & ſuccedere illi, in quem partes ſuas tranſtulerunt, & habere, & petere eas, licèt pro eis de euictione tenerentur illi, cui nunc ſuccedunt.

¶ Item eſt notandũ, quòd aſcenden-
36 tes † per rectam lineam non ſuccedunt in feudũ: vt de natura ſucceſ. feudi. c. vno. in prin. & ſic ſi Petro decedẽte, & dictum caſtrum in feudũ aliqua ratione habente, viueret Paulus pater eius, ipſe nõ ſuccederet ei in feudo. Sed illud videtur ſine ratione. Quid enim, ſi pater donauit filio emãcipato caſtrum illud, cum permiſſione domini, à quo tenebat ipſum feudum, cogitans, quòd filius inueniret ob hoc vxorẽ altioris generis, vt fit quotidiè, & poſteà mortuus eſt filius ille ſine liberis. vel quid, ſi pater donauit illud caſtrum filio, in donatione propter nuptias. vel pro filia in dotem, qui poſteà mortui ſunt ſine liberis. vel quid, ſi pater donauit illud caſtrum filio in feudũ, qui filius poſteà mortuus eſt ſine liberis? Et certè videbitur abſurdum, dici, ꝙ pater ſuperſtes non ſuccedat filio in dicto caſtro, dicendo, quòd feudale eſt: quia nec illa ratio videtur bona. Item, & abſurditas oculata fide appareret in prædicta arbore, ſi dicatur, quòd Cato & Scæuola, qui ſunt in remotiori gradu ad Petrum, ſ. in tertio, ſuccedent eidem Petro, quaſi per ſaltum, ſpreto & omiſſo ſeu intercalato & ſuperſaltato Paulo eius patre ſuperſtite, qui eſt Petro filio ſuo in primo gradu. Intelligatur ergo, ibi, dũ dicitur, quòd in feudum pater nõ ſuccedit filio, ſ. ſi feudum eſt nouũ, vel ſi liberi maſculi ipſius filij vaſalli extent. Vel intelligitur, quòd pater non ſuccedit filio, ſ. ſi filius habeat fratres: aliâs autem vocetur pater ad ſucceſſionem filij in feudũ. Poteſt etiam dici, & verum eſt, quòd pater non ſuccedat filio ex voto, etiam de iure ciuili. Sed benè ſuccedit ei, ordine mortalitatis turbato: vt ff. de inoffi. teſta. l. nam & ſi parentibus. in prin. Et ſi dicatur, optima ratione, patrem non debere ſuccedere filio in feudũ, ſ. quia feudum datur propter ſeruitium: vt quib. cau. feu. amit. in fine. Seruitium autem illud, quandoque eſt corporale, & aliquando multùm conſiſtit in corpore ſeu in viribus corporis: vt, quæ fuit pri. cau. bene. amit. §. item qui dominum. & §. ſequenti. & quib. modis feu. amit. §. j. & de feudo ſine culpa nõ amit. c. ij. Cùm ergo pater præſumatur in dubio debilioris virtutis, quàm eius filius, ſaltem quàm filius pubes: vt ff. de reb. dub. l. qui duos. §. cùm in bello. & §. fi. & ad Trebell. l. ex facto. §. ſi quis autem. Ergo videretur optima ratione, quòd nunquam pater ſuccedat filio in feudum, licèt ſit paternum vel antiquum.

ADDIT. Sed prædicta ratio non valet, nec eſt bona: Quia ſic ſequeretur, ꝙ ſi Iohannes, frater Petri, eſſet multùm antiquior dicto Petro, ipſe non ſuccederet ei in

ei in feudo. & idem de agnatis superioribus ex linea transuersali. Et tamen indistinctè succedũt: vt de natura succes. feu. c.vno. Item sequeretur, quòd infans nõ succederet patri in feudum: quia est debilior patre: vt ff.de reb.dub.l.qui duos. §.fi.& tamen succedit patri in feudo: vt si de feudo defuncti controuer. fu. inter do.& ag.vasal.c.si quis decesserit. Et ita prædicta ratio reprobatur, ducendo ad inconueniens.

RVBRICA LXIII.

De causis, ex quibus vasallus, quãtũ est de iure scripto, debet amittere feudum. Item, de successione feudi, quantum est de Iure.

SVMMARIVM.

1 *Libri feudorum Iura non astringunt aliquem, nisi sit lex Imperialis. nu. 14. 17. 27.*

2 *Vasallus, quibus modis de iure scripto amittat feudum. nu. 3 6.*

4 *Dominus ex quot causis de iure scripto ꝓprietatem amittat.*

5 *Gallia Iure scripto vtitur, nisi ei per aliquam consuetudinẽ in aliquo derogatum fuerit.*

7 *Feudum in aliquibus locis acquiritur pecunia, & potest vendi liberè, spretis filijs & agnatis, siue feudum fuerit antiquum, siue nouum. & cùm venditur, dominus consentire, seu laudare, vel ꝓ eodẽ precio, retinere cogitur. Et an de eo testari possit. nu. 11.*

8 *Vasallus quando non habet feudum ex liberalitate, non est curandum de l. vlt. C. de reuocan. donat. nisi quatenus casus in lege illa contenti possint reponi sub aliqua de duodecim causis, quibus iure scripto feudum amittitur.*

9 *Vasallus quando & quomodo propter alienationẽ feudũ amittere debeat, remissiuè.*

10 *Vasalli in Gallia an in vltima voluntate, spretis & omissis filijs & agnatis, feuda, quibus velint, relinquere possint.*

12 *Vasallo quando succedat dominus, & an fiscum excludat.*

13 *Successio quomodo in feudis fiat, quæ cum dignitate sunt.*

Mulier, in feudis, quæ cum dignitate sunt, an succedat.

15 *Leges in libro feudorum reposita, an degentes in Francia saltem astringant. nu. 16. 23. 27. 31.*

18 *Super feudo orta quæstione, ad quæ Iura, & quo ordine recurrendum sit. nu. 28.*

19 *Dominus, nulla existente loci consuetudine, an de iure scripto succedat vasallo, excluso fisco.*

20 *Monachus an in feudum succedat, si in Francia quæstio fiat, ad quæ Iura, & quo ordine recurrendum.*

21 *Consuetudo si in loco illo, vbi agitur, nulla appareat, quòd debeat recurri ad consuetudinem vrbis Romanæ, & si qua sit ibi, quòd illa debeat obseruari: an id hodiè locum sibi vendicet.*

22 *Consuetudine nulla existente in loco, vbi agitur super feudo, an consuetudo vicinæ prouinciæ seruari debeat, si qua ibi sit.*

24 *In feudalibus quæstionibus omnibus, cõuentiones, si quæ inter dominum & vasallum, cùm res in feudũ data fuerit, apposita fuerint, obseruari debent. Et quid in pactis alio tempore interpositis.*

25 *Feudum, cùm de natura sua habeat quoddam seruitium, quod in faciendo consistit, & corporale est, an illud per substitutum idoneum præstare sufficiat.*

26 *Successio quomodo fiat in feudo, in quo cõuenit, quòd quis seruitium per se præstare debeat.*

29 *De libellorum Summa per Rofredum facta iudicium.*

30 *Vasallus an de iure conferre teneatur domino, pro filia maritanda. Et an ab eo, quando dominus opus habet, questa seu tallia exigi possit. nu. 32. 33.*

34 *Vasallus vt vasallus, num teneatur ad aliquid dandum, vel faciendum, ex natura*

 feudi,

feudi, præter illa, quæ in sacramento fidelitatis continentur.

35 Vasallus, an & quando seruire teneatur suo sumptu, nu. 36. 37.

38 Rex Franciæ, qui nec de iure, nec de facto superiorem cognoscit, si vocet aliquos, non vt vasallos, sed vt subditos suos, pro guerra iusta, pro defensione regni, an eis stipēdia dare debeat. Et quid in Imperatore, nu. 39.

40 Indictio quid. Et quibus indictionis temporibus, quæ & qualia tributa subditi Imperatori inferre cogantur. Et an de his, stipendia militibus sint soluenda. nu. 41. Et an idem obtineat, in Rege Franciæ, & alijs regibus Imperio fœderatis. nu. 42.

43 Rex Franciæ, & alij, quando possint vectigal instituere, & collectas indicere, quando non.

44 Guerram iniustè facientibus, interfecti imputantur ad homicidium.

45 Reges, & alij Principes, non debent esse nimium subtiles, in exigendis collectis, in fabrica monetæ, saluaguardia, iuribus sigilli, & similibus: quibus quæsito colore populus magis deuoratur, q̃ gubernatur.

46 Reges, & quicūque alij, iniustè præliantes, possunt dici latrunculi & prædones.

47 Reges Imperatori non obediētes, an saltem Papam habeant iudicem. Et Papam non timentes, an Deum vindicē habeant.

48 Successionis regni Franciæ arbor.

49 Philippus rex Franciæ, quot annos regnarit.

50 Excommunicatur Philippus rex Franciæ ab Vrbano Papa, propter adulterium, & ab eodē adultera dimissa, absoluitur. Et quæ alia Vrbanus in Gallia tūc perfecerit.

51 Innocentius, sub eodē Philippo fecit constitutionem, si quis suadente. xvij q. iiij. in Gallia.

52 Successit Philippo Ludouicus, regnauit tres annos, in quibus maxima fecit, & quæ.

53 Successit Ludouico, Ludouicus eius primogenitus filius tredecim annorum, qui relictis tribus fratribus, moritur apud Tunicium, anno 1270.

54 Successit Ludouico Philippus primogenitus eius filius, qui bellum gessit de mandato Ecclesiæ contra regem Aragonum, & Narbonæ decessit anno 1285.

55 Successit Philippo, Philippus filius eius primogenitus. & breuis de eius gestis historia.

56 Successit Philippo, Ludouicus filius eius primogenitus, cui ex matre regnum Nauarræ obuenit, Francorum & Nauarræ rex vocatus.

57 Successit Ludouico in vtroque regno Iohannes filius eius solus masculus, & linea descendens ad hunc vsque durauit.

58 Iohanni successit patruus suus Philippus, & ei sine liberis mortuo, successit in vtroq; regno Carolus eius frater. nu. 59.

60 Successit Carolo mortuo sine liberis, in regno Nauarræ, soror Roberti, Ludouici fratris sui filia: in regno Franciæ, Philippus filius Caroli, qui erat ei in quarto gradu. nu. 61.

62 Ad succedendum in regno, cur non veniat Carolus insimul & æqualiter cum Philippo fratre suo, cùm ambo sint in eodem gradu illi Carolo defuncto.

63 Quid si dum decessit Carolus ille, rex superfuisset Robertus, filius B. Ludouici, an successisset vnà cū Philippo. nu. 64. 66.

65 Plaustris sibi obuiantibus in via nō larga, quod retroire, & alteri liberā viam dare debeat, remissiuè. & nu. 67.

68 Rex Franciæ si decedat relictis duobus filijs, quorum vnus natus & cōceptus est, antequàm pater rex esset, alter, regno adepto: quæritur, quis eorū in regno succedere debeat.

69 Iurisdictionem, num temporalem debeat habere Episcopus, nu. 70. 71. 73. 74. 76. 77. 78. & nu. 157.

70 Rex Frāciæ, authoritate Ecclesiæ, ex pacti

ctis & transactionibus Comitatū Tholosanum & Bituricensem, in quibus nullum ius antè habebat, acquisiuit.

71 *Rex Aragonum, an habeat aliquod ius in Comitatu Tholosano.*

72 *Lingua cuidam cæmentario Narbonæ publicè abscissa, anno Domini 1290. quòd affirmaret, regem Aragonum habere ius in Comitatu Tholosano.*

75 *Præscriptione se tuetur rex Franciæ in defensionibus iuris sui, contra regem Angliæ, & quali. Et an signa leonū, quæ sunt in Aluernia & in Vallania, obsint iuribus regis Franciæ.*

79 *Ecclesia quibus titulis sua acquisiuerit, & acquirat.*

80 *Ecclesia an possit acquirere res immobiles regni Franciæ, sine voluntate regis. nume. 86. 137.*

81 *Ecclesia an & quando possit res acquisitas alienare.*

82 *Alienans in Ecclesiam, an crimen læsæ maiestatis committere possit, & res alienata lucro regis cedāt. & an Ecclesia illud committere possit.*

83 *Iniuriarum an Ecclesia agere possit, si rebus suis liberè vti impediatur. Et ob eam causam extorta pecunia, repeti quando possit condictione ob turpem causam. nume. 84.*

85 *Ecclesia Dei suppeditanda, & in seruitutem deducenda non est.*

86 *Statuentes contra Ecclesiasticam libertatem, quibus pœnis teneantur, remissiuè. & an sint excommunicati. Et si Rex in his consentiat, ad quæ teneatur. nu. 87. 108. 109. 110. 112.*

87 *Rex obligatus alicui, quem habere iudicem debeat.*

88 *Rex Franciæ, an subsit Imperatori de Iure, remissiuè.*

89 *Rex, & omnes Christiani, an & quomodo teneantur foro Ecclesiastico seu iudicio Ecclesiæ.*

90 *Fortitudo sine iustitia illaudabilis.*

91 *Regibus, & alijs, bonum est, seruare præcepta Iuris. Et quæ sint illa.*

92 *Rex, an possit condere ius in regno suo, prætermisso iure Canonico, & Ciuili. Et an ius suum sit rationabile, sua sit cognitio. Et ius conditum an valeat, quòd Ecclesia res immobiles acquirere non possit. Et nunquid Rex personas Ecclesiasticas talliare possit. nu. 96. 101. 111. 137.*

93 *Rex an Clericos corrigere possit. & nume. 103.*

94 *Rex Franciæ, an tantæ sit authoritatis, quòd Papam aliquando corrigere possit, si eum delinquere contigerit. & nu. 104.*

95 *Rex Franciæ an excusari possit super tallijs & financijs, quas ecclesijs & earum bonis imponit, propter eleemosynas, quas facit religiosis in quibusdam ecclesijs. & nume. 106.*

97 *Clericis laicos esse valdè infestos, tradit antiquitas.*

98 *Galli ex natura climatum acres sunt consilio, & natura feroces. Et quid de Romanis, Græcis & Afris.*

99 *Rex Franciæ, vt est rex Franciæ, pugil Ecclesiæ esse consueuit, & in veritate inter alios reges Christianos caput & maior totius Christianitatis est, post Imperatorem Romanum.*

100 *Studij scientiarum procuratione, gentes ad obediendum Deo, & illi, cui ratione iurisdictionis suæ subsunt, illuminantur & humiliantur.*

102 *Priuilegium regi Franciæ à Papa concessum, quòd nullam sententiam excommunicationis latam à Canone timeat, nec in persona sua incurrat.*

103 *Clerici dij vocati, laicorum reges sunt, legem Dei defendunt, & à foro seculari exempti sunt.*

104 *Papæ correctio, ad quos spectet.*

105 *Papa corrigit reges & Imperatorem, eosq́ regnis suis & imperio priuat.*

106 *Eleemosyna non est, vnum altare tegere, & aliud detegere.*

107 Eleemosyna, peccatum restitutionis nō extinguit.

108 Iurisdictionem Ecclesiasticam qui turbant aut impediunt, per se, vel per alios, directò, vel per obliquum, & qui ad illud consilium, auxilium, vel fauorem dant, eo ipso sunt excommunicati.

109 Excommunicantur, qui seruari faciunt statuta edita, vel consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem. Et quid de his, qui non ex statuto, aut consuetudine, sex ex placito clericis quascunque exactiones imponunt. nu. 110.

112 Clerici, an & quando per Episcopum compelli possint, ad subueniendum necessitatibus ciuitatum, municipiorum, seu aliorum locorum, vbi laicorum facultates non suppetunt. 113.

114 Præscriptio cuiuscunque temporis, aut vetustas aliqua contra Ecclesiæ libertatem, ligare non potest, nec in aliquo nocere Clero, nec in persona, nec in rebus: nec laici de iure aliquod petitorium, vel possessorium acquirere, vel obtinere, exinde pro præterito tempore, vel etiam in futurum possunt.

115 Magistri Parlamenti Parisiensis deficiunt, per sententiam pronunciantes, Regem posse clericos talliare.

116 Tributum an Imperator clericis imponere possit. nu. 120.

117 Tributum an soluere debeant clerici Imperatori, si rem tributariam acquirunt.

118 Clerici priuilegiati sunt à Deo, nec Imperatori in aliquo subditi, nec de eius foro sunt.

119 Imperator si facit passagium, vel aliquid aliud, communem vtilitatem & necessitatem habens, nec facultates laicorum ad onera sufficerent, tunc Papa, & nullus alter, Ecclesiam & Clerũ ad onera illa supportanda contribuere faceret.

121 Clerici, an saltem in actione in rem coram iudice seculari respondere teneantur.

122 Clericus, an vt testis ad ferendum testimonium in aliqua causa venire cogatur coram Iudice seculari.

123 Clericus non est de iurisdictione Iudicis secularis, ideò vocatus, non tenetur venire, allegaturus priuilegium suum. Et an fideiussores iudicio sisti, per eum ibi dati, teneantur, acta & processus valeant.

124 Imperator solus in temporalibus, an vniuersis, & clericis, & laicis, praeesse debeat, & priuilegia concedere possit. nu. 125.

126 Papa an possit aliquid in priuilegium concedere clericis in temporalibus, Imperio vacante, vel non vacante. Et, an vacante Imperio, defectum Imperij supplere possit. Et, an de temporali iurisdictione, vacante Imperio, vel non vacante, se possit intromittere.

127 Gladij duo, seu duæ potestates distincta sunt, & an Papa vtrunque gladium habeat. nu. 129. 130. 131. 132.

128 Imperator gladium temporalem, eiúsque executionem à quo habeat. nu. 132.

133 Papa, & Cardinales, contra quos vtroque gladio sint vsi, & malè non vsi. Et quid illos faciat hoc gladio abuti. & nu. 135.

134 Donatio an valuerit, quam fecit Constantinus de vrbe Romana, beato Syluestro Papæ.

136 Iurisdictiones sunt hodiè in patrimonio nostro, sicut asinus in patrimonio rustici. & venduntur, & transferuntur de vno in alterum.

138 Ecclesiastica persona, iurisdictione seu gladio temporali qualiter vti debeant. & nume. 130.

139 Priuilegium, vel potestatem Ecclesiæ Romanæ qui deprimit, vel nimis arctat, se in periculo ponit, & in hæresim labitur. Et quid in eo, qui cuilibet alteri ecclesiæ ius suum detrahit.

QVAE dicta sunt superiùs de causis, ex quibus vasallus debet amittere feudum, dicta sunt, vt in pluribus, secundùm

dùm & iuxta consuetudines feudales, quæ cùm sint locales, nos non habent
1 astringere in patria ista. Iura enim † libri feudorum non astringunt aliquem, nisi sit lex imperialis: vt notatur per Host. in Summa de immunit. eccles. §. item inuenitur feudum liberum. ¶ Sed de iure po-
2 test dici, quòd vassallus † debet amittere duobus modis tantùm. Primò, si non obseruet ea, quæ continentur & exponuntur xxij. q. v. c. de forma. vbi recolliguntur septem causæ, ex quibus vasallus debet amittere feudum. Item, ex eisdem causis dominus debet amittere proprietatem: quia dominus vicem vasallo reddere debet: vt ibidem habetur expressè. Item secundò, vasallus potest amittere feudum in quinque casibus, contentis in d. constitutione imperialem. Primus est à principio vsque ad §. prætereà si quis. Secundus est in dicto §. præterea si quis. Tertius in §. firmiter. Et quartus in §. insuper. Et quintus in §. illud. quæ constitutio videtur recepta pro lege inter nos.
3 Et sic in summa † tantùm sunt duodecim causæ, ex quibus vasallus amittit feu-
4 dum. ¶ Item, & dominus † amittit proprietatem, ex septem causis tantùm. Et illam constitutionem, & illud decretum, probabiliter potest dici, debere obserua-
5 ri ad vnguem † in patria ista, in qua iure scripto vtimur: nisi per aliquam consuetudinem ei fuerit in aliquo derogatum. Sed & probabiliter posset dici, quòd illę
6 quinque causæ † amittendi feudum, quæ sunt in d. constitutione imperialem. non sunt veræ causæ amittendi feudum de iure, nisi quatenus possent reponi & reduci sub septem alijs causis: vt statim dicetur.

¶ Item est notandum, quòd in aliqui-
7 bus locis feudum acquiritur † pecunia, & potest vẽdi liberè, spretis filijs & agnatis: siue feudum fuerit antiquum, siue nouum. Et cùm venditur, dominus cogitur consentire, seu laudare, vel pro eodem precio retinere. & cùm laudat, recipit exinde laudemium, prout in iure cautum est de re emphyteuticaria. & quia ta-
8 lis vasallus † non habet tale feudum ex liberalitate, non est ibi curandum de l. vlt. C. de reuocan. dona. nisi quatenus illi casus, in lege illa contenti, possunt reponi sub aliqua de duodecim causis suprà dictis. ¶ Item, quando † & quomodo propter alienationem debeat vasallus feudum amittere, qui est primus casus in d. constit. imperialem. recurratur in prędictis locis. & obseruetur l. vlt. C. de iure emphyteu. in fine. nisi & super hoc aliqua consuetudo alia inueniatur introducta. 9
¶ Item, quia in prædictis locis ita hodiè fortificatum inuenitur ius vasallorum in feudis, vt dictum est statim: ideò sine dubio tales vasalli possunt † relinquere, quibus voluerunt, in sua vltima voluntate talia feuda, spretis & omissis filijs & agnatis, sicut & emphyteuta potest rem emphyteuticariam. In illis enim locis, non distincto inter masculos & fœminas, nec inter agnatos & cognatos, rationabile est, quòd idem ius obseruetur in successione talium feudorum, quod obseruatur in alijs rebus. & ille vel illa, quæ succedet, sufficiet, si seruiat per alium: vt in d. constitutio. imperialem. §. firmiter. 10 *Vide Guidonem Papę sequentẽ authorem nostrum, consil. 18. num. 7. consil. 176. num. 2.*
Item & in alijs † feudis, quæ pecunia non sunt acquisita, credo idem de iure, scilicet quòd ex testamento, vel ab intestato in eis succedatur: sicut in alijs rebus. cùm iura in hoc non distinguant. Excepto, quòd si vasallus † moriatur ab intestato, nullis parentibus nullisque liberis etiam relictis, deficiente etiam agnatorum & cognatorum ab intestato successione, tunc succedet dominus in feudo, ex quadam consolidatione, excluso fisco. & sic potest intelligi extrà de feu. c. ij. in prin. ibi, dum dicitur, vasallum tuum decedere, & ad te feudum ipsius redire &c. & tunc vtile dominium, quod habebat vasallus in feudo, assimilabitur vsu fructui, cùm consolidatur proprietati. Item excepto, † quòd in Ducatu, & in cæteris feudis, quæ cum dignitate sunt, succedit vnus & ille solus. arg. in d. constitu. imperialem. §. præterea ducatus. Cùm enim ibi dicatur, quòd talia feuda de cætero non diuidantur, potest intelligi, quòd plures nõ succedunt in eis pro diuiso, nec 11 12 13

pro

pro indiuiso. Succedit ergo vnus solus, fortè proximior, & fortè primogenitus. Nec mulier in talibus feudis fortè poterit succedere: quia regulariter fœminæ, licèt per aliam personam aliquando dignitatem habeant, tamen simpliciter & per se dignitatem seu honorem habere non possunt: vt ff. de reg. iur. l. ij. Et prædicta de iure fortè possunt procedere, nisi aliud inueniatur debere de consuetudine obseruari. vel potest dici, quòd non omnia prædicta sunt vera, nec procedunt de iure: vt apparebit ex his, quæ dicã inferiùs.

¶ Sed quia dictum est superiùs, quòd

14 iura libri † feudorum non astringunt nos: videtur, quòd immò debemus ea obseruare: quia nos videmus, quando ius ciuile ignorat aliquid, recurritur ad illos, qui sciunt illud: vt C. de re mili. l. semel. lib. xij. & Instit. de rer. diui. §. præterea. & ff. de statu ho. l. septimo mense. Si ergo Comes dederit castrum in feudum militi, & inter eos posteà super feudo oriatur quæstio, cùm ius ciuile, quo vtimur, penitus ignoret talem contractum, & nomen, & naturam feudi, meritò recurri deberet ad librum feudorum, qui potest super feudis iudicẽ dirigere & plenè informare. & facit argu. ff. de iudi. l. sed & si suscepit. §. j. ¶ Sed dicendum est, quòd prædicta ratio satis procederet, si alibi non fieret mentio de feudis, nisi ibi. Sed quia in iure Canonico tractatur de feudis: vt extrà de feudis. per totum. & de iudic. c. cæterùm. & de foro compe. c. ex transmissa. & c. verùm. eodem tit. xxij. q. v. c. de forma. cum similibus: competens est, quòd recurratur ad illud, cùm sit ius generale: & non ad ius libri feudorum, cùm illud sit locale. Item, quando deficit decretalis, recurritur ad ius ciuile: vt notatur extrà de elect. c. cùm dilectus. Ergo si deficiat lex ciuilis, meritò recurri debet ad ius Canonicum. Leges enim non dedignantur sacros canones imitari: vt in cor. vt clerici apud proprios episcopos. §. fi. collat. vj.

15 ¶ Sed an saltem leges † in libro feudorum repositæ, debeant nos astringere. Et videtur, quòd sic, postquàm leges sunt, & signa legis habent. vt C. de legib. l. leges sacratissimæ. & l. leges vt generales. & ff. eodem. l. ij. & ita videtur dixisse Hostiensis, vt statim dictum est. ¶ Sed dicendum est contrarium, pluribus rationibus, quæ sequuntur. Primò, ratione illorum, qui librum illum composuerunt. Obertus enim de Orto, & Geraldus Cagapisti, qui eum composuerunt, non fuerunt homines authoritatis pro iure condendo. & sic liber ille non est authenticus, & per consequẽs nec aliquid, quod sit in eo. Secundò, ratione illorum, qui leges illas condiderunt. Regnum enim Franciæ, in quo sumus, nunquam fuit subiectum Imperatori Lothario, nec Frederico, qui leges illas dicuntur condidisse. Imperator autem non facit leges, nec imperat, nisi subditis. Tertiò, ducendo ad inconueniens: quia si lex Frederici, quæ est de pace te. & eius violatoribus. esset generalis, & de iure ciuili Romanorum, cùm ipsa permittat duellum, iam haberet locum duellum de iure ciuili Romanorum. quod est incõueniens dicere, nec potest esse verum: vt dicitur infrà de duello. Quartò, si lex illa, esset lex, non est credendum, quin glossa fecisset de ea mentionem, loquens de duello: vt ff. ad legem Aquil. l. qua actione. §. si in colluctatione. quod tamen non fecit. Item, si lex illa astringeret nos sicut leges Iustiniani, cùm in ea dicatur, quòd si quis furatus fuerit quinque solidos, aut valens tantundem vel amplius, laqueo suspendatur: iam videretur correcta in illo casu authen. sed nouo iure. quæ est C. de seruis fugi. quod non est verum. nec est credendum, quin glossa de illa correctione fecisset ibi mentionem, quod tamen nõ fecit. Item, cùm eadem l. dicatur, quòd si quis infra pacis edictum alium vulnerauerit, nisi in duello, & quòd vitam suam defendendo hoc fecerit, probauerit, manus eius amputetur. Item, & cùm in constitutione imperialem. de prohi. feu. alie. per Freder. dicatur, quòd scriba, quoties conscripserit instrumentum, super alienatione feudi facta in fraudem illius cõstitutionis, amittat manum. si illę leges astringerent

gerent nos, non est credendum, quin glossa fecisset mentionem de prędicta duplici manus amissione, C. de seruis fu. auth. sed nouo iure. quod tamen non fecit. Item, si leges illæ, essent leges: quia ipsę iam loquantur expressè de domino & vasallo, & de datione in feudum seu de infeudatione, & de inuestitura, & de alienatione, & amissione feudi, & de sacramento fidelitatis, videretur, quòd feudum, & datio in feudum, essent de iure ciuili. quod tamen non creditur. Et sic apparet ex prædictis, quòd leges illæ non sunt generales, nec habent nos astringere in aliquo. Itē videmus, quòd multæ leges sunt in Lombardia ab Imperatoribus conditæ, quibus non vtimur. nec glossator, q glossauit corpus iuris ciuilis, glossauit illas, nec illas, quæ sunt in libro feudorum. ¶ Sed videtur adhuc, quòd leges
16 † libri feudorum astringunt nos: quia de lege Frede. de pa. in fir. §. item sacramenta. quæ est in lib. feudorum, extracta est authen. sacramenta puberum. quæ est C. si aduersus veni. Item & de alia lege Frederici, quæ est de statutis & consue. contra libertates ecclesiæ editis, extracta est authen. cassa & irrita, quę est C. de sacrosanc. ec. item & authen. item nulla communitas. quæ est C. de episco. & cle. item & authen. item quæcunque communitas. quæ est C. eo. tit. item & authen. statuimus. quæ est C. eo. ti. item & authen. Gazaros. quæ est C. de hære. & Ma. item & authen. statuimus. quæ est C. de epi. audi. item & authen. si verò dominus temporalis. quæ est C. de hære. & Ma. item & authen. credentes. quæ est C. eo. tit. item & authen. nauigia. quæ est C. de furtis. item & authen. omnes peregrini. quæ est C. communia. de suc. item authen. agricultores. quæ est C. quæ res pig. ob. possunt. quæ omnia obseruamus ꝓ legibus, in Scholis, & in iudicijs, & extra. ¶ Sed dicendum est, quòd iura illa non astringunt nos, quia in legibus Frederici sunt: sed quia pro authenticis, & quasi pro textu reposita sunt in libro Codicis, & pro legibus leguntur in Scholis: vt dictum est suprà, in titulo de prǫiudiciali in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus.

¶ Nunc consideratis prædictis, dico, & hæc est ipsa veritas, quicquid dixerim statim, vel quicquid dixerim superiùs in tota materia feudorum, quòd consuetudines scriptæ † in libro feudorum à principio vsque ad finem, pro nihilo haberi debent, quantum ad nos, in toto regno Franciæ, nec nos astringunt in aliquo. & meritò: quia supra nos authoritatem non habent: & quia sunt locales. Sed si super feudo † orta fuerit quæstio, si sit super illo negocio aliqua consuetudo legitimè præscripta in loco illo, in quo agitur, seruetur illa. aliàs spreto libro feudorum recurratur ad ius Canonicum & ciuila: & tunc si quæstio fiat, an vasallus debeat amittere feudum, iudex non recipiet causas amittendi feudum, quæ sunt in libro feudorum. potissimè: quia sunt pœnales. nec aliquas alias, nisi illas, quæ sunt xxij q. v. c. de forma. & extrà de feudis. c. ij. vel quæ possunt reduci vel intelligi sub illis, quæ sunt in consuetudinem deductæ in loco illo, & legitimè præscriptæ. vel quæ sunt de iure ciuili super reuocanda donatione, si feudum datum fuerit ex mera liberalitate. quod non cadit benè in animo meo: quia feudum de natura sua datur ob causam: vt apparet ex sacramento fidelitatis, quod vasallus præstat domino. Item, si super successione † feudi nulla sit consuetudo in illo loco: tunc si vasallus sit mortuus sine hærede, succedet ei dominus in feudo, excluso fisco. vt extrà de feu. c. ij. quod non esset in alijs bonis, etiam in emphyteusi. aliàs super successione feudi obseruabitur ius ciuile, & venient illi, de quibus disposuerit testator. vel si non disposuerit, venient illi, de quibus ius ciuile disposuit & ordinauit in alijs bonis defuncti, nulla differentia adhibita inter masculos & fœminas, nec inter agnatos & cognatos, nec inter clericos & laicos, nec inter potentes vel impotentes, seruire per se. Seruire enim poterunt per alium: vt dicetur statim. ¶ Et si quæstio fiat, an monachus † succedat in feudum? seruetur primò 20

Mm con-

consuetudo, si qua sit in loco illo legitimè præscripta. & si nulla sit ibi consuetudo super monacho, si sit ibi consuetudo in simili facto. verbi gratia: Si sit ibi consuetudo, quòd canonicus regularis non succedat in feudo, adiecta causa: quia cùm ipse sit Deo dedicatus, ideo ipse non potest per se seruire feudo. tunc seruetur, quòd nec monachus succedat in feudo. cùm sit simile, & similis ratio. & sic ius non scriptum habetur ad ius scriptum: vt ff. de legi. l. non possunt. & l. de quibus. & C. quæ sit lon. consue. l. j. Si autem nec super monacho, nec super alio sibi simili facto, inueniatur consuetudo, tunc spreto libro feudorum iudicabitur secundùm ius ciuile. & secundùm illud dico, quòd monachus succedet in feudum: vt in cor. de sanctiss. episcopis. §. nullam. col. ix. & C. e. l. fi. §. hæc omnia. in quibus non distinguitur inter feudum, & alia bona defuncti in succedendo.

¶ Sed videtur, quòd si in loco illo nul-
21 la † appareat consuetudo, quòd debeat recurri ad consuetudinem vrbis Romanæ, si qua sit ibi, & ꝙ illa debeat obseruari: vt ff. de legi. l. de quibus. Sed dicendum est, quòd quia populus Romanus poterit condere legem, ideo consuetudo vrbis Romæ fuit aliquando attendenda: & tunc poterat nos ligare, vt ibi. Hodiè autem non potest legem condere: vt notatur ff. de legi. l. non ambigitur. & sic hodiè consuetudo populi Romani non debet trahi ad alia loca. Item, nec subsumus populo Romano: quia nec Imperatori: vt dictum est suprà. ¶ Item videtur, quòd si non sit in loco illo, in quo
22 † agitur, aliqua consuetudo super feudo, quòd debeat seruari consuetudo vicinæ prouinciæ, si qua sit ibi: vt extrà de cen. c. super eo. & ita dicit Hosti. in Summa sua, extrà de feud. in fine. Sed dicendum est, quòd illa decretalis deuiat à iure ciuili: vt apparet C. quæ sit longa consuetu. l. j. & ibi, dum dicit, probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt &c. nec ibi loquitur aliud de vicino oppido, quod erat legislatori facile dicere, si illud vellet. Item facit C. de ædifi. priua. l. an in totũ vbi idem habetur. Item facit ff. de legib. l. de quibus. vbi dicitur, ꝙ si super aliquo negocio non sit lex, tunc primò seruetur consuetudo loci, in quo agitur. Secundò, si cõsuetudo ibi deficiat, seruetur cõsuetudo, quæ est ibi sup simili facto. Tertiò, si ꝓdicta ibi nõ appareãt, seruetur cõsuetudo vrbis Romæ. Nec dicit ibi, ꝙ recurratur ad vicinã ꝓuinciã, quod legislatori facile fuit dicere, si illud vellet. ergo pro omisso debet haberi. ar. C. de cad. tol. l. vna. §. sed & varietatis. & ff. de verb. ob. l. quicquid astringendæ. De iure enim de loco ad locum non est recurrendum super consuetudine, sicut nec de loco ad locum fit iurisdictionis prorogatio, vt dictum est suprà, in titulo super iurisdictione libellus. Quia non est lex, quæ prædicta dicat. & erubescimus, cùm sine lege loquimur. vt in cor. de trien. & semis. §. consideremus. col. iij. & de consul. l. fi. lib. xij. & decre. illa seruetur in casu suo, vel prorsus sibi simili, & in foro canonico.

¶ Item, dico ex superiùs dictis, quòd leges † repositæ in lib. feu. non astringunt 23
nos, nisi quatenus pro authenticis repositæ sunt in lib. C. & sic causæ amittẽdi feudum, quæ sunt de prohibita feu. alie. per Lotha. &, de prohibita feu. ali. per Frede. quæ videntur esse quinque: vt suprà dictum est: non debet reputari causæ legitimæ, nec astringũt nos, nisi quatenus possunt reduci vel intelligi sub illis causis, q̃ sunt in sacramẽto fidelitatis, xxij. q. v. c. de forma. & extrà de feu. c. j. vel nisi quatenus sunt in consuetudinẽ inductæ & legitimè præscriptæ. ¶ In omnibus autem
† quæstionibus feudalibus, obseruari debebunt conuentiones, si quæ fuerint appositæ inter dominum & vasallum, cùm res data fuerit in feudum: quia cõtractus ex conuentione legẽ accipiunt. vt ff. depo. l. j. §. si conueniat. Item & pacta alio tempore interposita, debebunt seruari, prout erit de iure. vt ff. de pac. l. j. & l. iuris gentium. §. prætor ait. 24

¶ Item nõ est omittendum, ꝙ feudum
† de natura sua habet quoddam seruitium, quod quidem in faciendo consistit, 25
& est corporale. vt apparet xxij. q. v. c. de

forma. ibi, dũ dicit, consiliũ & auxilium domino suo fidelis p̃stet. &c. & nisi illud seruitiũ pręstet, debet amittere feudum. vt ibi, dum dicit, si vult beneficio dignus videri. &c. attamen sufficit illud præstare per substitutũ idoneũ. vt ar. C. de epis. & cle. l. quisquis censibus. & l. ad similitudinem. quia qui per alium facit, per se illud facere videtur, ex quadã interpretatione: vt ff. de eo per quem factũ erit. l. j. §. fecisse. & de admi. tuto. l. ita aũt. §. gessisse. & de vi & vi ar. l. j. §. deiecisse. Nisi conuentũ fuerit expressè, ꝙ per se vasallus debeat illud præstare: quia tunc per alium illud præstare non posset, quia pacta seruanda sunt. vt dictũ est. & arg. ff. de solu. l. inter artifices. Et si prædicto modo conuentum fuerit, & quęratur de succes-
26 sione † feudi: tunc dico, quòd si ille, qui aliâs deberet succedere, sit insufficiens, ita quòd per se seruire non possit, nec est spes, quòd in futurum possit per se seruire: vt quia est monachus, de quo nũquam est spes, ꝙ efficiatur secularis: vel est fœmina, de qua nõ est spes, ꝙ efficiatur masculus: tunc talis non succedit in prædictũ feudum, prędicto modo determinatum seu cõditionatum. si autem sit spes, quòd efficiatur sufficiens: vt quia est infans, & est spes ipsum effici maiorem, & sic adueniente tempore poterit per se seruire: tũc ille succedet in feudum, licèt nũc seruire non possit per se: & sufficiet, quòd interim seruiret per alium. ar. ff. de excu. tuto. l. non solùm. §. si libertus. vbi no. similis inspectio in gl.

¶ Modò in summa, super feudis licèt plura locutus fuerim, super eis dico bre-
27 uiter, quòd consuetudines † libri feudorum non sunt in regno Franciæ allegãdę, nec nos astringunt in aliquo. & idem dico de legibus in illo libro repositis, nisi quatenus redactæ sunt pro authenticis in libro C. Item in summa, si oriatur aliqua
28 † quęstio super feudo, si in illo loco, in quo agitur, sit super illo negocio consuetudo aliqua legitimè p̃scripta, seruetur illa: & si non sit ibi consuetudo talis, per quam quæstio possit terminari, si sit ibi cõsuetudo super simili negocio, seruetur illa: & si nõ sit cõsuetudo sup illo negocio, nec super simili negocio, spretis semper consuetudinibus libri feudorũ, recurratur ad ius ciuile, & secundùm illud determinabitur. quod attento & considerato sacramento fidelitatis, & verbis in eodem subintellectis, & verborum illorum expositione & interpretatione, de quibus habetur xxij. q. v. c. de forma.

¶ Audiui dici à quibusdam de maioribus, quòd melius opus, quod vnquam fuit factum supra corpus Iuris ciuilis, est Summa † libellorũ facta per Rofredum. 29
sed multa falsa ibi immiscuit. & ideo Doctores vix aut nunquam nominant eũ in Scholis, nec alibi, etiam in benè dictis. Et inter alia loquens de feudis dixit ibi, ꝙ vasallus tenetur seruire domino, pro quãtitate & qualitate feudi, pro filia † maritanda, & pro se, & filio suo milite 30
faciendo, & pro terra emenda, & in quibusdam alijs casibus per eũ ibi enumeratis. Et cùm de filia maritãda loqtur, subiungit, & malè dicit: Ideò si vasallus confert, de iure est &c. nõ tamen legem allegat, nec allegare eam potest, quia non est.

Vide Guidonem Pape q. 57.

Speculator aũt in tit. de feu. §. quoniã super homagijs. ver. & no. quòd vasalli. nu. 65. secutus est eum, & subiungit ibi: Ideò, quia vasallus tunc de iure conferre tenetur &c. malè dicit, sicut Rofredus. Item Ioh. Blanci in Summa sua, quam fecit super feudis, in tit. suo, quibus modis, & in quibus causis feudum amittitur. §. erunt etiam, quæ dicta sunt. secutus est Rof. dicens, quòd dominus in illis omnibus casibus, & generaliter in alijs, cùm opus habet dominus, & necessitas illud exposcit, potest facere questam seu talliam vasallis suis, & etiam hominibus suis, quanuis feudũ à domino non habeãt, sicut & prælatus potest clericis & ecclesijs sibi subiectis. vt extrà de censi. c. cùm Apostolus. §. prohibemus. cũ simil. ¶ Sed illa dicere, est voluntariũ, & fabulosum, & sine iure, nec est bona similitudo. Et qa p̃dicti p̃dicta dixerunt, malè fecerũt. sed qa in scriptura ea redegerũt, peiùs fecerũt, & inde turbantur & errant multi. Et domini terrarũ nostri tẽporis, q

tota die satagũt sanguinẽ subditorũ sugere, gaudẽt de dictis eorũ, licèt simpliciter loquẽdo de iure ciuili, sint falsa. Cauetur enim in iure, ꝙ dominus nõ debet aliquã innouationẽ vel molestiã inferre colonis suis seu hominibus, & si cõtrariũ fecerit, moderator ꝓuinciæ faciat læsionẽ resarcire, & faciat veterẽ cõsuetudinẽ in redditibus præstandis obseruare. vt C. de agri. & censi. l. cùm satis. §. caueant. lib. xj. & facit C. ne rusti. ad vllum officium vel obsequium denotentur. in rubro & in nigro, per totum, lib. xj. Nec etiam dominus debet, nec potest vasallis suis talliam imponere, cũ hoc lege nõ caueatur. & erubescimus, &c. Nec etiã inuenitur in toto libro feudorũ, quòd dominus possit talliare vasallos, vel questam eis facere, pro filia maritanda, vel pro terra emẽda, nec in aliquo alio casu, nisi in adiutorium, cùm dominus vadit cum Imperatore in hostem: vt de capi. Corra. c. vno. §. similiter. vel nisi cùm dominus vadit in dicta publica expeditione Romana pro suscipienda corona imperij: vt de pace iur. firman. §. fi. & facit in d. cõstitutione imperialẽ. §. firmiter. sed non est curandum de illis iuribus, quia iã loquũtur tantùm de Italia, & Alemania. Sed videtur, ꝙ idẽ
31 † debeat dici de alijs locis imperij: vt C. de sacrosan. eccle. auth. cassa & irrita. ibi enim quod dicitur de Italia, trahit glo. ad alia loca. Sed dicendũ est, ꝙ iura illa libri feudorum non ligant nos, etiam si generaliter, vel de toto imperio loquantur. sed auth. illa, cassa & irrita. benè ligat nos, & non aliàs, nisi quia in corpore iuris redacta est: vt satis dictũ est suprà. Et quia magnum & debitum fauorem continet circa libertates ecclesiæ, non est mirum, si illud, quod ibi dicitur de Italia, gl. trahit ad alia loca. quia fauores sunt ampliandi. vt ff. de libe. & posthu. l. cùm quidam.

Item cùm Iohannes Blanci dicat, quòd
32 dominus † potest questam facere, cùm opus habet, & necessitas illud exposcit, nõ est verũ de iure ciuili. Itẽ & de iure feudorũ expressè est cõtrà, si de feu. defun. contro. fu. inter dom. & ag. vasal. c. licèt vasallus. vbi habetur, quòd si dominus in periurium incidat, quia dare non valet, quod dare iurauerit, & vasallus eum liberare possit, pecuniam suam dando, ipse non cogitur eum liberare. & facit de aliena. feu. paterni. c. fin. &, quæ fuit prima causa benefic. amit. c. vno. §. illud enim certum est. Apparet ergo illos malè dixisse & scripsisse. ¶ Item, si esset verum, quod dixerunt, verum est tamen & sine dubio, quòd dominus † vicem debet reddere vasallo. ergo facta hypothesi secundùm eos, scilicet quòd dominus potest questam facere vasallo in aliquibus casibus, necessariò fiet talis consequentia seu propositio, in quia ista duo simul resident, scilicet si dominus potest questam facere vasallo, vasallus potest questã facere domino in simili casu. Et dico, ꝙ tũc in illis verbis erit vna ꝓpositio hypothetica, habẽs duas propositiones seu principales partes. de qua hypothetica propositione habetur mentio ff. de acqui. re. do. l quæsitũ. in fi. & sic poterit rectè concludi, quòd si vasallus maritet filiam suam, vel efficiatur miles, vel filius eius, vel emat terram, & sic de alijs casibus, de quibus illi locuti sunt: ipse poterit questam facere domino talem, qualem dominus esset facturus, si questam faceret vasallo in casu simili. quod tam ex patre domini, quàm ex parte vasalli reputo absurdũ. Dico ergo, ꝙ vasallus, † vt vasallus, nõ tenetur de iure domino suo ad aliquid dandum, vel faciendum, quantum est de natura feudorum, nec in prædictis, nec in alijs casibus: nisi ad illa, quæ comprehenduntur in sacramento fidelitatis. & illa sunt septem: vt xxij. q. v. c de forma. quorum sex sunt, Incolume, Tutum, Honestum, Vtile, Facile, Possibile. quæ sex consistunt in non faciendo: vt ibi exponitur. septimum est in faciendo, scilicet cùm dicitur ibi, restat, vt in eisdem sex supradictis consilium & auxilium domino suo fidelis præstet &c. ad quos etiam, si dictum non esset ibi, nec expositum, fortè vasallus teneretur. argu. ff. de verb. obli. l. in illa stipulatione, per te non fieri.

33 34

¶ Sed

35 ¶Sed an vasallus † teneatur seruire suo sumptu, potest quæri? In illis autem sex, quę sunt in non faciendo, non oportet quærere de expensis: quia quod non est, non potest habere expensas. quod enim non est, non habet speciem, nec differentias: vt notatur C. de proba. l. actor. Sed de septimo, quod est in faciendo, potest dici, quòd fiat ad expensas vasalli: quia, vt ipse seruiat, habet feudum. ergo suo sumptu seruiat. arg. ff. cómo. l. si vt certo. §. idem Labeo. & de condi. & demõ. l. quibus diebus. §. fi. Itẽ, quia cùm libertus debet operas, ipse suo sumptu debet eas præstare, si sunt incertæ. vt notatur ff. de condicti. inde. l. si nõ sortem. §. libertus. Sic ergo & in vasallo. nisi vasallus sit inops: quia tunc ad expensas domini. arg. ff. de ope. lib. l. suo victu. Itẽ, vbi est emolumentũ, ibi debet esse onus. vt C. de cad. tol. l. vna. §. pro secundo. & Inst. de legit. pa. tu. §. fi. ¶Econtrà videtur, quòd ad expensas domini, qui petit auxilium. arg. ff. ad exhib. l. sed & si hæreditas. §. j. Item, laboratores debẽt ali: vt notatur C. de testibus. l. quoniam liberi. Item, personale munus est, cum corporis labore, & vigilantia animi, sine detrimento tñ rerũ: vt tutela, & cura, & similia. vt ff. de mu. & hono. l. j. §. illud. & l. munerum. §. j. Sufficiat ergo domino, si vasallum habeat labore corporis & prouisione animi, per se, vel per alium, & sumptus pertineát ad dominum.

36 ¶Posset dici, quòd vasallus † fortè deberet seruire suo sumptu: quia ob causam datum fuit ei feudum, s. pro complendis his, quæ in sacramento fidelitatis continentur, si datio in feudum, & sacramentum starent in finibus suis, potissimè si feudum esset pingue. & hoc per iura statim primò allegata. sed datio in feudum, & sacramentum subsecutum, non stant in finibus suis, sed magis procedunt vltrà, scilicet quòd dominus debeat reddere vicem vasallo, super contentis in sacramento. & sic vice versa, dominus tenetur dare consilium & auxilium vasallo. & sic datio illa ob causam, excedit suos terminos: quia & si dominus dat feudum vasallo ob causam, nihilominùs & dominus tenetur vasallo ad similem causam. Sed potest dici probabiliter, & satis competenter, quòd si sit necessarium consilium & auxilium pro toto feudo, id est, pro iure dominij, & pro iure vasalli insimul, quòd tunc ambo inuicem iuuent, & faciant suo sumptu. Si autem sit necessarium domino, pro iure suo tantũ, quod habet in feudo: vel super alijs, quę tantùm tangunt dominum, tunc vasallus seruiat sumptu domini. Si autem sit necessarium vasallo, pro his, quę tangunt eum tantùm super feudo: vel quæ tangunt eum tantùm super alijs, ad quæ dominus teneatur, tũc dominus det consilium & auxilium sumptu vasalli. Et sic in summa, de domino † & vasallo rectè 37
potest dici, quod sequitur, qui seruit per se, vel per alium, quãdo opus est: vel qui vicem reddit, cùm opus est, ille facit illud, ad quod tenetur. sed qui petit seruitium, vel qui petit vicem reddi, postquàm de eius emolumento tractatur, & onus expensarum sustinere debet: nisi consuetudo, vel conuentio, vel modicum, & magnum, vel inopia forsitan, in prædictis aliquid habeat immutare. Idem dico, si rex Franciæ, vel Aragonum, vocent in adiutorium vasallum, vt vasallum: vel vasallus regem, vt dominum.

¶Sed si rex † Franciæ, qui non cognoscat superiorem de facto, nec de iure: vt dictum est suprà, de prẹiudiciali in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus. 38
vocet aliquos, nõ vt vasallos, sed vt subditos suos, pro guerra iusta, pro defensione regni, ipse debebit eis dare stipẽdia, & sic debebunt ipsum iuuare sumptu ipsius regis. ar. C. de erog. mili. an. quasi per totũ. lib. xij. cum similibus. Ibi enim dicitur in l. j. quòd milites tempore expeditionis solent percipere biduo bucellatum, tertio die panem: vna die vinum, alio die acetum: & vno die lardum, & biduo carnem veruecinam. & eodem tit. l. iubemus. dicitur, quòd à mẽse Nouembri detur militibus vinum nouum: quia vini veteris dispẽdiosa est erogatio. Per-

cipit autem Imperator annonã hoc modo: quia tributarij debent dare quinquagesimam frumenti, & quadragesimam hordei,& vigesimam vini & lardi. vt C. de susce. & arca.l. modios. lib. x. Et sic
39 apparet, quòd Imperator † administrat expensas & stipendia militibus. Et facit
40 ad hoc, quia Indictio † dicitur spatium quindecim annorum, in quibus sunt tria quinquẽnia, seu tria lustra. & in fine primi quinquennij percipit Imperator per vniuersum orbem à subditis æs, vt fiant inde arma militibus. & in fine secundi quinquennij, argentum, vt inde habeant stipendia milites. & in fine tertij quinquennij aurum, quasi pro thesauro, vt cùm necessitas occurreret, pro republica expediretur: vt notatur in cor. vt prę ponatur nomen Impera. circa princ. collat. v. & in rub. de indictionib. lib. x. Et vltra prædicta quandoque superindicit extra ordinem aliquid soluendũ à prouincialibus. vt C. de superindicto. l. vna. lib. x. & hoc quandoque propter sterilitatem, quandoque propter necessitatem publicam, fortè famis, vel guerræ: vt ibi nota. in rubrica. &, vt nemini liceat in emptione. spec. se excus. l. vna. lib. x. & C. de sacrosan. eccle. l. placet. & istud munus superindicti est extraordinarium. vt notatur C. de superindicto. in rubrica. & de indic. l. j. lib. x. licèt contrà notetur C. de sacrosanctis ecclesijs. l. placet. Et sic ap-
41 paret, quòd de † annonis, & tributis, & superindicto, quæ percipit Imperator per vniuersum orbem à suis subditis, debet satisfacere militibus, & eis stipendia soluere. & facit ff. de verb. sig. l. ager. §. j. & quod no. C. de sacrosanc. eccle. l. nemi-
42 nem ab angarijs. Sic & rex † Franciæ, & Aragonũ, & alij regis fœderati imperio, vel quasi fœderati, qui superiorem non recognoscunt, ipsi quando guerram habent, vel eam sperant, possunt extra ordinẽ collectas indicere vniuerso populo regni sui: vt inde soluant stipendia militibus, in exercitu, vel alibi, vbi constituti fuerint, pro tuitione reipublicæ. vt ar. C. de offi. præfe. præto. Afri. l. ij. §. iubemus etiam. quia non cogitur quis proprijs stipendijs militare. debet enim milites armari, & ali à republica. vt C. loca. & conduc. l. milites. in fi. & de re mili. l. milites. ij. in prin. lib. xij. ¶Attamen non possum perpendere, quòd illi reges habeãt in regno suo, in subditis suis, pro guerra, aliquod tributũ seu munus ordinarium, vt Imperator Romanus habet in annona, scilicet in frumento, hordeo, vino, & lardo. Item, nec in ære, argento & auro, per singula lustra. Licèt enim Imperator habeat illa, vt statim dictum est: non tamen debet idem dici in illis regibus. quia de hoc non est lex: ergo &c. Itẽ, est modus in rebus, sunt certi denique fines. vt no. ff. de verb. ob. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. Sed extra ordinem possunt collectas indicere subditis, pro defensione regni, etiam ipsis inuitis. ipsi enim sunt obligati ad illud de iure gentium, iuxta illud, quod dicit Cato, Pugna pro patria. vt ff. de iusti. & iure. l. j. in fi. & l. seq. Est enim ignauia seu pigritia, deserere munera ciuitatis, & quærere excusationes. vt C. de decu. l. quidam ignauiæ. lib. x. ad ea enim quis tenetur naturaliter. vt no. eo. ti. l. in filijs. & impium est, propriam patriam deserere. vt no. C. si curialis relic. ciuitate rus habita. mal. l. vna. lib. x. nec etiã vilem terram propriam quis potest deserere. vt no. C. de municip. & orig. l. fi. lib. x. Collectæ autem prędictę debebunt fieri pro viribus patrimonij, & non alio modo. ar. C. de immu. ne. cõce. l. fi. lib. x. & de operi. pub. l. omnes. ij. & ff. de va. & excu. mune. l. ij. §. fi. ¶Rectè dixi, pro defensione regni. Illi enim reges, † cùm nec 43
ius, nec nomen habent Imperatoris, & veniant ex successione in regno, quasi in patrimonio suo, redditus suos habent, & largissimas obuentiones & separatas, ipsi non possunt, nec debẽt aliquod vectigal instituere, nec collectas indicere pro imbursando, nec pro filia maritanda, nec pro alia quacunque causa, quæcunque fuerit illa: nisi pro defensione regni sui: vt dictum est. vel nisi propter euidẽtem vtilitatem reipublicæ. vel nisi de cõsensu populi. vel nisi prout fuerit hactenus con-

consuetum, & legitimè præscriptum. Et
44 caueant sibi † reges, ne propter suam, vel circunstantium superbiam, vel iram, vel aliàs iniustè faciant guerram. Quia si ibi tunc interfectus fuerit homo, etiam de parte eorum, Deus & Ecclesia imputabunt eis ad homicidium. ar. C. ad leg. Iul. de vi pub. vel priua. l. quoniã multa fa-
45 cinora. Et † de tallijs, & collectis, & de malis coltis, quas ipsi faciẽt, & de diuersis acquisitionibus pecuniarũ, circa quas aliquando colore quæsito & subtili ingenio intenderũt supra populum suum: vt in fabrica monetæ, & saluaguardia, & iuribus sigilli, & similib⁹, quasi populũ, sibi gubernandum, & non deuorandum, commissum, esse credant de barbaris, à quibus subtili ingenio aurum potest de iure extorqueri. vt C. de commercijs & merca. l. ij. ipsi reddent rationem Deo, ipsi erunt in peccato restitutionis. quia
46 iniustè præliantes † reges, vel quicunque alij, possunt dici latrunculi & prædones. arg. ff. de capt. & postli. reuersis. l. hostes. & de ver. sig. l. hostes. Et exinde, propter prædictum peccatum homicidij, & propter indebitas exactiones, quę accidunt ex iniusta guerra, potest intelligi dixisse
Psal. 67. David: Dissipa gentes, quæ bella volunt.

Item, cogitent prædicti reges, quòd si ipsi subessent Imperatori Romano, ille faceret eis iustitiã de eo, super quo contendũt, nec permitteret eos venire ad arma & rixas. ar. ff. de vsufru. l. si vsusfructus legatus sit. §. sed si inter duos. ipsi ve-
47 rò † non obediunt Imperatori, quod satis potest tolerari: vt aliàs dictum est superiùs. sed negari non potest, quin Papa sit iudex super eos, si ipsi Christiani sunt. Papa enim tenet locum Iesu Christi filij Dei & Saluatoris nostri. & si illi reges essent obedientes ei, sedaret eorum discordiam, vel per viam iudiciorum, vel per viam transactionis, pacis, & concordiæ. vel si esset in eis magna rebellio, tũc post sententias excommunicationum fortè
Psal. 17. authorizaret ibi bellum. iuxta illud: Benedictus dominus, qui docet manus meas ad præliũ, & digitos meos ad bellum. Sed ipsi parum, aut nihil timent Papã, & coloratè petunt decimas, Deo & clero debitas, & grauant ecclesias & personas ecclesiasticas. Deus ergo iudex iustus, cui resisti nõ potest, iudicabit eos, tam de inobedientia erga Papam, quàm de cõmissis ratione & occasione guerræ iniustæ. Ipsi autem deberent saltẽ timere Deum. Dicit enim Dauid, loquens regibus: Et Psal. 2.
nunc reges intelligite: & erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. & alibi dicit: Et adorabunt eum omnes Psal. 72.
reges: omnes gentes seruient ei. Timor autem Dei deberet eos reuocare à prædictis malis, ne posset dici & de eis, quod dicit Dauid: Et viam pacis nõ cognoue- Psal. 13.
runt: non est timor Dei ante oculos eorum, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis. Item alibi dicit: Noluerunt Psal. 35.
intelligere, vt benè agerent. Item caueant, nè possit dici de eis, quod dicit Dauid alibi: Excussit Pharaonem & virtu- Psal. 134.
tẽ eius in mari rubro. Qui percussit reges 135.
magnos, & occidit reges fortes Seon, regem Amorrhęorum &c. Item cogitent, quòd regibus mortuis, non audiuimus, quòd aliqua emenda seu restitutio ablatorum fieret pro eis, per eorum successores. Et illi, qui hodiè regunt, cogitent, quòd ipsi parum, aut nihil emẽdant pro prædecessoribus suis: & sic quod faciũt prædecessoribus, expectent à successoribus. arg. in cor. vt cùm de appel. cogno. §. hoc autem disposuimus. collat. viij.

¶Sequitur arbor, † de successione regni 48
Franciæ, hîc addita Anno Domini millesimo, ccc. xxix.

Philippus,

Ludouicus,

• Fratres.

Ludouicus, Alfonsus, Carolus, Robertus,

Fratres.

Philip.

Philippus, Robertus,

Carolus,

Robertus,

Fratres.

Philippus,

Carolus,

Ludouicus,

Ludouicus,

Robertus,

Philippus,

Ludouicus,

Philippus,

Carolus,

Philippus,

Carolus,

Philippus,

Fratres.

Carolus,

Robertus,

Iohannes,

Iohannes.

¶Philippus fuit rex Franciæ, sapiens
49 valdè. ille cepit actionem. De quo † etiam dicitur, quòd regnauit per quadragintaquinque annos. & quia tẽpore suo,
50 quidam Papa nomine Vrbanus,† transiens in Galliam, celebrauit concilium in Claromonte, super bono statu regni, & super passagio terræ sanctæ, quæ tota occupata erat à Sarracenis: & tunc statuit ibi, quòd Horæ beatæ virginis Mariæ quotidiè dicerentur, & officium eius diebus sabbatinis solenniter fieret, & ibidẽ excommunicauit prædictũ regem: quia dimissa vxore sua aliam sibi adiũxit, qui tanquam obediẽs Ecclesiæ abiecit illam adulteram, & propriam vxorem resumpsit, & absolutus fuit. Itẽ tempore suo,
quidam alter Papa nomine † Innocẽtius, 51
celebrans conciliũ in Claromonte, fecit ibi constitutionem, si quis suadente diabolo. q̃ est xvij. q. iiij. c. si quis suadente.

Illi Philippo successit † Ludouicus, qui 52
cepit Auinionẽ, de quo etiam dicitur, ꝙ regnauit per tres annos tantùm, in quibus maxima fecit: quia quæ pater suus non compleuerat contra Comitẽ Tholosanum, & quosdam alios, ipse perfecit, & authoritate Ecclesiæ contra hæreticos processus factus fuit. & tandẽ occupauit quasi omnem terram, vsque ad Rhodanum. Ecclesia tamen occupauit tunc Comitatum Veneiciũ, qui ad Comitatum Tholosanũ pertinebat. & cùm Ludouicus cepisset & sibi subiugasset ciuitatem Auinionensem, rediens in Franciam decessit in Aluernia amont pansier.

Illi Ludouico † successit primogenitus 53
filius eius tredecim annorum, qui fuit probus homo, & habebat tres fratres, s. Alfonsum, qui fuit Comes Tholosanus & Pictauensis. Item Carolum, qui fuit Comes Andegauensis, & postmodũ Comes Prouinciæ, & rex Siciliæ, & rex Hierusalem. Item habebat alium fratrem, scilicet Robertum, qui fuit Comes Atrebatensis. Et ille Ludouicus decessit apud Tuniciũ, anno Domini millesimo, cclxx.

Illi Ludouico † successit Philippus pri- 54
mogenitus eius filius, de quo dicebatur, quòd erat audax homo, & iuit de mandato Ecclesiæ contra regem Aragonum, cùm rediret, decessit Narbonæ, anno Domini M.cc.lxxxv. Illi Philippo † succes- 55
sit Philippus filius eius primogenitus, qui fuit pulcher homo. diu & quasi toto suo tempore habuit guerram cum Flandrensibus, & cum rege Angliæ. de quo populus conquerebatur, propter mul-

tas

tas & varias exactiones, quas fecit gentibus suis, & propter multiplices mutationes monetarũ, circa quas nimis intendit. Iudæos de regno expulit, Tẽplarios ad nihilũ venire fecit. Item Ludouicum patrem suũ canonizari fecit per Papam Bonifaciũ, de quo posteà benè non fuit.
56 Illi Philippo successit † Ludouicus filius eius primogenitus, qui & rex erat Nauarræ ex parte matris, cui in illo regno successerat. & sic vocatus fuit Frãcorum
57 & Nauarræ rex. Illi Ludouico † successit in vtroque regno Iohannes filius eius, quem solum habebat masculũ. & vsque in illum, durauit linea descendens. Illi
58 Iohanni † defuncto, in infantili ætate, spreta & omissa sorore sua, quam habebat, successit in vtroque regno, scilicet Franciæ & Nauarræ, sed ex linea transuersali, Philippus frater dicti Ludouici, patruúsque dicti Iohannis. Item Phi-
59 lippo † mortuo sine liberis, successit etiã in vtroque regno Carolus frater eius. de quo dicitur, quòd ipse, Philippo patre suo regnãte, fuisset vxoratus, & vxor sua esset habita suspecta de adulterio, & ex hoc esset capta, & posteà ipsa concepisset, & peperisset filium in carcere, diceretur tamen, quòd ipse eam in carcere cognouerat carnaliter. Tandem mortuo dicto Philippo patre suo, & etiam mortuis Ludouico, & Iohanne, & Philippo, qui successiuè fuerant reges, vt apparet in arbore: & ipse post eos esset rex: tunc matrimonium contractum inter eum & illam, quæ in carcere conceperat prædictum filium, probata quadam cõsanguinitate spirituali, super qua nõ fuerat per Papam dispensatum, fuit declaratũ fore nullum, & aliam duxit vxorem. Postmodum ipso mortuo sine liberis, dimisso illo filio, in tanta obscuritate & dubietate iuris sui concepto, & maximè, quia quando cõtractum fuit illud matrimonium banna non fuerant edita: ideo illi Carolo concessum fuit, vt sequitur. Il-
60 li Carolo mortuo † sine liberis, soror dicti Roberti, filiaq; Ludouici fratris sui quondam, successit in regno Nauarræ: quia illud regnũ venerat per fœminam. & illa filia fratris erat proximior illi fœminę, per quã illud regnũ venerat, & nullus etiã masculus supererat. sed in regno Frãciæ nõ successit, nec successerat: licèt fuisset & esset proximior in gradu. Quia licèt dicatur per aliquos, ꝙ semel successit fœmina in regno Franciæ: tamen hodiè non admittitur fœmina, quandiu masculus de genere inuenitur. Succes-
sit ergò † illi Carolo in regno Franciæ, 61
Philippus filius Caroli, qui erat ei in quarto gradu: vt apparet hic in arbore. nec successit Robertus pronepos Roberti Comitis Atrebatensis quondam: quia ille erat in octauo gradu. nec successit Robertus, nepos Caroli regis Siciliæ & Hierusalem: quia ille erat ei in septimo gradu. nec successit Ludouicus nepos beati Ludouici: quia ille erat dicto Carolo decedenti in quinto gradu.

¶ Sed quare non venit Carolus † insi- 62
mul, & æqualiter, cum Philippo fratre suo, ad succedendum in regno: cùm ambo sint in eodem gradu illi Carolo defuncto, s. in gradu quarto: vt apparet in arbore? Sed dicendum est, quòd vbi sunt duo vel plures fratres, semper de consuetudine diutiùs approbata præfertur primogenitus in successione regni: vt satis apparet in arbore. sic etiam eadem ratione repelluntur Philippus, & Carolus, filij Ludouici, pro eo, quòd ille Ludouicus fuerat tertiò genitus: vt apparet in
arbore. ¶ Sed quid, si dum decessit † ille 63
Carolus, rex superfuisset Robertus, filius beati Ludouici, an successisset vnà cũ Philippo prædicto, posset dubitari? Et satis videretur, quòd sic: quia ambo in pari gradu fuissent, s. in quarto. & post fratres, fratrumq; filios, pares in gradu, pariter succeduut. vt C. de leg. hære. authent. post fratres. etiam in feudis. in lib. feu. de na. suc. feu. c. vno. de quo dictum est suprà in alia arbore. Sed dicendum est, quòd ambo non possent venire insimul ad successionem regni. quia duo insolidum eiusdem regni reges esse nõ possunt: vt ff. commo. l. si vt certò. §. si duobus vehiculum. & de acquiren. pos. l. iij. §. ex contrario. nec etiam regnum,

seu regalis dignitas, diuidi potest: vt in d. constitu. imperialem. §. præterea ducatus. nisi res diuiderentur, scilicet quòd de vno regno, fierent duo regna: quia & tūc dignitates essent duæ. vt de hoc C. de metropo. Beryto. l. vna. lib. xj. quæ diuisio, in regno non cōuenit. quia scriptum est, quòd regnum in se diuisum desolabitur. nec quarta etiam debita iure naturæ habet ibi locum. iuxta id, quod no. extrà de vo. & vo. redemp. c. licèt. Videretur ergo, quòd si dictus Robertus tunc vixisset, nullus eorum debuisset admitti: quia impediuissent se inuicem. arg. ff. de test. tu. l. duo sunt Titij. & de rebus dubi. l. si ita fuerit. ¶Sed quia regnum † rege carere nō debet, quis eorum succedere debuisset? Videtur quæstio indissolubilis. vt est in plaustris † sibi obuiātibus in via, seu in carreria nō larga, scilicet quod eorum debeat retrocedere seu retroire, & dare alteri liberam viam. de quo tangitur C. de serui. l. per agrum. & de insolubili quæstione habetur ff. ad leg. Fal. l. qui quadraginta. in princ. Attamen nihil ita indissolubile, quin possit solui: vt ibi satis ostēditur. Quid ergo † poterimus dicere? Duo enim insimul aliquo modo reges esse non possunt. Posset solui & dici, quòd qui eorum possedisset, fuisset potior. ar. Insti. de interdictis. §. commodum. vel posset dici, quòd forte dirimi debuisset inter eos. arg. ff. de iudic. l. sed cùm ambo. vel quòd vterentur alternis annis. arg. ff. de vsufru. l. si cuius. aliàs, si vsusfructus. §. sed si inter. & l. quoties. vel quod eligeretur idoneior. ar. ff. depos. l. ij. & de mu. & ho. l. vt gradatim. §. j. vel quòd esset locus gratificationi populi ciuitatis, scilicet quem eorum voluisset recipere in regem. ar. ff. de leg. j. l. si quis à filio. §. j. & de offi. pręt. l. Barbarius. Crederem, quòd si ille Robertus filius beati Ludouici superfuisset, tunc, cùm decessit ille Carolus, quòd ipse fuisset præferendus in regno: quia antiquior, & filius regis. quæ in Philippo non erant. In plaustris † verò sibi obuiantibus, licèt videatur quæstio insolubilis, potest dici, quòd illud retrocederet, quod cum minori damno posset retroire. vel illud, cuius ductor potuit pręuidere. vel si in vno plaustro essent res fiscales, vel dotales, vel pupillares, illi daretur fauor. vel si omnia essent paria, quòd tunc forte dirimentur. & facit quod no. ff. ne quid in loco publi. l. ij. §. j.

Matt. 12. Luc. 11.

Sequitur Guido Pa pe q. 476.

64

65

66

67

68 ¶Ponamus, quòd Philippus † prædictus rex Franciæ decedat relictis duobus filijs, scilicet Iohanne, qui natus & conceptus fuit, antequàm pater suus esset rex, & Petro, qui natus & conceptus fuit, postquàm pater Philippus fuit rex: quęritur, quis eorum debebit succedere in regno? Et videtur, quòd Iohannes. quia, vt dictum est, primogenitus debet succedere. sed Iohannes est primogenitus. ergo &c. & facit ff. de sena. l. senatoris filiū. in fi. & de decu. l. ij. §. in filijs. Sed ecōtrà videtur, quòd Petrus debeat succedere. quia licèt Iohannes sit primogenitus Philippi patris sui, non tamen fuit primogenitus Philippi regis, sed Petrus est primogenitus regis: quia ille fuit primogenitus, postquàm Philippus pater fuit rex. & facit C. de digni. l. si senator. lib. xij. tempus enim conceptionis videtur debere spectari. arg. ff. de sena. l. emācipatum. §. sed si quis cōceptionis. ¶Sed dicendum est, quòd Iohannes debebit succedere, quia verè primogenitus est. Et quærere argumentum seu arguere à simili, ex materia senatorum vel decurionum, non est conueniens. quia in senatu senatori, vel in decurionatu decurioni, nullus iure hæreditario succedit. sed in regno Franciæ succedit filius iure hæreditario, & filijs seu liberis non extantibus, succedit vnus de collateralibus, ita quòd proximior in gradu, est potior ad obtinendum regnum iure hæreditario, non ex electione: vt apparet hìc in arbore. Item, si dictus Iohannes non deberet admitti, per illam regulam: ergo si nec Petrus frater esset, nec aliquis alter post dignitatem regalem genitus, ita parum Iohannes deberet admitti. quod esset absurdum. Item, si diceretur, quòd nullo existente genito, vel concepto, post regalem dignitatem, quòd

quòd tunc veniret Carolus frater prædicti Philippi regis: certè & illud esset absurdissimum, scilicet quòd relicto Iohanne, qui verè fuit filius Philippi regis, licèt post dignitatē genitus seu conceptus, veniret frater Philippi, scilicet Carolus, qui nec fuit filius regis, nec frater etiam regis, post dignitatem. immò credo, quòd dato, quòd Philippus & Carolus fuissent filij regis: tamen nihilominùs Iohannes natus & conceptus ante regalem dignitatem præferetur Carolo.

69 ¶Illi Philippo † datum fuit semel intelligi, quòd Episcopus non debebat habere iurisdictionem temporalem, iuxta

Matt. 22. illud verbum, quod scriptum est: Red-

Marc. 12. dite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. & executio præcessit sententiam: quia præconisatum fuit Parisijs, quòd nullus esset ausus trahere laicum coram Officiali, nisi in casibus spiritualibus. Consiliarij nō aduertebant benè, qualiter centum & triginta anni sunt vel circa, authoritate Ecclesiæ, & ex

70 pactis & transactionibus † rex Franciæ acquisiuit Comitatum Tholosanum & Bituricensem, in quibus nullum ius habebat antè. & qualiter tunc dominus Montis Lauri tenebat in feudū castrum Albenastri à Comite Tholosāno, & Comes ab ecclesia Auiciēsi, & ecclesia à nullo. sed postmodum beatus Ludouicus, quia Afonsus frater suus & Comes Tholosanus, non erat ætatis præstandi fidelitatem, mandauit, quòd dominus Montis Lauri immediatè præstaret fidelitatem episcopo Auiciensi. & illud factum est vsque hodiè. quia rex Franciæ, qui successit Alfonso in Comitatu, nullo modo pstaret fidelitatē Episcopo Auiciēsi. Nec

71 credat rex † Aragonum se habere ius in prædicto Comitatu Tholosano: qa quidē rex Aragonum, si quod ius ibi habebat, illud amisit. quia fuit fautor, & venit in propria persona in adiutorium Comiti Tholosano. quoniā Papa notauerat eum de hæresi, & Comitatum illum contulerat regi Franciæ occupādum. Et hæc notant Doctores magnæ authoritatis. & de hoc est benè munitus, vt credo, rex Fraciæ per instrumēta publica. Sed fortè consiliarij sui proiecerūt ea in ignem, ex superbia sua, credentes, quòd nemo posset nocere regi Franciæ. Et anno Domini † M.cc.xc. fuit abscissa lingua publi- 72
cè in mercato castri Narbonensis cuidam homini cæmentario, quia affirmauerat in iudicio coram Senescalo, quòd rex Aragonum habebat ius in Comitatu Tholosano. & ego vidi abscindi sibi linguam. Item, non aduertunt benè consiliarij, qualiter † episcopus Auiciensis est 73
Comes Vallaniæ, & Vicecomitatus Podemapti tenetur ab eo in feudum. quæ Episcopus tenet à nullo. Nec aduertūt, qualiter † à pauco tempore citrà rex ac- 74
quisiuit ab ecclesia Magalonens. ius vasalli, quod habebat in regem Maioricarum. quod ius illa ecclesia tenebat à nullo. Item, non aduertunt, qualiter † vna 75
de bonis defensionibus iuris, quas rex habet contra regem Angliæ, est præscriptio, circa quam potest habere bonam fidem: quia multi reges prædecessores eius boni & catholici iam prescripserunt ea, & fuerunt in possessione, in qua ipse etiam est hodiè. Vtinam signa leonum, quæ sunt in Aluernia & in Vallania, debito tempore fuissent rupta. & licèt in via iuris non noceant, tamen vulgò malè intelligētibus videtur, quòd noceant. & arguunt: quia signum repræsentat signatum: vt C. de aquæducti. l. decernimus. in fi. lib. xj. Item videtur eis, quòd aduersarius retinuit possessionem per leones, qui ibi erant. & ad hoc arg. ff. de vi & vi arma. l. j. §. non alij. Nec videtur possessio libertatis alicui acquisita: quia illa signa non fuerunt obdurata. arg. ff. de serui. vr. præ. l. hæc autem iura. Sed ex vilipēdio & superbia fuerunt ibi dimissa, & adhuc sunt. Non igitur credant consiliarij, quòd Ecclesia † de- 76
beat esse deterioris conditionis, quàm rex. quoniam ipsa potuit acquisiuisse, & adhuc poterit acquirere, iurisdictionem, & Comitatus, & castra, & prædia, & alia allodia, ex donatione, & alio titulo, vel ex legitima præscriptione. Et qui prædictam libertatem seu facultatem

acquirendi, licèt sit illa libertas de iure communi, auferunt ecclesiæ, & statuunt contra ecclesiam, vel obseruant, ipsi, vt credo, faciunt contra ecclesiæ liber-
77 tates. Item illi, † qui supradictam præconisationem fecerunt fieri, eo ipso fuerunt excommunicati: vt extrà de im-
78 mu. eccle. c. pe. lib. vj. ¶Et in summa, † ex
Matt. 22. prædictis, vt scriptum est, & rectè: Red-
Marc. 12. dite Cæsari, quæ Cæsaris sunt: & quæ Dei, Deo. sicut etiam rectè dicitur, Reddite regi, quæ regis sunt: & quæ legitimè acquisiuit. & Reddite ecclesiæ, quæ ecclesiæ sunt, & quæ legitimè ecclesia ac-
79 quisiuit. Acquisiuit † autem ecclesia, aliquando ex vltima voluntate: vt C. de sacrosanc. eccle. l. j. & in cor. Authent. de eccle. ti. §. si quis in nomine. colla. ix. cum similibus. & de hoc etiam ante aduentum Christi: vt ff. de annu. leg. l. annua. §. j. & de auro & argen. le. l. Titia. §. fi. & sufficiunt ibi duo testes: vt extrà de testa. c. relatum. j. Item, acquirit ecclesia, aliquãdo ex donatione, vel ex monachatione: vt C. de sacrosanctis eccles. authent. ingressi monasteria. & l. illud. & l. pen. & fi. & de dona. l. sancimus. & de episc. & cle. l. si quis ad declinandam. §. vbi autem. ibi, dum dicit: vt ex his res immobiles comparentur. & l. Deo nobis. §. hoc etiam nobis. Item, acquirit aliquando in pœnam, alicuius res immobiles: vt in Authent. de eccle. ti. §. si quis in sua domo. & §. si autem orthodoxus. col. ix. & C. de hæreti. l. Arriani. Item, acquirit ecclesia, aliquando ex præscriptione: vt xvj. quæst. iij. c. placuit. j.

Item, ex antiqua consuetudine acquirit iurisdictionem: vt extrà de immun. ec. c. pe. lib. vj. Item, acquirit legitimè domos, & prædia, & alias possessiones: vt extrà eo. c. j. lib. vj.

¶Quidam verò, spretis iuribus, tam canonico, quàm ciuili, &c. suprà alleg. cum similibus, suggerunt regi, quòd ec-
80 clesia † non potest acquirere res immobiles regni sui, sine eius volũtate. Et reddunt rationem: quia nihil est ibi allodiale, sed omnia tenentur à rege. non tamen dicunt, an in feudum, vel in emphyteusim. quia neutrum est verum. sed fortè ipsi intelligunt in commenda seu precariò. illud tamen illi dicere verecundantur. Illi tamen vocant alienationẽ, quando fit in ecclesia, turpi nomine amortizationem, & malè: vt apparet ex supradictis. immò deberet potiùs vocari aduiuatio, quia fit & facit ad vitam & salutem animæ. Item, tradunt aliam rationem, scilicet quia ecclesia † non potest 81
posteà res illas alienare. Sed illa ratio nõ est bona: quia immò potest alienare in sex casibus: vt no. in cor. de non alie. §. nos igitur. col. ij. & de alie. & emphy. §. ea verò. collat. ix. Item septimò, potest alienare, vbicunque episcopus prospexerit meliora: vt xij. quæst. ij. c. sine exceptione. seruata tamen forma alienationis: vt ibi. nec inuenitur, quòd in illis septem alienationibus, quando fiunt per ecclesiam, rex habeat seu habere debeat aliquod laudemium. Item reddunt aliam rationem, scilicet quia ille, qui † alie- 82
nat in ecclesiam, posset committere crimen læsæ maiestatis, & ita illæ res possent cedere lucro regis. sed ecclesia non posset illud committere. Sed illi deficiunt: quia rex non vocat se imperatorem, licèt ipse vellet esse. & ita in eo nõ habet locum illud crimen, sub illo nomine. Item, cùm dicunt, quòd ecclesia nõ potest committere illud crimẽ: dico, quòd immò & alia crimina. arg. C. de sacrosanc. ec. l. iubemus nullam. Item, cùm dicũt, quòd alienantes in ecclesiã, possunt committere crimen illud, & ita interest regis, ne fiat illa alienatio: dico, quòd illud interesse non est expectandum, scilicet quòd aduersa fortuna illius alienantis spectetur. argu. ff. de verborum obli. l. inter stipulantẽ. §. sacram. & C. de bo. proscri. l. si quis posthac. in prin. ibi, dum dicitur, quod absit &c. Itẽ, regales † ponũt res illas ad manũ regis, & impe- 83
diunt, ne ecclesia vtatur eis liberè, & sic iniuriam faciunt. & si esset alter, posset agi contra eum actione iniuriarum: vt ff. de iniur. l. iniuriarũ. §. si quis me prohibeat. in fi. Item, pro manu illa & impedimẽto iniustè † appositis amouẽdis, extor- 84
quen-

quẽtur pecuniæ ab ecclesia, q̃d tñ deberet fieri gratis. si esset alter, posset agi contra eũ condictione ob turpẽ causam, ad illã pecuniam repetendã: vt ff. de condi. ob turp. caus. l. ij. §. item si tibi. & l. fi. Co-
85 gitent illi, si est benè factum, taliter † ecclesiam Dei suppeditare, & in seruitutem deducere. nisi res illæ tenerentur à rege in feudum, vel in emphyteusim. & etiam si ab alio tenerentur, rex non debet se opponere, nec conqueri de iure seu de interesse tertij non conquerentis. argu. ff. de superfi. l. j. §. is autem. ¶ Nunc autem
86 † dico, quòd illi, qui indistinctè statuerunt vel obseruant, ecclesiam non posse acquirere liberè res immobiles, si indistinctè id faciunt, & generaliter, ipsi faciunt contra ecclesiæ libertates, aduersus canonicas & imperiales sanctiones, & incidunt in magnas pœnas, quæ sunt C. de sacrosan. ec. auth. cassa & irrita. & in constitu Frede. ij. de statutis & consuetudinibus contra eccle. libertates edi. l. vna. circa principium. & etiam sunt excommunicati, prout habetur de senten.
87 excommuni. c. nouerit. Rex † autem, si in prædictis consentit, & vt acquisitionem laudet, pecuniam pro quadam finantia recipit, ipse tenetur eam restituere, & damna resarcire. & hoc in foro conscientiæ & confessionis. Item tenetur in foro ciuili. Sed quia ipse non habet ibi aliquem in superiorem, de iure, nec de facto, ipsemet iudicet contra se, vel det aliquem iudicem, cui se subijciat. quod & potest facere. arg. ff. de iuris. om. iudic. l. est receptum. Quòd autem
88 rex † non subsit Imperatori, etiam de iure, dictum est suprà, tit. de præiudi. in. rem, per quam quæritur, an aliquis sit
89 seruus. Item tenetur † in foro ecclesiastico. Sed ipse tardè de facto recognosceret ibi aliquẽ habere in superiorem. licèt ipse & omnis Christianus de iure subsit Ecclesiæ, ratione peccati. Doctores iuris canonici & ciuilis, Magistri in theologia, super prædictis debiliter loquuntur, & in Scholis & alibi conniuentibus oculis transeunt: & Consiliarij regis ea palliant, timentes displicere regi, si dicant veritatem, sperantes per eum ad pinguia beneficia promoueri. Confessores & religiosi, quando loquuntur cum regibus, deberent eis consulere iuxta prophetam Dauid, Ne irritarent Deum in adinuentionibus suis, nec vellent malignari in prophetis eius. & quòd inquirerent pacem. Aliqui verò ex illis, assumunt verba & parabolas suas de libro Regum, vbi habetur, quòd reges debellabant inuicem, & alter alterius regnum occupabat sine ratione: sed erat pro ratione voluntas, & populum quandoque tyrannizando tractabant. sed parum de iustitia curabant. sed qui plus poterat, obtinebat. & in illis reges imbuti. ideo non credunt deficere, exercendo suam potentiam & fortitudinem in subditos suos, bona eorum, & iurisdictiones vsurpando, plerunque omissa iustitia, & permittendo duellum, vbi est fortitudo sine iustitia. Fortitudo † autem licèt sit vir- 90
tus, ipsa tamen non laudatur, quando est sine iustitia. Fortitudo enim, si quis ab ea iustitiam subtrahat, est occasio delictorum: vt in corpore, vt omnes obediant iudici. prouin. in prin. colla. v. Bonum
† & salutiferum esset regibus, & alijs, si 91
obseruarent præcepta iuris, quæ sunt tria: scilicet, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum vnicuique tribuere: vt. ff. de iusti. & iu. l. iustitia. §. j.

Psal. 105. & 104.

¶ Quidam dicunt ea, quæ sequuntur, quæ tamen non credo ab ore regis processisse. Primò, quòd rex potest † conde- 92
re ius in regno suo, prætermisso iure canonico & ciuili. & an ius suum sit rationabile, sua est cognitio. & ita conditum est ibi ius, quòd ecclesia non possit acquirere res immobiles. quòd rex possit talliare personas ecclesiasticas. Secundò dicunt, quòd rex † potest corrigere cleri- 93
cos. Tertiò, quòd rex † esset authoritatis 94
illius, quòd posset corrigere Papam aliquando, si contigerit eum delinquere. Quartò, quòd rex † tot bona & tot elee- 95
mosynas facit religiosis in quibusdam ecclesijs, quòd satis potest ei parci super tallijs & financijs, dato, quòd essent contra iura. ¶ Ad primum dico, quòd rex

96 † est laicus. & vt sic si consideretur tanquam seu quasi laicus, fortè est possibile, quòd sit infestus de facto clero & eccle-
97 siæ. Clericis † enim laicos infestos valde, tradit antiquitas: vt extrà de immu. eccle. c. clericis. lib. vj. & sic rex habet pro se contra clericos populum suum laicum, quem non debet audire: vt argumen. ij. q. vij. c. laicos. Item, rex habet quandoque iuxta se, in venatione, & ali-
98 bi, laicos Gallos. de quibus † est possibile, quòd dent sibi acre consilium. Secundùm Isidorum enim, Romanos dicimus graues, Græcos leues, Afros versipelles, Gallos verò natura feroces & consilio acriores. & hæc natura Climatum facit.
99 Sed & idem † rex, est rex Franciæ, & consueuit esse pugil Ecclesiæ, & inter alios reges Christianos consueuit & est in veritate caput & maior totius Christianitatis, post Imperatorem Romanum, & procurat & nutrit studium scientiarũ, plùs, quàm alij reges. per quod illuminãtur &
100 † humiliantur gentes ad obediendũ Deo, & illi, cui ratione iurisdictionis suæ subsunt. vt C. ne fi. pro pa. auth. habita. & vt sic, si idem rex consideretur, tanquam seu
101 quasi rex Franciæ, ipse cauet † & cauebit sibi, quicquid illi dicatur, ne offendat ius canonicum nec ciuile, derogando libertatibus & priuilegijs ecclesiarum & personarum ecclesiasticarum, super tallijs & collectis seu exactionibus extraordinarijs, quæ eis imponi non debent: vt extrà de immu. ec. c. non minùs. & c. aduersus. & extrà eo. ti. c. j. lib. vj. & in Cle. c. vno. & C. de epi. & cle. auth. item nulla communitas. nec statuendo vel obseruando, vt ecclesia non possit acquirere res immobiles. Et si contrà faciat, non faciet illud vt rex Franciæ, sed vt rex laicus, simpliciter loquendo. & sic in prædictis habet locum argumentum, de tanquam, seu de quasi. vt & aliàs ff. de adop. l. si pater. §. j. Sed alij reges credunt, quòd rex Franciæ, vt rex Franciæ faciat, & veniat contra libertates ecclesiæ, in aliquibus etiam sumentes exemplum ab eo. & de
102 hoc Papa est in culpa, qui concessit † regi Franciæ, quòd nullam sententiam excommunicationis latam à Canone timeat, nec incurrat in persona sua: vt dicitur. ¶ Ad secundum dico, quòd illi non benè viderunt, xij. q. j. c. futuram. vbi Constantinus vocauit † clericos deos, & quòd 103
à nemine debeant iudicari. Item, clerici sunt reges laicorum: quia illi regunt se & alios: vt e. q. c. duo sunt genera Christianorum. Item, clerici legem Dei defendunt, propheta Dauid dicente: Nolite Psal. 104.
tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. vt no. in cor. Authen. de non alie. aut permutan. reb. ecclesiast. §. œconomum. col. ij. Item, clerici non sunt de foro seculari. cùm enim laicus efficitur clericus, statim factus est de loco & foro episcopi: vt no. ff. de leg. j. l. nemo potest. nec clericus subest pro tallijs, pro domibus, seu prædijs, nec etiam pro alijs rebus suis: vt extrà de immuni. ecclesiar. c. j. lib. vj. & de vi. & honest. cle. c. fi. & de his in ti. de duello. ¶ Ad tertium dico, quòd correctio † Papæ perti- 104
net ad ipsummet. & si se non corrigat, correctio est Cardinalium, qui si nõ sunt, pertinet ad Primates, Archiepiscopos, & Episcopos: vt credo. Sed dicere, quòd aliquis rex corrigat, seu capiat Papam, est opprobriosum, ac magnæ arrogantiæ & temeritatis. Sed Papa benè † corrigit re- 105
ges. quod apparet: quia anno domini M. cc. lx. vel circà, Papa priuauit per sententiam regem Aragonum suo regno, & contulit illud Carolo patri istius Philippi, qui hodiè est rex Franciæ. Item, à pauco tempore citrà, Papa priuauit Bauarum Imperio, & Ducatu suo Bauariæ, pronunciando eum hæreticum. ¶ Ad quartum dico, quòd non † est pium, seu 106
eleemosyna, vnum altare tegere, & aliud detegere: vt in cor. quomodo oportet episcopos. §. in omnibus. collat. j. & C. qui poti. in pig. ha. l. assidius. Item, eleemosyna † non extinguit peccatum resti- 107
tutionis: quia nõ dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum: vt extrà de reg. iu. c. peccatum. lib. vj.

¶ Et est notandum, quia quod sequitur, non est in legibus: quòd qui † tur- 108
bant seu impediunt iurisdictionem eccle-

clesia-

clesiasticam,per se, vel per alios, directò,
vel per obliquum, & qui ad illud dant
consilium,& auxilium,vel fauorem,eo-
ipso sunt excommunicati : vt extrà de
immu.eccle.c.pe.& fi. lib. vj. Item, qui
109 seruari † faciunt statuta edita, vel con-
suetudines introductas contra Ecclesiæ
libertatem.verbi gratia, quòd personæ
ecclesiasticæ respondeant coram iudice
seculari.vel quòd à laicis tallientur pro
bonis acquisitis.vel quòd acquisita extra
manum suam ponant.vel quòd ecclesia,
vel collegium,non possit acquirere im-
mobilia,nisi redimant se,& attinent cum
domino temporali, ad arbitrium eius.
& sic de similibus capitulis. statutarij, &
scriptores illorum, necnon potestates,
consules & rectores, & consiliarij loco-
rum,vbi huiusmodi statuta,& consuetu-
dines editæ fuerunt,vel seruatæ, & iudi-
ces,qui secundùm ea præsumpserunt iu-
dicare, & illi, qui in publica forma scri-
bere præsumpserunt iudicata, sunt ex-
communicati, prout habetur extrà de
senten. excommunica. c. nouerit. Item,
110 qui † non per modum statuti seu consue-
tudinis, sed aliàs, quia placet eis, impo-
nunt clericis tallias, vel quascunque ex-
actiones, pro domibus,prædijs, vel alijs
rebus eorum,ipsi sunt in peccato morta-
li,tanquam inobedientes,& contempto-
res iuris canonici, prædicta fieri prohi-
bentis. prohibentur enim extrà de im-
mu.e.cle. c.non minùs.& extrà eo. tit.c.
j.lib. vj.in Cle.c vno.in fine.Sed illi non
sunt excommunicati, si præmoniti desi-
stant: sed si præmoniti non desistant,tunc
ipsi & eorũ fautores, & ad illud facien-
dum,consilium, auxilium, vel fauorem
dantes, sunt excommunicati : vt extrà
111 de immu.ec. c.non minùs. Talliæ † igi-
tur,& quæcunque exactiones prohiben-
tur fieri à laicis,in rebus clericorum.Sed
112 si episcopus † prospexerit necessitatem
imminere, & esse communem vtilita-
tem: verbi gratia, Fossata, & muri,& a-
quæductus,ciuitatis, vel municipij, in-
digent reparatione,vel itinerũ vel ponti-
um imminet necessaria & vtilis refectio,
& sic de similibus ; nec facultates laico-
rum suppetant ad illa onera suppor-
tanda : tunc idem episcopus compellet
clericos ad cõtribuendum: vt ibi.cõsul-
to tamen priùs Romano Pontifice : vt
eodem tit.c.aduersus. ¶ Apparet igitur
† ex prædictis, quòd ius canonicum ab- 113
horret multùm, talliam, & quancunque
aliam exactionem imponi ecclesię,& per-
sonis ecclesiasticis: quia licèt episcopus
prospexerit esse vtile & necesse, & facul-
tates laicorum non suppetere,non tamen
compellet clericos ad contribuendum:
nisi priùs consulto Romano pontifice :vt
ibi. Item,potest perpendi ex prædictis,
si quis † vult ea benè intelligere, quòd si 114
fiat aliquid vel obseruetur contra Eccle-
siæ libertatem, nec præscriptio cuiusque
temporis, nec aliqua vetustas potest li-
gare,nec in aliquo nocere clero, nec in
persona, nec in rebus: nec laici exinde
possunt de iure aliquod petitorium, vel
possessorium acquirere, vel obtinere,
pro præterito tempore,vel etiam in fu-
turum. Et super hoc, non est diu, quòd
defecerunt Parisijs † magistri in Parla- 115
mento : quia pronunciauerunt per sen-
tentiam, regem esse potentem talliandi
clericos ciuitatis Claremonten. & iusse-
runt eos,& malè,quia sententia fuit nul-
la. ¶ Circa tributũ † Imperatoris, de quo 116
dictũ est suprà ante arborem, iura cano-
nica sunt prompta, & Doctores nimis
prompti ad dicendum, quòd clerici non
sunt immunes. & idem dicit ius ciuile.&
not.ff.de mune.& ho.l.munerum. §. pa-
trimoniorum.& de vacat.& excusat.mu.
l.sunt munera. & C. sine censu.vel reli. l.
omnes. Sed dicendum est, quòd hodiè,
iure nouissimo, omnes sunt immunes à
tributo. vt C.de. epis.& cleri.auth. item
nulla communitas. quod apparet, ibi,
dum dicit, aut inuadere ecclesiastica bo-
na præsumant &c.Igitur nec pro tributo
debent bona clericorum inuadi, cùm ibi
generaliter & indistinctè loquatur. & il-
lud verbum, aut inuadere ecclesiastica
bona presumant &c.tanquam fauor, ex-
tendatur extra angarias & perangarias
exactiones.& hoc satis ibi notatur. Et sic
iura, quæ dicunt contrarium, sunt cor-
recta,

correcta.vt no.eo.ti.l.de his clericis.& de sacrosan.eccle.l.penul.& facit C.de epis. & cleri.authen.statuimus. Est enim melius dicere, postquàm illud verbum, aut inuadere ecclesiastica bona præsumāt &c. potest correctionem importare, quòd Imperator correxerit se, quàm ab alio se corrigi expectasset, vel aliter alia iura nō tenere declarasset. vt ar. in cor. de nup. §.j.col.iiij. Si enim vellemus dicere, quòd iura non essent correcta, Papa posset declarare ea non tenere. quia clerici lege Dei defenduntur. iuxta illud prophetæ

Psal.104. Dauid: Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Et quia Imperator, qui multas prouincias eximit à tributo: vt ff. de censi.l.j.& in Syria immunes reddit impuberes, & maiores lv.annis: vt e.tit.l.iij. si ipse vellet, quòd ecclesia, & clerici, qui sunt seruitores in ecclesia Dei, compellerentur ad tributū, ipse videretur in eis malignari. quod nō esset tolerandū, imò correctione domini Papæ dignum. inferior enim non potest tollere legem superioris. arg. ff. de arbi. l. nam magistratus. Nec obstat xj.q.j.c. si tributum. quia illud est correctum. Vel illud, vt credo, fuit ibi dictum, quia ecclesia non erat ausa seruare tūc iura sua, timens potentiam Imperatoris, & exactores tributorum, vt dictum est suprà, de præiudi. in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus.

117 ¶ Sed videtur, si clerici † acquirunt rem tributariam, quòd ipsi debeant soluere tributum: quia res transit cum onere suo: vt ff. de contrahen.emp.l. alienatio. & de acqui.re.do.l. traditio.§.j. Sed ibi intelligendum est, de onere imposito à domino, vel quasi domino, vel à natura fundorum. quia tunc res transit cum onere etiam in priuilegiatis. vt ff. de serui.rust.præd.l. via. §. si fundus. Sed tributum fuit voluntariè impositum ab Imperatore, qui non est dominus rerum, nec quasi dominus, & ligat tantùm subditos suos, scilicet laicos, & inter illos res tributaria transit cum onere tributi:

118 vt C. sine cen. vel reli.l.ij. Clerici † autem sunt priuilegiati à Deo, nec sunt subditi in aliquo Imperatori, nec de eius foro, & sic ipsi sunt immunes à tributo. Sed si Imperator † faceret passagium, vel aliquid 119

aliud, habens communem vtilitatem & necessitatem, nec facultates laicorum sufficerent ad onera: tunc dominus Papa solus, & nullus alter, faceret ecclesiam & clerum contribuere ad illa onera supportanda: vt extrà de immu.eccle.c.non minùs. ibi Inno. dicit, quòd quædā extraordinaria subit, quamuis ad ea non sint clerici per secularem iudicem cogendi: sed per ecclesiam, de cuius foro sunt personæ: licèt res sint de foro laici. Sed dici † debet, quòd nec ordinaria, nec 120 extraordinaria indicta, vel indicenda ab Imperatore seu à laicis, subsint hodiè ecclesia, nec ecclesiasticę personę. vt dictum est. & super hoc satis habeo in testem glossatorem Accur. C. de epis.& cle. authen. item nulla communitas. & l. de his. de sacrosanc.ec.l. placet. Sed quia idem Innocen. in verbis suis prædictis dicit, quòd res clericorum sunt de foro laici, insurgit error, & inde dicunt iudices seculares, quòd clerici † saltem in actione 121 in rem tenentur respondere coram iudice seculari. Sed illud non est verum. & de hoc contrà ti. de duello. Prohibetur enim indistinctè clericus ibi respondere: & si respondeat ibi, punitur. Nec iuramento potest se astringere ad respondendum. vt ibi, & extrà de foro compe.c. si diligenti. Item, nec † vt testis ad ferendum testimo- 122 nium in aliqua causa cogitur ibi venire. vt xiiij.q.ij.c.fi. Item, quia certum † est, 123 clericum non esse de iurisdictione iudicis secularis, ideò vocatus non tenetur venire, allegaturus priuilegium suum. iuxta illud, quod notatur ff. si quis in ius vo. non ie.l.ij. & de fe.l.j.§. si verò. Item, fideiussores iudicio sisti per eum ibi dati, non tenebuntur. vt ff. si quis cau. l. si seruus. in prin. & l. quoties. Item, non valebit quod ibi actum, vel processum fuerit. vt extrà de iud.c. at si clerici. ¶ Item Innocen. extrà de sen. excom.c. nouerit. dicit mirabilia, quæ sequuntur. In temporalibus, solus Imperator † vniuersis, 124 & clericis, & laicis, pręesse debet, priuilegia

Vide Guidonem Papa in decisio q.77. nu.2.

gia concedere potest. Exinde gaudent laici, & iudices seculares, dicentes, quòd postquàm Imperator præesse debet clericis: ergo clerici sunt subditi Imperatoribus, & præsidibus prouinciarũ, sicut laici. Sed non est verum. clerici enim non sunt de foro seculari, vt dictum est. & qui caperet eos, esset excõmunicatus. vt xvij. q. iiij. c. si quis suadente. Secũdò gaudent multùm laici, ex illis verbis mirabilibus,
125 dicentes, quòd postquàm Imperator † solus potest concedere priuilegia in tempo-
126 ralibus: ergo Papa † non potest aliquid in priuilegium cõcedere clericis in temporalibus, nec Imperator in spiritualibus debet se intromittere. vt no. per Accur. in cor. quomodo oportet epi. in prin. col. j. Item facit pro eis, quia potestas Papæ, & Imperatoris, sunt distinctę, nisi quia vacante Imperio, Papa supplet defectũ Imperij. vt extrà de foro compe. c. licèt ex suscepto. & in hoc residet Ioh. in decre. x. dist. c. quoniam idem. Item facit pro eis, quòd de temporali iurisdictione se non debet intromittere Papa, nisi in subsidium, s. cùm iudex secularis est negligens, vel cùm vacat Imperium. & hoc notat Ber. extrà de iudi. c. nouit. Sed illi domini Doctores, salua eorum reuerentia, non dicunt potestatem Papæ, quę est certè magna, est etiã larga magis, quàm ipsi dixerunt, & ꝙ si ipsi fuissent benè ausi aperire ex toto corde suo, ipsi dixissent, ꝙ Papa & clerus deberent semper stare in ecclesijs, & rogare pro se, & pro laicis, ꝙ essent contenti de decimis, quæ iure diuino eis debentur: & ꝙ Papa esset contentus gladio spirituali, & ꝙ de temporalibus penitus non se intromitterent. Sed si illud vellemus tenere, parum aut nihil timeretur ille gladius spiritualis in Papa. Certum est enim, ꝙ ille gladius non videtur, nec sentitur, sed est in fide. & ideo pro nihilo, nisi gladius temporalis esset ibi aliquando immixtus. aliàs fortè nisi Papa vteretur gladio temporali, fortè haberemus quandoꝗ Imperatorem paganum, & quandoꝗ hęreticum, & tardè Christianum. & sic finaliter vniuersalis status Ecclesiæ deperiret: quod absit.

¶ Meliùs ergo dixissent illi Doctores, ꝙ Papa debet se intromittere de temporalibus, si iusta causa interueniat, & aliàs non. Negari enim non potest, quin Papa in Concilio generali concesserit clericis immunitatem super tallijs laicorum, vt suprà dictum est. ibi, iusta & honesta causa: quòd in honorem Dei, & pro cultu diuino Papa det immunitatem Ecclesiæ, & seruitoribus Dei in Ecclesia sua, pro rebus suis, quandiu eas tenet vt suas. Itẽ Papa statuit, quòd in relictis ecclesię sufficiunt duo testes. vt extrà de testam. c. relatum. Item, Papa prohibet torneamenta militum. vt extrà de torneamen. & sic de similibus alijs intromittit se Papa, licèt sint temporalia. Item, cùm semel Ecclesia Romana opprimeretur à rege Lombardorum, & Imperator Constantinopolitanus requisitus nollet patrocinium præstare, tunc inuento patrocinio aliunde, scilicet à Carolo filio Pipini, qui Carolus erat rex Franciæ, & exinde fuit rex Lombardorum. vt notatur de pa. iura fir. l. hac edictali. §. iniuriã. quem exinde Papa creauit Imperatorem, & Papa transtulit Imperium à Græcis in Germanos. vt extrà de electio. c. venerabilem. Item, Papa ex causa iusta deponit reges. vt ibi notatur. & de hoc habetur xv. q. vj. c. alius. Item, Papa publicè bellum indicit. vt notatur eadem q. vj. c. authoritatem. & de hoc habetur xxiij. q. viij. c. igitur. & c. hortatu. Item, quasi in temporibus nostris, cùm Fredericus Imperator opprimeret Ecclesiam Romanam, Papa indixit ei publicum bellum, & ibi ille Fredericus mortuus fuit in bello, & tunc Papa dedit regnum Sicilię in feudum Carolo Comiti Prouinciæ, qui in bello vicerat prædictum Fredericum.

Item, Papa indixit bellum contra Auinioñ. Item, & contra regem Aragonum.

Item, cùm hæreticus Imperator pronunciasset Robertum regem Sicilię commisisse crimen læsæ maiestatis, Papa illam sententiam reuocauit, propter scandala, quæ exinde verisimiliter poterant euenire: vt extrà de sen. & re iudi. c. ij. in Cle. Item, Papa Bauarũ imperio & Co-

mitatu suo Bauariæ priuauit, non est diu.

Papa verò Bonifacius à quodam Columnēsi fuit captus Agnaniæ, & vita fuit ei abbreuiata. Item, Iohanne Papa præsidente, quidam frater Minor, Bauaro tunc Imperatore, fuit electus Romæ in antipapam. quæ fuerunt tunc malè seu in nihilum deducta, cùm facta fuerint in vituperium fidei & totius Christianitatis. Ex supradictis apparet, quòd Papa ex causa iusta intromittit se de temporalibus, etiam Imperio non vacante, nec iudice seculari in negligentia existente. quibus supradicti Doctores benè non possunt respondere, nisi vellent dicere, quòd in prædictis Papa intromisit & intromittit se de facto: sed non de iure. Sed ipsi, sic dicendo, conarentur priuilegium Romanæ Ecclesiæ infringere, & inciderent in decretū xxij. dist. c. j. & si Papa staret opinioni eorum, & sic non vteretur gladio temporali, in Vrbe, nec alibi, nec intromitteret se alicubi de temporalibus, finaliter oporteret eum fugere in loco vm-
1. Reg. 23. brosō & per fugitiuis congruo. Sicut Dauid fugit in monte Ziph, quando fugit à facie Saul, persequentis eum. quod non est expectandum: quia melius est ante tempus occurrere, &c.

127 ¶ Et est notandum, quòd duo † sunt gladij, seu duæ sunt potestates distinctæ.
128 & Imperator habet † gladium temporalem à Deo, id est, à populo Romano, disponente Deo. vt no. in corpo. quomodo oportet episcopos. in prin. col. j. & de instru. cau. & fide. §. fi. col. vj. sed Papa, cùm Imperator est electus, eum confirmat, & consecrat, & coronat. vt extrà de elec. c. venerabilem. & ei Imperator sacramentum præstat: vt lxiij. dist. tibi domino. & sic apparet, quòd habet illius gladij executionem à Papa. ante coronationē enim executionem non habet: vt C. de quadri. præscrip. l. benè à Zenone. in fi. Sed Papa
129 † habet vtrunque gladium: vt satis colligitur xxij. dist. c. j. ibi, dū dicitur, quòd Dominus Petro terreni simul, & cælestis imperij iura commisit. Item, Dominus indi-
Ioan. vlt. stinctè præcepit Petro: Pasce oues meas: vt C. de summa Trin. in epistola inter cla-
ras. in prin. Item, Dominus tradidit Petro Matt. 16.
claues cælorum: vt xx. dist. c. j. Papa aūt, eius successor, non potest benè destruere, ligando, vel soluendo super terram, nisi quādo vteretur gladio terreno seu iurisdictione tēporali: vt satis apparet extrà
de iudi. c. nouit. Ille Papa † tamen, ab illo 130
gladio summè debet abstinere. Dixit enim Dominus Petro: Pone gladium in Matt. 26.
vaginam. & hoc dixit ei, vt ab incur- Ioan. 18.
su carnali distraheretur, & vt in secularibus negocijs se non immisceret, & vt ex humilitate sursum eleuaretur, & ne ex humana superbia demergeretur: vt satis colligitur x. dist. c. quoniam idem. & xcvj. dist. c. cùm ad verum. Ex causa aūt magna & iusta, Papa, qui successor est Petri, debet vti illo gladio: vt apparet ex superioribus. aliàs peccaret, & redderet rationē Deo, qui sibi vtrunque gladium di-
misit. Et si quis arguit, quòd Dominus † dixit 131
indistinctè Petro: Pone gladiū in vaginā. Volūtas aūt vltima est seruāda: vt xiij. q. ij. c. vltima volūtas. & ff. de adimen. lega. l. translatio. in fi. & sic videtur, quòd nunquam Papa debeat vti illo gladio. Dico, quòd Dominus nō dixit Petro, remoue vel redde gladiū: sed dixit, pone in vaginā. & sic gladius remāsit penes Petrū, vt eo posset vti, cùm causa iusta eueniret. Et circa istos
† duos gladios, dixit Bernardus, quòd Impe- 132
rator executionē tēporalis recepit ab Ecclesia. & Dominus vtroque gladio vsus est, & Moyses vtrūque gladium habuit, cuius successor est Papa, qui Imperatorē confirmat, & cōsecrat, & coronat, & deponit. & in hoc residet extrà qui fil. sint legi. c.
causam. §. verùm. ¶ Papa † verò, & Car- 133
dinales, super discordia regis Franciæ & Angliæ, qui impediūt passagiū vltramarinū, & impedient, & illud progauit seu interrupit, (vt ita loquar) in xxx. vel xl. annos, & in plus, de quo dolendū est, cùm debuissent vti vtroque gladio, vel saltē altero, contra illū de regibus, qui iniustus & inuasor extitit, nihil penitus fecerunt
nec faciunt: sed vt dicit Dauid, Turbati Psal. 106.
sunt, & moti sunt, sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. sed ipsi fortè timent capi, vel timent dona & benefi-

Psal.52. neficia restringi, & illic trepidauerunt, vbi non erat timor. Sed contra regem Aragonum, vtroque gladio vsi fuerunt viriliter & rigidè, nec tunc timuerunt capi. Et licèt fuerit ibi magna causa & ratio, vtroq; gladio vti, hîc tamen sine cõparatione maiora fuerunt & sunt damna & scãdala in Christianitate, s. infinita strages, seu occisio hominum, & passagij prorogatio longa, & sic certè terræ sanctæ obliuio, & Sarracenorum gaudiũ & fortificatio, quæ damna esse magna patet episcopis & consortibus, sed non Papæ, vt videtur. Fortè ipse est nimis propè, & immediatus illis regibus, & eorum consiliarijs, intantum, quòd ipse, nec eos, nec facta eorũ videt. Secundùm Philosophum enim, obiectum immediatè positum super organum, ab ipso organo non sentitur. Sed fortè, si Papa esset longè, cum debita mentis distantia, nec fauor, nec odium circunstantium turbarent eum, ipse habuisset oculos, & rectè vidisset, & aliquo ipsorum gladiorũ vsus fuisset. Dicunt tamen aliqui, quòd si Papa esset Romæ, festinanter debuisset facere transitum in Galliam, ad sedandum tantam discordiam. sed nos videmus, q; ipse diu fuit & est Auinioni, & cùm transit põtem in Gallia, & tamen nihil fecit, nec facit. Finaliter dico, quòd responderi non potest, quin ipse defecerit: quia altero, vel vtroque gladio in tanta necessitate non est vsus, postquàm à Deo illam potestatem habet iniunctam ac commissam. vel dicat, non esse verum, quod ipse nullo modo diceret. ¶ Sed videtur, quòd Papa
134 † illo gladio temporali vtatur indebitè & iniustè in vrbe Romana, cùm nec valuerit donatio, quam fecit Constantinus de illa vrbe, beato Syluestro Papæ. vt notatur in cor. quomodo oportet epi. in prin. col. j. & dicitur, quòd illa die audita fuit vox de cælo, dicens: Hodiè infusum est venenum in Ecclesia Dei. Sed dico, quòd licèt non valuerit dicta donatio de iure: tamen valuit & valet, quia ex inspiratione seu dispositione diuina facta fuit. quod apparet: quia in principio Christianitatis oportuit Petrum deserere Hierusalem, & iuit in Europam in vrbe Romana. & post eius mortem, vix aliquis Papa ausus fuit palàm apparere, donec prædicta donatio fuit facta. Posteà verò post donationem factam per Constantinum, qui multùm auxit statum Ecclesiæ Romanæ, vt notatur ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. cùm vrbem. Ecclesia Romana fuit & est caput omnium ecclesiarum. vt in epistola, inter claras. in princ. C. de summa Trinit. & fide catho. & fuit & est mater fidei: vt xxij. dist. c. j. & nisi fuisset facta, vbi & Papa vsus fuisset gladio temporali, ipse ab Vrbe fuisset expulsus. quod conatus fuit facere Astulphus rex Lombardorum. Non ergo fuit infusum venenum in Ecclesia Dei, immò subsidium & adiutorium, ad sustinendum Ecclesiam Dei, cõtra paratos ad opprimendum eam. ¶ Item videtur, quòd Papa † malè vtatur illo gladio in Venesino: & 135
episcopus Magalonensis in quibusdam castris, quæ habet iuxta Montem Pessulanum. & sic de pluribus alijs personis ecclesiasticis. Sed dico, quòd iurisdictiones † sunt hodiè in patrimonio nostro: 136
sicut asinus in patrimonio rustici. & venduntur & transferuntur de vno in alterum, licèt illud in iure ciuili non inueniatur. Et quia personæ † ecclesiasticæ pos- 137
sunt acquirere res immobiles: vt extrà de immu. eccl. c. j. lib. vj. ideò & Comitatus, & Baronias, & iurisdictiones possunt & eis liceat iustè & legitimè acquirere: ne sint deterioris conditionis, quàm alij. & vt si potestatẽ, & iurisdictionem habeant, tardiùs à laicis opprimantur. & dixi suprà in titulo, de præiudiciali in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus.
Semper autem personæ † ecclesiasticæ 138
debent vti iurisdictione seu gladio temporali, taliter, quòd ex humilitate sursum eleuentur, nec ex humana superbia demergantur: vt argu. x. dist. c. quoniam idem. ¶ Et est † notandum, quòd qui pri- 139
uilegium, vel potestatem Ecclesiæ Romanæ deprimit, vel nimis arctat, ponit se in periculo: quia scriptum est, quòd qui cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit: qui autem Romanæ

Ecclesiæ priuilegium, ab ipso summo ecclesiarum capite traditum, auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur. & cùm ille, scilicet qui cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, vocetur iniustus: hic, qui scilicet Romanæ Ecclesiæ priuilegium auferre conatur, dicendus est hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus eam, s. ecclesiam Romanam, agit: quia mater est fidei. vt ista habentur xxij. dist. c. j.

RVBRICA LXIIII.
De fossatis, & muris.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica persona, an teneantur ad refectionem murorum ciuitatis, vel municipij. Et an & quatenus teneantur ad exactiones & ad tributa. nu 2.*

3 *Muri dicuntur, duobus modis. & quibus.*

4 *Muri quidam publici, quidam priuati. & num. 6.*

5 *Muros, & fortalicium, quatenus cuilibet in suo facere liceat.*

7 *Muri publici sunt sancti, & in nullius bonis, & in auxilium habitantibus constituti, nec illos transscendere, vel violare licet.*

8 *Muros publicos non licet de nouo facere, nec reficere, sine Principis vel Præsidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, nec supponere, nec immittere, nec in eis, nec in portis habitare, nec in eis aliquid facere, per quod damnum seu incommodum irrogetur.*

ET quia superiùs facta est mentio, de fossatis, & muris ciuitatis, vel municipij, qui quandoque indigent reparatione: ideo addendo
1 dico, quòd personæ † ecclesiasticæ non tenentur in refectione murorum. est enim sordidum munus: vt C. de quibus mu. vel præstati. nemi. lice. se excus. l. fi. & ideo ecclesia excusatur: vt no. C. de sacrosan. eccles. l. ad instructiones. Sed videtur contrà, C. de ope. publi. l. ad portus. vbi dicitur, quòd dignitas non excusat à munere. Sed potest dici, quòd ecclesiasticæ personæ non excusantur propter dignitatem, sed propter officium: quia deseruiunt cultui diuino. Hodiè etiam
† non tenentur ad aliquas exactiones, nec 2
etiam ad tributa: vt statim dictum est. Nihilominùs tamen Episcopus, consulto priùs Romano Pontifice, si immineat publica vtilitas, & laicorum facultates non sufficiant, faciet Clerum contribuere: vt extrà de immu. eccle. c. aduersus.

¶ Et est notandum, quòd vno modo
† dicuntur muri, parietes de lapidibus 3
cum cæmento. ff. de verbo. signi. l. paries. aliàs l. quantum. Alio modo dicũtur parietes, circundantes aliqua loca pro de-
fensione & tuitione. Et illi † muri, qui- 4
dam sunt publici, quidam priuati. Priuati muri sunt, qui à priuato, in loco suo, cuiuscunque, s. fundi, facti sunt. Cuilibet enim licitum est, fundos suos, vel loca sua, murali ambitu vallare: vt C. de ædificijs priua. l. per prouincias. & ita li-
cet † cuilibet facere in suo fortalicium, & 5
muros. Dum tamen non fiat ad æmulationem alterius loci, vel nisi exinde materia seditionis verisimiliter timeretur præberi, fortè cum vicinis: vt argu. ff. de ope. publi. l. opus nouum. vel nisi fieret in limine imperij: quia ibi non licet habere fortalicium, nisi illi, cui Princeps concesserit, vel nisi illi, cui antiquitas iudicauit: vt C. de fun. limi. l. ij. lib. xj. Pu-
blici † muri sunt, muri alicuius ciuitatis, 6
municipij, vel villæ. Et illi sunt † sancti, 7
& in nullius bonis: vt Institu. de rer. diui. §. sanctæ quoque res. & ff. eod. l. j. §. sanctæ. & §. finali. & sunt publici muri, seu publica mœnia constituta in auxilium habitantibus: vt ff. de verb. signi. l. pupillus. §. oppidum. nec muros publicos licet transscendere, vel violare. & est super hoc pœna capitis. & aliàs egredi, quàm per portas, est hostile, & abominandum: vt ff. de rerum diuisione. l. fi-
nali. nec eos † licet de nouo facere, nec 8
reficere, sine Principis vel Præsidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, nec supponere, nec immittere: vt ff. eod. l. sacra. §. muros. & l. sanctum est.

est.in fine. nec licet in eis, nec in portis, aliquid facere, per quod damnũ seu incommodum irrogetur: nec in eis, nec in portis habitare: vt ff. ne quid in lo. sacro.l.pe.&fi.

RVBRICA LXV.

De refectione murorum.

SVMMARIVM.

1 *Muros publicos reficere quando priuatus possit.*

2 *Muros nouos an facere, & veteres firmiùs renouare, vniuersitas possit.*

3 *Expensæ murorum publicorum, quo ordine & qualiter fieri debeant.*

4 *Incola ciuitatis pro rata suorum bonorum, pro reficiẽdis muris, an & qualiter conferre teneantur.*

5 *In expensarum collatione de bonis priuatis, vbi muri publici reficiuntur, an æs alienum deducatur, & debita quæ & qualia computentur.*

6 *Murorum refectio, munus est, quod imponitur personis pro rebus, & quibus illud imponi debeat.*

7 *Incolæ bona, in constructione & refectione operis publici, quæ & qualiter æstimentur, & ea, si alibi sita sint, contribuere teneatur.*

8 *Incola, si mutauerit domicilium, an soluere cogatur ad murorum publicorum refectionem. Et quid, si moriatur.*

9 *Communitas an possit accipere domos, & hortos propinquos muris, & eos ibi annexare, pro muris & fossatis firmiùs reformandis, si vtile, vel necessarium videatur. Item, an possit propter guerram de proximis nemoribus secare arbores, & de domibus ligna capere, locum palis munire, & palinas facere. nu. 10.*

11 *Tributum præstandum propter guerram, si Princeps guerram non habeat, an præstari debeat.*

12 *Princeps an teneatur dare aliquid pro refectione murorum, loco tertiæ partis, quam solebat ibi percipere ante datam immunitatem.*

13 *Baro, cuius est castrum, vel villa, quia habet in eis commodum iurisdictionis, an & quando teneatur aliquid dare pro murorum refectione.*

14 *Munus aliud, quod imponitur municipibus & incolis, ad expedienda negocia vniuersitatis, & ad conseruandas res, & iura eius.*

15 *Vniuersitas, quæ bona habere possit in suo dominio, vsufructu & vsu.*

16 *Testis in causa vniuersitatis, an quilibet de vniuersitate esse possit.*

CIRCA refectionem † murorum publicorũ credo, quòd si sit magna necessitas: vt quia fortè inuasores sunt ibi propè: tunc quilibet priuatus possit occurrere, & eos suo sumptu reficere. Nã tua res agitur, paries cùm proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires. &c. vt ff. ad leg. Aquil. l. si quis fumo. §. j. Et necessitas non habet legem: vt ff. de offi. proconsul. l. j. & C. de ope. liber. l. j. Item, si deformibus ruinis muri publici decidant, credo, quòd quilibet potest suo sumptu reficere: vt C. de ope. pub. l. intra vrbem. licèt ibi expresè non loquatur de muro. Vniuersitas † verò debet sine dubio nouos facere, & veteres firmiùs renouare: vt C. de ope. publi. l. omnes prouinciarum rectores. licèt glos. ibi. & C. de diuersis prędijs vrba. & rustic. l. iij. lib. xj. dicat, quod cum authoritate Principis, vel Præsidis sit faciẽdum. Sed glos. notat, & meliùs, vt credo, quòd sine authoritate alicuius, ff. de rer. diuis. l. sacra. §. muros. & Institu. eod. §. sanctæ quoque res. & ff. de ope. publi. l. opus nouum. & hoc notat Azo in Summa sua. & Instit. de rerum diuis. licèt sub dubio, fortè. Et in l. omnes prouinciarum rectores. satis videtur data licentia, aliâs legitima authoritas vniuersitati: quia ibi dicit, ordines & incolas vrbium singularum muros, vel nouos debere facere. & verba debent intelligi cum effectu.

3 ¶ Circa expensas† murorum publicorũ, dico, quòd tertia pars canonis, qui ex locis fũdisve iuris publici annua pręstatione seu annui tributi cõferetur, conceditur in refectione murorum publicorum: vt C. de ope. publi. l. ne splendidissimæ. & de vecti. & commis. l. fi. & de diuersis prædijs vrban. & rustic. l. iij. lib. xj. & in corpo. de colla. §. iubemus nullam. aliàs incipit, ciuitatum verò. col. ix. ¶ Item, si illa tertia pars non sufficiat, tunc vniuersitas, si velit, potest vendere cum certa solennitate de rebus suis: vt C. de venden. re. ciui. l. fi. lib. xj. ¶ Itẽ, si Præsidi videatur, ipse poterit expensas ludorum publicorum in illa refectione conuertere: vt C. de expensis public. ludorũ. l. j. lib. xj. ¶ Item, si tertia pars illius tributi non sufficiat, nec aliàs inuenitur,

4 vnde fiant expensę: tunc per rectores† vniuersitatis, vel illos, per quos res vniuersitatis gerũtur, asscribuntur expensę ordinibus & incolis, pro viribus singulorum: vt C. de oper. publi. l. omnes prouinciarum rectores. Et quia debet fieri asscriptio pro viribus singulorum, apparet, quòd † debet deduci æs alienũ: quia

Vide Guidonẽ Papæ authorem nostrũ sequentem consil. 67. nu. 10.

5 vires & bona dicuntur, deducto ære alieno: vt ff. de iure doti. l. siue generalis. & de mino. l. si ex causa. §. j. & de verb. sig. l. subsignatum. §. bona. Item, quod debetur alicui, cõputabitur in bonis eius: quia qui actionem habet, rem habere videtur: vt ff. de regul. iur. l. qui actionem. Si tamen illud debitum possit exigi de facto & de iure: vt ff. de dona. l. nam ei. & prout no. ff. soluto matri. l. facere posse.

Item, quia imponitur pro viribus singulorũ, apparet, quòd est † munus, quod

6 imponitur personis pro rebus. & sic solùm debet imponi municipibus, & incolis, & non aliàs. vt ff. de mu. & hono. l. rescripto. in fi. Et imponitur eis, licèt habitent extra muros in continentibus ędificijs, vel molẽdinis, vel mansis. Si tamen illa loca respondeant, vel sint de iurisdictione seu mandamento illius loci, de cuius loci muris tractatur. vici enim vidẽtur esse illius, cui respondẽt: vt ff. ad munici. l. qui ex vico. & l. incola. & de verb. signi. l. pupillus. §. incola. & C. de epi. & cler. l. nulli. §. quòd si in vico. Item, æstimabuntur bona † incolæ, vbicunq; sint: 7
quia indistinctè dicitur ibi, quòd fiat asscriptio pro viribus singulorum. Vires autem vbicunque sunt, sicut bona, etiam sequuntur personam. licèt contrà videatur, C. de mulie. & in quo loco. l. vna. lib. x. vbi videtur glo. innuere, quòd si personis pro rebus indicatur aliquid in loco domicilij, quòd res alibi positæ æstimari non debẽt. quod videtur contra rationes prædictas. Dico tamen, quòd si in duobus locis, vel pluribus, aliquis habeat domicilium, quod potest esse: vt ad munici. l. Labeo. tunc erit cauendum, ne eædem res pro muris vtriusque domicilij asscriptione vexentur. Item, qui habet domum emptam, vel aliam possessionem in municipio, si ibi domiciliũ non habet, non tenebitur contribuere: quia sola possessio non facit aliquem munus percipere: vt ff. ad muni. l. libertus. §. sola. & licèt illud ibi intelligatur in muneribus personalibus, tamẽ idem est in patrimonialibus, quæ indicuntur personis pro rebus: vt ff. de mune. & honori. l. rescripto. in fi. Item, si incola † mutauerit 8
domicilium ante impositum munus, seu ante factam æstimationem, non cogetur soluere. sed si post impositũ munus seu asscriptionem, ipse cogetur soluere: vt ff. ad muni. l. incola iam muneribus. Et sic apparet, quòd si incola moriatur post asscriptionem, hæres cogetur soluere: licèt sit clericus, seu talis, cui imponi non posset. ¶ Item, si videatur † vtile, vel ne- 9
cessarium, communitas poterit accipere domos, & hortos propinquos murorũ, & eos ibi annexare, pro muris & fossatis firmiùs reformandis: quia cõmunis vtilitas præfertur priuatæ: vt ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. & C. commu. de lega. authen. res quæ. & tempore necessitatis omnia sunt communia: vt C. de naui. non excusandis. l. j. lib. xj. & ff. ad leg. Rhodiam de iactu. l. ij. §. itidem agitatum est.

Item, eadem ratione, imminente necessitate † propter guerram, poterit de 10
proximis nemoribus scindere arbores, & de

& de domibus capere ligna, & locũ palis munire, & palmas facere, cũm eadem sit ratio. In prędictis tamen, debebit damnum passis satisfieri de publico. argu. C. ex quibus causis fer. prę. lib. accip. l. ij. & ne quid in loco sa. l. penul. Et idem debet dici de via, fluminis impetu amissa. licèt contrà obseruetur in fossatis ciuitatis Bononiæ: vt no. ff. quemadmo. serui. amit. l. si locus. §. si. Non tamen satisfiet ei, de damno dato ꝓpter refectionem murorum, ab ipso fisco, sed à cõmunitate ciuitatis, vel municipij, ad cuius vtilitatem & auxiliũ factum est. Et satis est, quòd fiscus soluat tertiam partem annui tri tributi illius loci, de cuius muris agi-

11 tur. ¶Si princeps non habet † guerrã, & sic quia tributum est propter guerram, non debet præstari: quia cessante guerra, debet cessare effectus: vt C. de epis. & cleri. l. generaliter. vel præstamus, quòd Princeps super tributo dedit immunitatem incolis cuiusdam castri, vel villæ.

QVAESTIO. Modò quæritur, an

12 Princeps † teneatur dare aliquid, in refectione murorũ, loco tertiæ partis, quod solebat ibi percipere ante datam immunitatem? Et dico, quòd ad incolas pertinet, muros reficere, & ipsi debent illud facere ad proprias expensas, pro viribus singulorum: vt C. de ope. pu. l. omnes prouinciarum rectores. nec video, quòd fiscus teneatur ad tertiam partem tributi, cùm de tributo nihil percipiat. potissimè: quia illud non percipere, cedit in vtilitatem incolarum prædictorum. Sed si de medietate tributi fuit data immunitas illis incolis: dico, quòd tunc medietas tertiæ partis tributi debebit venire in refectionẽ murorum. arg. sumpto per locum à proportione numeri: prout arguitur argumento C. de iure delibe. l. fi. §. si autem à locis. & de sacrosanc. ec. l. illud. Sed si post immunitatem datam, Princeps incipiat habere guerram, & in subsidiũ guerræ indicat quadragesimam bonorum, vel deterioret monetam, vt ex illo lucro, maledicto à Deo & hominibus, quæsito colore adinuento, possit guerram sustinere: dico, quòd ipse teneatur tertiam partem subsidij & illius lucri maledicti dare illis incolis in refectione murorum cõuertendi: quia subrogatum debet sapere naturã eius, in cuius locum subrogatur. vt ff. si quis cau. l. si eũ. §. qui iniuriarum. & ff. de condi. & de monstra. l. filiæ. §. Attia.

QVAESTIO. Sed an † Baro, cuius 13 est castrum, vel villa: quia habet in eis commodũ iurisdictionis, tenebitur aliquid dare in refectione murorum? Dico quòd non. quia lege disponẽte refectio pertinet ad incolas: vt suprà dictum est. Sed si ille Baro habet domicilium in illo castro, vel villa, seu in eorum mandato, dico, quòd tenebitur pro viribus patrimonij sui. vt C. de operib. pu. l. omnes prouinciarũ rectores. Est enim munus, quod imponitur personis pro rebus. Est & aliud † munus, quod imponitur mu- 14 nicipibus & incolis, ad expedienda negocia vniuersitatis, & ad conseruandas res, & iura eius. vel quia princeps indicit col lectã fieri extraordinariè pro facto suo, seu pro re priuata. vt C. de decurionib. l. curiales omnium. lib. x. vel quia natus est sibi filius. vt C. de sacrosanc. ecclesi. l. placet.

¶Et licèt vniuersitas † nõ habeat mu- 15 ros in suo dominio, quia illi in nullius bonis sunt: Ipsa tamen potest habere, vt suprà permittitur habere, bona cõmunia aliqua in suo dominio & vsufructu. Potest etiã habere theatra, & stadia, causa amœnitatis in suo dominio & vsu: vt. Institut. de rer. diui. §. vniuersitatis. & ff. eo. l. in tantum. §. j. & eadem ratione, vlmos, & arbores, cum pratello viridi de subtus, ad choreas exercendas. Item, & statuas in publico positas. vt ff. de acquiren. re. do. l. statuas. Item, potest habere legata ad ludos publicos faciendos, vel ad alimenta ob honorem ciuitatis, & relicta infirmæ ætati: puta senioribus, vel pueris, vel puellis. vt ff. de leg. j. l. ciuitatibus. Item, & res communes, & arcam communem: vt ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. j. §. quibus. Item, ex diuersis titulis & causis potest habere res: vt C. de venden. rebus ciuita. l. fi. lib. xj. Item, potest

potest habere seruitutes. vt ff. si. seruit. vendicetur. l. testatrix. §. j. & vsumfructum. vt ff. de vsufruc. legato. l. si vsusfructus municipibus. Itē potest habere arma. Postquàm enim debet facere, & reficere muros, qui sunt in auxilium propter guerram, conueniēs est dicere, quòd possit habere arma communia, ad defendēdum muros & portas. Item videmus, quòd hodiè quilibet priuatus emit & fabricat arma, & per cōsuetudinem, seu per contrariam consuetudinem est derogatum legibus, in contrariū editis. quod etiam potest esse: vt Instit. in prooemio. §. igitur. Ergo & vniuersitas possit, & sit eis licitum, habere arma communia, vt prompta inueniat, si necessitas eueniret. ¶ Item est notandum, quòd quia prædictæ res sunt vniuersitatis, & non singulorum: ideo in causa vniuersitatis † quilibet de vniuersitate potest esse testis. iuxta illud, quod notatur ff. quod cuiusq; vniuersit. l. ij. Quod est verum, si in vsu, vel fructu illarum rerum, singuli directò & euidenter non habeant emolumentum, vel damnum. verbi gratia: Nemus Valenæ est vniuersitatis Montis Pessulani, in dominio, & fructus singuli. tamen de Monte Pessulano pignorarentur ibi, sicut extranei. Sed ipsa vniuersitas vendit ligna quolibet anno, & precium expendit in negocijs suis. Item, si habeat prata & vineas, quorum fœnum & vindemiam nō habent singuli: sed vniuersitas vendit ea. Idem, si esset quæstio super arca communi, & sic de similibus rebus, in quarum vsu seu fructu, singuli directò seu immediatè emolumentum, vel damnum non haberent. Sed si esset quæstio super theatris, & stadijs, & vlmis, & statuis, vbi euidenter apparet, singulos habere vsum, s. amœnitatem: vel esset quæstio de fonte, vbi singuli accipiūt de aqua dulci, & animalia sua ibi adaquant: vel de prato, in quo vniuersitas vtilitatem in fructu non habet, sed singuli ibi irent spaciatū, & depascerent ibi animalia sua: vel vniuersitas Montis Pessulani diceret, homines Montis Pessulani habere ius depascendi animalia in territorio castri de Latis, & sic de similibus rebus, in quibus euidēter apparet, singulos habere vtilitatem & damnū: Credo, quòd aliquis de vniuersitate non potest ibi esse testis. quia in re propria quis non est testis: vt C. de testibus. l. omnibus. & ff. e. l. nullus. Postquàm ergo ad singulos, pertinet euidenter emolumentum & damnū, iam videtur propria causa eorum. vt ff. quan. ap. sit. l. j. §. in propria. ergo &c. Et ita audiui dici, à domino Bermudo, in cathedra.

RVBRICA LXVI.
De consulibus.

SVMMARIVM.

1 *Decuriones vocati sunt, propter necessitates municipales. Et sunt caput, & municipes membra.*

2 *Decuriones vnde dicti sint.*

3 *Consules, seu consiliarij ciuitatum nostri temporis, an sint decuriones. nu. 4. 5.*

4 *Decuriones electi perpetuò curiæ astringuntur, & an à decurionatu liberentur. Et de eorum potestate, dignitate, & priuilegijs.*

5 *Decuriones an hodiè in veritate habeamus.*

6 *Per consules nostri temporis, res ciuitatis, vel municipij gerūtur, & per eos factum, per omnes factum videtur.*

7 *In consulibus eligendis, per singulos annos, vocantur omnes municipes per tubam, vel per campanam, vel per præconem: & si duæ partes venerint, quod maior pars in creandis consulibus & syndicis fecerit, omnes fecisse videntur.*

8 *Municipibus vocatis, venerunt centū, qui sunt præsentes. quinquaginta autem non venerunt, extra fines consulatus profecti, fortè ex causa mercaturæ. alij non venerunt, quia ægritudine, vel vinculis detenti, vel quia sine dedecore venire non poterant. alij verò quinquaginta nō venerunt, quia eis venire non placuit: quæritur, an illud,*

illud, quod factum erit per illos centum, qui venerunt, & præsentes sunt, valeat, & an sufficiat ille numerus de centum, qui venerunt.

9 *Tabellio, scribens in instrumento, quod nescit: nisi subiungat, vt credit, vel vt sibi dicebatur, de falso reprehendi potest.*

10 *Vniuersitas, an syndicum creare possit. Et syndico ab ea non creato, an posteà consules, vel maior pars municipum, eum creare possint.*

11 *Collegium seu vniuersitatem quot faciant, & per quos retineatur.*

1 ET est notandum, quòd inuenitur scriptum in Iure, quòd quidam vocati † Decuriones sunt, propter necessitates municipales. vt C. ad leg Cornel. de fal. l. si quis decurio. & sunt caput, & municipes membra. vt no. ff. de decurio. in ru-
2 brica. Olim enim † decima pars aliquorum eligebatur in colonijs, gratia consilij reipublicæ dandi, & ideo dicti sunt decuriones. vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. decuriones. & secundùm hoc, consiliarij ciuitatum, vocantur decuriones: vt not. C. de decurio. in rubrica. & l. ij. lib. x. Sed potest dici, quod verum credo,
3 quòd consules † seu consiliarij ciuitatum nostri temporis, vulgariter non vocantur decuriones, nec loco decurionũ subrogati sunt in aliqua lege, nec verè decuriones sunt. Quod apparet ex electione
4 † decurionum, de qua dictum est. semel enim eligebantur, & perpetuò remanebant astricti curiæ, quod non est in consulibus nostri temporis. Item, apparet ex morte eorum, quòd si decurio decedat, & hæres eius non sit decurio: tunc ordo decurionũ debet habere quartam partem bonorum illius decurionis. vt C. quando & quibus quarta pars. l. j. lib. x. Item, apparet in vita, quòd dum viuit intantum est astrictus ordini perpetuò, quòd si ad alium locum migrauerit, Præses reuocabit eum ordini suo: sicut asscriptum glebæ. vt ff. de decurion. l. j. Item, non potest liberari à decurionatu: nisi per aliquam de duodecim dignitatibus. vt habetur C. de decuri. l. fi. vel per sententiam perpetuò infamiam irrogantem. vt ff. de decurio. l. ad tempus. Item, res suas immobiles alienare non possunt, nisi ex necessitate: & tunc cum decreto præsidis. vt C. de prædi. decurio. sine decre. nõ ali. per totum. lib. x. Item, quandoque dant tutores, scilicet cùm magistratus absunt, qui dare possunt. vt ff. de tuto. & curat. datis ab his. Item, in multis interponunt decreta. vt C. de decre. decuri. lib. x. & ff. de decretis ab ordine fa. per totum. Item, nomina eorum scribuntur in albo: vt ff. de albo scriben. Item, præses prouinciæ aliquando est decurio, & nihilominùs à decreto decurionum appellatur ad eum: licèt sit vnus de decurionibus. vt ff. quan. appel. sit. l. j. §. solent. Item, habent multa priuilegia: quia ipsi non debent torqueri, nec eorũ filij: vt ff. de decurio. l. ij. §. in filijs. & sunt in dignitate. eo. ti. l. fi. Item, non debent fustibus cędi. vt ff. ex quib. cau. infa. irroga. l. decuriones. nec bestijs subijci. vt C. de pœ. l. decurionum filij. nec ipsi, nec eorum filij pœnis plebeiorum subijci. vt C. de quæstionibus. l. diuo Marco. Item, plebeius non potest esse magistratus, nec ascendere ad honores, nisi præsens sit decurio: vt ff. de decurio. l. honores. §. is, qui non sit. Item, si aliquis decurio sit lapsus facultatibus, alimenta debent ei præstari de publico. vt ff. eo. l. decurionibus. Item, non debet muneribus extraordinarijs inquietari. vt C. de decurio. l. curiales omnium. & ff. de mune. & hono. l. honorẽ sustinenti. & ff. de officio præfecti vr. l. j. §. cùm vrbem. Item hodiè in veritate † tales 5
non habemus, nec prædicta in cõsulibus nostri temporis videntur, nec obseruantur: sed quædam eis attribuuntur, ex legũ ratione à simili, & aliqua ex quadam prescriptione, seu ex quadam obseruantia: & sic non est ampliandum. arg. ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. Iulianus ait. Nec vulgariter vocantur decuriones. & ita non videtur idem. sed vocantur consules, extrà de immu. eccles. c. aduersus. & in glo.

in glo.nostra ff. si serui.ven.l.testatrix. §. j. & de mu. & ho.l.honorem sustinenti.

Et quia videmus, quòd per consules
6 † nostri temporis, res ciuitatis, vel municipij geruntur, licèt decuriones non sint, arguimus, quod per eos factum est, per omnes factum videtur. ff. de condi. & demon.l.municipibus. & ff. ad municipalem.l. municipes intelliguntur.

7 ¶Et in istis cõsulibus † eligendis, per singulos annos, vt mos est, vocabuntur omnes municipes per tubã, vel per campanam, vel per præconem: & si duæ partes venerint, quod est necesse, certè sufficit: & tunc, quod maior pars illarum duarum partium fecerit in creãdis consulibus & syndicis, omnes videntur fecisse.vt ar.ff.de reg.iur.l. aliud. §. refertur cum sua glossa. ¶Sed ponamus, vo-
8 catis † municipibus, vt dictum est, venerunt centũ, qui sunt præsentes, quinquaginta autẽ non venerunt, extra fines consulatus profecti, fortè ex causa mercaturæ. Alij non venerunt: quia ægritudine, vel vinculis detenti, vel quia sine dedecore non poterãt venire. Alij verò quinquaginta non venerunt: quia eis non placuit venire. Modò quæritur, an illud, quod factum erit per illos centum, qui venerunt, & præsentes sunt, valeat: & an sufficiat ille numerus de centum, qui venerunt? Et videtur, quòd non. quia tunc, qui benè computat, non est præsens, nisi tertia municipum pars, quæ non sufficit de iure: vt dictum est. Sed potest dici, quòd in casu proposito, illud, quod factum erit, valebit, & ab omnibus videbitur factũ. Quia illi quinquaginta, qui non venerunt, quia eis non placuit venire, sunt tertia pars: & centum, qui venerunt, sunt duæ partes, quæ assunt. & sufficit. Quinquaginta, qui non venerunt, qui erant in mercatura, non cõputabuntur in aliquo numero, nec præsentium, nec absentium. Et si dicatur, quòd illi debuerũt relinquere procuratorem, potest dici, quòd hîc procuratores non assunt. Quinquaginta verò, qui non venerunt, maiores, vel minores existentes, non faciunt numerum: quia & si venissent, non admitterentur in numero. Quinquaginta verò, qui non venerunt, ægritudine, vel vinculis, vel dedecore detenti, non tenebantur venire, nec mittere. & sic in aliquo numero non ponentur. argum. C. de legationibus. l. fi. lib. x.

Sed prædicta non affirmo, sed ea peritioribus relinquo. Ego autem non vidi, quòd super prædictis fieret tanta, seu tam restricta computatio: sed quod maior pars præsentium, pulsata campana omnibus vocatis, facit, videntur omnes fecisse. Tabellio † autem caueat, ne in in- 9
strumẽto, quod exinde facit, asserat duas partes esse præsentes, si illud nesciat. & si contingat, quòd aliud scribat: tũc subiungat, vt credit. vel subiũgat, vt sibi dicebatur. aliàs poterit reprehendi de falso. vt C. de fals. l. qui velut. & facit, quod notatur C. si cer. peta. l. si ex precio. & de non numerata pecunia. l. si ex cautione.
¶Et sic vniuersitas † potest syndicũ cre- 10
are: vt ff. quod cuiusque vniuersi. l. ij. quòd si tunc syndicus creatus non fuerit, consules posteà, vel maior pars duarum partium præsentium poterit syndicum creare. argu. eod. titu. l. iij. & ff. ad municipalem. l. quod maior. & facit, quod notatur ff. ad Trebel. l. ita tamẽ. in princi. & ff. de reg. iu. l. aliud. §. refertur. Sed istud potest intelligi in veris decurionibus, quòd crearent syndicum: quia aliquando fortè erant quinquaginta, aliquando plures, secundùm numerum illorum, de quibus eligebatur decima pars, vnde vocabantur decuriones.

ADDIT. Hodiè verò in municipio sunt tres vel quatuor tantùm. & hic in Monte Pessulano sunt duodecim. nec sunt verè decuriones: vt dictum est. nec numerus est sufficiens ad syndicum. Vniuersitas ergo congregata, vt dictum est, debebit creare syndicum, cum authoritate tamen superiorum. vt notatur ff. quod cuiusq; vniuersitatis. l. nulli. quòd autem authoritate superiorum, non vidi, nec audiui obseruari. Quod autem dictum est, quòd illud, quod maior pars duarum partium fecerit, valeat: semper intelligitur maior pars, numero personarum,

natum, non ætate, vel dignitate, vel authoritate. notatur ff. de tuto. da. ab his. l. vbi.

¶Item est notandum, quòd vnus,
11 †vel duo, non faciunt, nec incipere possunt collegium seu vniuersitatem: sed tres. vt ff. de verbo. sig. l. Neratius. Attamen per vnum solum vniuersitas potest retineri: vt ff. quod cuiusque vniuersitatis. l. sicut. in fine. & tunc ille solus poterit creare syndicum. quia tunc in illo consistit nomen & memoria vniuersitatis: vt ibi.

RVBRICA LXVII.
De electione consulum.

SVMMARIVM.

1 Mulieres an eligi poßint in consules. An in eligendo, vocem habeant. nu. 3.
Mulieres nouum opus non nunciant, nec agunt popul. ri actione.
2 Minores vigintiquinque annis, an eligi poßint in consules. Et an in eligẽdo vocem habeant. nu. 4.
5 Infames, an vocem habeant in eligendo.
6 Citare an sufficiat syndicum vniuersitatis, si quis contra eam agat, ad hoc, vt dici posit contumax, vel an ipsa in domo communi, vel alibi, vbi congregari consueuit, citari debeat.
7 Vniuersitas si non habet, vnde soluat debita sua, an cogatur facere collectam, vt inde soluat.

Et est notãdum, quòd quia consulibus nostri temporis summa reipublicæ municipij tradita
1 est, & res vniuersitatis gerunt, ideo est, quòd mulieres † nõ debent eligi in consules. Ab officijs enim ciuilibus vel publicis fœminæ remotæ sunt: vt ff. de reg. iur. l. ij. ¶Itẽ, quia con-
2 sules habent tueri rempublicam, ideò minores † vigintiquinque annis non debent eligi in consules. vt ff. de decurio. l. non tantùm. nisi cõsuetudo, vel alia causa subsit. vt ibi. ¶Item, in eligendo non habent vocem † mulieres: quia quod ad 3
causam publicam respicit, non pertinet ad mulieres, & ideo pro loco publico nõ nunciãt opus nouum. vt ff. de ope. noui nunc. l. in prouinciali. §. finali. Nec agunt populari actione. vt ff. de popu. actionib. l. mulieri. ¶Item, minor vigintiquinque annis † non habet ibi vocem. vt ff. de mu- 4
ne. & hono. l. ad rempublicã. circa princip. nisi fortè sit maior decem septẽ annis. iuxta id, quod notatur ff. de ope. no. nunci. l. de pupillo. in principio. Sed nec tunc habebit ibi vocem: vt videtur in illa l. ad rempublicam. vt ff. de decurionibus. l. spurij. §. j. ¶Item, nec infames † habent 5
ibi vocem: quia eis per edictum postulare non licet. nec agere populari actione. vt ff. de popular. actio. l. popularis actio. & facit, quod notatur ff. de operis noui nunciatio. l. in prouinciali. §. finali. ¶Item, si quis † velit agere contra 6
vniuersitatem, ad hoc, quòd ipsa possit dici contumax, non sufficit citare syndicum, sed vocabitur ipsa in domo communi, vel alibi, vbi consueuit congregari. vt ff. de regulis iuris. l. non potest dolo carere. ¶Item, si nõ habet, † vnde sol- 7
uat debita sua, tunc cogetur facere collectã, vt inde soluat: vt notatur ff. quod cuiusque vniuersitat. l. j. §. quibus.

RVBRICA LXVIII.
De munere, quod imponitur personis pro rebus.

SVMMARIVM.

1 Collecta, quæ fit per consules, pro negocijs Reipublicæ alicuius loci explicandis: vel quia Princeps mandat eam fieri pro facto suo: quale munus sit, & quibus imponatur.
2 Collecta pro negocijs Reipublicæ explicandis, fraternizat cum collecta murorum. Et in quibus differant.

3 *In collectis, an & quando consules possint ciues compellere ad soluendum, captis pignoribus.*

1 ITEM ista collecta, quæ fit† per consules, pro negocijs Reipublicæ alicuius loci explicandis: vel quia Princeps mandat eam fieri, pro facto suo: est munus, quod imponitur personis pro rebus, & vocatur Collecta. Et imponitur solùm municipibus & incolis. & hoc innuit ff. de mu. & hono. l. rescripto. in fi. ibi, dum dicit, vt collecta. Nō possunt consules illam collectam imponere ipsis rebus, nisi fortè illud haberent ex prærogatiua. argumen. ff. de mune. & hono. l. fi. §. prætereà. fortè à Principe, vel ex vetustate, quæ vicem legis habet. vt ff. de aqua pluuia arcen. l. j. §. fi. & tunc eam posset imponere possessoribus, essent municipes, vel non essent. & etiam illis, qui fœnus ibi exercent, vel possessionem non habent: quia ibi tunc ipsum fœnus esset loco possessionis. & ita debet intelligi ff. ad municipalem. l. filij. §. qui fœnus. ff. de muneribus & honorib. l. fin. §. patrimoniorum. & C. de anno. & tribu. l. ij. lib. x. Non tamen possum aliquo modo perpendere, quòd collectam, quam faciunt consules, pro negocijs vniuersitatis, possunt imponere ipsis rebus: quia sic soluerent possessores, qui ibi participes munerum non sunt, nec habent curare de illa republica, nec de muneribus. & hoc videtur dicere illa glo. cùm dicit, vt collecta. debent enim imponi personis pro rebus. & pauperes & diuites debent æqualiter collectas pati, non cundùm numerum personarum, sed sesecundùm quantitatē patrimonij. vt C. de apo. publi. l. j. in fi. lib. x. ¶Item, illa collecta, de qua dictū est, fraternizat cū
2 †collecta murorum, & ideo videantur, quæ ibi dicta sunt. Nisi quòd in illa dat fiscus tertiā partem annui tributi illius loci, de cuius muris tractatur. Item, & præses prouinciæ poterit ibi conuertere expensas publicorum ludorum. Item, & consules possunt ibi capere res alienas, pro muris, & fossatis, & portis, vtiles & necessarias, quæ in ista collecta non habent locum. Consules † autem, in prædictis collectis, non poterunt ciues compellere, captis pignoribus, ad soluendum: quia ipsi de iure nullam habent iurisdictionem penitus. secus, si iurisdictionem habeant à Principe, vel ex vetustate, sicut Tholosæ & Bononiæ. 3

RVBRICA LXIX.
De statutis vniuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum an facere possit, vniuersitas ciuitatis, vel municipij, quòd pro collecta consules possint pignorare, & pignora vendere.*

2 *Statutum an facere possit, vniuersitas ciuitatis, vel municipij, de his, quæ sunt contra ius ciuile, & super quibus priuati, etiam municipes, inter se conuenire non possunt. nu. 4.*

3 *Statutum, seu ius etiam pœnale potest facere populus. Et illud an & quando ignorantes liget.*

4 *Statuta an ligent extra statuentium loca.*

5 *Iudicij locus, vbi agitur, in statutis regulariter spectatur, siue quæratur de lite ordinanda, siue de lite per sententiam decidenda. Et quæ statuta iudex appellationis sequi debeat. nu. 6.*

7 *Iudex appellationis, videns processum coram eo habitum esse validum, & ex actis appareat, sibi liquere de meritis causa illius, nunquid sententiam, super principaliter petitis coram prima instantia iudice, ferre poterit.*

8 *Consuetudo, à statuto vel lege quid differat.*

9 *Statutum facere, vel legem condere, an possit populus, sine confirmatione Principis.*

10 Con-

10 Consulatum an rex concedere possit de iure, in terra Baronis, non consentiente Barone.

11 Consulatum an Baro concedere possit, in terra sua. Et qui ciuitatem, municipium, castrum, oppidum, vel villam esse concedant. Et qui metropolitanas, & spiritualia. nume. 13.

12 Ciuitas, quomodo communionem, & consulatum amittat.

14 Princeps rem meam, seu dominium rei meæ auferre mihi an possit. Et quid de actionibus iure ciuili competentibus.

15 Munus, quod indicitur in auro, & argento, & ære, per lustra, indicitur personis pro rebus. & quod præstatur in annona, rebus ipsis indicitur. & an consules, aut qui alij, ad illa exigenda, se intromittere possint. nu. 16. & 17.

1 SED an vniuersitas † ciuitatis, vel municipij, poterit facere statutum, quòd pro collecta consules possint pignorare, & pignora vẽdere? Et dico, quòd sic iuxta illud, quod no. C. de decre. decu. in rubri. lib. x. quia inter priuatos posset fieri, & valeret conuentio, super pignorando, & pignora vendendo: vt C. de pigno. l. iij. & Insti. qui. ali. licet. §. j. Sed dicendum est
2 largiùs, quòd vniuersitas †. ciuitatis, vel municipij, potest facere statutum, etiam de his, quæ sunt contra ius ciuile: & de his, super quibus priuati, etiam municipes, inter se conuenire non possunt. verbi gratia: Hic in Monte Pessulano est statutum, quòd filius non potest conqueri, cùm pater ei reliquerit in vltima voluntate ad valorem quinque solidorũ. quod est contra ius ciuile, C. de inoffi. testa. authen. nouissima. nec valeret tale pactum inter patrem & filium. vt C. e. ti. l. si quando. §. j. & de collatio. l. pactum. & tamen nostri maiores dicunt, quòd valuit & valet. & est ratio: quia quod quisque populus ius sibi constituit, illud proprium est ius ciuitatis, & vocatur ius ciuile. & sunt casus legum. vt ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. & l. ius pluribus modis, circa prin. & Insti. de iure natu. gen. & ciui. §. ius autem ciuile. & statuta terrarum, quæ iura municipalia dicuntur, sunt ius ciuile, vt ibi expressè no. Et facit, quòd populus † potest facere ius, seu 3
statutum, etiam pœnale: non tamen ligat ignorantes. vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. fi. in glo. nisi posset alicui imputari, cur nesciuit: vt ibi notatur. Cùm ergo illa
† iura populi sint ius ciuile: ergo possunt 4
tollere aliud ius ciuile, in suis locis seu municipijs, & in illis seruari debebunt: sed non seruabuntur in alijs locis. Locus
enim † iudicij, vbi agitur, spectatur re- 5
gulariter, siue quæratur de lite ordinanda, siue de lite per sententiam decidenda. & de hoc dixi supra in tit. de condic. ex l. omnimodo. pro legitima portione. Et in summa, si aliquis de Monte Pessulano agat ad supplementum legitimæ portionis, apud Nemausum, ibi iudicabitur supplementum, iuxta leges generales. vel si fuerit ibi aliquod statutum circa supplementum, illud ibi seruabitur, repulso statuto prædicto Montis Pessulani. & cùm statutum Nemausi vincat ibi legem generalem, multò fortiùs debet ibi vincere statutum Montis Pessulani, quod non est ius generale, nec speciale, apud Nemausum. Item apparet, quòd si aliquis de Nemauso agit in supplementum in Monte Pessulano, dum tamen pater reliquerit ei quinque solidos, vel plus, ipse succumbet: seruabitur enim illud statutum, de quo dictum est. licèt nec Actor, nec Reus fuerit de Monte Pessulano. Et
si tunc † appellatur à iudice Montis Pes- 6
sulani, iudex appellationis vbicunque cognoscat, ipse iudicabit sequendo statutum Montis Pessulani. quod apparet; quia forma suæ sententiæ debebit esse, quòd pronunciet prouocationem esse iustam vel iniustam: vt C. de appel. l. eos. circa prin. sed si inueniat processum seu sententiã causæ principalis esse nullã, tũc inferet in sua sententia, sententiã esse nullam, & remittet eam ad iudicem Montis Pessulani denuò tractandam. vt C. quan. prouo. non est necesse. l. j. & quomodo & quan. iu. l. si vt proponis. & l. si præses.

7 Sed quid erit, iudex † appellationis videns processum coram eo habitum esse validum, & ex actis appareat, sibi liquere de meritis causæ illius, nunquid poterit ferre sententiam super principaliter petitis coram iudice Montis Pessulani? Et dico quòd sic. nec remittet causam ad iudicem. vt C. de accu. l. absentem. in fi. & de hoc dixi sententiæ formam, suprà in titulo, in causa appella. libel. & credo, q ille iudex appellationis, tũc in illa sententia debebit iudicare, iuxta statutum prædictum Montis Pessulani, siue fuerit aditus vt iudex appellationis, siue vt superior in causa nullitatis.

¶ Quidam tamen dicunt circa prædi-
8 cta, quòd consuetudo † inducitur ex tacito consensu populi: vt ff. de legi. l. de quibus. & l. sed & ea quæ. in his, quæ frequenter sunt obseruata, vt C. quæ sit lon. cõsue. l. j. per plures annos. vt ff. de legi. l. sed & ea quæ. scilicet ad minus per x. annos, cum bino actu. vt no. Insti. de iu. na. gent. & ciui. §. ex non scripto. ar. C. quæ sit lon. consue. in rubri. Et talis consuetudo legitimè præscripta, seruatur vt lex in loco suo. vt ff. de legi. l. de quibus. & l. seq. & vincit legem non generaliter, sed in illo loco suo. vt C. quæ sit lon. consue. l. ij. & tunc est summa legum interpres. vt ff. de legib. l. si de interpretatione. Sed lex seu statutum non indiget præscriptione, nec recipit frequentiam, nec annos, nec actus: sed statim, cùm lex facta est, ipsa valet. ¶ Item, illi dicunt, quòd solus
9 Princeps † facit legem, & solus interpretatur legem. vt C. de legi. l. fi. & l. j. & l. cùm de nouo. & de ve. iu. enu. l. ij. §. si quid verò. vt suprà dictum est in penul. colum. Et sic concluditur, & malè, quòd populus non potest condere legem, nec statutum facere, vel quòd indigent confirmari per Principem. ar. C. de lega. l. pe. lib. x. Sed responderi non potest ad l. ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. & Insti. de iure na. gen. & ciui. §. ius autem ciuile. vbi dicitur, partim suo iure vtuntur, & partim communi omnium. & quod quilibet populus ius sibi constituit, ius proprium est ciuitatis. & lex imponit illi iuris nomen, & vocat illud ius ciuile. & illud dicitur ibi indistinctè, & absolutè. ergo &c. Et cùm ipsi, & leges per eos allegatæ dicunt, quòd solus Princeps facit legem: dico, quòd verum est, generalẽ: quia ipse est dominus mundi. nec populus Romanus eam potest facere generalem, nec Senatus. vt no. ff. de legi. l. non ambigitur. sed legem specialem potest sibi condere populus Romanus, & quilibet alter populus. & ibi seruabitur, & alibi non. & ita debent intelligi leges illæ. promptum est enim leges legibus concordare, & legum correctio est euitanda.

¶ Sed an aliquis † Rex poterit de iure 10
concedere consulatum, in terra Baronis, non consentiente Barone? Et dico, quòd nõ, etiam si illa terra teneatur in feudum à rege: quia iuri cuiusque detrahi non debet. vt ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. l. si dominus. detraheretur autem multum iuri vnius Baronis: quia de rusticis, qui inuicem se congregare nõ poterant, Rex nunc faceret ciues, & quòd possent se legitimè congregare, & creare consules, & facta collecta abundarent in pecunia, quam fortè ante tempus acceptare, vel optare non audebant. vt C. de agri. & cen. l. domini prædiorum. lib. xj. & exinde inflati ex superbia currerent ad litigãdum, & fatigarent Baronem laboribus & expensis. Item, si Baro ibi haberet domicili- 11
um, consules imponerent ei collectam, pro muris nouis. vel quia emerent domum communem, & arma communia. & sic fortè qui talliabiles erant, licèt adhuc talliabiles erant, talliarent dominum suum. Item, si facerent statutum, Baro ligaretur, vt alij. Et sic apparet, quòd in illis, & in pluribus alijs, Baro posset lædi ex illo consulatu. & sic Rex faceret contra secundum præceptũ legis, quod est, alterum non lædere. vt ff. de iusti. & iur. l. iustitia. §. j. quod facere non debet. vt C. de legib. l. digna vox est. ¶ Sed an Baro † per se poterit concedere consulatum, in terra sua? Dico, quòd ad consulatum pertinet licita congregatio populi, pro consulibus creandis, & pro pluribus alijs. Item, ad consulatum pertinet

ius publicandi aliquas res, pro muris faciendis, & ad theatra & ad stadia designanda, quæ sunt in dispositione solius Principis, vel Senatus. Cùm ergo Baro non possit illa concedere: ergo nec consulatum. Et si dicatur, quòd congregatio ciuitatis est concessa, vt no. quod cuiusque vniuer. l. j. circa prin. & etiam ciuitas habet ius publicandi: vt no. ff. ne quid in lo. pu. l. ij. § publici. Frustra ergo impetraretur illud à Principe, vel ab alio, postquàm de iure sibi conceditur. vt C. de thesau. l. vna. lib. x. Dico, quod ciuitas, postquàm est ciuitas, eo ipso sumit illa, & alia, quæ ad consulatum pertinent. Sed credo, quòd nullus potest concedere consulatum, seu concedere ciuitatem alicubi, nisi Princeps, vel Senatus. quę concessa habet ex tunc, nisi ex aliqua † causa amittat communionem, & consulatum, sicut amisit ciuitas Claromonteñ. in Aluernia, & ciuitas Aniciensis in Vallania. quæ illa amiserunt per sententiam Parisieñ in Parlamento. Adhuc tamen remanent ciuitates, quantum ad spiritualia: quia de illo non debuit se intromittere Rex. & cùm Princeps † de ciuitate Beryto, fecit metropolitanam & matrem prouinciæ. vt C. de metropo. Beryto. l. vna. lib. xj. illa pertinuerunt ad solum Papam, qui præest in spiritualibus, vt in corpo. quo. oportet epi. in prin. col. j. Ad Regem autem, prout præest in temporalibus, spectat solùm concedere consulatum, vel quòd alicubi sit ciuitas, vel municipium, castrum, oppidum, vel villa, prout de illis hîc loquimur, scilicet cum congregatione hominum illius loci, & cum diffinitione loci, cum aratro, vel alio simili facta. vt ff. de verb. sig. l. pupillus. §. vrbs. qua diffinitione loci, ostenditur, clausuram murorum ibi debere fieri. vt ff. e. l. ij. Et non dico, quin Comes & Baro possint de nouo facere castrum, cum fortalicijs, vallatum muris priuatis. vt C. de ædi. priua. l. per prouincias. non tamen poterit ibi concedere congregationem, vel consulatum, hominibus illius loci: quia magna libertas & potestas daretur hominibus ex illo consulatu. vt apparet

12 (margin, beside "cessa habet ex tunc")

13 (margin, beside "Rex. & cùm Princeps")

ex superioribus. intantum, quòd videtur agi, & agitur de statu regni, & est timendum de conspiratione, & de multis alijs. Et ideo iustum & rationabile est, quòd concessio consulatus spectet solùm ad Regem. quòd Rex cogitet consilio suo, an concedat, & an concedere expediat consulatum illum, iuxta qualitatem patriæ. & si concedat, quòd fiat sine magno damno alterius. ar. ff. ne quid in lo. pu. l. ij. §. si quis à principe. & C. de pre. Impera. offe. l. rescripta. ¶ Rem autem † meam, seu dominium rei meæ, quod habeo de iure gentium, Princeps mihi auferre nõ potest. licèt actiones, quæ sunt de iure ciuili, ex certa scientia possit auferre. vt no. C. de preci. Impera. offe. l. quoties. adijciendo tamen, Non obstante aliqua lege. vt ff. quod quis. iu. l. si quis. §. si is. pro quo simile no. C. de aquędu. l. omnis seruitus. lib. xj. Caueat tamen sibi Princeps, cùm aufert mihi actiones competentes: quia non est proprium imperialis maiestatis, auferre ea, quæ concesserat. vt in corpo. de referen. circa princp. colla. ij. 14

¶ Est aliud † munus, quod indicitur in auro, & argento, & ære, per lustra. & illud indicitur similiter personis pro rebus. vt no. C. de anno. & tribu. l. ij. lib. x. & de indictioni. in rub. & hoc satis apparet ex verbis indictionis, cùm dicitur, Exiuit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vel æstimaretur vniuersus orbis &c. vt habetur in glo. C. de apo. pu. lib. x. ¶ Sed est aliud † munus, quod præstatur in annona, scilicet quòd quinquagesima frumẽti, & quadragesima hordei, & vicesima vini & lardi. & illud munus indicitur ipsis rebus. vt C. de suscepto. præpos. & arca. l. modios. lib. x. & no. C. de immu. ne. conce. l. si. lib. x. Et de istis duobus † muneribus vltimis, non se intromittunt, nec se intromittere habent consules ciuitatum, vel villarum: quia ad illa exigenda iam mittuntur certi exactores tributorũ. nec etiam illi possunt per se illa tributa exigere, sed solùm insistunt pñdi, vt ille faciat eis solui. vt C. de exact. tribu. l. missi opinatores. lib. x.

15 · Luca 2. · 16 · 17 (margin)

RVBRI-

RVBRICA LXX.

De munere, quod imponitur rebus vel locis.

SVMMARIVM.

1 *Viarum publicarum, & pontium munitiones, an sint munus, quod imponitur ipsis rebus vel locis, & non personis.*

2 *Consules ciuitatis, villæ, vel municipij, debent facere collectam, super reparatione viarum publicarum, pontium, aquæductus & portus, si reparatione indigent. Et quibus, & quomodo illam imponere debeant. nume. 3.*

4 *Consules an barrā imponere possint, quòd ibi omnes cum rebus venalibus transeuntes soluant.*

5 *Consules, an debeant soluere collectam, sicut alij. Et quid de decurionibus.*

6 *Consules, syndici, & tutores, an ex munere suo salarium habere debeant.*

7 *Consules, an possint facere legem, vt populus.*

8 *Consules, si alicui collectam indicant vltra vires patrimonij, & is conqueratur, Præsidis officio negocium explicabitur. Et an grauatus appellare possit. Item, an à cōsulibus, si in æstimatione modum excedant, appelletur.*

9 *Contra vniuersitatem, seu consules, si quis quæstionem moueat, cuius erit cognitio.*

10 *Contra Baronem, omnimodam iurisdictionem habentem, si quis ciuiliter, vel criminaliter conqueratur, coram quo is respondere debeat.*

11 *Baro, an possit punire seruientes terræ suæ, remissiuè.*

12 *Baro, an possit punire seruientes Principis, qui in terra sua deliquerunt. num. 16. 17. 18.*

13 *Criminosus si fugerit, vel alibi degat, an & quando remitti debeat ad forum, vbi deliquit, vt ibi cognoscatur, & puniatur. Et si Præses requisitus in remittendo sit negligens, an puniri debeat. nu. 14. 15.*

19 *Rex Franciæ est Comes Tholosanus & Biterris, & intentio regis, vt Comitiis, quomodo in illis Comitatibus fundata sit.*

20 *Præses si in prouincia commissa sibi delinquat, erit ibi vt priuatus. Et contrahens, vel delinquens, coram quo respondere teneatur. Et de eius potestate. & nume. 24.*

21 *Præscribere correctionem an quis possit.*

22 *Præscribi an possit, quòd super muris publicis aliquid fiat.*

23 *Rex Franciæ ex vetustate ius sibi vendicat comprimendi seditiones ortas in suo regno, licet sub aliorum iurisdictione.*

ET EST aliud † munus, quod imponitur ipsis rebus vel locis, & non personis, scilicet munitiones viarum publicarū, & pontium. vt ff. de mu. & hono. l. honor. §. viarum. & de vaca. & excu. mu. l. sunt munera. & no. C. si ꝑpter pu. pensita. in rub. Sed cōtrà, ff. de mu. & ho. l. fi. §. si aliquis. vbi dicitur, quòd sternere viam, est munus personale. Sed potest dici, ꝙ munus habendi curam immutationis viarum, vel sternendæ viæ, est munus personale. vt e. ti. l. j. §. j. & l. fi. §. sed & qui ad reficiendum vias. aliàs est patrimoniale: quia indicitur ipsis rebus, vel locis. Item contrà C. de immu. nemini conceden. l. fi lib. x. vbi dicitur, pro reparatione publici aggeris, & cæteris huiusmodi muneribus, possessores pro numero iugerum, vel capitum animalium, quæ possident, astringi cogantur. Sed non videtur contrà, quia ibi dicitur, possessores. & dicitur ibi, pro numero iugerum. &c. & sic pro munitione viæ publicæ est munus, quod imponitur ipsis rebus. Sed glo. videtur dicere, quòd munus, quod imponitur pro vallis ciuitatis faciendis, & pro portis, & pro via, est munus, quod imponitur personis pro rebus. Quantum ad valla, seu fossata murorum publicorum, credo, quòd sicut pro muris fit, ita imponitur villis munus pro viribus singulorum. & sic est munus, quod im-

imponitur personis pro rebus. Sed de munitione viæ est aliud, quod denegare non possumus, quin rebus imponatur, & nō personis. vt expressè dicitur ff. de mu. & ho. l. honor. §. viarum. inter quæ est magna differentia. quia quod imponitur rebus, soluunt possessores, sicut municipes: vbi verò imponitur personis pro rebus, solùm municipes. vt l. rescripto. §. fi. & no. C. de anno. & tribu. l. ij. lib. x. Sed & potest palliari ibi gl. quantum ad viam sic, inspectis numero iugerum & numero capitum animalium, imponitur munus patrimonij personæ, id est, possessori. persona enim possidet pro rebus, & pro illis certis iugeribus, & capitibus. & est tantum, ac si diceret, ꝙ imponitur ipsis rebus. Non videtur, quicquid dicā, quin glo. loquitur ibi impropriè, & faceret hominem errare, & melancholicum. ideo aliter dico, tamen omissa illa, ꝙ quia con-
2 sules † electi sunt, vt dent consilium, & vt prouideant reipublicę ciuitatis, villę, vel municipij, ipsi debebunt, vel compellentur per superiorem, facere collectam, super reparatione viarum publicarū, pontium, & aquarum ductus, & portus, si reparatione indigent. per legem illam, imponent collectam ipsis rebus, s. possessoribus, pro numero iugerum, & capitum animalium, quæ infra fines cōsulatus tenent & possident, quicunq; sint illi possessores, sicut sunt municipes, & fortè etiam illi, qui fœnus ibi exercent. vt no. C. de anno. & tri. l. ij. lib. x. & facit ff. ad munici. l. filij. §. fi. & de mu. & ho. l. honor. §. viarum. Ex prædictis satis credo, ꝙ qui
3 haberet ibi † domum conductam, pro oleo, vel pro sale, vel pro pannis continuè vendendis, ipse debebit contribuere pro quantitate mercium: vt sic fœnus, & merces habeantur pro possessione. Consules
4 † verò barram non possunt imponere, ꝙ ibi soluant indistinctè omnes transeuntes cum rebus venalibus. quod concedere pertinet ad solū Principem. ¶ Sed an
5 consules † debeant soluere collectā, sicut alij? Et videtur, ꝙ non. C. de decu. l. curiales omnium. lib. x. vbi dicitur, ꝙ decuriones non debent inquietari pro re priuata Principis, nec oneribus extraordinarijs. & facit ff. de mu. & ho. l. honorem sustinenti. suprà no. ar. quòd cōsules non debent soluere collectā. Sed potest dici, & meliùs, vt credo, ꝙ cōsules nostri temporis nō vocantur, nec sunt decuriones, nec loco eorū subrogati per aliquā legē. & decuriones ibi habebāt honorē cū dignitate, vt suprà dictū est: ideò fortè erant à talibus excusati. Et facit ad hoc C. de exacto. tribu. l. actores. lib. x. vbi dicitur, ꝙ exactores, & cæteri officiales rei priuatæ Principis, compelluntur soluere tributa. ergo eadē ratione debet dici, ꝙ consules, & qui officiū suū præstant circa collectā, debēt soluere collectā, sicut al. j. vt ibi no. ꝙ officiales cōmunis Bononiæ debēt soluere collectā. & facit C. de offi. magistri mili. l. iij. Et decuriones, si hodiè inuenirentur, tenerētur cōtribuere, non obstante dignitate, in collecta murorū. vt C. de ope. pu. l. omnes prouinciarū. ibi, dum dicitur, vt sciant ordines atq; incolas &c. Itē, licèt decuriones habeāt salariū: vt ff. de decu. l. spurij. §. j. credo ex prędictis, ꝙ consules † non debent habere salariū, cùm 6
esse consulē, sit munus personale, sicut esse syndicū, vel tutorē. quæ sunt ex animi prouisione & corporalis laboris intentione, sine aliquo gerētis detrimento. vt ff. de mu. & ho. l. j. §. j. & l. fi. Item, consules
† nō possunt facere legē. quia lex, quę dicit, populū posse facere legē, loquitur de populo solùm, & nō de cōsulibus. & meliùs secūdùm verba legū. ff. de leg. iij. l. nō aliter. ff. de exer. ac. l. j. §. in re igitur dubia. nec possūt facere syndicū, vt dictū est suprà. ¶ Ex supradictis apparet, ꝙ cōsules 7
† quando ꝙ imponunt collectā personis, 8
pro refectione murorū. itē, & pro negocijs vniuersitatis, vel pro rebus & iuribus eius cōseruandis, vel qa Princeps mādat sibi aliqd dari. & in illis, ne alicui supra vires patrimonij cōsules indicant, ad religionē pręsidis prouinciæ ptinet. Et quandoq; ipsi cōsules indicūt collectā ipsis rebus, s. pro refectione viarū, & pōtium, & aquæductus, & portus. & ne vltra modū possessionū, quas qs possidet, grauetur, prospiciet præses. Et sic per offi. iū præsi-

dis, si quis cõqueratur, pdicta explicabũtur. vt ff. de mu. & ho. l. iij. §. pses. & de va. & excusa. mu. l. ij. §. fi. & C. de anno. & tribu. l. ij. lib. x. & quemadmo. ciui. mu. indic. l. fi. lib. x. sed qui sentiet se grauatũ, similiter poterit appellare, iuxta id, qd no. de discusso. l. j. lib. x. & de censi. & peræqua. l. qui grauatos. lib. xj. A consulibus autem poterit appellari, si excederẽt modũ in æstimatione facienda, qa ab executore mero appellatur, si excedat modũ. vt C. quor. ap. non reci. l. ab executione.

9 ¶ Item, si qs moueat quæstionẽ † contra vniuersitatẽ, seu consules, fortè quia statutũ, vel legẽ ineptã, vel iniquã, vel intolerabilẽ fecerũt, vel quia aliàs deliquerunt, vel quia debent aliqd: cognitio erit præsidis, & ille erit iudex. vt apparet ex supradictis. Sed si Baro habet omnimodã iurisdictionẽ in loco illo, vbi aliquis est consulatus, corã eo debebunt respondere, nec præses debet se intromittere. quia quantũ ad cognitionem illam, postquàm omnimoda iurisdictio illius pertinet ad Baronem, præses probabiliter potest ibi dici quasi quidam priuatus: nisi Baro ille esset in defectu, vel in alijs qbusdam casibus iuris, vel nisi à Barone appellaretur ad illũ præsidẽ. vt de hoc dixi pleniùs suprà, in ti. de condic. ex lege, quę ori. ex li-

10 te. obli. Item, si quis cõqueratur † ciuiliter, vel criminaliter, de Barone, ipse respondebit corã præside: qa Baro ille sibi ius dicere non potest, nec vxori suæ, neq; liberis, nec cęteris, quos secum habet. vt ff. de iurisd. om. iudi. l. qui iurisdictioni præest. & ideo illi remanent de iurisdictione præsidis, cui prouincia regenda est

11 commissa. Item, Baro † poterit punire seruiẽtes terræ suæ. vt dixi suprà, de condi. incerti ex le. Insti. de ac. §. quadrupli.

¶ Sed quid erit, seruientes Principis

12 † deliquerunt in terra Baronis, fortè crimen homicidij cõmittendo: quæritur, an Baro possit eos punire, quia puniat seruientes Principis? Et videtur, q; sic, quia ratione delicti quis sortitur forũ. vt C. vbi de cri. agi opor. l. j. & auth. qua in pruin-

13 cia. intantum, q; si criminosus † fugerit, vel alibi degat, ipse debebit remitti ad forum, vbi deliquit: vt ibi cognoscatur, & ibi puniatur. vt ibi not. nisi interim ab alio iudice fuerit pręuentus, fortè in loco domicilij respondendo, vel alibi respondendo, prorogatione legitimè facta: quia tunc ibi iudiciũ, vbi cœptum.

¶ Est notandum, quòd si Pręses † petijt ab 14
alio Præside remissionem sibi fieri, de aliquo criminoso, & præses requisitus per literas publicas, sit negligens, nec remittat: ipse debebit grauiter puniri. vt in cor. vt nul. iud. §. si verò quis comprehensorum. colla. ix. nec ibi dicitur, quòd aliqua informatio fieri debeat necessariò: quia lege cautũ non est. Et potest esse ratio, quia vtriusq; præsidum confiscatio, & tota vtilitas vtriusq; iurisdictionis, est eiusdem hominis, s. Principis, & hodiè in hoc nihil est immutatũ. Hodiè verò iurisdictio pscribitur, & est in patrimonio nostro, sicut bos & asinus in patrimonio rustici: & venditur, & alienatur, & trãsmittitur ad hęredẽ. quod non solet esse. Et sic vtilitas pecuniaria magis in iurisdictione spectatur & inspicitur, q̃ virtus iustitiæ: licèt iustitia sit perfectissima virtus omnium virtutum: vt in cor. vt omnes obe. iudi. prouin. in prin. col. v. & est maior inter cæteras virtutes: vt no. in cor. de referẽ. col. ij. Et ideo, † qa ho- 15
diè spectatur & vertitur in iurisdictione cõmodum pecuniariũ, conuenienter potest dici de iure, q; nec Baro Baroni, nec Baro Præsidi, nec Pręses Baroni, debet facere remissionem alicuius criminosi, requirens eã fieri: nisi priùs informet iudicem, quem requirit, q; illud delictum seu crimen fuit commissum in sua iurisdictione seu territorio. & q; ille, qui petitur remitti, sit suspectus taliter, q; de iure vel de consuetudine debeat subire inquæstã, vel q; saltem denunciator ad pœnam talionis insistat. & facit ad pdicta, ff. ad Sylla. l. j. §. item illud. & ad munici. l. de iure omniũ incolarũ. in princi. cũ sua glo. Et prædicta credo de iure pcedere, propter interesse, quod hodiè in iurisdictione multùm attẽditur. ¶ Sed quidam dicunt, quando quæritur, an Baro † possit pu- 16
nire seruientes Principis, in sua terra delin-

Vide Guidonem Pap. in deci. q. 202

linquentes, videtur distinguendum: vt C.de appari.magi.mi.l.fi.lib.xij. vbi dicitur, ꝙ si magister officiorum taxauerit magistris militũ certũ numerũ apparitorum, illi debent respõdere coram eo, in omnibus causis ciuilibus & criminalibus: cæteri verò, q sunt vltra numerũ, respondebũt corã præside. & facit C.de offi.ma. mili.l.ij.& l.iiij. Et assumitur exinde ar. ꝙ si rex taxauerit certũ numerũ seruientiũ, pro officiando in terra Baronis, ꝙ illi sic taxati debeant respondere coram eo in omnibus causis: cæteri verò seruientes debeant respondere corã Barone: quia Baro est ibi loco præsidum, propter iurisdictionẽ ꝑscriptam, vel aliàs factã suam. Sed dici debet, ꝙ leges illæ loquuntur in magistris officiorũ, & apparitoribus magistri militis, quos hîc hodiè non videmus, nec habemus. Item, quod ibi dicitur, est speciale: quia esset periculosum, & respublica posset lædi, si illi apparitores, sic taxati à magistro officiorũ, coram alio iudice tracti, à suis signis seu numeris seu à suo exercitu discesserunt. Respondebũt ergo seruiẽtes corã Barone, ad quem omnimoda iurisdictio spectat. nec enim ex hoc respublica læderetur. Item, videmus, ꝙ legati, qui mittũtur alicubi à Principe vel à ciuitatibus, sunt certi numero, & taxati: vt ff. de legation. l. sciendum. §. fi. & tamen si delinquant tempore legationis, ipsi, non obstante suo taxato numero, tenentur respondere in loco, in quo aliàs de iure communi tenentur re-
17 spondere: vt ff. de iudi. l. nõ aliàs. ¶ Quidam dicũt, ꝙ si seruiẽs regis † delinquat in officio, Præses puniat eũ, aliàs Baro debet eũ punire. verbi gratia: Præses misit seruientẽ directò ad capiendum quendã homicidã in terra Baronis, & magnam iniuriam fecit Baroni, turbando eũ in iurisdictione sua. debuisset Præses requirere Baronẽ, & informationẽ ei mittere, & posteà in defectu Baronis posit facere capi prædictum homicidam. Seruiens autem ille sic missus, cùm vellet capere homicidam, videns eum fugientẽ ad ecclesiam, proiecit ei telum, & interfecit eum. eccè ꝙ ille seruiens deliquit officiando. Dicũt illi, ꝙ Præses puniet eum. secus, si aliàs nõ officiãdo interfecisset quendã hominem, fortè in taberna, vel in prostibulo, vel in hospitio ludẽdo. Dicũt etiã illi, ꝙ si aliqs delinquat in seruitio regis, punitio pertinebit ad ꝑsidem: potissimè, si in eum pro officiando missum qs delinquat. Et arguunt: qa quãdo ꝙ qs sortitur forũ, non inspecta ratione loci seu territorij, sed magis inspecta persona, in qua delinqtur. sic etiã laicus, quãdo efficitur de foro ecclesiæ: vt C.de epi.& cleri. auth. itẽ nulla cõmunitas. & auth. causa, q̃ fit cũ monacho. in fi. & clericus efficitur de foro ciuilis iudicis: vt C.de epi.au.l. addictos supplicio. Quæ nõ credo † vera, & sine lege, & sine bona ratione videntur dicta. ¶ Et in 18
summa, nõ possum videre, de iure, quin cognitio seruiẽtũ spectet ad Baronem, & remissio debeat fieri: vt dictũ est. & illam reputo veriorẽ, quantum est de præsenti. Item, Comes Tholosanus est spectabilis: vt no. C. de comi. qui prouincias reg. in ru. lib. xij. & rex est ibi † Comes ac 19
Biterris. & cogitẽt cõsiliarij, ꝙ intẽtio Baronum super iurisdictione ibi est ita fundata, sicut iurisdictio regis in regno: sed intentio regis, vt Comitis, est magis & altiùs fundata. & sic rex, qa est ibi Comes, & ibi superior, & dñs, & maior de iure in ressorto, & in defectu iuris, & in omnibus, qbus decet aliquẽ esse dominũ, quãtum ad iurisdictionẽ & ꝓtectionem, sicut Imperator. ¶ Itẽ in summa, si Præses † in 20
ꝓuincia sibi cõmissa delinquat, ipse erit ibi vt priuatus: vt ff. de offi. præsi. l. iij. respondebit igitur ibi corã Barone illius prouinciæ, si in terra Baronis contrahat, vel delinquat. Sed si in ꝓuincia sibi decreta cõtrahat, vel delinquat, ipse respondebit solùm corã Principe: qa ille solus est superior, etiã si in terra Baronis ꝓuinciæ suæ contrahat, vel delinquat. Licèt enim Baro omnimodã iurisdictionem ꝑscripserit infra Baroniã, Præses tamen adhuc remanet ibi maior & superior in iurisdictione. Ipse enim in omnibus causis Baroniæ remanet in defectu iuris, & etiam remanet illius Baronis, & eius vxoris, & liberorũ, & cæterorũ, quos secũ habet: vt

dictum est. Prędicta aūt imp̄scriptibilia
21 sunt. nullus enim † p̄scribere potest correctionē, s. q̄n ab aliquo corrigatur. Solus enim Imperator, est ille, q ab aliquo temporali nō corrigitur, nec ei ab aliquo imperatur: vt in cor. de ap. & intra quæ tem. § ad hæc sancimus. col. iiij. & facit in cor. vt diui. iussio. in prin. col. vij. Item, si
22 super tuitione † & custodia murorū, Prçses maior, & Baro nihil ibi habet, & muri sunt imp̄scriptibiles. sunt enim sanctione firmati, & ad solū Principē, vel Prçsidem pertinet, ne quid ibi fiat: vt ff. de re. di. l. sacra. §. muros. & ne qd in lo. sac. l. pe. & l. fi. & in expensis eorum dat fiscus tertiam partem annui tributi illius loci, de cuius muris agitur: vt suprà dictū est. Item, si
23 villa † cōtra villā, vel dominus castri cōtra aliū, vel contra villā insurgat cū armis, & sic de similibus: vel si in villa fiat seditio, s. q̄ minores insurgant cōtra maiores cū armis: rex Franciæ retinet sibi, & benè, iurisdictionē & punitionem in toto regno suo. licèt illi sint sub iurisdictione alicuius Comitis vel Baronis. Licèt legē expressam pro eo nō inueniā, tamen ipse habet illud ex vetustate, q̄ vicem legis habet, & pro lege habetur. Et etiam expedit valde reipublicæ totius regni sui, q̄ istud retinuerit. Nullus enim alter posset sufficere illi rei, nisi ipse, s. ad refrenandum & compescendū talem illicitā armorū congregationem. & facit ff. de offi. præfec. vigil. l. j. in fi. & l. seq. & l. iij. in prin. C. de epi. au. l. addictos supplicio. Ex prædictis satis apparet, & cōcludo, q̄ postquàm
24 Præses † est maior in Baronia prouinciæ suæ, in muris, & fossatis, & portis publicis: & est etiam maior, quia appellatur ad eum, & ad eum recurritur ex defectu iuris: & sunt quasi ix. casus, qui ad eū pertinent, quos numeraui suprà in ti. de condi. ex lege, quæ ex li. ob. Baro etiā, & vxor, & liberi, & quidam alij, respōdent in omnibus corā Præside: & est maior super prædicta deportatione armorum: esset valde inconueniens iuri scripto, dicere, q̄ ipse in aliquo casu coram tali Barone subdito suo respondere teneretur, nisi voluntariè ipse se subijceret iurisdictioni Baronię, quod posset facere: vt ff. de iu. om. iudi. l. est receptum.

Sequitur Guid. Pape q. 437. num. 8 in decisionib.

RVBRICA LXXI.

De actione commodati directa.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis commodati directæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

2 Commodatum fit ad vsum certum: precarium, ad incertum.

4 Commodatum fit gratis: mercede interueniente, locatio, vel alius contractus innominatus.

5 Commodato ad certum tempus, agi non potest, nisi transacto tempore.

6 Commodatarius non tenetur de casu fortuito, nisi in quinque casibus. num. 8. 9. 11. 12. 13. 14.

7 Probatio casus fortuiti, cui incumbat.

9 Renunciari simpliciter iuri futuro non potest, licèt id per pactum fieri possit.

10 Renūciari an casui fortuito per pactū possit. Et quid in iudicijs, quid in contractibus.

11 Culpa an et quādo inducat casum fortuitū.

12 Mora aliquem de casu fortuito teneri facit, si fuit in mora restituendi.

14 Aestimatio rei, quando faciat venire casum fortuitum.

15 In commodato venit dolus, lata culpa, leuis & leuissima regulariter. Et quid hæc sint. nu. 16. 17. 18. & 19.

20 In dolo inest culpa, sed non econtrà.

21 Culpa non est, quam consuetudo admittit.

Culpa non est, qui fecit, quod necesse habet facere.

Procurator in culpa non est, qui fecit quod dominus facere solitus est.

22 Sententiæ formula in actione commodati directa.

23 Libellus actionis commodati quomodo formandus, si tempore libelli probabiliter dubitetur, an res commodata extet, vel non.

CORAM

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit &
1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor gratis commodauit dicto Reo quendam mulum pili albi, ad vsum extrahendi aquam de puteo suo, pro irrigando horto suo, per septem dies. Vnde cùm prædicti septem dies sint iam elapsi, agit dictus Actor contra dictũ Reum, vt sibi dictum mulum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dictum mulum dicto Actori, per vestram sentẽtiam cõdemnetis, & condemnatũ &c.
2 ¶Probatur † Insti. de actio. §. sequens illa diuisio. & C. commo. l. ij. Rectè dicitur, ad vsum extrahendi aquam &c. ali-
3 às, si non esset † certus vsus expressatus: sed fortè dixisset, rogo vos, quòd tradatis mihi, vel cõmodetis mulũ vestrum. vel rogo vos, vt accõmodetis mihi mulum vestrum, quia ego habeo facere de eo: esset tunc precarium. vt ff. de preca.
4 l. j. ¶Item rectè dicitur, gratis: aliàs † mercede interueniente, esset locatio: vt Insti. qui. mo. re contrahitur ob. §. item is, cui. vers. commodata. vel alter contractus, fortè innominatus: vt Insti. de lo. & conduc. in princ. ¶Item rectè dicitur, quòd
5 prædicti septem dies † transiuerunt: quia sic finitus est vsus tempore prætaxatus: vt C. commo. l. ij. nec aliàs posset agi, nisi vsu finito: vt ff. e. l. in commodato. §. sicut.

POSITIO QVAEDAM ipsius Rei.

PONIT Reus, & probare intendit, quòd ipse amisit mulum ex incursu latronum. Effectus: quia commodatarius
6 † nõ tenetur de casu fortuito: vt ff. commo. l. si vt certo. §. quod verò senectute. & de reg. iur. l. contractus. in fi. & pro so. l. cùm duobus. §. damna. & deposi. l. j. §. sæpe. & C. de pig. ac. l. quæ fortuitis. & Insti. qui. mo. re contrahitur ob. §. is, cui
7 res. Probatio † aũt casus incumbit Reo, iuxta id, quod no. C. de pig. ac. l. si creditor. Est tamen notandum, quòd com-
8 modatarius † tenetur de casu fortuito, in quinq; casibus. qui in his versibus continentur: Casum fortuitum faciunt acci- *Versus.*
dere quinque: Pactum, culpa, mora, pariter mutatus & vsus, Quinto res ęstimata venire solet. ¶Circa quod pactum est aduertendum, quòd iuri, quod † nõdum 9
competit, simpliciter renunciari nõ potest. vt ff. de suc. edic. l. j. §. decretalis. sed per pactum sic. vt C. de pac. l. j. & de tem. ap. l. fi. §. fi. Sed an casui fortuito † pos- 10
sit renunciari per pactum, quæritur? Et potest dici, quòd aut loquimur in iudicijs, aut in contractibus. In iudicijs, si generaliter paciscor, quòd non obijciam exceptionem casus fortuiti, non valet conuentio. sed si paciscor, quòd non obijciam exceptionem incursus latronũ, nec valetudinis aduersæ: & sequetur clausula generalis, scilicet, nec alterius cuiuscunque casus fortuiti: tũc valet pactum in casibus expressatis, & in alijs non: vt ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. Sed in contractibus, siue dicam, Suscipio in me casum fortuitum generaliter: siue dicam, Suscipio in me periculum casus fortuiti. benè valet in vtroque modo talis conuentio, & tenebor de omni casu fortuito. Generaliter enim talis cõuentio valet in cõtractibus. Primò, quia non est prohibita in cõtractibus. ergo sit permissa. ar. ff. ex quib. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. Item, contractus ex conuentione legem accipiunt: vt ff. depo. l. j. §. si conueniat. Item, mora inducit casus fortuitos: vt ff. depo. l. si in Asia. in fi. multò fortiùs ergo pactum generale. Item, nil tam conueniens humanæ fidei, quàm pacta seruare: vt ff. de pac. l. j. in princip. Item, tãtum operatur generale in omnibus, sicut speciale in singulis: vt ff. de admi. tu. l. si duo. in fi. Item, specialiter cauetur, quòd in iudicijs talis conuentio non valeat. ergo contrarium sit in alijs ius commune. ar. ff. ad mu. l. j. Item, cùm in iudicijs negatur: ergo in alijs videtur permitti. ar. ff. de iudi. l. cùm prætor. in princip. Item, verba debent aliquid operari: vt ff. de leg. j. l. si quando. Item facit C. de neg. ge. l. negocium. & ff. lo. & conduc. l. si quis fundum. in prin. & l. opus.

quæ indistinctè loquũtur. & facit etiam optimè ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si quis alicui decem. Et ratio, quare in iudicijs: quia iudiciũ redditur in inuitum. vt ff. de ver. ob. l. inter stipulantem. §. j. Similiter videmus speciale, quòd in iudicijs purgatur mora: vt ff si quis cau. l. & si post tres. quod non est in contractibus: vt ff. de ac. & ob. l. traiectitiæ. §. de illo. Glossa tamen dicit in §. quæsitum. quòd videtur sibi vsu approbari, quod dicit Bulgarus, s. quòd in contractibus, si aliqui casus fortuiti sunt expressati, & secuta fuerit clausula generalis, ꝙ tunc valebit in omnibus, aliâs non. Sed illud non videtur placere glossatori, quãtum est de iure: immò talis conuentio generalis, seu renunciatio per pactum, valet in contractibus: vt sequitur ibi in glo. in quibusdam quæstionibus, quas postmodum ibidem determinat. Si autem in contractibus suscipio in me periculum: tunc, aut est talis contractus, in quo non venit omnis culpa, & tunc non teneor de casu fortuito: sed solùm de omni culpa, seu de omni periculo per culpam aduenienti. & sic intelligitur ff. de pac. l. iuris gentium. §. item si quis pactus. Si autem sit contractus, in quo venit omnis culpa: tunc, quia promissio periculi non potest aliquid operari in culpis, operetur ergo in casu fortuito, & sic tenebitur de omni casu fortuito. & hoc satis habetur in prædicto §. quæsitum. vbi est magistra glo. & ad eam aliæ glossæ quasi omnes remittunt. Et in his omnibus, quæ dixi, remanet ibi in effectu glo. qui benè vult ibi verba sua intelligere. Et in summa, in iudicijs, renunciatio super casu fortuito etiam per pactum facta non nocet, nec valet. sed si aliqui casus fuerint specificati, valet in illis. & si secuta fuerit clausula generalis, valebit in specificatis, & in alijs non. Sed in contractibus, aut suscipio in me casum fortuitũ: aut periculum. Si casum fortuitum, tenebor in omni casu. Sed si suscipio periculum, aut dico periculum casus fortuiti, aut dico periculum simpliciter. Si dico periculum casus fortuiti, tenebor de omni casu fortuito: & hoc sonant verba, quæ debent aliquid operari. Sed si dico simpliciter periculum, tunc, aut est talis contractus, ex quo non venit omnis culpa: & non tenebor de casu fortuito, sed de culpis tantùm. aut est talis cõtractus, in quo venit omnis culpa: & tunc, quia verbum, periculum, non potest aliquid operari in culpis, saltem operetur in casu fortuito. ¶ Modò redeamus ad versus. Culpa † inducit casum fortuitũ, s. 11
si ipsa præcessit casum: vt Insti. qui. mo. re contrahitur ob. §. item is, cui res. & ff. commo. l. si vt certo. §. quod verò senectute. Quod est verum, si & illa culpa fuit ordinata ad casum. aliâs non: vt ff. ad leg. Rho. de iac. l. fi. §. j. Quid enim, si culpa Martini mulus fuit infrigidatus, & posteà ex incursu latrones recesserunt cum mulo? Certè nõ tenebitur Martinus de illo casu fortuito: quia prædicta culpa infrigidationis, non fuit ordinata ad casum incursus. ¶ Mora † facit aliquem te- 12
neri de casu fortuito, si fuit in mora restituendi: vt ff. depos. l. si in Asia. §. fin. & de reb. cre. l. quod te. ¶ Pariter † mutatus & 13
vsus, s. facit venire casum: vt ff. de condi. fur. l. qui furtũ. & ff. deposi. l. j. §. si rem depositam. & est exemplum: Si cùm mulus esset commodatus ad aquam hauriendam de puteo, Martinus imposuit ei bastum & pallam, & fecit sibi deportare fimũ. ¶ Quintò, res † æstimata venire so- 14
let: vt ff. commo. l. si vt certo. §. & si fortè. Attamen æstimatio facit venire solummodo omne periculum per culpam veniens, vbi est talis contractus, in quo nõ venit omnis culpa: aliâs si de se veniat in eo omnis culpa, tunc rei æstimatio facit venire casum fortuitum: vt ibi no. & hoc est verum, quando res æstimatur: vt C. de iu. do. l. si inter virũ. aliâs æstimatio in dubio facit venditionem: vt ff. lo. & condu. l. cùm fundus.

¶ Item est notandum, quòd in commodato † venit dolus, & lata culpa, & le- 15
uis, & leuissima regulariter. Quæ possunt grosso modo exemplificari, non vt sit ex toto, sed demonstrandi gratia, vt & aliâs ff. de ac. & ob. l. obligationũ substãtia. & vt fa-

vt faciliùs res intelligatur: vt ff. de acqui.
16 re. do. l. insula. in fi. Ecce dolus † est, machinatio alicuius decipiendi causa adhibita: vt ff. de dolo. l. j. §. dolum. & de pac. l. iuris gentium. §. dolo malo. vt quia
17 Martinus cōsenserit furibus. Lata † culpa est, ignorare, quod omnes intelligūt: vt ff. de verb. sig. l. latæ culpæ. in princ. & l. cedere diem. in fi. vt quia Martinus dimisit mulum de nocte in carreria, & fures recesserunt cum eo. Omnes enim intelligunt, quòd fures venirēt, & furarentur eum. vel maior pars hominum illud intelligit, & sufficit: vt ar. ff. ad mu. l. qđ maior. & de re. iu. l. aliud. §. refertur. Cul-
18 pa leuis † est, si Martinus non fecit, quod fecisset diligens homo. Diligens enim clausisset mulum infra stabulum, & ipse dimisit eum in horto alligatū iuxta puteum: & sic fuit in leui culpa, si fures recesserunt cū eo, vel lupus comedit eum.
19 Leuissima † culpa est, si Martinus fecit, quod diligēs fecisset, s. quia clausit eum infra stabulum: sed non fecit, quod fecisset diligentissimus. Diligentissimus enim homo, videns mulum esse magni precij, fecisset iacere famulum in stabulo iuxta mulū, quod ipse non fecit. & sic est leuissima culpa, si fures anganauerūt stabulum, & recesserūt cum mulo, & tenetur ad mulum, vel ad eius æstimationem. & fa. ff. commo. l. in rebus. in princ. & Insti. quib. mo. re contrahitur ob. §. item is, cui res. ¶Item est notandū, quòd
20 in dolo † inest culpa. sed non conuertitur: vt C. de admi. tut. l. si liberti. & ff. de pe. hæ. l. & non tantùm. §. veniunt. & de ver. sig. l. magna negligētia. ¶Item est no-
21 tandū, quòd non est † culpa, quam consuetudo admittit: vt C. de pig. actio l. pignus. Item, non est in culpa, qui fecit, quod necesse habet facere. vt ff. lo. & cōdu. l. in naue Saupheli. & ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cùm aliter. Item, procurator non est in culpa, qui fecit, quod dominus est solitus facere: vt ff. de neg. gest. l. si negocia absentis. & de pig. acti. l. vel vniuersorum.

SENTENTIA.

22 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contentā in dicta petitione sua, idcirco per sententiā in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad restituendum dictum mulum dicto Actori. & nihilominùs condemnamus eū in xl. sol. Tur. dandis dicto Actori pro expensis, quas Actor fecit occasione præsentis causæ, cùm delato ei à nobis iuramento iurauerit, taxatione nostra præcedente, se dictos xl. sol. Turon. expendisse.

¶Et quia dictus † Reus potest teneri 23 de interitu dicti muli pluribus modis, vt apparet ex superioribus: & Actor potest probabiliter dubitare tempore libelli, an mulus extet, vel non: ideò tunc quidam in dubio formant ita libellum.

RVBRICA LXXII.
De actione commodati, alter libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis commodati quomodo formandus, si tempore libelli probabiliter dubitetur, an res commodata extet, vel non, & quibus iuribus probetur nu. 2. Et quid in alijs similibus actionibus personalibus. nu. 4.*

3 *In libello actionis commodati, & alijs similibus actionibus personalibus, qualiter petitio fieri debeat, vbi tempore libelli dubitatur, an res commodata extet, vel non. & nu. 4. & 6.*

5 *In commodati actione, quomodo Iudex in condemnatione se habere debeat, vbi tempore libelli probabiliter dubitabatur, an res commodata extet, vel non. nu. 6 7.*

8 *In actionibus, in quibus res non est in obligatione, sed eius æstimatio, in libello non res, sed æstimatio petenda est.*

9 *Libellus habet sex partes principales. Et quid quælibet pars contineat. à nu. 9. 22. 26. 31. 37.*

10 *Libelli de essentia sunt quinque. & quæ sint illa. Et num, quæ præter hæc quinque adijciuntur, sint superflua. nu. 11. 14. 15. 16. 17.*

12 *In libello, an nomen actionis apponi debeat. Et quid de subscriptione & declaratione temporis. nu. 13.*

17 *In libello an necessariò ponantur, quæ officio Iudicis petũtur & quæ sint illa, & quali officio petantur. nu 18. 35.*

19 *Officio Iudicis opus est, vbicunque actio intenditur, quia spontanea solutio non celebratur, secundum Placentinum nu. 36.*

20 *Libellus, re certa, sed causa non expressa: vel re incerta, nec causa certa specificata, an valeat. Et an Reus eiusmodi libellos recipere cogatur.*

21 *In libello, quæ sit differentia, inter causam non specificatam, & rem incertam. Et Reus an cogatur recipere libellum, si sit species incerta, quantum ad pondus, & posteà non probato pondere, an aliqua sententia ferri possit.*

22 *Libellus, an in omnibus actionibus continere debeat petitionem, ad restituendum, si res extet, & si non extet, ad eius æstimationem. nu. 23. 24.*

25 *Actor, si fateatur sibi esse satisfactum, de eo, quod petijt: iudex quando Reum absoluere, quando condemnare debeat.*

27 *Expensæ litis petuntur, & veniunt per officium Iudicis. Et an necessariò petantur in libello, & in his, si petita non sint, condemnatio fieri possit. Et quid de fructibus, & vsuris, quæ veniunt officio Iudicis. nu. 28. & 29.*

30 *Expensæ, fructus & vsuræ, ante sententiam non petita, an post peti possint.*

31 *Officij Iudicis generalis imploratio, an sit de substantia libelli.*

32 *Causam si continuare velint litigantes, singulis diebus necesse habent petere à Iudice, quæ eius officio explicantur. & si non petant, Iudex non habet curare litigantes.*

33 *Iudex ex officio suo habet aliqua videre & explicare, siue requisitus fuerit, siue non: quædam verò facit Iudex non nisi requisitus. Et quæ sint illa. iuncto nu. 3 .*

38 *In libello, an necessaria sit protestatio, Saluo iure addendi &c. 41.*

39 *Probare non est astrictus Actor, nisi illud, quod sibi ad obtinendum sufficiat.*

40 *In libello, licèt in quibusdam actionibus allegetur titulus, Actor tamen ipsum probare necesse non habet.*

41 *Protestatio, quando sit necessaria in libello, quando non. Et quid de cumulatione, remissiuè. nu. 42.*

CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor gratis commodauit dicto Reo quendam mulum pili albi, ad certum vsum, qui quidem vsus iam finitus est. Quare agit dictus Actor cõtra dictũ Reũ, ad dictũ mulũ, & petit ab eodem Reo, vt dictũ mulũ sibi restituat. Et petit à vobis dicto dño iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori dictum mulum, si extat & extabit vsque ad sententiam: vel si non extat, vel non extabit dolo vel culpa eiusdem Rei tempore sententiæ, ad dandum æstimationem dicti muli eidem Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. Et nihilominùs petit eum cõdemnari in expensis factis & faciẽdis, occasione præsentis causæ, quas dictus Actor offert se paratum suo loco & tempore debito, ꝓut de iure fuerit, declarare. Implorãs, domine iudex, vestrũ officium in omnibus illis, in quibus est de iure in præsenti causa vel fuerit implorandum. Et prædicta omnia petit & dicit, saluo iure addendi, diminuendi, & cumulandi, & saluo iure pluris, & edicto perpetuo semper saluo, & saluo, quòd non astringit se ad omnia præmissa probanda, sed ad ea solùm, quæ sibi sufficient ad obtinendum in præsenti causa. 1

¶ Probatur † iste libellus, vt suprà. & argu. ff. de condi. fur. l. in re furtiua. in prin. vbi habetur, quòd corpus, si extat, condicitur. & si corpus desierit esse in rebus humanis, durat condictio æstimationis eius. & debet intelligi, quòd æstimatio 2

matio condicitur, s. in effectu. Satis enim videtur condici corpus: quia tunc fiet condemnatio in æstimatione. ar. C. de pig. ac. l. si creditor. in fin. & ff. de rebus cre. l. vinum. & de condi. triti. l. in hac. & de consti. pecu. l. promissor hominis. in
3 fi. Petitio † autem non debet fieri ad ęstimationem rei, etiam si res non exter: quia ipsa æstimatio non est in obligatione, nec debetur: vt ff. de ver. ob. l. si seruum. §. effectus. immò & ad hominē mortuum agitur: vt ibi. & eo. ti. l. nemo. j. §. j. & de
4 condic. fur. l. iij. in fi. Eodem † modo potest formari libellus in pignoratitia actione, & in similibus actionibus personalibus, per quas agitur ad aliquā speciem certam mobilem restituēdam, si post interitum ipsius rei debeat Reus remanere obligatus ad eam restituēdam. ¶ Et prædicto modo formato libello in actione
5 † commodati, si iudex inueniat rem extare, condemnabit Reum ad eam restituendam. Si autem inueniat, quòd res interierit dolo ipsius rei: tunc iurabitur in litem: vt ff. de rei ven. l. qui restituere. & de in lit. iur. l. in actionibus. in princ. Sed si Reus non fuerit in dolo, sed aliàs fuerit in culpa tali, quòd nihilominùs post interitum remanserit obligatus, ad rem restituendā: tunc non iurabitur in litem: sed venire debet in sententia, interesse Actoris, seu æstimatio rei per iudicē facienda: vt ff. de in li. iur. l. ij. & l. videamus. §. fin. Item, si Reus fuit dolosus, & Actor non velit iurare in litem: sed elegit habere æstimationem, audiri debet. ar. ff. de rei ven. l. quòd si possessor. ¶ Itē,
6 prædicti libelli formatio † potest habere locum in alijs actionibus, in quibus agitur, ad dandum certam speciem mobilem, si post interitum Reus remanere debeat obligatus ad dandum: vt est quandoque in certi cōdictione generali ex stipulatione, & in similibus, vt ff. de verb. ob. l. si seruum. §. effectus. & l. nemo. j. §. j. & de reb. cre. l. quod te. & de consti. pe.
7 l. promissor hominis. in fi. Et tunc, si † dolo, vel culpa debitoris res interierit, fiet condemnatio in æstimatione eius, quæ æstimatio probabitur per iuramentum in litem, quod est affectionis. si debitor fuit dolosus, & actio sit talis, ex qua inuenjatur posse iurari in litem, vt apparet ex supradictis. si autem debitor fuit dolosus, actio tamen non sit talis, in qua inuenitur posse iurari in litem, tunc probabitur æstimatio rei per quoddam iuramentum in litē nō affectionis, sed magis veritatis. arg. ff. quod vi aut clàm. l. semper. §. in hoc interdicto. & C. vnde vi. l. si quando. & facit ff. de in lit. iur. l. in actionibus. § planè. ¶ Item est notandum, quòd in aliquibus actionibus † res 8
non est in obligatione, sed eius æstimatio. & tunc, si res petatur in libello, Actor cadet ab actione tāquam inepta: sed ipsa æstimatio est petenda: vt in actione legis Aquilię seruus, vel asinus occisus, nō est in obligatione, sed ipsius serui, vel asini, seu damni æstimatio. vt ff. ad leg. Aquil. l. ij. in prin. & Insti. e. in princ. & §. ex hoc tamen capite. Idem in actione furti. vt & Insti. de ob. quæ ex ma. nas. §. fi. & sic de similibus. Sed in actione vi bonorum raptorū res rapta est in obligatione, & nihilominùs æstimatio ipsius rei in triplū. vt Insti. de vi bon. rap. §. j. & ita illa duo debent esse in petitione.

¶ Nunc ad euidentiam prædictorum est notandum, quòd prædictus † libellus, 9
pput est formatus, habet sex partes principales. Prima pars continet Iudicem, & Actorem, & Reū, narrationem facti, seu causam, vnde est orta obligatio. & incipit ibi, Coram vobis domino Iudice &c. & durat vsq; ibi, Quare agit dictus Actor &c. Secunda pars continet petitionem rei, quæ debetur, & quæ est in obligatione. & quia illa res non debetur à Iudice, ideo res illa petitur à Reo, & nō à Iudice. & ideo in hac secūda parte dicitur, Quare agit dictus Actor cōtra dictū Reū ad dictū mulū, & petit ab eodē, vt sibi dictum mulū restituat. Prædictæ autē duæ partes
† prædicti libelli, quæ quinque cōtinent, 10
scilicet Iudicem, & Actorē, & Reum, causam, & rem, sunt necessariæ & de essentia libelli, etiam cuiuscūque. Iudex enim, & Actor, & Reus, debent ibi esse. Iudicium enim est actus illarū trium personarum.

vt apparet C.de iudi.l.properandum.& debent contineri in libello: vt colligitur C.de lit.contest.auth. offeratur. & ff.de accu.l. libellorum. in prin. Item & causa debet inseri in libello. vt C.de edic.di. Adri.tol.l.fi. §.fin autem. & ff. de excep. rei iudi.l.& an eadem. §. actionis. neminem enim sine causa audit prætor.arg. ff. de transac.l.cùm hi.§.in causa. Item, res debet inseri in libello, & debet peti per Actorem, prout debetur sibi à Reo, & prout est in obligatione: vt Insti.de ac.§. huic autem. in fi. debetur enim res ipsa, & aliquando post interitum speciei certæ remanet ipsa species adhuc in obligatione,& nõ ipsius æstimatio.vt ff.de condic.fur.l.iij.in fi.& de verb.ob.l.si seruũ. §.effectus. & ideo, quia tunc æstimatio non est in obligatione, si Actor ageret ad eam,s.dicendo,Domine iudex,ago contra Martinum, & peto ab eo æstimationem talis muli,dolo eius vel culpa mortui, quem sibi commodaueram. certè Actor caderet ab actione tãquam inepta. arg. ff.si men. fal. mo.di.l.j.§.ideo. ¶Li-
11 bellus † autem sic s.formatus solùm cum Iudice,& Actore, & Reo, continens causam & rem sufficientes, est sufficiens & perfectus.& alia, quæ ibi apposita sunt, superflua sunt, nec sunt de essentia libelli. vt satis not.in corpo.de exhi.re.§.sancimus.colla.v.Nisi, quòd deficit in præ-
12 dicto libello † nomen actionis, de quo videtur, quòd deberet ibi apponi. vt ff. de eden.l.j.in prin. Sed illud non est necesse apponi, de consuetudine, nec fortè de iure.vt no.in corpo.de exhi.re.§.sancimus. collat.v. Item, nisi, quòd deficit
13 in prædicto † libello subscriptio, & declaratio temporis, quo datus est libellus. quæ debent esse in libello.vt eo.ti. §. suscepto. Sed illa non debent fieri ab Actore, sed à Reo: vt ibi. & etiam non seruatur hodiè de consuetudine: vt no. C.de litis contestatione. authent. offera-
14 tur. Est ergo perfectus † & sufficiẽs prædictus libellus, habens solùm prædictas duas partes completas. & facit ad hoc ff. de accu. l. libellorum. vbi colligitur talis forma libelli: Apud vos, domine iudex, Lucius accusat, seu defert, seu Ream facit Mæuiam lege Iulia de adulte. quia ipsa commisit adulterium cum Gaio &c. Ecce ibi in textu est Iudex, Actor, & Reus. Item est ibi res, scilicet cùm dicit, Ream facit Mæuiã lege Iulia de adulte. Item est ibi causa, dum dicit, quia ipsa adulterium commisit cum Gaio. Et licèt in libello accusatorio ponãtur aliqua alia specialia, vt ibi: tamen ibi non petitur condemnari illa Rea, nec petuntur expensæ in libello, nec alia,quę cum officio iudicis veniunt. sic ergo nec in nostro libello sit necesse talia petere: sed sufficit quòd libellus contineat illas duas partes. Et eodẽ † modo, si ageretur ad 15
dandum. verbi gratia: Domine iudex, conqueror ego Petrus de Martino, qui mihi promisit dare ex causa liberalitatis talem mulum. Quare ago contra eum, & peto, vt ipsum mihi det. & sic de similibus. Item in actione † in rem. verbi 16
gratia: Domine iudex ego Petrus,cõqueror de Martino, qui tenet & habet restituendi facultatem talem mulũ, qui quidem mulus meus est. Quare ago contra eum,& peto, quòd dictũ mulũ mihi restituat. & sic de similibus. ¶Omnia † au- 17
tem alia possunt dici superflua in libellis. Alia enim petuntur officio iudicis, s. quòd iudex faciat responderi libello, & alia fieri singulis diebus,quibus litigabitur,quæ causæ incumbent. Item, ꝙ processus teneat, est in officio iudicis. Item, an condemnet, vel absoluat. & an condẽnet in re,vel in eius æstimatione.Item, quòd certam ferat sententiam. vt ff. de of. assessorum.l. j.& Insti. de ac. §. curare.& de of.iudi.in princ. & quasi per totum.& de perpe.& tem. ac. §. fi. Omnia 18
† enim illa,& similia, fiunt officio iudicis, non prout officium redditur loco actionis: vt in integrum restitutionibus, & similibus: sed prout officium deseruit actiõi. Dixit enim Placẽtinus,ꝙ vbicũq; intenditur † actio: puta quia spontanea 19
non celebratur solutio, opus est officio. ¶Super causa † autẽ,& re,est notandum, 20
quòd si formatus fuerit libellus ita: Domine iudex, ego Petrus conqueror de Marti-

Martino, qui mihi obligatus est restituere talem mulū pili albi. Quare ago contra eum, & peto, vt eum mihi restituat. & ita est ibi res certa, s. talis mulus pili albi: sed causa non est ibi expressata, s. an sit Reus obligatus ex causa commodati, vel depositi, vel alia. vel si fuerit libellus formatus ita: Domine iudex, ego Petrus de Martino cōqueror, qui est mihi obligatus restituere quēdam mulum. Quare ago contra eum, & peto, vt eum mihi restituat. & ita non est ibi res certa, s. mulus pili albi: sed incerta, s. quidam mulus. nec est ibi aliqua causa certa specificata, s. an Reus sit obligatus ex causa commodati, vel alia. certè nihilominùs valet, & potest procedere vterque libellus: vt C. de an. excep. l. fi. licèt ibi in quātitatibus loquatur. & valent prædicti libelli, quantum ad perpetuationem actionū: vt ibi. Sed Reus inuitus nō cogetur tales libellos recipere, cùm nō sint ibi res, & causa, declaratæ, vt debēt: vt ibi no. Est tamen

21 † differentia, inter causam non specificatam, & rem incertam: quia si in libello sit res certa, s. talis mulus pili albi, licèt causa nō sit ibi expressata, scilicet ex causa commodati, vel alia: iam poterit tunc sequi sententia condemnatoria, si Reus ante litem contestatam non petierit causam declarari: vel si post litē contestatam confiteatur se teneri, ad restituendū prædictum mulum: vel lite contestata negat, & testes deponent Reum teneri ad dictum mulū restituendum, nec fuerunt aliàs interrogati de causa, quare Reus tenebatur mulum restituere. stabitur enim dicto testium: vt not. C. de testi. l. solam. Sed quando res certa non est in libello, nec posteà fuerit declarata: tunc non poterit sequi aliqua sententia cōdemnatoria, quę valeat: vt C. de sen. quę sine certa quanti. l. hęc sententia. j. & ff. de rei ven. l. si frumentum. aliàs, idem Pōponius. §. fi. Reus tñ quādoq; cogetur recipere libellū, licèt sit ibi species incerta, quātum ad pondus. nec etiā poterit tunc ferri aliqua sententia, nisi posteà pondus fuerit probatū: vt ff. deposi. l. j. §. si quis argentū.

22 ¶ Tertia pars † prædicti libelli continet petitionem seu supplicationem, quæ fit Iudici, s. vt cōdemnet Reum, ad restituendum mulum, si extet tempore sententiæ: & si non extet, tunc ad æstimationem eius. ibi, dum dicitur: Et petit à vobis domino iudice &c. Circa quam tertiam partem dicunt quidam, quòd illud est ponēdum in libello, in omnibus actionibus, in quibus nō fertur nisi vna sententia, & quæ tendit ad restituēdum, vel dandum certam speciem mobilem, ad quam Reus possit teneri post interitum speciei. Iudex enim nō posset condemnare, nisi peteretur ab eo, quo petito, inquiret & interrogabit ante sententiam, si extat res illa, vel nō, & secūdùm illud formabit posteà sententiam suam. vt simile no. cùm agitur actione ex empto, ff. de ac. emp. l. j. circa prin. vbi no. ꝙ ante sententiam iudex interrogabit Reum venditorem, an velit rem venditam tradere, vel nō. Sed in arbitrarijs actionibus quibusdam, in quibus duæ feruntur sententiæ, non est necesse facere mentionem, extet res, vel non: sed quòd petatur simpliciter res restitui, & ꝙ formetur sentētia super re petita, quæ si interierit, formabitur & feretur alia sentētia secūda in æstimatione ipsius rei, dāda Actori, per iuramentū in litē probata, vel alio modo probata: vt no. Insti. de ac. §. prętereà quædā. in fi. Itē dicunt, ꝙ si in actionibus, in quibus non fertur nisi vna sentētia, petitur fieri condēnatio simpliciter ad rē ipsam, ꝙ Actor nolit sententiā ferri in ęstimatione, si res nō extabit: qa postq̃ in vno casu sibi prouidit, videtur alij renūciare. ar. ff. so. ma. l. si cùm dotē. in princ. & facit ff. de lib. & posthu. l. cōmodissimè. & C. de ꝓcu. l. maritus. Sed potest dici probabiliter, ꝙ illa tertia pars potest poni in libello, etiā in arbitrarijs actionibus, in quibus ferūtur duæ sentētiæ, nec ibi nocebunt: qa superflua regulariter nō nocēt. sed non est necessariū ponere: qa in illis arbitrarijs, licèt dictum non sit in libello, & si res non extat &c. si tñ manifestum fuerit iudici, dolo malo rē interijsse, ꝓtinus iudex in prima sentētia cōdēnabit Reū, in ęstimatione ipsius rei: vt ff. de dolo. l. arbitrio. §.

23 non tamen. Item † nec est necesse, quacunque actione agatur, petere à iudice, seu ei supplicare in libello, vt cōdemnationem aliquā faciat. quia, vt iudex condemnet, est ex officio suo actioni deseruienti: vt dictum est suprà. ergo licèt apponi possit in libello, nec appositum noceat, tamen non est necessarium, nec est de libelli essentia: sed sufficit illud petere in processu causæ. & etiam satis videtur peti, concludendo in causa exprefsè, vel concludendo tacitè, scilicet petendo sententiam ferri. Nec obstat ad prædicta, quādo dicunt, quòd petēdo seu supplicando simpliciter, vt fiat condemnatio ad rem ipsam, videtur Actor dicere, quòd in æstimatione non vult ferri sententiam cōdemnatoriam: quia Actor per illa verba, non præclusit sibi viam supplicādi pro æstimatione. quod est vsque ad sententiam: & tunc petendo simpliciter sententiam ferri, videtur eam petere, pro re, vel pro ęstimatione, prout de iure iustum videbitur iudici. Secus fortè,
24 si diceret † Actor, Peto sententiam ferri ad rem, si extat: & si res non extat, nō curetis, domine iudex, condemnare in æstimatione. quia tunc iudex non intromitteret se de æstimatione rei, s. cōdemnando, quia Actor potuit renūciare iuri suo: vt C. de pac. l. si quis in cōscribendo. Sed & fortè nec tunc deberet iudex abstinere, si oporteret eum sententiā ferre, quin condemnaret in ęstimationem, si ex actis appareret ei, Reum ad eam teneri: quia de hoc cognouit iudex. ergo iudicet: vt ff. de iudi. l. de quare. in princip. Item, qualem sententiam ferat iudex, non pertinet ad litigantes, sed ad eum: vt ff. de ar.
25 l. qualem. Attamē, si Actor † diceret, Domine iudex, de eo, quod petij, est mihi satisfactum: tunc iudex deberet Reum absoluere ab obseruatione iudicij: vt Instit. de perpe. & tempo. ac. §. fi. & condemnare Actorem in expensis: ar. C. de iudi. l. properandum. §. & si quidem. in fi. vel fortè Reum, si prope sententiam satisfecit, cùm ante non satisfecerat, & diu litigatum fuerat.

26 ¶ Quarta pars † prædicti libelli, continet supplicationem pro expensis litis. & incipit ibi, Et nihilominùs petit eum condemnari &c. Circa quod est notandum, quòd tales expensæ † petuntur, & 27
veniunt per officium iudicis: vt C. de iudi. l. properandum. §. & si quidem. in fi. & §. sin autem alterutra. & de fruc. & li. expensis. l. non ignoret. & in cor. de iudi. §. oportet. collat. vj. Et licèt in libello possit fieri mentio de expensis, nec sit nociuum: tamen non est necesse, nec est de essentia libelli: sicut nec alia, quæ ex officio iudicis actioni deseruienti petuntur: vt suprà dictum est. Quidam etiam dicunt, quòd iudex debet condemnare victum victori in expensis, etiam si ab eo non petatur: vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. Sed credo, quòd debet intelligi, si petitum fuerit. arg. ff. de magi. con. l. j. §. magistratibus. & sufficit petere, quandocunque ante sententiam. & facit, quod not. C. qui ac. pos. l. j. in princip. Licèt videatur contrà, quod no. ff. de dam. infec. l. si quis missum. §. fin. Idem est dicendum † de fructibus, quando veniunt per 28
officium, scilicet quòd non est necesse facere mentionem in libello de eis, nec est de essentia libelli: sed sufficit eos petere posteà quandocunque ante sententiam. Idem de vsuris, † prout hodiè pos- 29
sunt peti per officium, sicut est in nauticis: vt no. C. de vsur. auth. ad hæc, qui. fructus. & in alijs, quæ quādoq; petūtur per officium, vt interesse. de quo no. C. de sum. Tri. l. j. & de vsur. l. ij. & de ac. emp. l. curabit. & ff. eo. l. Iulianus. §. idem Iulianus. Et prædicta † tria, scili- 30
cet expensæ, fructus, & vsuræ, quando veniunt per officium iudicis, nisi petantur ante sententiam, posteà lata sententia non poterunt peti: quia lata sententia expirat tale officium. vt de expensis habetur C. de fruct. & li. ex. l. terminato. & de fructibus habetur ff. de rei vendic. l. & ex diuerso. §. j & de re iudi. l. Paulus. j. Item, de vsuris habetur C. de po. l. iiij. & de vsur. l. in bonæ fidei. & ff. de actio. emp. l. qui per collusionem. §. fin.

¶ Quinta

31 ¶ Quinta pars † pdicti libelli continet generalē supplicationem officij iudicis. ibi, dū dicitur, Implorans, dñe iudex, &c. Sed nec illa quinta pars, seu pdicta clausula, est de essentia alicuius libelli. sed si apponatur, nō nocebit, nec multū pficiet. Quia q̄ generaliter dicuntur, nisi specialiter notentur, neglecta videntur: vt ff. de iniur. l. item apud. §. hoc edictum. In sin-
32 gulis enim diebus, in quibus partes † litigant, si continuare velint causam, necesse est petere aliqua à iudice, quæ habet explicare ex officio. verbi gratia: Tradito libello, supplicabit Actor iudici, quòd faciat Reum respondere libello, nec sufficiat prædicta clausula generalis. & sic de alijs diebus, quibus litigabitur inter partes, in quibus prout altercabitur, & prout desiderabit dies, supplicabitur iudici aliquod nouū per Actorē, vel per Reum, quòd iudex diuinare non habet: sed debet stare communis seu medius inter eos: vt in cor. iusiuran. quod præstatur. §. & æquus. col. ij. & si nihil petant ab eo, & sic fortè recedant, iudex non debet curare: quia fortè partes sic tacendo, vel recedendo, volunt stare in pace. quod & iudici debet placere. ar. ff. de ope. no. nun. l. j. §. inde quæritur. Item eadem ratione, nec proficeret dicta clausula generalis, etiam extra libellum in processu causæ
33 posita: quia iudex † ex officio suo habet aliqua videre & explicare, siue fuerit requisitus, siue non, scilicet, An libellus sit benè formatus. Item, vt processus ordinetur, & quòd seruetur ordo postulantium, & quòd aliquando faciat eos tacere. & sic de similibus: vt ff. de offi. asses. l. j. Quædam verò facit iudex requisitus, scilicet quia tunc dat dilationes: vt C. de dila. l. à procedente. & ff. de iudi. l. ad peremptorium. cum similibus. Item,
34 ponamus, quòd Actor † vel Reus habet dilationem secundam, vel tertiam, ad probandū per testes, posteà illa die comparens tacet: certè clausula illa generalis non poterit sibi proficere. quia non habet diuinare iudex, an ille velit aliam dilationem ad probandū, an velit, quòd publicentur testes. Dimittet ergo eum loqui iudex, & petere, quod voluerit, vel partem alteram super hoc conqueri. Et in summa, credo, quòd de essentia libelli † non est, quòd in eo aliquid petatur, 35
nec generaliter, nec specialiter, quod per officium iudicis inhærens vel deseruiens actioni debeat explicari. & sic nec interrogationes, quæ habent fieri ante litē contestatam. nec etiam est necessitatis, quòd in libello Actor aliquid petat à Iudice, sed solùm à Reo. Itē in summa, in alijs, quæ fiunt ex causa † extra libellum, ante, 36
vel post, non est necessitatis, quòd Actor petat aliquid à Reo, vel Reus ab Actore: sed quilibet eorum petat à iudice, ea, quæ sibi æstimabunt fore vtilia petere ab eo per officium suum: quia cùm intenditur actio, opus est officio.

¶ Sexta pars † prædicti libelli continet 37
quasdam saluationes seu protestationes, & incipit ibi, Et prædicta omnia petit, & dicit, saluo iure addendi &c. Sed nec illa sexta pars † est necessaria poni in libello, 38
nec aliquam vtilitatem potest ibi afferre. Iura enim, sine aliqua saluatione seu protestatione hominis, disponunt, an liceat addere, vel diminuere, mutare, vel cumulare: vt C. de eden. l. edita actio. & quomodo & quando iudex. auth. qui semel. & Insti. de ac. §. si quis agens. & §. si minus. & C. de plus pe. l. vna. Item, edictum perpetuum, de quo saluando multi faciunt pompam in libellis, habetur & saluatur C. de eden. l. edita. Item, nec Actor † est astrictus probare, nisi illud, 39
quod sibi sufficiet ad obtinendum. superflua enim non nocent. arg. ff. de reg. iur. l. non solent. & facit quod no. ff. quemadmo. testa. ape. l. j. in fi. & C. si ex fal. instru. l. iij. & ar. in cor. vt cùm de ap. cog. §. si tales. collat. viij. & ff. de excu. tu. l. propter litem. §. j. & Insti. eo. §. qui autem. j.

Item, in quibusdam † actionibus, licèt 40
in libello allegetur titulus, tamen ipsum nō est necesse probare, nec Actor est astrictus: vt ff. si ser. ven. l. si quis diuturno. & de vsuris l. cùm de in rem verso. Quid † ergò? Certè contenta in ista sexta parte, 41
& similia, videntur apponi in libello per meticulosum hominem, vel per pom-

 posum.

positum dictatorem, vt magis ab ignorantibus videatur scire. Non tamen aliàs noceret, si apponatur in libello. Attamen videtur quædam verecundia, ac si protestaretur, & saluaret sibi Actor, quòd esset sibi licitum ire ad ecclesiam, vel redire ad domum suam, quæ etiam non vitiarent libellum: quia superflua non nocent regulariter. ar. ff. de ver. ob. l. quæ extrinsecus. & de reg. iu. l. non solent. Attamen quandoque inuenitur, protestationem
42 † debere fieri in libello: vt ff. quorum leg. l. j. §. quia autem. idem credo, si fieret aliàs quædam cumulatio actionum, ad eandem rem ex alia causa, in casu ff. de leg. iij. Lucius. §. Semproniæ. cum similibus, s. quia tunc deberet Actor protestari, se velle tantùm consequi rem ex altera actione. de qua cumulatione dicetur infrà in titu. de actione vi bo. rap.

RVBRICA LXXIII.

De actione commodati, Breuis & sufficiens libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis commodati breuiùs quomodo formetur, & vbi probetur. nu. 2.*
In libello an actionis nomen hodiè sit necesse apponi.
3 *In libello actionis commodati, an sit necesse apponi, quòd gratis Actor commodauit, vel ad certum vsum, vel quòd vsus sit finitus.*
4 *In libello actionis commodati, an sit necesse ponere, quòd Reus condemnetur ad restituendum rem commodatam. vel quòd condemnetur in expensis.*
5 *Reo an sufficiat in processu ante sententiam petere, quòd absoluatur, & quòd Actor sibi in expensis condenmetur.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor commodauit dicto Reo quendam mulum pili albi. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, ad dictum mulum. & petit ab eodem Reo, vt prædictum mulum sibi restituat. & ad hoc proponit actionem commodati directam.

¶ Probatur iste libellus † ex supradictis. nisi quòd hodiè de consuetudine, vel fortè etiam de iure, nomen actionis non est necesse apponi in libello: vt not. in cor. de exhi. re. §. sancimus. col. v. Item non est ibi necesse † apponere, quòd gratis Actor commodauit, nec quòd ad certum vsum, nec quòd vsus sit finitus: quia illa satis importantur per verbum commodauit, & etiam illa venient in processu causæ inter probationes Actoris, vel inter defensiones ipsius Rei. Alioquin si diceretur, illa debere apponi ex necessitate: ergo eadē ratione esset necesse multa alia apponi, scilicet quòd Martinus accepit prædictum mulum, vt commodatur: & quòd erat compos mentis, & quòd erat liber homo, & sic de alijs, quæ requiruntur ad hoc, vt valeat commodatum: quod tamen non est dicendum. ¶ Item, non est necesse † ponere in libello, quòd 4 Reus condemnetur ad restituendū mulum, nec quòd condemnetur in expensis: quia illa fiunt per officium iudicis, & sufficit ea petere, quandocunque in processu, suo loco tamen: vt apparet ex illis, quæ dicta sunt in præcedenti libello. sicut & sufficit Reo † in processu 5 ante sententiam petere, quòd ipse absoluatur, & quòd Actor condemnetur sibi in expensis.

¶ Item, quia facta est mentio de breui libello, videndū est, qualiter possit formari libellus breuis & sufficiens, si agatur actione in rem, ad rem corporalem.

RVBRICA LXXIIII.

De actione in rem, [ad rem corporalem commodatam] Breuis libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in rem, ad rem corporalem commodatam, quomodo formetur, vbi probetur, eiúsque perfectio demonstretur. nu. 2. & 3. 20.*

4 *Actio*

4 *Actio in rem, licet non habeat causam, quæ propriè obligationem pariat, habet tamen causam, quæ illam actionem parit. Et quæ sit illa causa.*

5 *Probare quid Actorem oporteat, vbi ad rem commodatam agitur actione in rem.*

6 *In libello actionis in rem, an benè, agere, dicatur Actor.*

7 *In libello actionis in rem, an benè ponatur: Vobis dicto domino Iudici supplicando, vt dictum mulum, ad dictum Actorem pertinere, iure dominij vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dicto Actori dictum mulum restituat, sententialiter cōdemnetis, & condemnatū &c.*

8 *In libello actionis in rem, an saltem poni debeat: Et super prædictis petit Actor iustitiam ministrari. Et an his verbis omissis, libellus dicatur non habere conclusionem.*

9 *In libello actionis in rem, an Actor petere possit, sibi per Reum responderi, an mulum possideat, aut non: & an in totum, vel in partem. Et has interrogationes quando iudex facere debeat, & cur fiant.*

10 *Interrogationes, quæ in iure fiunt, quid differant ab actione ad exhibendum.*

11 *In libello actionis in rem, an rectè petatur res restitui à Reo ipsi Actori. & nu. 15.*

12 *Actione in rem qui tenetur, nullo iure est obligatus domino, & tamen rem domino debere dicitur: & ille, qui actionem in rem habet, creditor est.*

13 *Actione in rem, an agatur ad dandum. Et an ad declarationem dominij. nu. 14.*

15 *Restitutio, an & quando sit res incorporalis.*

16 *Actione in rem, res, quæ debetur, petenda est, & non ab alio.*

17 *Actio in rem, in sui essentia, & vt oriatur, cōcernit, Reū habere facultatē restituendi.*

18 *In actione in rem, Reus non est debitor dominij, nec declarationis dominij, nec possessionis, sed debitor rei restituendæ. & quomodo hoc sit intelligendum.*

19 *Actionem in rem habens, non est creditor dominij, nec est creditor possessionis, nec restitutionis rei vigore alicuius veræ obligationis: sed restitutionis rei, quia sua est.*

21 *In actione in rem, in sententia condemnatoria, Iudex declarabit rem petitam esse Actoris, si Actor probauerit rem esse suam, & Reum possidere, vel pro possessore haberi debere. Et quid, si alterū nō pbet. nu. 24.*

22 *Sententiæ formula in actione in rem, secundum præmissa.*

23 *Sententia an habeat eundem effectum, si Iudex nō dixerit, declaramus, sed pronunciamus. Et quid, si neutrum dicat, sed tantùm, Actorem probasse intentionem suam.*

25 *Authoris intentio est, quòd scribendo causam det alijs edendi meliora, super tractatu formationis libellorum.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd dictus Reus tenet, & restituēdi facultatem habet, quendam mulū pili albi, qui mulus pertinet ad dictum Actorem iure dominij, vel quasi. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, ad mulum, & petit ab eodem Reo, vt dictum mulum sibi restituat ex causis prædictis.

¶ Probatur, † vt suprà in tertio libel- 2 lo huius operis, & in tit. de actione commodati, alter libellus. Quòd autem prædictus libellus † sit sufficiens & perfectus, 3 & quòd non sit necesse aliquid aliud ponere in eo: probatur ex illis, quæ ibi dicta sunt. Est enim in hoc libello, sufficiens causa, & res certa corporalis, quam à Reo petit Actor sibi restitui. licèt enim actio † in rem non habeat causam, quæ 4 propriè pariat obligationem: habet tamen causam, quæ parit illam actionem. Possessio enim ex parte Rei, & dominiū ex parte Actoris, pariunt actionē in rem: vt C. de alie. mu. iu. cau. fac. l. vna. & de excep. rei iudica. l. si mater. §. eandem. in fin. à contrario sensu. ibi, dum dicit, non parit &c. & facit ff. de rei vendi. l. in rem actio. in princip. Item, in præsentis libelli causa seu litigio, non suffice-

5 ficeret † probare Actori, se commodasse Reo dictum mulum: sed oporteret probare, esse suum: vt no. ff. commo. l. ita vt si fur. ¶ Sed videretur, quòd in prædicto
6 † libello, ibi, dum dicitur, Quare agit. deberet dici, Quare petitionem suam dirigit. & non, Quare agit. argu. ff. de actionibus & obligationib. l. actio in personam. Sed dico, quòd illud potest apponi probabiliter & benè in libello, sed non est necesse. & sufficiēter dicitur, Quare agit: quia licèt actio in rem, strictè dicatur petitio, largè tamen actionis verbo continetur: vt ff. e. l. actionis verbo. & l. actionum genera. in prin. & de eden. l. j. in prin. & de rei ven. l. j. in prin. & de ver. sig. l. pecuniæ. §. actionis. & Insti. de ac. in prin. & §. j. & in rubrica Insti. & ff. de ac. non dicitur, & de petitionibus. & tamen posteà tractatur ibi, de actionibus in rem. Et ff. de ver. sig. l. pecuniæ verbum. §. fi. verbo, ciuilis actionis, simpliciter prolato, continetur rei vendicatio. Et credo ex supradictis, quòd actio in rem potest dici propriè actio: licèt fortè magis propriè possit dici petitio. licèt glo. ff. de in lit. iur. l. in actionibus in rem. in prin. dicit, quòd impropriè dicitur actio in rem, sed petitio in rem. idem no. ff. de ac. & obli. l. j. in prin. Sed quicquid dicatur, dico, quòd ille, qui dicit in libello, Quare agit, non deficit in aliquo, & vadit tutè: quia & sic loquitur lex Institu. de actionib. §. j. ibi, dum dicitur, aut cum eo agit &c. & ff. de rei ven. l. si in rem aliquis. in prin. ibi, dū dicit, agit. & de excep. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. ibi, dum dicit, at cùm in rem ago &c. cum similibus. ¶ Item vide-
7 retur, quòd in prædicto libello † deberet poni in fine, quod sequitur, Vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum mulum, ad dictum Actorem pertinere iure dominij, vel quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dicto Actori dictum mulum restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis. Primum probatur ff. de rei ven. l. & ex diuerso. §. j. & de procu. l. Pomponius. §. sed & is. Secundum probatur Insti. de offi. iudi. §. j. Tertium probatur ff. de rei ven. l. qui restituere. Sed dico, ꝙ illa tria benè & competenter possunt poni in libello, nec vitiabunt eum: sed quia illa sunt ex officio iudicis, apponi non est necessarium, nec debent dici, nec sunt de essentia libelli prædicti, imò superfluò ponerentur ibi: quia nihilominùs suo loco & tempore oportebit ea posteà petere. Prima enim duo petentur, cùm Actor concludet in causa. semper enim possent stare partes coram iudice, etiam in die peremptorij edicti: quia nunquam iudex curaret ferre aliquam sententiam, nisi partes, vel aliquando vna partium, peterent eam ferri expressè, vel saltem tacitè, scilicet dicendo, Domine iudex, procedatis secundùm præsentis diei assignationem. Item, tertium oportebit peti post latam sententiā, statim transactis decem diebus, cùm sit actio in rem, vbi non fuerit appellatum: vt Insti. de offi. iudi. §. j. & ff. nihil no. ap. interposita l. vna. in prin.

In vanum ergo, & minùs propriè videntur poni prædicta tria in prædicto libello: alioquin si deberent necessariò apponi, multò magis essent necessaria alia plura, quæ habent illa tria præcedere, apponi in eo, quæ etiam ex officio petuntur: vt quòd respondeatur positionibus. & sic de similibus. quod esset ridiculosum & inconueniens, & de libello tunc fieret magnus liber. ¶ Item videretur, quòd saltem deberet poni in libello, Et super prædictis petit Actor † iustitiam 8
ministrari. quia & iudex in principio suę administrationis iurat se iudicaturum, secundùm quod ei iustum fuerit visum secundùm leges: vt in cor. iusiuran. quod præstatur. §. & æquus. collat. ij. aliàs etiam prædictus libellus non videretur habere aliquam conclusionem. Sed nec illud est necesse apponi in libello, cùm sit ex officio. & licèt possit ibi apponi, tamen parum proficiet: quia nihilominùs posteà in processu causæ singulis diebus, in quibus inter partes litigabitur, singulariter officium iudicis erit implorandum, prout causa & dies singulariter desiderabunt: vt apparet ex supradictis.

Item

Item cùm dicunt aliqui, quòd ille libellus non habet conclusionem, dico, ꝙ imò habet eam & bonã. ibi, cùm dicitur, Quare agit &c. vbi Actor cõcludit contra Reum, petendo ab eo, vt sibi dictum mulum restituat. & videtur conqueri Iudici de Reo, cùm dicit, Corã vobis domino iudice. & etiam tradit libellum. ¶ Itẽ quidam
9 dicunt, quòd in prędicto libello† deberet apponi, Et petit dictus Actor, domine iudex, sibi responderi der Reũ, an dictum mulum posſideat, aut non: & an in totũ, vel in partem. ar. ff. de interrog. ac. l. qui seruum. §. in iure interrogatus. vel an dolo desierit posſidere. arg. ff. de rei ven. l. qui petitorio. in prin. Sed dico, quòd tales interrogationes benè & conuenienter posſunt poni in libello, & cõmuniter consuetũ est apponi, & iudex habebit eas expedire primò, tanq̃ præparatorias actionis in libello contentæ. vt no. ff. de inter. ac. l. j. Attamen nõ est necesse eas ibi apponi, nec sunt de essentia libelli: quia iã fiunt ex officio iudicis. & etiam posſunt fieri ante litem contestatã, & post. & sic potest intelligi ff. de rei vẽ. l. q petitorio. in prin. & de interro. ac. l. vbicũque. Itẽ, posſunt etiam fieri ante libellũ oblatũ: qa non est ꝓhibitũ. ergo videtur concessum. ar. ff. ex qui. cau. ma. l. necnõ. §. quod eis. Item, qa interrogationes fiunt, ne aliquid dãni sentiat Actor: vt ff. de inter. ac. l. j. in prin. ipse aũt posset sentire damnũ, nisi faceret eas ante libellum oblatum: quia fortè oporteret eum posteà mutare, & de nouo formare libellum, quod esset sibi graue & sumptuosum. nec etiam permitteretur sibi hodiè mutare eũ: qa qui semel actionem proponit, in ea persistere debet. vt C. quomodo & quan. iu. auth. qui semel. Item, ꝙ posſint fieri ante libellũ oblatũ, facit C. de iu. delib. l. si curatoris. & ff. de inter. ac. l. vbicũque. Item, sicut actio ad exhibendũ est ꝑparatoria actionis proponendæ, sic & interrogationes: vt no. ff. de inter. ac. in rub. & l. j. in prin. sicut ergo actione ad exhibendũ potest agi, ante libellum oblatum in actione in rem, vel etiam posſunt proponi insimul in eodem libello: sic & eadẽ ratione interrogationes fieri posſunt ante libellum oblatum, in actione in rem, vel etiam posſint poni in libello ipsius actionis in rem. Differũt tamen in hoc, qa actio† ad exhibendum non 10
potest ꝓponi post litẽ contestatã, in actione, cuius ipsa est ꝑparatoria: vt ff. de tabul. exhi. l. fi. interrogationes aũt ex quadam æquitate benè poterunt fieri etiam post litem contestatã in actione in rem, vel in alia. vt apparet ex supradictis. ¶ Itẽ videtur, ꝙ ṗdictus libellus† ineptè sit for- 11
matus, cùm in eo petatur mulus restitui à Reo ipsi Actori. qa ista actio in rẽ datur ad rem corporalẽ: vt Instit. de ac. §. j. sed restitutio sui muli, sui natura non potest tangi. ergo restitutio muli, est res incorporalis: vt Insti. de re. cor. & incor. §. incorporales. ergo per hanc actionẽ in rem, non videtur posse agi ad aliquã restitutionem. Et hæc est potisſima ratio, per quam dominus Io. de Blanosco super hoc reprobauit Rofredum. licèt, vt credo, nõ fuerit reprobandus. Sed ad illius oppositionis solutionẽ, est notandũ, ꝙ ille, q tenetur † actione in rẽ, nullo iure est obliga- 12
tus domino: vt Insti. de ac. §. j. Attamẽ ipse est debitor, & debet rem domino, largo modo loquendo. vt e. ti. in prin. & de ver. sig. l. pecuniæ verbũ. §. fi. & ille, qui habet actionẽ in rem, est creditor. vt e. ti. l. creditores. in prin. Si ergo ṗdictus mulus debetur Actori, per actionem in rem, nõ video, ad quid aliud posſit sibi deberi principaliter: nisi vt ei restituatur, non ex aliqua obligatione naturali, vel ciuili, prouueniente ex contractu, vel ex maleficio, vel ex varijs figuris causarũ, sed qa mulus est suus: vt dictum est. & sic non ex aliqua obligatione ꝑsonali debetur, sed ex quadam obligatione grosſa reali, s. quia mulus suus est: vt dictũ est. Negari enim non potest, quin in actione in rẽ sit aliqua obligatio. vt Insti. de excep. §. itẽ si in iudicio. est tamen debilis multũ: vt dictũ est suprà in tit. de certi cõdictione speciali ex mutuo. Ad dandũ† aũt nõ agit Actor acti- 13
one in rẽ: quia ipse dixit mulũ esse suum. & quod suũ est, ampliùs suũ effici nõ potest: vt Insti. de leg. §. sed si rẽ legatarij. & de ac. §. sic itaq; discretiꝭ. & ff. de vsuca. l.

sequitur.§.lana.& de excep. rei iudi.l.& an eadē.§.actiones.in fi. sed si suus nō esset, si tamen per se sententiā haberet, & ex causa iudicati sibi traditus fuisset, ipse tūc esset effectus dñs, vel quasi. vt no.Insti.de offi.iud.§. fi. Sed illud non esset ex natura actionis in rē, nec vigore sententię per se, sed ex postfacto, s. traditione facta Actori ex causa iudicati.vt ibi. Item, nec
14 ad declarationem dñij† cōpetit hæc actio in rem: quia fatuū esset dicere, ꝙ Reus deberet, seu tenetur illā declarationē facere. nec inuenitur, ꝙ ipse sit debitor talis declarationis per actionē in rē: sed est debitor muli pdicti.nec iudex est in aliquo debitor in actione in rē, sed solùm Reus, cōtra quem agitur. Item, & alia ratione ad dominiū muli non potest agi, quia illud est incorporale.sui enim natura tangi non potest.vt no.Insti.de ac.§.sed istæ. Item, & multò minùs potest agi ad declarationem dominij: qa & illa est incorporalis.

Item, nec ad possessionē potest agi per actionem in rem: qa nedū dñium, imò & possessio est res incorporalis. vt no. ff.de acq.pos.l.naturaliter.§.nihil.agitur ergo ad mulū, vt Reus, quatenus apud eū est, ipsum Actori restituat, adiecta causa, qa
15 suus est. Et cùm dicitur, ꝙ restitutio † est res incorporalis.dico, ꝙ licèt ipsa per se simpliciter accepta seu considerata, sit res incorporalis, tamen cùm agitur actione in rem, ad mulū restituendū, considerato mulo, qui petitur, & ad quē agitur, q est res corporalis, satis competenter dicitur agi ad rem corporalem. Et facit ff. de rei ven.l.officium.in fi.vbi dicitur, puto aūt ab omnibus, q tenēt, & habēt restituendi facultatē, peti posse.ex qbus verbis recolligūtur duo.Primū est, ꝙ res, quæ debe-
16 tur† à Reo, per actionē in rē, debet peti ab
17 eo, & nō ab alio. Secundū est, ꝙ actio † in rē, in sui essentia, & vt oriatur, concernit, Reū habere facultatē restituendi.& sic, qa in hoc fit ibi mentio de restituendo, satis apparet, ꝙ res debet peti à Reo, vt eā restituat Actori, adiecta causa: qa sua est. Et
18 in summa, Reus in actione†in rem, nō est debitor dñij, nec declarationis dñij, nec possessionis. dicatur ergo debitor muli, nec potest videri ad quid aliud, nisi ꝙ eū restituat. Nō tamen dico, ꝙ sit simpliciter debitor restitutionis: qa illud posset esse aliàs ex obligatione psonali, non attento dño, s. si Reus pmisisset se restituturū dictū mulū. vt ff. de verb.obli.l. nemo.j. in prin. Itē in summa, ille, qui habet†actio- 19
nem in rem, nō est creditor dominij, nec est creditor possessionis, nec restitutionis rei, vigore alicuius veræ obligationis. relinquitur ergo, quòd Reus sit debitor, & Actor creditor in casu nostro, scilicet ipsius muli: vt quia Actoris est, ei restituatur. & sic agitur ad rem corporalem.

¶ Nunc est aduertendū, ꝙ libellus prędictus†est sufficiens, & habet ea, q̄ sunt de 20
essentia libelli, sup actione in rem, ad rem corporalē persequendā. Ad rē enim persequendā datur actio in rē. vt Insti.de ac. §.sed istæ.in vers. nanq; si cui &c. Sed & posset formari libellus, & benè, iuxta formā suprà positā in tertio libello huius operis. supflua enim illa, q̄ posita sunt ibi, nō vitiarēt libellū. Sed fortè in illa formatione est defectus: qa ibi dicit, Quare agit dictus Actor contra dictū Reū &c.& non dicit, ad qd agit dictus Actor. Item posito, ꝙ diceret, Quare agit dictus Actor cōtra dictū Reum, ad pdictū fundum. fortè, vt credo, adhuc non sufficeret, nisi diceret & specificaret magis, ad qd agit, s. ad prædictū fundū, quē petit à Reo sibi restitui Actor, quia suus est. Et si dicatur, ꝙ illud seqtur in pdicto libello, dū ibi dicitur, Et petit à vobis dicto dño iudice &c. dico, ꝙ illud ibi petitur à iudice, & petitur ex officio suo, nec est de essentia libelli, imò sufficeret illa posteà dicere in pcessu causæ ante sententiā: vt apparet ex supradictis. Videretur ergo debere dici in prędicto libello, Quare agit dictus Actor cōtra dictū Reū, ad prędictū fundū. & petit ab eo, vt eum sibi restituat, quia suus est. & petit etiam à vobis domino iudice &c. & primum petit, est de essentia libelli: sed secundum petit, cùm sit ex officio, non est de essentia libelli.

¶ Item est notandum, ꝙ in † actione in 21
rem, in sententia condemnatoria, iudex declarabit rem petitam esse Actoris: vt ff. de

de rei ven.l.&ex diuerso.§.j.Si ergo Actor probauerit, rem esse suam, & Reum possidere, vel pro possessore debere haberi, iudex dicet ita:

SENTENTIA.

22 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis declaramus, rem illam pertinere ad dictum Actorem, iure dominij vel quasi, & dictum Reum condemnamus, vt dictam rem dicto Actori restituat &c.

23 ¶ Eundem effectum† habebit sententia, si iudex non dixerit, declaramus, sed dixerit, pronunciamus. Idem credo, si nec vnum, nec aliud dixerit, sed dixerit ita: Quia dictus Actor probauit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, vt dicto Actori dictã rẽ restituat &c. Ex eo enim, quòd iudex dicit, Actorem probasse intentionem suam, & intentio Actoris fuerat, rem esse suam: vt apparet in libello: satis videtur iudex declarasse, rem illam esse ipsius Actoris. Et idem est, si dicat iudex ita: Cùm cognouerimus rem prædictam esse prædicti Actoris, idcirco condemnamus dictum Reum, vt dictã rem dicto Actori restituat &c. Et hæc sententia satis colligitur ff.de rei ven. l.vtique, & Insti.de offi.iudi.§.j.

24 ¶ Si autem Actor † probauerit, rẽ esse suam, nõ autem fuerit probatum, Reum possidere, nec pro possessore eum debere haberi: tunc iudex pronunciabit rem esse Actoris, & nihilominùs absoluet Reum: quia rem non possidet. vt ff.de excep. rei iud.l.si à te.§.j. & dicet ita iudex: Cùm dictus Actor sufficienter probauerit, rem prædictam ad eum pertinere, iure dominij vel quasi: idcirco declaramus, rem prædictam esse suã. sed quia non est probatum, dictum Reum possidere rem illam, nec eum pro possessore debere haberi: idcirco ipsum absoluimus, quia non possidet &c. Et si lata tali sententia, ille Reus incipiat rem illam possidere, ipse non habebit exceptionem rei iudicatæ: vt ff.de exce.rei iud.l.si à te.in prin. & §.j. & no.eo.ti.l.si mater.§.denique. Vel poterit tunc dicere iudex: Idcirco dictum Reum absoluimus ab obseruatione iudicij.ar. ff.de iudi.l.nõ idcirco.§.j. & si mens.fal. mo.dixerit.l.j.§.ideo. causa enim in talibus in sententia absolutoria est inferenda, ne, si simpliciter feratur, prȩiudicet in totum Actori: vt ibi.& etiam notatur C.de iudi.l. properandum.§.illo.

¶ Multa † iam locutus sum superiùs, & 25 adhuc plura loquar, super quibus plures ruditatem meam conabuntur reprehendere. sed de vno saltem confido: quia ego causam & occasionem præsto, & in hoc laboro, nõn intentionaliter, sed consecutiuè, & viam aperio, quòd isto opere consummato, & visis libellis laudabilibus dominorum, Rofredi, & Io.de Blanosco, & Guillermi de Ferrarijs, quidam de reprehensoribus fortè melius intelligens, quàm ego intellexerim, erit, qui super formatione libellorum, & super alijs, quæ dixero, aliquod opus perficiet, quod erit omnibus fructuosum.

RVBRICA LXXV.

De actione commodati contraria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis commodati contrariæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur.nu.2.*

3 *Agens actione commodati contraria ad expensas factas, excluditur, si defectum aut vitium equi commodati non ignorauit.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor vellet ire Nemausium, causa visitandi quendam amicum suum, dictus Reus, ad rogatum Actoris, gratis commodauit ei quendam equum pili mauri, ad eundum ad dictam ciuitatem, sciens prædictum equum esse espalatum, & non posse tantum laborem sustinere. Qui equus cùm venisset apud Lu-

nelum, non potuit plus ire. & oportuit dictum Actorem alium equum conducere, ad complendum iter prædictũ. Vnde cùm dictus Actor impenderit x. solid. Turo. in curando dictum equum, & alios x solid. Tur. in logerio alterius equi conducti, pro implendo dicto itinere, agit dictus Actor contra dictum Reum, vt xx. solid. Tur. sibi det. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictos xx. solid. Turo. per vestram sententiam condemnetis. & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † ff. commo. l. in rebus. §. possunt. & §. item qui sciens. & §. fi. & l. pen. in fi. & l. seq.

POSITIO QVAEDAM REI.

PONIT Reus, quòd dictus Actor

3 † sciebat dictum equum espalatum esse, & sic nõ posse tantum laborem sustinere, nec etiam posse curari. Effectus: quia sic Actor excluditur à prædictis expensis petitis. argu. ff. de reg. iur. l. nemo videtur fraudare. & l. quod quis ex culpa sua. & commo. l. pen. in fin. ibi, dum dicit, ignoranti &c.

RVBRICA LXXVI.

De actione depositi directa.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis depositi directæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Probatio incumbit agenti depositi, quòd in fardello, quando ipsum deposuit, libri petiti ligati essent. Idem, in stabularijs seu hospitibus, quòd qui dicit, in eorum domibus amisisse fardellum, eum probare oporteat, fardellum fuisse immissum, & in fardello tunc tales libros fuisse.

4 Si paciscor, ne agam actione depositi, citra diem aliquẽ, agere nihilominùs potero ante diem, & voluntatem mutare: secus, si simpliciter paciscar, ne depositi agam.

5 In deposito venit solus dolus, & lata culpa: licèt depositarius quandoq; teneatur vltra dolum & latam culpam. nu. 7.

6 Lata culpa dolo comparatur. Et in quibus casibus id fallat.

8 Sentẽtiæ formula in actione depositi directa.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 ꝓponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, ꝙ cùm dictus Actor vellet ire Aureliacum, ipse ligauit libros suos, s. corpus Iuris ciuilis, in quodam fardello de canabatio, & dictum fardellũ sic cum chordis fortiter ligatum deposuit penès dictũ Reũ. Quare agit contra eum, vt sibi dictũ fardellum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori dictum fardellũ cum dictis libris, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad restituendum iuris remedijs compellatis.

¶ Probatur † ff. depositi. l. j. §. si cista. 2

Et est notandum, ꝙ Actori incumbet † ꝓ- 3 batio, ꝙ in fardello, quando ipsum deposuit, essent prædicti libri ligati. vt ibi no. Idem dicerẽ, in stabularijs seu hospitibus, ꝙ qui diceret in eorũ domibus amisisse tale fardellum, quòd oporteret eum probare fardellũ fuisse immissum, & in fardello fuisse tũc tales libros. vt ff. nau. cau. sta. l. j. in prin. ibi, dum dicit, receperint. & in §. fi. & l. iij. §. j. ei enim incũbit probatio, qui dicit. vt ff. de proba. l. ij.

¶ Secundò est notandum, ꝙ si † paci- 4 scor, ne agam actione depositi citra aliquem diem: nihilominùs potero agere ante illã diem, & mutare voluntatem. vt ff. depositi. l. j. §. pe. Si verò paciscar simpliciter, ne depositi agam: nunquam magis potero agere, quin de pacto possit obijci exceptio. vt ff. de pac. l. iuris gentiũ. §. sed & si quis paciscatur. & l. si vnus. §. illud. & ar. eo. ti. l. si tibi decem. §. quædam.

¶ Tertiò est notandum, quòd in depo- 5 sito venit solus dolus. vt ff. nau. cau. sta. l. iij. §. miratur. & Instit. qui. mo. re contra. ob. §. præterea. venit etiã ibi lata culpa. quia & illa † dolo comparatur. vt 6 ff. si mens. fal. mo. dixerit. l. j. & si is, qui testamento liber esse iussus fue. l. j. §. non autem. & depositi. l. quod Nerua. Sed hoc fallit in criminibus. vt ff. ad leg.

leg. Corne. de fic. l. in lege. Item in tutore, cùm remouetur, vt suspectus. vt Insti. de suspec. tu. §. suspectus. ij. Item fallit in delatione iuramenti in litem. vt ff. de in litem iuran. l. in actionibus. §. j. Item fallit ff. de eden. l. vbi. in prin. iuncta l. j. in fi. e. ti. Item fallit ff. ne vis fiat ei, qui in pos. missus est. l. j. §. si quis ideo. Item ff. de fur. l. si seruus communis. §. circa. in quibus lata culpa dolo non comparatur.

7 ¶Item, depositarius † tenetur quandoque vltra dolum, & latam culpam. vt no. C. depositi. l. j.

SENTENTIA.

8 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad restituendum dicto Actori dictum fardellũ cum prædictis libris &c.

RVBRICA LXXVII.

De actione depositi contraria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis depositi contrariæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Depositarius, si quos sumptus fecit in re deposita, indemnis seruari debet, modò illos fecerit iuxta id, quod communiter fieri consuetum est. nu. 4. 9.*

5 *Depositus equus auenæ integra mensura pabulari non debet, si tantum non valet. Si non laboret. nu. 6. Si integra mensura pabulari non consueuerit, & hoc depositarius sciat. nu. 7. Si modica fit expensa, & depositarius ex concessione, equitando, vel alio modo vsus fit. nu. 8.*

10 *Depositarius expensas non repetit, nisi quæ decenter & communiter impendi, vel fieri, iuxta qualitatem negocij debuerunt.*

11 *Depositarius expensas post moram restituendi factas non repetit.*

12 *Sententiæ formula in actione depositi contraria.*

CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus deposuit penès Actorem, quendam equum pili mauri, in quo pascendo seu pabulando dictus Actor expendit xx. sol. Turon. tam in fœno, quàm in auena. Item in curando dictum equũ de quadã ægritudine, quam patiebatur in oculis, expendit alios xx. sol. Turon. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi det & soluat xl. solidos Turoneñ. & petit à vobis domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictos xl. sol. Turoneñ. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. ¶Probatur † ff. depo. l. ei, apud quem. & l. actione. 2

POSITIONES ACTORIS.

PONIT Actor, quòd ipse tenuit equum per triginta dies, & expendit pro eo pascendo in fœno v. sol. Turon. Effectus: quia Actor † depositarius debet seruari indẽnis. vt in prædictis legibus nec enim ille equus potuit viuere de vento: vt ar. C. de ali. pu. præstan. l. fi. in fi. Dicit etiam Dauid in psalmo: Producens fœnum iumẽtis, & herbam seruituti hominum. *Psal. 146.* 3

¶Item ponit Actor, quòd qualibet † nocte prædictorũ triginta dierum, dedit dicto equo ad comedendum, vnam mensuram auenæ, consuetam dari alijs equis in Monte Pessulano, valentem vj. dena. Effectus: quia inspici debet illud, quod communiter est consuetum fieri. vt ar. ff. de aqua plu. arcen. l. si priùs. §. j. & de testi. l. iij. in fi. 4

POSITIONES REI.

PONIT Reus, quòd dictus equus non erat tanti † valoris, quòd deberet sibi dari mensura auenæ integra. Effectus: quia tunc deponens non teneretur ad integram. ar. ff. de vsufruc. l. sed & si quid inædificauit. §. j. & de vsu & ha. l. plenum. §. Iuuentius. & de pignor. ac. l. si seruos. 5

¶Item ponit Reus, quòd prædictus † equus non laborabat, & ita sufficiebat 6

ei media mensura auenæ. Effectus: quia qui non laborat, non manducet. vt ar. ff. ad muni. l. Titio. circa princ. & de reli. & sump. fu. l. si quis sepulchrum. §. funus autem. propter laborem enim, pabulatur equus communi mẽsura. malè enim saturatus seu pabulatus equus, malè vadit. vt C. de cursu publico. l. animalia. lib. xij.

¶ Item ponit dictus Reus, quòd ipse
7 non cõsueuit † dare auenam dicto equo. Effectus: quia consuetudo eius debuit spectari. vt ar. ff. de ali. & ciba. leg. l. cùm alimenta. in prin. & de pig. ac. l. vel vniuersorum. Item etiam, quia quid ipse facturus erat, debuit considerari. vt ar. ff. de rei vendi. l. in fundo. circa princ. Et hoc, si Actor sciebat consuetudinem deponentis. ignorantia enim non obligat. vt C. de tab. l. generali. lib. x. & in alieno facto tolerabilis est error. vt ff. pro suo. l. fin. in fi. & imputari debet deponenti: quia illa nõ dixit. ar. C. de cad. tol. l. vna. §. sed & varietatis.

8 ¶ Item ponit Reus, quòd Actor † vsus fuit dicto equo, ex concessione sua equitando, vel alio modo. Effectus: quia tũc expensas tales modicas non posset Actor depositarius petere seu computare. ar. ff. commo. l. in rebus. §. possunt. & de impen. in rebus do. fac. l. omnino.

POSITIO QVAEDAM Actoris.

PONIT Actor, quòd pro equo cu-
9 rando, quia patiebatur † in oculis, marescallus habuit xx. soli. Turon. Effectus: quia depositarius debet seruari indẽnis, vt dictum est. & in bonæ fidei iudicijs veniunt ea, de quibus, nec actum, nec cogitatum fuit. vt no. Insti. de ac. §. actionũ. in princip.

POSITIONES REI.

PONIT Reus, quòd alter marescal-
10 lus † communiter in Mõte Pessulano fecisset illam curam pro x. sol. Turon. Effectus: quia plus non debebit Actor reportare. quia licèt quis de suo possit esse largus, alteri tamen sua largitas non debet esse damnosa. vt ff. de re. iur. l. non debet alteri. nec enim ab altero repetet, nisi quod decenter & communiter debuit impendi, vel fieri, iuxta qualitatem negocij. ar. ff. de reli. & sump. fu. l. & si quis impediat. §. hæc actio. & de varijs & extraord. cog. l. j. §. in honorarijs.

¶ Item ponit Reus, quòd postquàm Actor † fuit in mora restituendi dictum 11
equum, infirmitas prædicta oculorum arripuit dictum equum. Effectus: quia post illam moram equus fuit periculo Actoris depositarij prędicti. vt ff. deposi. l. si in Asia. in fi.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 12
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis xl. sol. Turon. dandis dicto Actori. &c.

RVBRICA LXXVIII.
De actione mandati directa.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis mandati directæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. num. 2.*

3 *Mandati actione, non nisi mandato suscepto agitur.*

4 *Mandati actio vt competat, mandatũ gratis susceptum esse oportet: aliàs esset locatio, vel conductio, vel contractus innominatus. post mandatum tamen susceptum, ex causa remunerationis aliquid dari, vel promitti potest.*

5 *Mandato meo fundum emere iussus, post emptionem mandati tenetur: aliàs, si non emerit, ad id quod interest, agendum est. Et si ementi, fundus traditus non sit, cedendo Actori actionem, liberatur. nu. 6.*

7 *Mandatarius, an rem emptam cum fructibus restituere teneatur. & ad quæ alia teneatur. nu. 8. & 9.*

10 *Mandatario, qui emit, precium offerri debet, quo emere iussus est. Et quid, si minori, vel maiori precio emerit. 13.*

11 *Mandatario traditus fundus, quando fiat man-*

mandantis, quando non.

12 *Procurator, si assumpsit officium nuncij, dicendo, Vendis tali mandatori meo: an contractus valeat, dominium & possessio transferatur.*

13 *Procurator, praeter mandatum, si plus dedit, etiam vtiliter, illud plus non repetit. Tenetur de leuissima culpa. In vili est officio. Nec laboris salarium petit, nisi cõuentum fuit. Et quid in procuratoribus ad causas constitutis.*

14 *Sententiae formula in actione mandati directa.*

15 *In actione mandati, an rectè agatur ad restituendum fundum, vel ad tradendum. Et quid restitutio, in materia mandati importet. nu. 16.*

17 *Verbum, restituendi, largè habet significationem dandi: sicut verbum, reddendi. E contrà, verbum dare, non est semper accipientis dominium facere: sed adaptatur ad alia, iuxta materiam, & accipit qualitatem contractus, iuxta quem ponitur.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor mandauit dicto Reo, vt emeret sibi fundum Titianum, situm apud Salaronum, sic & sic cõfrontatum, pro centum lib. Turo. Item, quòd dictus Reus, dicto mandato gratis suscepto, dictum fundum emit, & per traditionem à venditore ipsum accepit. Vnde cùm dictus Reus dicto Actori dictũ fundum restituere contradicat, agit contra eum, ad dictum fundum, vt eum sibi restituat. & petit à vobis domino iudice, vt dictum Reum ad restituendũ dictum fundum dicto Actori, cum fructibus inde perceptis, & quòd de facto suo caueat, ne dictum fundum iure hypothecae obligauerit alicui, nec seruitutem in eo imposuerit seu constituerit, & vt actionem, quam de euictione habet, cedat dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad praedicta iuris remedijs compellatis. Petit expensas, &c. implorans vestrum officium &c. dicens idem Actor, se paratum soluere dicto Reo praedictas centum lib. pro precio dicti fundi.

¶Probatur † ff. manda. l. si procuratorem. §. dolo. vsque in fi. le. & l. se. Rectè dicitur, quòd Reus susceperit † manda- 2
tum: aliàs non ageretur mandati actione. 3
vt ff. e. l. si remunerandi. §. j. ¶Item, rectè dicitur, gratis: † aliàs esset locatio, vel cõ- 4
ductio, vel cõtractus innominatus. vt ff. l. j §. e. mãdatũ. & Insti. e. §. fi. & ff. de praescrip. verbis. l. naturalis. §. at cùm do. licèt post mãdatum susceptum possit aliquid dari, vel promitti, ex causa remunerationis. vt ff. man. l. si remunerandi. in prin. ¶Item, rectè dicitur, quòd emit
† fundum: aliàs si non emisset, ageretur 5
tantùm, quatenus interesset dicti Actoris, quia Reus fundum non emisset. vt ff. man. l. si. & e. ti. l. si procuratorem. §. mandati actio. & l. si quis alicui. §. qui suscepit mandatum. & C. e. l. procuratorem.
¶Item, rectè dicitur, quòd fundus † fuit 6
traditus Reo: aliàs non ageret Actor ad fundum, & liberaretur Reus cedendo Actori actionem. vt ff. e. l. si mandatu. in prin. & ar. ff. sol. matri. l. etiam. in fi. & de pecul. l. quod debetur. ¶Item, rectè
dicitur, cum † fructibus. vt ff. man. l. 7
idémque. §. idem Labeo. nihil enim penès mandatarium debet remanere. vt e. l. §. si procurator. & l. ex mandato. & de procura. l. qui proprio. §. procurator, vt
in caeteris. ¶ Item, rectè petitur † caueri, 8
ne hypothecariam, seu seruitutem imposuerit in fundo: vt ff. man. l. de tuo etiam facto. ¶Item, rectè dicitur, & vt acti-
onem † cedat, quam de euictione habet: 9
vt ff. e. l. si procuratorem. in fi. ¶Item, re-
ctè offertur † precium: aliàs Reus posset 10
de eo excipere. ar. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & de condi. . inde. l. si non sortem. §. si centum. & de superfi. l. j. §. is aûtem. Item, si minori precio emisset fundum, sufficeret illud reddere. sed si plus emisset, non teneretur Actor, nisi in centum, pro quibus mandauit emi. vt Insti. man. §. is, qui exequitur.

¶Et

¶Et est notandum, quòd in casu præ-
11 dicti libelli, cùm dictus fundus† traditus fuit dicto Reo procuratori seu mandatario, fundus non fuit factus mandantis Actoris. vt ff. de acquiren. re. do. l. res ex mandato. Quod est verum, si nec venditor tradens, nec mãdatarius emptor, hoc gessit in animo, quòd fundus acquireretur mandãti. alioquin, si vterque, vel alter eorum hoc gessit in animo, vt mandanti acquireretur, tunc fundus factus fuisset ipsius mandantis. vt de hoc ff. de donat. l. qui mihi donatũ. ¶Item est no-
12 tandum, quòd si dictus procurator† assumpsit officium nuncij, s. dicendo, Vendis tali mandatori meo. tunc non valeret contractus. vt C. si quis alteri vel sibi. l. multùm interest. licèt per traditionem & tunc dominiũ & possessio transferentur. vt ibi. ¶Cogitet quisque, in qua cõ-
13 ditione est† procurator, qui talia mandata suscipit. Ipse enim, si plus dedit etiam vtiliter, illud plus non repetit. vt dictum est. Item, tenetur de leuissima culpa: vt C. man. l. à procuratore. & est in vili officio. vt C. de decu. l. si quis procurationẽ. lib. x. nec poterit petere mercedem laboris seu salarium, nisi fuerit conuentum. vt dicetur in titulo sequenti. Regulariter tamen, in curijs taxatur salarium procuratoribus ad causas constitutis, si nihil cum dominis fuerit conuentum.

SENTENTIA.

14 CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad restituendum dicto Actori dictum fundum, cum talibus fructibus inde perceptis. & quòd dictus Reus de facto suo caueat, ne dictum fundum hypothecæ obligauerit alicui, nec seruitutem in eo imposuerit. & vt actionem, quam de euictione habet, cedat dicto Actori, eundem Reum per eandem sententiam condemnamus. & nihilominùs condemnamus eum in centum solidis Turon. dandis dicto Actori, pro expensis præsentis causæ, cùm idem Actor, delato ei à nobis iuramẽto, taxatione nostra præcedente, iurauerit, se expendisse prædictos centum solidos Turoneñ. occasione præsentis causæ.

¶ Sed quare in prædicto libello† agi- 15
tur & concluditur ad restituendum fundum? Reus enim videtur dominus. quod apparet: quia petitur ab eo cautio, quòd ipsum non hypothecauerit, nec in eo seruitutem imposuerit. Deberet ergo agi ad dandum: & tunc etiam ferretur sententia ad dandum. quia sentẽtia formanda est iuxta libellum. vt ff. de neg. gest. l. Põponius lib. xxvj. in negocijs. & commu. di. l. vt fundus. & C. de fideicom. lib. l. fi. Sed dico, quòd rectè agitur ad restituendum fundum in actione mandati. vt ff. man. l. si procuratorem. §. dolo autem. vel ad tradẽdum: vt ibi. nec enim Actor potest benè scire, an Reus sit dominus fundi, vel non. & sic de iure petit in dubio fundum restitui. Et in hac materia
†restitutio habebit seu importabit dati- 16
onem, si res empta fuerit ipsius Rei mandatarij, quia eodem modo, quo est penès eum, debet eam restituere seu tradere. nihil enim debet penès eum remanere: vt ff. man. l. ex mandato. in princ. Quòd
autem† verbum, restituendi, largè ha- 17
beat significationem dandi, sicut & verbum reddendi: probatur Insti. de ac. §. in bonæ fidei. in prin. & de hoc dicetur infrà, in tit. de actione de dolo. Item econtrà, verbum, dare, non est semper accipientis dominium facere, immò adaptatur & declinat ad alia, iuxta materiam. vt ff. de rebus cre. l. nam & si fur. in prin. & §. j. & de condic. causa data. l. dedi. §. subtiliũs. & de condic. indebi. l. indebiti, §. j. & de præscrip. verbis. l. si tibi areæ, §. j. & l. si gratuitam. in princ. & de dona. l. ij. §. sed si quis donaturus. & l. si tibi dederim. & accipit qualitatem contractus, iuxta quem ponitur. vt in materia depositi, ff. depositi. l. j. in prin. & in commodato, vt ff. commo. l. rem mihi. §. in exercitu. & Instit. qui. mo. re contrahitur ob. §. item is, cui. Item & in precario, vt ff. de preca. l. cùm precariò. j. sic & in pignore, vt C. & ff. de pig. act. & de pig. quasi per

per totum. Et est ratio, quia verba debent accipi iuxta materiam. vt ff. de reg. iur. l. quoties idē sermo. talia enim sunt prædicata, qualia subiecta permittunt. vt ff. loca. & conduc. l. si vno. in princ. & de verbo. ob. l. stipulatio ista, habere. §. hæc quoque stipulatio.

RVBRICA LXXIX.
De actione mandati contraria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis mandati contrariæ, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Mandatarius habēs pecuniam ociosam, an de ea preciū soluere debeat, vt susceptum mandatum adimpleat.*

4 *Mandatarius, an de pecunia sua expensa vsuras petere possit. Et quid de eo, quod interest.*

5 *Iudæo permittitur recipere vsuras certæ quantitatis, scilicet quatuor denarios pro libra in mense, ex statuto, seu antiqua consuetudine Montis Pessulani.*

6 *Proxenetica, an iure licito petantur.*

7 *Mandatarius, quod bona fide impendit, recuperare debet. & quid de expensis, quas in domo sua facturus erat.*

8 *Exceptione repelli potest mandatarius, petens pecuniam, qui fundum emptum non restituit.*

9 *Sentētiæ formula, in actione mandati contraria.*

10 *Procurator seu mādatarius, an aliquod salarium petere possit, pro laboris sui remuneratione, si de eo nihil promissum vel cōuentum fuit. Et an & qualiter sumptus bona fide necessariò factos repetere possit. Et quid in negociorum gestore, in tutore, & curatore.*

11 *Consiliarij & Iurisperiti, an iustum consilium vendere possint, aut salarium, si conuentum non sit, petere. Et quid de Aduocatis, Medicis, & alijs nu. 12.*

13 *Consiliarius, quis sit.*

14 *Aduocatus, quis sit.*

15 *Consiliarius si solùm quis sit alicuius, an licitè posteà cōtra eum, in eadem causa aduocatus esse possit. Et Aduocatus qualiter puniendus sit, qui consilium dat, vel secreta causæ parti aduersæ reuelat.*

16 *Arbitri, an & quod salarium habeant à partibus.*

17 *Proxeneta, an & quando salarium habeant à partibus.*

18 *Testes, an præter sumptus à producente præstandos, salarium habere debeant.*

19 *Administratores prouinciarum, si non habent salarium à fisco, an, quando & quantum accipere possint à partibus. Et quid in eorum assessoribus.*

20 *Iudices quidam à Principe delegati, qui ex delegatione vsque ad trecentos aureos cognoscunt, quātum pro salario à fisco. Et qui à centum vsque ad trecentos aureos cognoscunt, quantū à partibus. Et si causa centum aureos non transcendat, an à partibus aliquid accipiant. Et quid, si alicui delegando, causa simpliciter committatur, 21. vel iudici delegato ab ordinario. nu. 22. 23.*

24 *Iudices ordinarij, quando salarium, & quātum, accipere possint à partibus, quando non.*

25 *Administratores prouinciarum, an possint esse laici & illiterati. & an Assessores, & quales habere debeant. vbi multa de Assessoribus.*

26 *Iudices propriè qui dicantur, & quales esse debeant.*

27 *Iudex maior Senescallia Bellicadri, vel iudex Montis Pessulani, an debeant propriè dici assessores, vel iudices.*

28 *Notarij seu tabelliones, quod à quibus salarium habere debeāt. Quibus iuris remedijs illis sit consultū. Et quomodo eorū excessui, impressioni & prædæ obuiandū sit.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus cōtra Petrum, ꝙ dictus Reus mandauit dicto Actori, quòd 1

emeret sibi pro centum lib. Turon. fundum Titianum, situm apud Salaronum, sic & sic cōfrontatum. Item dicit & proponit, quòd idem Actor, suscepto gratis mandato, emit dictum fundum pro precio prædicto, & accepit à Dauid Iudæo filio Demosse de Cepestuh prædictas cētum lib. Turon. ex causa mutui sub vsuris, s. quatuor denarijs in mense pro libra: quas centum lib. Tur. soluit venditori, & dictum fundum per traditionem accepit. Itē dicit & proponit, quòd proxenetæ habuerunt ex inde ab eo x. soli.. Turo. pro corractagio dictæ emptionis. Item, dictus Actor expendit alios x. soli. Tur. in eūdo apud Salaronum, ad videndum dictum fundum & eius confrontationes. Vnde cùm dictus Actor Martinus sit paratus restituere dicto Reo dictū fundum, agit contra eum, vt prædictas centum lib. Tur. sibi det, & alia, quæ prętextu mandati prædicti expendit. & petit à vobis prædicto domino iudice, vt dictum Reū, ad dandum dicto Actori prædictas centum lib. Tur. pro precio dicti fundi, & in triginta & tribus sol. & quatuor denarijs, pro vsuris per eū Actorem pro vno mense dicto Iudæo debitis, & in x. sol. Tur. quos expendit in eundo apud Salaronū, pro emendo dicto fundo, dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatū &c. ¶Pro-
2 batur † ff. man. l. ideḿq;. §. idem Labeo. & l. si verò non remunerādi. §. si mihi mandaueris. ¶Et est notādum, quòd si dictus
3 Martinus † mandatarius habuerit pecuniā ociosam, ipse debuit de ea precium soluere, quia susceptum mādatum tenetur mandatarius omnimodo adimplere. vt ff. man. l. si mandauero. §. sicut. & l. si quis alicui. §. qui suscepit mandatum. & ar. ff. commo. l. in cōmodato. § sicut. etiam debet illud facere, quod diligentissimus faceret, postquàm de leuissima culpa tenetur. vt C. man. l. à procuratore. & ille non debet ab alio, damno vsurarum accipere, quod ipse habet ociosum. Itē,
4 ipse † pro pecunia sua non posset petere vsurā, cùm sint hodiè prohibitæ. vt no. C. de vsuris auth. ad hæc, qui fructus. licèt si aliter interesset sua, posset interesse illud petere. vt dictum est suprà in certi condictione ex mutuo. sed si ipse nō habuit pecuniā ociosam, potuit eam accipere sub vsuris à Iudæo, † cui pmittitur 5
recipere vsuras certæ quantitatis, s. quatuor denarios pro libra in mense, ex statuto seu ex antiqua cōsuetudine in Monte Pessulano. ¶Itē, rectè petuntur decē ꝓ proxenetis: quia proxenetica † iure licito 6
petuntur: vt ff. de proxenetis. l. j. quod enim mandatarius † bona fide impendit, 7
debet recuperare. vt ff. man. l. si verò non remunerandi. §. si mihi. Item, rectè petitur illud, quod expendit apud Salaronum, eadē ratione. & facit ff. e. l. ideḿq;. §. idē Labeo. & l. si quis alicui. §. impendia. & ar. ff. de admi. tu. l. à tutoribus. §. si. sed & fortè deducētur expensæ, quas erat facturus in domo sua. ar. ff. ad exhi. l. sed & si hæreditas. §. j. ¶Item, rectè offertur fundi † restitutio: aliàs dictus Actor man- 8
datarius posset repelli exceptione. arg. ff. de actio. emp. l. qui pendentem. & de superficie. l. j. §. is autem.

ADDIT. Item est notandum, quòd prædictus fundus non erat emphyteuticarius, quia tūc requireretur alia solennitas in alienatione: quia si translatio vtilis dominij vel quasi deberet fieri in mādatarium seu procuratorē, tūc essent ibi duæ solennitates requirendæ in translatione, s. vna, de vēditore in mandatariū: & alia, de mandatario in mandantē. Et de prima deberetur quinquagesima precij; & de secunda deberetur quinquagesima æstimationis ipsius fundi. & in prima dñs posset fundum retinere pro eodem precio: sed in secunda non, quia ibi precium non esset, de quo habetur C. de iure emphyteuti. l. fina. & est dictum suprà, in titu. de actione in rem pro re emphyteuticaria.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 9
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis cōdemnamus dictum Reum, in prędictis centū lib. Tur. dādis dicto Actori, pro precio dicti fundi. Itē & in

& in quinquaginta & tribus sol. & quatuor denarijs Tur. dandis dicto Actori, tam pro vsuris prædictis, quàm pro his, quæ dictus Actor expendit in proxenetis, & in eundo apud Salaronũ, pro fundo prædicto emẽdo. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in cẽtum sol. Turo. dandis dicto Actori, pro expensis præsentis causæ, cùm idem Actor, delato ei à nobis iuramento &c.

10 ¶Nunc est notandum, quòd procurator seu mandatarius † non potest petere aliquod salariũ pro remuneratione laboris sui, seu diligentiæ & solicitudinis suæ, nec per actionem mandati, nec extra ordinem per officium iudicis, si super salario nihil fuerit promissum, vel conuentum. vt colligitur ff. man. l. salarium. & l. qui mutuam. §. salarium. & C. eo. l. j. in fi. & l. salarium. Sed sumptus, bona fide necessariò factos, poterit petere actione mandati cõtraria: vt ff. e. l. idémque. §. idem Labeo. & l. si verò non remunerandi. §. si mihi mandaueris. & l. si quis alicui. §. impendia. & l. qui mutuam. in fi. Credo tamẽ, quòd mandatarius sumptus vtiliter factos repetit, nisi in mandato certa quantitas pro impẽdendo esset expressata: quia tunc in eo, quod excederet, licèt vtiliter esset factum, non posset agi. vt Insti. de mandato. §. is, qui exequitur. ¶Item, negociorum gestor nõ habet salarium, eadem ratione. & facit ff. de neg. ge. l. ij. in fi. ¶Idem in tutore & curatore, quia illi nullum salarium petere possunt: vt colligitur ff. de admi. tu. l. à tutoribus. §. fin. & de tutelis. l. in eos. recuperabunt tamẽ illud, quod impenderunt: vt Instit. de ob. quæ ex quasi contractu. §. tutores. illi enim gerunt personale munus, sine detrimẽto suo pecuniario. vt ff. de mu. & ho. l. munerũ. §. ij.

Vide Guidonem Papæ q. 68. in decisionib.

11 ¶Item, consiliarij, † seu Iurisperiti, licèt iustum consilium vendere possunt: vt xj. q. iij. c. non licet. attamen, si super salario nihil conuentũ sit, ipsi salarium aliquod petere non possunt: vt ff. de vari. & extraordina. cog. l. j. §. aduocatos.

12 ¶Sed aduocati †, & medici, & plures alij, de quibus habetur in prædicto titulo, si salarium non fuerit eis promissum, ipsi salarium poterũt petere extra ordinem, per officium iudicis. vt ibi. ¶Et est notandum, quòd consiliarius † est, qui non 13 mouet se de domo pro causis, sed dat cõsilium. Sed aduocatus † est, qui dat consi- 14 lium, & nihilominùs dat operam & patrocinium causæ: vt e. ti. l. j §. aduocatos. Item, si aliquis † sit solùm consiliarius ali- 15 cuius, ipse licitè posteà poterit esse aduocatus contra eum, in eadẽ causa: vt satis colligitur in glo. ff. de postu. l. fin. Sed aduocatus alicuius, non debet dare cõsiliũ, nec reuelare secreta causæ parti aduersæ: alioquin puniretur extra ordinem: vt ff. de preuaric. l. j. in fi. & C. de aduo. diuersorum iudiciorũ. l. ij. ¶Item, arbitri † ha 16 bent salarium à partibus, si nihil sit super salario cõuentum, s. vnum aureum. vt C. de proximis sacrorum scri. l. in sacris. iij. lib. xij. quod credo, de arbitris, qui per viam iudiciorum cognoscunt. ¶Item, proxenetæ † habent salarium à 17 partibus. vt ff. de proxenet. l. j. & hoc, si nihil fuit conuentum de salario: aliàs, si via ordinaria ex conuentione posset agi, cessaret via extraordinaria. vt ff. de min. l. in causæ. ij. in princ. ¶Testes autẽ † non 18 habent salarium: iudex tamen per suum officiũ, præcipiet eis dari sumptus competentes, à producente eos: vt C. de testibus. l. quoniam liberi. Testes enim licèt in lucro esse non debeant: tamẽ officium suum nõ debet eis esse damnosum pecuniariter. vt ff. quemadmo. te. aperi. l. sed si quis ex signatoribus.

¶Item est notandum, quòd administratores †, vt sunt præsides prouinciarũ, 19 & similes, habent quandoque salarium à fisco: vt in corpo. vt iudices sine quoquo suffragio. §. cogitatio. in princi. & in corpo. iusiurã. quod præstatur ab his. §. iuro quoque. colla. ij. & de manda. princip. §. oportet. colla. iij. sed si salarium non recipiant à fisco, seu à publico: tunc possunt accipere parum, & quantum sufficiet ad mediocrem gubernationem, scilicet à partibus magis spontaneis, quàm inuitis: vt in cor. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. scriptum est exemplar. colla.

 ij. &

ij. & si vltra hoc aliquid acceperunt, graui pœnæ subiacebunt. ¶Assessores autem prędictorum administratorum fortè non habent salarium de publico, sed ab illis, quibus assident. vt argumen. ff. de offi. assesso. l. diem functo. licèt videatur contrà, eodem titu. l. si. Caueat ergo administrator, quòd accipiat salarium, pro se, & assessore suo. attamen si hoc non fecerit, nec aliquid assessori ipse promiserit, fortè assessor aliquod salarium petere non poterit. argumen. C. eod. l. j. sunt enim assessores, consiliarij administratorum. vt ibi. & eodem titu. l. iij. & l. velut. & l. in consiliarijs. cum legibus sequentibus. & ff. eo. l. vlt. ¶Iu-
20 dices autem † quidã certi à Principe delegati, de quibus habetur in corpo. de iudicibus. §. vetus. collat. vj. qui vsque ad trecentos aureos cognoscunt ex prædicta delegatione: vt eodem titu. §. audient. illi habent duas libras auri à fisco, pro salario: vt eodem titu. §. hoc autem dicimus. & nihilominùs, si causa sit à centum vsque ad trecentos aureos, ipsi habebunt à qualibet partium duos aureos in contestatione litis, & alios duos in fine causæ: vt eodem titu. §. ne autem. Si autem causa non transcendit centum aureos, tunc illi iudices nihil habebunt à partibus: vt eodem titu. §. hæc autem dicimus. Et prædictis iudicibus videtur commissa vniuersitas causarum à Principe, vsque ad ccc. aureos, & videntur quasi ordinarij. & ideo non est mirum, si habeant illas duas libras auri, pro sala-
21 rio, à fisco. Sed si Imperator † committeret vnã causam simpliciter alicui delegando, esset aliud: quia tunc nihil à fisco reciperet. sed tunc fortè posset accipere ab vtraque partium duos aureos in contestatione litis, & alios duos in fine causæ: vt de alijs dictum est. cùm sit eadem ratio. Idem potest dici, de quo-
22 libet † iudice delegato ab aliquo iudice ordinario. cùm etiam sit eadem ratio. & sic generaliter notatur de delegato, C. de litis contestati. authen. offeratur. Crederem tamen, esse differentiam inter eos: quia illi delegati à Principe, ad vniuersitatem causarum, si causa sit infra c. aureos: tunc illi nihil habent à partibus. habent tamen à fisco duas libras auri: vt dictum est. sed si esset ali-
quis † delegatus à Principe ad vnam cau- 23
sam, vel ab alio ordinario, licèt esset infra c. aureos, ille deberet aliquid habere à partibus: ne sit labor sine mercede. nec enim talis delegatus habet aliquid à fisco. ergo &c. ¶In iudicibus verò † or- 24
dinarijs videtur idem debere dici, quod in administratoribus suprà dictum est, scilicet quòd si sufficiens salarium habeant à fisco, ꝙ tunc nihil debeant accipere à partibus, nec etiam esculentum, nec poculentum. Si autem non habeant à fisco salarium, quòd tunc possint accipere à partibus aliquid parum, quod ad medioerem sufficiat gubernationem: vt in cor. vt iudi. sine quoquo suffragi. §. scriptum exemplar. collat. ij. & no. ff. de offic. præsid. l. plebiscito. & in cor. iusiuran. quod præstatur. §. iuro quoque. collat. ij. & de manda. princip. §. j. collat. iij. licèt in omnibus illis iuribus de administratoribus loquatur. Et hoc videtur satis probabile. & in vtrisque videtur eadem ratio. & de similibus ad similia est procedendum: vt ff. de legib. l. non possunt. Alij dicunt, quòd iudices ordinarij debent habere à fisco duas libras auri, & nihilominùs duos aureos à partibus in contestatione litis, & alios duos in fine causę, si causa sit à c. aureis vltra. ar. quod dicitur de cæteris iudicibus à Principe delegatis, in cor. de iudi. §. ne autem. colla. vj. & hoc tangitur ibi in glo. licèt videatur se intricare ibi, & minùs benè dicere: potissimè, quia idem dicit ibi, de delegatis ab ordinarijs. quod non est verum. Item, est maior similitudo de iudicibus ordinarijs, ad administratores, quàm ad prædictos certos iudices à Principe delegatos. & sic credo, quòd in ordinarijs iudicibus sit idem ius, quod est in administratoribus, quàm in assessoribus: vt statim dictum est. Attamen, tam in administrato-

ſtratoribus, quàm in aſſeſſoribus adminiſtratorum, & in iudicibus ordinarijs,& in delegatis ab ordinarijs,ſtabitur conſuetudini locorum, ſi qua ſit conſuetudo.arg.ff.de legi.l.de quibus. Et hîc in curia Regis Maioricarum,ab initio curiales habuerunt decimam partem litis, pro ſalario,in cauſa principali,& in cauſa appellationis dimidiam litis. Sed hodiè Rex Maioricarum totum illud lucrum ſibi retinet, & dat curialibus certum quid,pro ſalario ſuo. ¶ Nunc ſumpta occaſione ex prædictis,dico,quòd re-
25 gulariter adminiſtratores † ſunt laici, & poſſunt eſſe illiterati: vt videmus de præſidibus prouinciarum, & etiam de baiulis,& baliuis noſtri temporis. ſed ipſi debent habere aſſeſſores ſeu conſiliarios ſuos,qui eos adiuuent: vt apparet ex ſuperiùs allegatis.Sed aſſeſſores ſunt,qui illis adminiſtratoribus aſsident,& debent eſſe viri ſtudioſi & prudentes.vt ff.de offi.aſſeſſ.l.j.& ſi malè adiuuent,vel malũ conſilium dederint adminiſtratoribus ſeu magiſtratibus, quibus aſsident, ipſi tenentur: quia imperitia culpæ adnumeratur: vt Inſti.de lege Aquil. §. prætereà medicus.& facit ff.quod quiſque iuris.l.ij. Et in prouincia ſua, quis non poteſt eſſe aſſeſſor præſidis, vel magiſtratus, vltra quatuor menſes, alioquin ipſe punitur: vt C.de aſſeſ.l.in conſiliarijs. Item, aſſeſſor non poteſt eſſe aduocatus, quàm diu aſſeſſor eſt. nec poteſt eſſe aſſeſſor duorum præſidum,ſeu magiſtratuum: vt C. e.l.fi. Item, non poteſt iudicare ſeu ſententiam ferre: quia ipſe iudex non eſt,ſed aſsidet iudici ſeu adminiſtratori: niſi cauſa fuerit ſibi delegata talis, quæ delegari poſsit: vt no.ff.eo.l.j.nec fortè præſes,vel magiſtratus,poteſt facere locumtenentem ſuum de aſſeſſore ſuo.arg. C.e. l.ij.& ne rerum turbentur officia. Iudi-
26 ces † autem propriè dicuntur,qui non aſſident alicui, ſed per ſe regunt, & iudicant. & debent eſſe literati, & tales, qui per ſe poſsint noſcere, quod iuſtum eſt. vt colligitur in cor. de iudi. in prin. col. vj.licèt ibi de iudicibus delegatis loqua-
27 tur. An autem iudex †. maior Seneſcalliæ Bellicadri, vel iudex Montis Peſſulani,debeant dici propriè aſſeſſores,vel iudices? Et credo, quòd ab initio fuerint aſſeſſores: ſed hodiè, quia multa explicant & expediunt per ſe, poſſunt ipſi dicere,ſicut dicit lupus in fabula: Et modò ſum monachus, & modò canonicus. ipſi enim aliquando ſuper hoc variant ſcutum ſuum albo & nigro: vt aliâs dicitur de Rogerio, ff. de ope. no. nun. l.prætor ait.§.hoc interdictum.

¶ Item, de † Notarijs ſeu tabellionibus, non inuenitur, quòd habeant ſalarium de publico, nec inuenitur, quantum debent habere, à requirentibus eos acta vel inſtrumentum publica conficere. & ideo ſi ſuper hoc ſit aliqua conſuetudo,illa erit ſeruanda: vt ff.de legi.l.de quibus. aliâs relinquitur officio iudicis.& ita notauit Pla.de ſcriptoribus cauſarum,C.de ſpor. Item, & illi poterunt retinere inſtrumenta,donec eis ſatisfiat. ar.ff. communia præ.l.venditor. §. ſi conſtat. & de ac.emp.l.Iulianus.§. offerri. & de condi. inde.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.& commo.l.in rebus.§.ſi. Sed ſi talis Notarius agat actione mandati, ad ſalarium, ipſe ſuccumbet: quia illa non ſcripſit gratis, ſed magis ex neceſsitate officij, quod eſt quoddam publicum munus : vt C. de tab.l. generali. lib. x. & quòd ſit munus, not.C.qui militare non poſſunt. l. ſi.lib. xij. Item, & ſi ille Notarius ſcripſiſſet aliqua, non ex neceſsitate officij, ſed aliâs ex mandato requirentis, cùm ipſe non poſſet conſequi,niſi intereſſe ſuum, fortè valorem pargameni & incauſti: quia actio mandati datur ad intereſſe, vt apparet ſuperiùs: agat ergo condictione ex lege non ſcripta,ſi ſuper ſalario ſit aliqua conſuetudo: vt ff.de condi. ex le. l. vna.ſi autem non ſit conſuetudo de certo ſalario, venit tunc officium iudicis in taxando.aliâs tardè inueniretur,qui vellet ad talia operam dare. Et quia hodiè aliqui Notarij excedunt modum, & nimis exigunt,retinendo ſcripturam,vel aliâs, per multas impreſsiones, quas faciunt, iudex debet eos refrenare: vt ar.C.de re mi. l. ſi. §. vt autem.lib. xij. prędæ enim 28

occasio est auferenda: vt C.de fru.Alex. l.j.lib.xj.

RVBRICA LXXX.

De actione pro socio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis pro socio quomodo formetur,& quibus iuribus probetur. nu.2.*
3 *Actione pro socio ad beneplacitum durante societate agi potest.*
4 *Societas,consensu, & ex conuentione contrahitur.*
5 *Negocium commune gerens, si domū cum communi pecunia hæreditaria emit, an sola ratihibitione communicata sit.*
6 *Scholaris veniens de scholis, vbi fortè steterat quinque annis,inuenit fratrem suum laicum locupletatum,mercando fortè cum pecunia hæreditaria, & cum fructibus & obuentionibus rerum hæreditariarum,quæ fuerunt patris eorum iam defuncti, petit, quòd ille laicus frater lucrū illud sibi communicet: quæritur,an & quando ad communicandum agere possit.& pro socio actione cessante,quando & quomodo sibi consulatur.*
7 *Sententiæ formula in actione pro socio.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm idem Actor & Reus successissent Titio patri eorum,& tractaretur de hæreditate diuidenda inter eos, tractatu illo omisso conuenerunt,quòd illa hęreditas remaneret indiuisa, & quòd retinerent eam indiuisam, ideo, vt commune lucrum & damnum sentirent.Vndè cùm dictus Reus ex pecunia hæreditaria acquisierit nomine suo domum, vocatam porticum Deuorit,sitam in Monte Pessulano,agit dictus Actor contra dictum Reum,vt dictam domum sibi communicet. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad communicandum dicto Actori dictam domum, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad communicandum iuris remedijs cōpellatis &c. ¶ Probatur † ff.pro.so.l. si 2
fratres.in prin.à contrario sensu. & l.iij. in prin.& §.j.& l.societas. & l.si quis societatem contraxerit.Etenim ad communicandum, potest † agi actione pro socio, 3
durante societate: vt in prædictis legibus. & de hoc C.eod.l. tandiu. ¶ Rectè dicitur,conuenerunt &c. aliàs non ageretur actione pro socio. Consensu † enim 4
& ex conuentione contrahitur societas: vt ff.pro so.l. vt sit pro socio actio. cum tribus ll.seq.& de ac.& ob.l.ij. in prin.& Insti.de ob.ex consensu. in prin. & de ob. ex quasi contractu. §. item. in fi. ¶ Item, rectè dicitur, quòd dictus Reus suo nomine dictam domum acquisiuit: quia si gerens † commune negocium, eam cum 5
communi pecunia hæreditaria emisset seu acquisiuisset, sola ratihabitione esset communicata: vt ff. de nego. ge.l. si,ego hac mente.

¶ Scholaris † veniens de scholis, vbi 6
fortè steterat quinque annis, inuenit fratrem suum laicum locupletatum, mercando fortè cum pecunia hæreditaria, & cum fructibus & obuentionibus rerum hæreditariarum, quæ fuerunt patris eorum iam defuncti.& petit, quòd ille laicus illud lucrum sibi communicet.Dico, quòd si illi contraxerunt societatem inter se,vt suprà dictum est in libello: tunc laicus tenebitur,per actionem pro socio, communicare Scholari lucrum, quod fecit cum bonis hæreditarijs: vt in prædicta l.si fratres. in prin. Si autem societas non fuit inter eos contracta, non habebit locū inter eos actio pro socio, sed iudicium familiæ herciscundæ, vel petitionis hęreditatis. & ibi venient res, quę fuerint patris eorum tempore mortis, & fructus,& obuentiones, quæ posteà percepit exinde laicus, & quædam alia, quæ habentur ff.de peti.hære.l.item veniunt.
vsque ad §.cùm prædiximus.Non autem venient ibi ea, quæ exinde nomine suo dictus laicus mercando sibi acquisiuit: vt C.communia vtriusque iudi.l. si patruus.Res enim ab alio acquisitæ, eo solo, quòd ex pecunia mea acquisitæ sunt, in me trans-

transferendæ non sunt. vt C. de rei ven. l. si ea pecunia. & facit C. si quis alteri vel sibi. l. penul.

ADDIT. Attamen est notandũ, quòd si laicus interrogatus, confessus fuerit, se acquisiuisse res illas, cum pecunia communi, vel cum bonis communibus, & interrogatus vlteriùs, an acquisiuerit res illas commune negociũ gerens, respondit, quòd sic, tunc communicabuntur: vt C. communia vtriusque iu. l. si patruus. & ff. de neg. ge. l. si ego. Si autem respondeat, quòd nomine suo eas acquisiuit: concludetur, quòd ipse furtum commisit: quia quod commune erat, sibi appropriauit, seu in vsus suos conuertit & consumpsit. vt ff. pro socio. l. meritò. & sic in hoc casu esset melius illi laico, quòd communicaret illas res, quàm si furto se astringat. Sed non credo, quòd talibus interrogatorijs ille laicus teneatur respondere. vt & aliàs notauit Io. ff. de exceptio. rei iudi. l. si à te. in prin.

SENTENTIA.

7 CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad communicandum dicto Actori dictam domum. & nihilominùs condemnamus eum in c. solid. Turo. dandis dicto Actori, pro expensis &c.

RVBRICA LXXXI.

De recursu ad arbitrium boni viri.

SVMMARIVM.

1 Arbitrorum quot genera. nu. 8. 12.

2 Arbiter, cum pœna, vel cum aliquo alio loco pœnæ, eligitur, vt per viam iudiciorum cognoscat & iudicet.

3 Arbiter cum pœna, vel cum aliquo alio, loco pœnæ, an cum iuramento eligi prohibeatur.

4 Arbiter cum pœna, vel quod loco pnæ est, postquàm suscepit in se arbitrium, cognoscere, & sententiam ferre cogitur. Si malè iudicat, litem suam facit. Et ab eius sententia non appellatur.

5 Coram arbitro cum pœna, vel aliquo, quod sit loco pœnæ, electo & more iudiciorum cognoscente, si aliquid actum fuerit, vel confessum, vel à testibus testificatum: an & quando partes posteà illis coram iudicibus ordinarijs vti poterunt, & valeant.

6 Ab arbitri, electi cum pœna, vel quod loco pœnæ est, sententia, an recurratur ad arbitrium boni viri, & parti læsæ, si sententia displiceat, quomodo consuli possit.

7 Exceptiones quæ opponi possint ad pœnam, vel interesse, si ex compromisso petatur.

9 Arbiter sine pœna, vel quod loco pœnæ est, sed ex nudo pacto electus, vt more iudiciorum cognoscat & iudicet: an arbitrari cogatur, & quando ex eius sententia oriatur actio & exceptio, & quando non. & nu. 10.

11 Arbiter sine pœna, vel quod looo pœna est, si malè iudicet, an litem suam faciat, & an ab eo appelletur. An actitata coram eo ritè & legitimè, coram iudice ordinario valeant. Et an ab eius sententia recurratur ad arbitrium boni viri.

13 Arbiter, vulgò arbitrator seu amicabilis cõpositor vocatus, an de iure eligi possit cum sacramento. Et an cogi possit arbitrari, postquàm suscepit arbitrium, cum pœna elèctus, siue sine pœna.

14 Arbitrator, si malè iudicat, an litem suam faciat, & an ab eius arbitrio appelletur.

15 Testium attestationes habita coram arbitratore, an valeant coram iudice ordinario.

16 Ab arbitratoris arbitrio, si iniquum videatur, an recurri possit ad arbitrium boni viri. Et quandiu id Reo, & Actori liceat. nu. 18. 20.

17 Intellectus l. vnde si Nerua. ff. pro socio.

19 Intellectus l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbitris.

21 Intellè-

21 Intellectus l. cùm antea. C. de arbitris.

22 Ab arbitratoris arbitrio recurrens ad arbitrium boni viri, an in pœnam incidat.

23 Renunciari an simpliciter possit futuro recursui ad arbitrium boni viri. Et an per pactum. & nu. 25. 26.

24 Intellectus l. cùm antea. circa prin. C. de arbitris.

27 Arbitratoris sententia, est quædam transactio. Et an arbitrator in die Dominica, & de die vel nocte, ita cognoscere & arbitrari possit.

28 Arbitratoris ex dicto seu pronunciatione quòd actio iudicati oriatur, an partes ex conuentione sua facere possint. Et an conuentio partium possit facere oriri actionem iudicati, vel aliam, in materia seu negocio, vbi de iure hoc non cauetur.

29 Arbitri, vel arbitratoris sententia quòd possit mandari executioni per iudicem ordinarium, per captionem & venditionem bonorum, nulla alia sententia seu solennitate subsecuta, an partes conuenire possint.

QVIA arbiter electus, super partibus lucri & damni inter socios distribuẽdis, aliquando iniquè pronunciat: & de recursu ad arbitrium boni viri habetur potissimè ff. pro socio. ideo sumpta exinde occasione, circa recursum est notandum, vt sequitur. Arbitrorum,
1 quidam est arbiter † electus cum pœna, vel cum aliquo alio, loco pœnæ: vt per stipulationẽ, vel cum pignoribus, quod habetur loco pœnæ. vt ff. de ar. l. litigatores. §. & quod ait prætor. & l. diem proferre. in fi. cum l. seq. qui etiam arbiter
2 † eligitur, vt per viam iudiciorum cognoscat, & iudicet. & de tali arbitrio dicitur, quòd arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta: vt ff. de ar. l. j. ¶ Prædictus
3 arbiter † prohibetur eligi cum iuramento: vt in cor. de iudicibus. §. quia verò multæ. col. vj. sed si cum sacramento, & pœna, vel aliquo quod sit loco pœnæ, eligatur, valet ratione pœnæ, vt vtile per inutile non vitietur. Sed de iure canonico, non debet dici inutile, propter iuramentum: quia omne iuramentum seruandum &c. vt extrà de iureiur. c. cùm contingat. Idem ergo est dicendum, de iure ciuili: quia lex ciuilis quandoque succumbit canoni: vt C. de sacrosanc. ec. l. priuilegia. & semper, vbi tangit salutem animæ: iuxta id, quod no. ff. de offi. præsidis l. illud. ¶ Item, prædictus † arbiter, 4
postquàm suscepit in se arbitrium, cogitur cognoscere & sententiam ferre: vt ff. de ar. l. iij. §. j. ¶ Item, si malè iudicat, facit litem suam: vt C. de pac. l. si quis in conscribendo. in fi. & Insti. de ob. ex quasi delicto. in prin. ¶ Item, ab eius sententia non appellatur: vt C. de ar. l. j. ¶ Item, si coram † tali arbitro, scilicet cum pœna, vel 5
aliquo, quod sit loco pœnæ, electo, & more iudiciorum cognoscente, aliquid actum fuerit, ad facti quæstionem respiciens, vel confessum, vel à testibus depositum, seu testificatum, partes poterunt posteà illis vti, & valebunt coram iudicibus ordinarijs, prout habetur C. de ar. l. cùm antea. §. fi. & de testi. l. fi. Et hoc verum est, si prædicta ritè processerunt, & ritè facta sint coram arbitro. Quid enim, si testes iurauerunt die feriata in honorem Dei? certè non valebunt eorum depositiones: vt C. de ferijs. l. omnes dies. & l. fi. & ff. de arbi. l. si feriatis. Item, si iurauerunt, parte absente non per contumaciam: vt C. de testi. l. si quando. in fi. & no. C. de eden. l. is, apud quem. & ff. de crim. expi. hære. l. res hæreditarias. Idem, si non iurauerunt coram arbitro: vt de iudice no. C. de iura. calum. auth. principales. Item, si iurauerunt ante litem contestatam. nam postquàm iurauerunt turbato illo iuris ordine, sententia non valeret: vt C. de sen. & interlo. om. iu. l. prolatam. ergo nec fortè tunc ille actus, seu articulus iudiciarius, valeret. licèt sit ar. contrà, C. de hæreti. l. pe. in fin. ¶ Item, à sententia † talis arbitri non recurritur ad 6
arbitrium boni viri. & sic intelligitur ff. de arbit. l. diem proferre. §. stari. & l. in compromissis. & pro so. l. si societatem. §. arbitrorum. Sed si alteri partium displi-

pliceat sententia, soluat pœnam, vel interesse, si pœna ibi nō fuit, sed aliquid aliud loco pœnæ. & erit liber. & sic intelligitur ff. de ar. l. ij. & l. diem proferre. §. itari. Ad pœnam † autem, vel interesse, si petatur, potest opponi exceptio. Primò, si sententia fuit lata contra leges, vel si non fuerit solenniter seu ritè lata: vt nota. in §. stari. & C. e. l. iij. Item, si sententia fuerit venalis: vt no. ff. e. l. ita demū. & C. quando prouo. non est ne. l. venales. Item, si arbiter per sordem, vel euidentem gratiam tulit sententiam: vt C. de ar. l. iij. Item, si arbiter factus fuit inimicus, cùm sibi diceretur, ne vltrà procederet, nihilominùs sententiam tulit: vt ff. e. l. non distinguemus. §. cùm quidam. Item, si in integrum restitutio vendicet sibi locum: vt C. ex qui. cau. ma. l. ij.

7

8 ¶ Item, arbitrorum quidam † alter est, sine pœna, & sine aliquo, loco pœnæ, sed ex nudo pacto electus, vt more iudiciorum cognoscat & iudicet. de quo habetur C. de arbit. l. ne in arbitris. & l. cùm

9 antea. ¶ Prædictus arbiter † non debet cogi arbitrari: quia partes inuicem non sunt sibi astrictæ stare eius sententiæ. ar. ff. e. l. litigatores. §. j. & l. non distinguemus. §. j. Sed si talis arbiter cognouerit, & sententiam tulerit ritè & legitimè, & altera pars infra decem dies contradicat, pro nihilo erit sententia. Si autem partes emologent sententiam, vel tacitè per silentium decem dierum: tunc oritur actio, & exceptio, ex illa sententia: vt C. e. l. ne in arbitris. in fi. & l. seq. ¶ Rectè di-

10 citur, quòd ex pacto † nudo fuerit electus talis arbiter: quia aliter non oriretur actio, nec exceptio: iuxta id, quod no. C. e. l. cùm antea. super verbo, nostro nomine. & ff. de re iudi. l. à diuo Pio. in prin. super verbo, arbitrorum. & notauit Azo in Summa, C. de execu. rei iu. De isto arbitro non habetur aliquid ff. de arbi. sed Iustinianus prædicta induxit & statuit C. e. l. ne in arbitris. & l. sequenti. ¶ Itē,

11 prædictus † arbiter, si malè iudicet, non credo, quòd faciat litem suam: quia sententia pro nihilo est, si alter contradicat. & quia est sibi licitum contradicere infra decem dies: vt dictum est. Item ab eo non appellatur: vt apparet per supradicta. & C. e. l. j. ¶ Item, illud, quod dictum est suprà de arbitro compromissario cum pœna electo, & more iudiciorum cognoscente, scilicet quòd actitata coram eo ritè & legitimè, valeant coram iudice ordinario: idem potest dici de isto arbitro, ex nudo pacto electo, vt more iudiciorum cognoscat, & procedat. cùm sit eadem ratio. & sic C. de ar. l. cùm antea. in fi. & de testi. l. fi. verbum, compromissarios, largè debet intelligi, siue compromissum fuerit cum pœna, vel cum alio loco pœnæ, siue cum pacto nudo, dum tamen more iudiciorum cognoscat: licèt tunc impropriè ponatur ibi verbum, compromissarios. ¶ Item, à tali arbitro nudo electo pacto, seu ab eius sententia, nō recurritur ad arbitrium boni viri: vt satis apparet ex prædictis.

¶ Item, arbitrorum † quidam est alter arbiter à partibus electus, non vt more iudiciorum cognoscat, sed quòd, vt communis amicus, de aliquo inter partes ordinet, & disponat. Et iste dicitur arbiter: vt ff. pro so. l. societatem. §. arbitrorum enim duo sunt genera. & etiam dicitur amicus communis: vt e. l. in prin. & talis, vulgariter appellatur arbitrator seu amicabilis compositor. De isto arbitro, vulgariter vocato arbitratore seu amicabili compositore, habetur ff. pro so. l. iij. & l. societatem. cum quatuor ll. seq. & lo. & conduc. l. si in lege locationis. in prin. & C de contrahen. emp. l. fi. & ff. e. l. hæc venditio. in prin. Item, de isto arbitro, seu communi amico electo, non habetur mentio ff. de arbi. nisi tantùm in l. si de meis. aliàs, idem Pomponius. §. recepisse. sed in glossis eiusdem tituli habetur mentio in prædicto §. recepisse. & in l. Pędius. § j. & l. sed & si in seruum. §. si quis iudex. & l. in compromissis. & l. pe. Item, de tali arbitro seu arbitratore non fit mentio, nec in textu, nec in glossis, C. de arbi. ¶ Item, talis † arbiter seu 13 arbitrator potest eligi de iure, & cum sa-

12

cramento: vt C. de secun. nup. l. hac edictali. §. his illud adiungimus. ¶ Item, prædictus arbitrator potest cogi arbitrari, postquàm in se suscepit arbitrium. si tamen cum pœna sit electus, vel cum aliquo alio, quod sit loco pœnæ: vt no. C. de contrahen. emp. l. fi. in fi. Idem crederem, s. quòd cogeretur arbitrari, si arbitrium suscepit, dato, quòd nõ esset ibi aliqua pœna, si arbiter in tali re fuit electus, in qua prolato suo arbitrio statim orietur actio vel exceptio. vt, verbi gratia, in prædicta l. quia postquàm consensus interuenit inter partes, quòd certa res esset empta, sed precium fuit collatum in arbitrium alterius, certè illo arbitrante de precio, orietur actio ex empto & vendito: vt ibi. & Insti. de emp. & ven. §. sed nostra. & sic debet cogi talis arbiter seu communis amicus electus: quia eius arbitrium seu dictum non erit delusorium, nec superuacuum, licèt hincinde nulla pœna promissa fuerit, nec aliquid loco
14 pœnæ interuenerit. ¶ Item, talis † arbitrator, si malè iudicat, ipse non facit litem suam. tum, quia more iudiciorum non cognoscit: tum, quia plus vel minus potest dare alteri, quàm fortè dari de iure deberet: vt no. ff. de ar. l. sed & si in seruum. §. si quis iudex. ¶ Item, nec à tali arbitro appellatur. cùm nec ab alijs duobus arbitris supradictis appelletur, de quibus magis videretur. ¶ Item dico, ꝙ
15 attestationes † testium habitæ coram tali arbitratore, qui more iudiciorum nõ cognoscit, non valebunt coram iudice ordinario. tum, quia aliqua lex hoc non dicit. nec ratio iuris hoc patitur: quia talis arbiter more iudiciorum non procedit, sed vt communis amicus partes ad concordiam reducit. & etiam die feriata in honorem Dei potest hoc facere, vt dicetur infrà. & super hoc multi credunt &
16 dicunt contrà, & malè. ¶ Item, à tali † arbitro, seu à tali eius arbitrio, si iniquum videatur, potest recurri ad arbitrium boni viri: vt ff. pro so. l. vnde si Neruæ. & bonus vir dicitur iudex: vt ff. de ver. ob. l. continuus. §. cùm ita. & super recursu, non curabitur de minimo: vt no. Insti. de emp. & ven. §. sed nostra. & debebit fieri recursus ope exceptionis, vel replicationis, s. vt apparet manifestè ff. pro so. l. vnde si Neruæ. Dicitur enim ibi, ꝙ Neruæ iniquum † arbitrium corrigitur per bonę 17
fidei iudicium. quod debet ibi intelligi, id est, per modum exceptionis, vel replicationis, in iudicio actionis pro socio. vt faciat ibi ad titulum, & vt ad proxima fiat relatio. quia & in l. præcedenti fit mentio de actione pro socio. Et si Reus † cre- 18
dat se grauatum ex arbitrio, seu dicto arbitratoris, taceat. & quandocunque agetur contra eum, ipse poterit excipiendo conqueri de iniquitate arbitratoris: & sic corrigetur eius iniquitas. Item, si Actor credat se grauatum, agat sua actione, si quam habet, ac si arbiter ille non pronunciasset. & tunc si Reus excipiat de arbitrio, Actor poterit replicare de eius iniquitate. Et sic potest quisque eorum recurrere infra tempus, infra quod potest quis excipere, vel replicare. Nec obstat ff. de arb. l. non distinguemus. §. cùm quidam. vbi videtur † dici, ꝙ recursus est velut quædam spe- 19
cies appellandi, & sic videretur, ꝙ solùm infra decem dies deberet recurri, sicut & aliàs infra decem dies debet appellari: vt C. de ap. auth. hodiè. Sed dico, ꝙ in illo §. cùm quidam. non loquitur de arbitratore, sed de arbitro, qui more iudiciorum cognoscit, à cuius sententia non recurritur ad arbitrium boni viri: vt suprà dictum est. Item, ibi non loquitur de recursu, sed de exceptione doli, quę opponitur contra agentem ad pœnam. quæ exceptio doli, licèt ibi dicatur velut species appellandi, nõ tamen est appellatio. & ipsa perpetuò durat: vt ff. de excep. doli. l. purè. §. si. Sic ergo † & in recursu, si fiat per exce- 20
ptionem, durabit perpetuò: si per modũ replicationis, tunc durabit, quantum illa actio, iuxta quam fiet replicatio. Nec obstat etiam C. de arb. l. cùm antea. vbi dicitur, ꝙ silentium decem dierum inducit actionem. ergo infra decem dies videretur debere recurri. Sed dico, ꝙ ibi † co- 21
gnouit more iudiciorũ, & ex nudo pacto ar-

arbiter ibi fuerat electus, à quo nõ recurritur ad arbitrium boni viri, vt dictũ est: imò infra decem dies sufficit dicere, contradico illi sententiæ: & tunc pro nihilo
22 est lata. ¶ Item est notandum, ꝙ qui † recurrit, non propter hoc incidit in pœnã. ar. ff. de op. lib. l. si libertus ita iurauerit. recurritur enim lege permittente, & sic pœnam non debet habere: vt C. de adul. l. Gracchus. & facit ff. loca. & cõdu. l. qꝗ ro. §. inter locatorem. & de ver. ob. l. quidam cùm filium. §. in eo aũt. ¶ Sed, an fu-
23 turo † recursui possit renunciari, s. anteꝗ competat? Dico, ꝙ non: quia iuri, quod nondum competit, simpliciter renunciari non potest: vt ff. de suc. edicto. l. j. §. decretalis. & de leg. ij. l. si ita sit scriptum. §. j. ¶ Sed an per pactũ? Videtur, ꝙ non: quia propter iniquitatem recurritur: vt ff. pro so. l. vnde si Neruæ. & l. seq. in prin. & sic propter dolũ recurritur. dolo aũt futuro etiam per pactũ renunciari non potest: vt ff. de pac. l. si vnus. §. illud. sed ar. cõtrà, C. de tẽp. ap. l. fi. §. j. Sed potest dici, ꝙ pactũ nõ valet, si fiat expressè, ne recurratur ob dolum arbitratoris ad bonũ virum: sed si fiat generaliter pactũ, ne recurratur, valet pactum factum generaliter: vt ff. de pac. l. iuris gentiũ. §. sed & si quis pacifcatur. & l. si vnus. §. illud. Sed contrà, C. de arbi. l. cùm antea. circa prin. vbi dicitur, ꝙ si aliquis emologauerit sententiam arbitri, postꝗ lata est, non solùm exceptio dabitur, imò & actio. quasi dicat, ꝙ emologatio facta ante sententiam latam nihil operetur: quia qui de vno dicit, de alio negat. ar. ff. so. ma. l. si cùm dotẽ. in prin.
24 Sed dico, ꝙ ibi loquitur de arbitro, † qui nudo pacto electus, per viã iudiciorum cognouit. cuius sententia, ad hoc, vt teneat, oportet, ꝙ fuerit emologata tacitè, vel expressè, postquàm lata fuerit. Etenim antequàm lata sit, emologari non potest: qa ibi ille arbiter ex pacto nudo fuit electus. & si pactum emologationis esset nudum: tũc essent duo pacta nuda, & sic non possent se iuuare, nec vnum vestiri, ab alio de iure ciuili. Item, si pactum emologationis fieret ibi per stipulationem, ante prolatam sententiam, per arbitrum talem nudo pacto electum: tunc rectè res transiret in naturam arbitri cũ pœna electi, & emologatio non haberet locum lata sententia, nec etiam recursus: sed haberet locum ff. de arbi. l. diem proferre. §. stari. quia nec tunc daretur actio, nec exceptio, ex sententia: sed ageretur solùm vigore stipulationis ad interesse: vt eadẽ l. in fi. & l. seq. Vel fortè, vt credo, posset dici † probabiliter, ꝙ si renunciatum fu- 25
erit generaliter per pactum futuro recursui, ꝙ valeat pactum in illis, in quibus ille arbiter, communis amicus, arbitratus fuerit malè, ex culpa, vel imperitia, vel alioquoquo modo, excepto dolo. Sed si ex dolo arbitratus fuerit malè, pactum in hoc non teneat, quin propter dolum illum, & solùm propter dolum, possit recurri ad bonum virum. Dolosa enim sub generalitate non videntur contineri, nec esse remissa. ar. ff. de pac. l. tres fratres. & C. de transac. l. iiij. sed illæ leges loquuntur in dolo præterito: sed eadem ratio, & maior, videretur in futuro, ne quis inuitaretur ad malum. Et secundùm hoc, in summa, renunciatio † simplex super re- 26
cursu futuro non valet: sed & si pactum fiat expressè, ne recurratur ob dolum, non valet. sed si generaliter fiat pactum super recursu futuro, s. ne recurratur, valebit in his, in quibus iniquè arbitratus fuerit arbiter sine dolo: sed si dolo arbitratus fuerit, non obstabit pactum, quin possit recurri quantum ad dolum tantummodo. ¶ Item est notandum, ꝙ sententia † ar- 27
bitratoris, est quædam transactio: vt no. in corpo. vt differentes iudi. § si verò contigerit. col. ix. & ita in die Dominica potest talis arbitrator cognoscere & arbitrari: vt C. de ferijs. l. fi. & de die vel de nocte. vt C. de transac. l. non minorem. & sic de pluribus alijs solennitatibus iuris, quæ licèt in sententijs iudicum, & per consequens in sententijs arbitrorum, quę ad instar iudiciorum sunt redactæ, necessariò obseruentur & locum habeant: attamen in istis arbitris, qui vt arbitratores, & communes amici sunt electi, illa

non sunt necessariò obseruanda. & super hoc multi errant, & vtuntur aliquando verbis superfluis in dictando arbitragia.

28 ¶ Quæritur, an partes † ex conuentione sua possint facere, quòd ex dicto seu pronunciatione talis arbitratoris, oriatur actio iudicati? & hoc est quærere, an conuentio partium possit facere oriri actionem iudicati, vel aliquam aliam, in materia seu negocio, vbi de iure hoc non cauetur? Et videtur, quòd partes possint eã ibi inducere. ar. ff. de ædi. edic. l. quòd si nolit. §. si quid ita. & C. de transac. l. si diuersa. & communia vtriusque iudi. l. ij. & argu. C. manda. l. in re mandata. & de testamentis. l. omnium. & ff. depositi. l. j. §. si conueniat. & de ope. no. nun. l. j. §. inde quæritur. Item partibus placet, & nulli nocet. ergo &c. argu. ff. de euic. l. in creditore. & de arbi. l. & si qua. §. j. & de aqua plu. arcen. l. ij. §. idem Varus. Sed dicendum est contrarium: vt C. de iuris. om. iudi. l. priuatorum. & ff. de pac. l. si vnus. §. pactus. in ver. sed si pactũ. in quibus legibus satis videtur expressum, quòd partes non possint introducere, seu facere oriri actionem: nisi in materia disposita, & secundùm quod iura ordinant & disponunt. Et facit ad hoc ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde ex his legibus. vbi videtur dicere, quòd vt populus non posset instituere actiones, prout vellet, ideo leges, actiones certas & solennes esse voluerunt. Item facit ad hoc: quia licèt hodiè formulæ actionum, aucupatione syllabarum insidiantes, sint sublatæ: vt C. formu. & impe. acti. sub. l. j. attamen actio, est adhuc quædam formula: vt ff. de fur. l. si seruus nauem. in princi. & de in rem verso. l. filius. in fi. & secundùm quod dicitur per Authorem de causis, actus actiuorum in patiente, & disposito. id est, forma non facit se in quacunque materia, sed in sibi disposita. sic ergo & actiones debent venire solùm in materia sibi disposita: vt C. de formulis. l. ij. & ff. si mens. fal. mo. dixe. l. j. §. ideo autem. & de pac. l. si vnus. §. pactus. in ver. sed si pactum. & de præscrip. verbis. l. insulam. & de procu. l. licèt. §. ea obligatio. Est tamen aduertendum, quòd licèt conuentio facta inter partes non possit introducere actionem iudicati, nisi in materia, in qua iura eam inducunt, vt dictum est: Tamen si conueniant † partes, quòd sen- 29
tentia arbitri, vel arbitratoris, possit mandari executioni per iudicem ordinarium, per captionem & venditionem bonorum, nulla alia sententia seu solennitate subsecuta seu expectata, certè poterit valere talis conuentio: quia talis seu similis potestas posset dari priuato: vt C. de pigno. l. iij. & Institu. quibus alie. licet, vel non. §. j. & ff. de seruis expor. l. si Titius.

RVBRICA LXXXII.
De actione ex empto.
SVMMARIVM.

1 Libellus actionis ex empto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.

3 In emptione & venditione debet esse precium in pecunia numerata. Et si posteà pro illo precio res alia in solutum dentur, an propter hoc contractus emptionis retractari debeat.

4 Venali domo exposita, si emptor & venditor de precio conuenire nõ poßint, emptorq́; dicat, Habeo turrim, quæ tibi sufficit pro precio domus, da mihi domum, & dabo tibi turrim. conuentione ita facta, quia dubium est, an sit emptio, vel permutatio, qua actione agendum sit.

5 Vendita domo pro quingentis libris Turonensibus, & pro mille sextarijs frumenti, qualis sit contractus, & qua actione agendum sit.

6 Empta si domus est principaliter, pro quingentis libris Turonensibus, pacto apposito, quòd emptor daret venditori illud bladum non pro precio, sed pro ioys, vel pro aliqua alia causa, qualis sit contractus. Et ibi de effectu talis pacti.

7 Ven-

7 *Venditor debet vacuam possessionem tradere emptori, quantum ad naturam contractus emptionis & venditionis, nõ quantum ad translationem dominij.*

8 *Venditor licèt teneatur rem tradere, non tamen cogitur: sed dando interesse liberatur. Et quòd Actor interesse suum probare teneatur, & qualiter id probare debeat.*

9 *In actione ex empto agitur ad triplex interesse: vt etiam in ea triplex vtilitas cessans venire potest. nu. 11.*

10 *Intellectus l. i. ff. de actionib. emp.*

12 *Emptio & venditio consensu contrahitur. Et ibi octodecim casus, qui consensum impediunt.*

13 *Sententiae formula, in actione ex empto.*

1 CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor emit à dicto Reo domum, vocatã de messire fornaie, sitam in campo nouo, iuxta domum dicti Actoris ex vna parte, & domum Geraldi Taueni ex alia, carreria intermedia, precio mille lib. Turon. Vnde cùm dictus Actor sit paratus soluere prædictas mille lib. Turon. dicto Reo, agit contra eum, vt dictam domum sibi tradat, & eum in lite de possessione potiorem faciat. quod si facere noluerit, petit ab eo interesse suum, quod æstimat c. lib. Turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Reum, ad dandum & soluendum dicto Actori prædictas c. lib. Turon. pro interesse suo, si dictam domũ tradere noluerit, & vt etiam tunc dictum Actorem ab obligatione prædictarũ M. lib. Turon. precij conuenti liberet, per vestrã sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas &c. implorans vestrum officium &c.

2 ¶Probatur † C. de ac. emp. l. si traditio. & ff. e. l. j. in princ. & l. emptorem. & de re iudi. l. si quis ab alio. in fi.

¶Et est notandum, quòd in emptio-
3 ne † & venditione debet esse precium in pecunia numerata: vt Institu. de emp. & ven. §. item precium. sed si posteà pro illo precio dentur in solutum quædam aliæ res, non propter hoc retractabitur contractus præcedens emptionis. C. de rescin. ven. l. precij. ¶Sed si, cùm domus † illa exposita fuisset venalis, nec Marti- 4
nus, nec Petrus possent cõuenire de precio: Petrus dixit, Ego habeo turrim de Bilho, quæ tibi sufficit pro precio domus, da mihi domum, & dabo tibi turrim. & ita conuenerunt: tunc, quia est ibi dubietas contractus, s. an sit emptio vel permutatio, videretur, quòd haberet locum præscriptis verbis actio: vt ff. de præscrip. verb. l. j. ij. & iij. Sed dominus Azo in Summa C. de re. permu. videtur dicere, posse agi vtili actione ex empto. ¶Si autem prædicta domus † esset vendi- 5
ta, pro quingentis lib. Turon. & pro mille sextarijs frumenti, dicunt quidam, quòd si prædictũ preciũ pecuniæ numeratæ superaret valorem frumenti, tunc esset emptio. sed si valor bladi superaret pecuniam: tunc non esset emptio. ar. ff. de sta. ho. l. quæritur, hermaphroditum. & de testib. l. repetundarum. §. j. maius enim trahit ad se minus: vt ff. de acquir. re. do. l. quicquid. §. cùm partes. Sed ego credo, quòd vbi esset empta domus principaliter pro pecunia & blado, tunc esset contractus innominatus, vel saltem dubius, & ageretur actione præscriptis verbis. vt ff. de præscrip. ver. l. j. & ij. Si autem domus † fuisset empta principali- 6
ter, pro quingentis lib. Turon. pacto apposito, quòd emptor daret venditori illud bladũ, non pro precio, sed pro ioys, vel pro aliqua alia causa: tunc verè esset contractus emptionis. & de tali pacto, iuxta contractũ apposito, dicitur, quòd nouam parit actionem præscriptis verbis, & veterem informat: vt ff. de pac. l. iuris gentium. §. quinimmò. & C. de pac. inter emp. l. ij. & facit ff. de ac. emp. l. tenetur. §. j.

¶Item est notandum, quòd venditor
† debet vacuã possessionem tradere em- 7
ptori, si rem venditam velit tradere, aliter non videretur rem tradidisse: vt ff. de

 actio.

actio.emp.l.ij.§.j.&l.fe.&l.emptorem. §.j.& hoc est, quantum ad naturam contractus emptionis & venditionis. Attamen aliâs, quantum ad translationē dominij, non esset necesse tradere vacuam possessionem: sed sufficeret, rem tradere quoquo modo, etiam sine possessione, dum tamen tradens esset dominus: vt ff. de fundo do.l. si fundum. & C. de proba.l.cùm res.cum ibi no.

¶Item est notandum, quòd licèt ven-
8 ditor † teneatur rem tradere, attamē non cogitur: sed sufficit quòd det interesse: vt ff.de ac.emp.l.j.in prin.cum ibi no. & secundùm hoc formatus est rectè prædictus libellus. Item Actor habebit probare suum interesse: vt ff. de reg.iur.l.quatenus.& de proba.l.ij.Et probabit, quòd illa domus valet communi æstimatione mille & quinquaginta lib. Turon. quo probato, apparebit sua interesse, pro communi precio, seu pro communi interesse, M.& l.lib. Turon. Item, probabit domū illam esse vicinam domui suę. & quòd propter vicinitatem, quilibet, qui haberet domum illam viciniam, daret l.lib. Turon. plus, quàm valeret domus communi æstimatione.quod & potest esse: vt ff.de leg.ij.l.si cui fundus. Et sic est notandum, quòd in prædicto libello
9 bello † agitur ad triplex interesse, seu ad triplicem vtilitatem, si nec venditor velit domum tradere, s. ad precium conuentum, vt non solutum saltem remittatur: & ad commune precium, inquantum excedit cōuentum: & ad singularem vtilitatem emptoris, s. inquantum illa excedit conuentum precium & commune. Sed dominus Azo videtur dixisse, quòd emptor non possit agere ad interesse commune, sed ad singulare: vt ff.de actio.emp.l.j. in princ. Sed potest dici contrarium: quia nō semper inuenitur, quòd intersit emptoris singulari vtilitate, si ei res vendita non tradatur. Item, si emptor habuerit bonum forum de prædicta domo, ita quòd communi æstimatione valeat plus, quàm sit precium conuētum, vt supponitur in prædicto libello: quare non aget emptor ad illud plus, si domus ei non tradatur, non video. Item, illud plus est lucrū. Hodiè autem venit lucrum in omni actione: vt C. de sen.quæ pro eo quod interest.l.vna.in fi. ergo &c. Item non contradicit ff. de ac. emp.l.j.immò ad hoc adaptatur. Dicitur
† enim ibi, si res vendita non tradatur: 10
quod intellexerūt maiores nostri nimis durè & nimis rigidè, s. siue venditor habet rem, siue non habeat eam dolo suo, vel culpa. Sequitur in textu, in id, quod interest emptoris, agitur. & exponit se textus: hoc est, quod rem habere interest emptoris &c. & sic nedum agitur ad interesse singulare, immò & ad preciū conuentum, & ad certum, prout emptoris interest. Dicitur enim, quòd omnis actio fundatur super interesse indistinctè, scilicet singulari, vel communi, vel alio. vt ff. manda.l.si procuratorem. §. mandati actio.& de ver.ob.l.stipulatio ista.§.alteri.& Insti.de inuti.sti.§. alteri. Item, sequitur in textu, hoc autem interdū precium egreditur &c. q. d. & interdū non. & sic ad precium conuentum potest agi, si solutum est. interest enim tunc ipsius emptoris, ne careat re & precio. & si solutū est, agetur, vt obligatio eius remittatur. Item, agetur ad commune interesse, in eo, quod plus res valet, q̃ fuerit empta. Item, sequitur in textu, si pluris interest, quàm res valet vel empta est &c. Quod autem pluris est, vtique tanti est: vt ff. de in lit. iur. l.cùm furti. Et sic apparet ex prædictis, quòd in actione ex 11
empto, potest venire triplex vtilitas cessans, si res non tradatur, scilicet, vtilitas precij conuenti, & precij communis, & singularis vtilitas, quæ nec est vtilitas precij conuenti, nec cōmunis. Item apparet ex prædictis, quòd quia est triplex vtilitas, sic & probabiliter potest dici, quòd triplex est interesse vel esse potest.

¶ Item, quia emptio † & vēditio con- 12
trahitur consensu: est notandum, quòd multa sunt, quæ impediunt consensum. Primò, ætas: vt Instit.de inuti.sti. §.pupillus. Secundò, furor: vt eo.ti.§. furiosus.& C.de contrahen.emp.l. ij. & ff. de

iure

iure co.l.ij.§.furiosus. Tertiò, si sit alicui interdictum bonis, tanquam prodigo: vt ff. de ver. ob.l.is, cui bonis. Quartò, somnus vel dormitatio.ff.de acqui. pos. l.j.§.furiosus. Quintò, ebrietas: vt ff. de pœ.l.respiciendum.§.delinquũt. Sextò, morbus comitialis: vt ff.de auth.tuto.l.j. in fi.Idem fortè, in quocunque alio morbo, dum patiens esset in summo dolore, vt sic sinceritatem mentis non videretur habere. ar. C. de transactio.l.sanũ mente.& qui testa.facere pos.l.senium.à contrario sensu. Ex impatientia enim doloris, aliquando quis interficit se: vt ff. de iniusto rup.tes.l. si quis filio. §. quòd si qui tædio vitæ. Non ergo videtur talis homo sanæ mentis. Septimò, ironica locutio non habet consensum: vt argu.ff.si ser.ven.l.sicuti. in prin. & potest esse exemplum: quia cùm emptor vellet emere rem, & præsentaret decem pro precio, venditor dixit: Fiat, & posteà veniant diaboli, & deferãt secum rem & precium. vel dixit: Fiat, & posteà suspendaris ad Coldesi, vel ego suspendar ibi. & certè videtur tunc consensus deficere. & talis ironia potest dici realis, i. quia apparet ex re ipsa, seu ex locutione plana sine vocis eleuatione. Sed est quædam ironia, quæ apparet ex eleuatione vocis. vt dum præsentabantur prædicta decem, venditor dixit, ben deus. ben sera. faget. cum eleuatione vocis. vel aliàs diuersa, vel non consueta aliàs pronunciatione vocis. Tunc enim videtur consensus deficere, secundùm communem verborum intelligentiam à gentibus receptam, cui stãdum est: vt ff.de fun. instru. & instru. lega. l. cùm de lanionis. §. asinam. & de fur.l.j.§. j. Octauò, impedit consensum calor iracundiæ: vt ff. de public. vec. & commis. l. licitatio. in princ. Nonò, iustus metus, vel sufficientes minæ: vt ff. quod metus cau. l. j. in princ. & ex quib. cau.ma.l.iij.& de reg. iur. l. nihil cõsensui tam cõtrarium. Decimò, dolus. iuxta illud, quod habetur ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solùm. & C.de inuti. sti. l. dolo. Vndecimò, metus, vel nimia reuerentia: vt ff. quarum rerum ac. non detur.l.j. §.quæ onerandæ. & xxij. q. iiij.c. vnusquisque. & potest dari exemplum de aliquo, qui nunquam magis fuit locutus cum Rege, vel Cardinali, si veniat in facie eius, & vendat ei fundum, vel vineam, non debet videri consensus liber, maximè, si inueniatur multùm læsus. Duodecimò, non habet consensum impossibilis conditionis appositio: vt ff. de ac.& ob. l. non solùm. Decimotertiò, si vẽditio facta fuerit causa ludi, vel causa doctrinæ: vt eo.tit. l. obligationũ substantia.in fi. Decimoquartò, magni spatij interuallum. quia contractu inito, etiam si statim altera pars contradicat, nihilominùs valet contractus: vt C. de transac.l.quanuis. Attamen, si cùm venditor vellet rem dare pro decem, & emptor nollet dare nisi octo, si in crastinum rediens emptor, vellet dare prædicta decem, non cogeretur venditor recipere, nec rem habere pro vendita: vt ff. de ac.& ob.l.ij.cum ibi no. Decimoquinto, acclamatio populi non habet cõsensum liberũ in priuato homine: vt C. qui manumit non pos.l.duo Marco. & xxij. q. iiij.c.vnusquisque. Decimosextò, protestatio derogatiua præcedens: vt ff. de acqui.hære.l.qui in aliena. §.fi. & de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fi. Decimoseptimò, error: vt C. de rebus alie.non ali. l. ij. & ff.de iurisd.om.iu.l. si per errorem.& de acqui.re.do l.si procurator.& de o f. p cur. Cæsa.l.j.Decimooctauò, nugatio nõ habet consensum. verbi gratia: Emptor, vel venditor dixit, vel vterque, in contractu, saluo iure meo. Ius autem eorum est, quòd nullus compellitur emere, vel vendere: vt C. de contrahen. emp. l. inuitum. & de iure deli. l. nec emere. non ergo interuenit consensus, propter adiectionem illorum verborum: vt ff. quibus modis pignus, vel hypo.sol.l.si debitor. §.j.

SENTENTIA.

CVM dictus Reus † interrogatus à nobis, dicat, se nolle tradere dictam domum dicto Actori: & dictus Actor sufficienter probauerit sua interesse in c. lib. Turo. quia dictus Reus dictam domum 13

dicto

dicto Actori non tradit, nec tradere vult, vt dixit: Idcirco per sententiam in his scriptis cōdemnamus dictum Reum, in prædictis c.lib.Turo.dandis dicto Actori, prō interesse suo prædicto. Item, condemnamus dictū Reum, vt dictū Actorem liberet à prædictis mille lib.Turon. in quibus pro precio conuento dictus Actor est eidem Reo obligatus, ex causa venditionis dictæ domus. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xl. sol. Turonen. dandis dicto Actori, quos idem Actor, delato à nobis iuramēto, taxatione nostra præcedente, iurauit se expendisse occasione præsentis causæ.

¶Item, alio modo potest formari libellus in actione ex empto, & meliùs, vt sequitur.

RVBRICA LXXXIII.

De actione ex empto, Libellus melior & æquior.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex empto melior & æquior, & quibus iuribus probetur. nu. 2. & 3.*

2 *Libellus præcedens ex rigida Doctorū opinione procedit, volentium, quòd venditor nunquam cogatur rem venditam tradere, licèt eam habeat. & quòd non ad tradendum, sed ad interesse condemnari debeat. Responsio ad eam. nu. 5. Et quid ab hoc libello differat. nu. 6.*

7 *Sententia formula, in actione ex empto, iuxta æquiorem opinionem, quòd venditor teneatur rem tradere, si eam habet.*

8 *Emptor, venditore rem non tradente, an agat ad interesse, & quod. nu. 11.*

9 *Venditor, si domum venditam non habet, dolo suo, vel culpa sua, quomodo sit condemnandus. Et quid, si non inueniatur in dolo, vel culpa. nu. 10.*

11 *Venditor si habet rem, præcisè ad rem tradendam agetur, & cogetur eam tradere, vel officio iudicis manu militari translatio fiet. Si eam habere desijt, dolo, vel culpa, agetur ad interesse, & non ad rem. Quomodo id fieri debeat. Et an vtrunque simul peti poßit.*

12 *Vendita & tradita si domus fuit, quæ seruituté debet, vel fundus, nihilominùs seruitus manet & debetur. Sed an emptor poßit conqueri de tali seruitute debita, & agere contra venditorem ad interesse. nume. 13.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor emit à dicto Reo domum, vocatam de messire fornaie, sitam in campo nouo, iuxta domum eiusdē Actoris ex vna parte, & ex altera parte cum domo Geraldi Vlueni, carreria intermedia, precio mille lib. Turon. Vnde cùm dictus Actor sit paratus soluere prędictas mille lib. Turon. agit contra eum, vt dictam domum, si eam habet, eidem Actori tradat, & eum in possessione dictæ domus potiorem faciat: & si dictam domum non habet, dolo, vel culpa sua, quòd tunc eidem Actori suum interesse præstet, quod æstimat c.lib.Turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictū Reum, ad tradendum dictam domum dicto Actori, & quòd eum in possessione dictæ domus potiorem faciat, si eam habet: vel si eam non habet, dolo, vel culpa sua, ipsum Reum, ad dandum dicto Actori prædictas c.lib.Turonen. pro interesse suo, & vt etiam dictū Actorem ab obligatione prædictarum mille lib. Turon. precij conuenti liberet, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur, † quòd venditor, si domum habeat, teneatur eam tradere, & quòd ad hoc sit obligatus, ff. de ac. emp. l. ex empto. in prin. & l. emptorem. §. j. & l. si quis alienam. & de rei ven. l. qui restituere. in prin. & in fi. & Instit. de donation. §. perficiuntur. & de emp. & ven. §. sed nostra. cum ibi not. ¶ Probatur etiam, quòd si domum non habet, dolo, vel culpa sua, quòd agatur ad interesse, ff. de ac. emp. l. j. in prin. & C. e. l. si traditio. 2

Atta-

3 Attamen † in cor. de exhiben. reis. §. sancimus. co lla. v. format glo. in hac actione libellum simpliciter, ad rem ipsam, scilicet, Domine iudex, peto à tali talem rem, quia eam emi ab eo.

¶Nunc est aduertendum, quòd for-
4 ma † & ius primi præcedẽtis libelli processit ex opinione rigida & dura Doctorum, qui dixerunt, quòd venditor nunquam cogitur rem venditam tradere, licèt eam habeat. Cùm enim rem tradere sit factum: vt ff. de ver. ob. l. vbi autem. §. qui id quod in faciendo. ideo venditor ad tradendum condemnari nõ debet: sed sufficit eum condemnari in interesse. & ad illud solũ debet agi: vt ff. de ac. emp. l. j. in prin. sic enim est in omnibus faciendi obligatiõibus: vt ff. de re iudi. l. si quis ab alio. in fi. Et in hac opinione fuerunt domini Bul. & Placen. Io. & Azo. & Odofredus secutus fuit eos. Et iuxta istã opinionem, formauerunt libellum in actione ex empto, domini Rofredus & Io. de Blanosco, & Guillermus de Ferrarijs.
5 Sed potest † dici, quòd rem tradi, saltem ex causa vẽditionis, nõ est merè factum, sicut domum ædificari: immò fraternizat in aliquo, cum rem dari. quia si tradatur res ex causa venditionis, traditio facit emptorem dominũ de natura sua, si venditor tradens est dominus: vt ff. de ac. emp. l. ex empto. in princ. & si dominus non est, facit emptorem Publicianistam: vt Insti. de ac. §. sed istæ. Ergo probabiliter potest dici, quòd si venditor rem habet, quòd cogatur eam tradere. Sic etiam videmus in obligationibus rem restitui. quia ad hoc reus condemnatur, & cogitur rem restituere, si eam habet, vel manu militari transfertur ab eo possessio: vt ff. de rei ven. l. qui restituere. in fi. Iste
6 verò libellus † vltimò formatus, procedit ex opinione æquiori, s. quòd vẽditor teneatur rem tradere, si eam habet. Et quòd sit æquior opinio, notatur ff. de ac. emp. l. j. in prin. Item, quòd alia opinio antecessorum sit dura, no. Institu. de empt. & ven. §. sed nostra. Postquàm ergo ista opinio, scilicet quòd venditor teneatur rem tradere, si eam habet, fulcitur æquitate, & habet etiam pro se multa iura, vt apparet ex superiùs allegatis: ipsa tanquam præcipua est habenda & sequẽda: vt C. de iudi. l. placuit. Item, & sic leges legibus, quæ videntur sibi contrariari, concordabunt. quod debet esse promptum: vt C. de inoffi. dotib. l. vna. & de nouo Cod. compo. §. quibus. & de vete. iu. enu. l. ij. §. contrarium. Et dominus Bermundus tenebat istam opinionem in Scholis, & fecit eam hîc suo tempore in iudicijs obseruari.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & inter alia cõstet nobis, dictum Reum habere prædictam domum: Idcirco per sententiã in his scriptis cõdemnamus dictum Reum, vt dicto Actori dictam domum tradat, & eum in possessione dictæ domus potiorem facit. & nihilominùs condẽnamus dictum Reum, in xl. soli. Turonen. dandis dicto Actori, pro expensis dictæ causæ præsentis: cùm idẽ Actor, delato à nobis eidem iuramento, iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos xl. sol. Turon. & occasione præsentis causæ. 7

¶ Et in prædicto casu, quia domus omnino † debet tradi, non est quærẽdum de interesse communi, vel singulari. Sed prædictus emptor benè posset conqueri, de pensione domus, vel de alio interesse, quod potest venire à tempore moræ, fortè: quia si domum habuisset, vendidisset eam, & lucratus fuisset, & modò non inuenit emptorem. & facit C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. vna. in fi. & de ac. empti. l. curabit. & ff. de vsuris. l. mora. 8

¶Item, si constet, dictũ † venditorem non habere dictam domum, dolo suo, vel culpa sua: tunc feretur sententia alio modo, vt sequitur. 9

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter probauerit, dictum Reũ non habere dictam domum, dolo suo, vel culpa: & in alijs etiam idem Actor sufficienter probauerit intentionem suam, quantum ad obti- 10

nendum in præsenti causa: Idcirco per sentẽtiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis c. lib. Turon. in dicta petitione contentis, dandis dicto Actori pro interesse suo. Item cõdemnamus eum, vt dictum Actorem liberet à prædictis mille lib. Turo. in quibus pro precio conuẽto dictus Actor est ei obligatus, ex causa prædictæ venditionis. & nihilominùs condemnamus eum in xl. sol. Turon. dandis dicto Actori pro expensis &c.

¶Prædicta condemnatio fit: quia venditor non habet domum: sed desijt habere eam dolo suo, vel culpa sua. Si enim

10 † non inueniretur in dolo, nec in culpa sua, ipse non teneretur ad aliquid: & nihilominùs ipse posset exigere precium conuentũ: vt Insti. de emp. & ven. §. cùm autem emptio. & not. e. tit. §. sed nostra.

11 ¶ In summa, si venditor † habet rem, agetur precisè ad rem tradendam, & cogetur eam tradere, vel officio iudicis fiet trãslatio manu militari: nisi res esset emphyteuticaria, quia tunc obseruaretur, quod est C. de iu. emphy. l. fi. Sed si venditor desijt eam habere, dolo, vel culpa sua: tunc agetur ad interesse, & non ad rem: vt not in prædicto §. sed nostra. & vtrunque poterit poni seu peti in prædicto libello, sub quadam disiunctione seu conditionaliter, & agetur ad rem tradi, si eam habet: & si eam desijt habere, dolo, vel culpa sua, agetur & petetur interesse. & sic formatus est prædictus libellus. & facit, quod not. C. lo. & conduc. l. conductores. Item, quando petetur interesse, quia venditor desijt rem habere, dolo, vel culpa sua: tunc, si precium cõuentum erat solutũ, petetur, quòd illud reddatur. & si non erat solutum, petetur liberatio: quia in bonæ fidei iudicijs veniunt multa, de quibus nec actum, nec cogitatum fuit. vt C. de acti. empti & vendi. l. ij. in fi.

¶Nunc restat videre, quòd si domus,

12 quæ seruitutem † debet, fuit vendita & tradita, vel fundus, nihilominùs seruitus manet & debetur: vt ff. de contrahen. emp. l. alienatio, & de acqui. re. do. l. traditio. §. j. & de serui. ru. præ. l. via. §. si fundus. Sed quæritur, an emptor † possit 13 conqueri de tali seruitute debita, & agere contra venditorem, & ad interesse? Dico, quòd aut emptor sciuit seruitutem deberi, aut ignorauit. Et si sciuit, ipse nõ poterit conqueri: quia nõ videtur celatus, qui scit. ff. de ac. emp. l. j. in fi. nec dolus infertur volẽti. C. de transact. l. cùm donationis. & facit ff. de reg. iur. l. nemo videtur fraudare. Idem est, si scire debuit. scire. n. & scire debere, regulariter æquiparãtur: vt ff. de re. cre. l. quod te. Et possunt esse exempla. vt quia semper fundi inferiores, seruiunt superioribus: vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. Item, si fundus est prouincialis, emptor debet scire ipsum esse tributariũ: vt C. de epis. & cle. l. de his. & sine censu vel reliquis. l. fi. Item eadem ratione, in decimis, siue sit fundus prouincialis, siue non. sicut enim tributa sunt à lege humana, sic & ius decimandi & primitiandi est à lege Dei: vt no. ff. de mu. & ho. l. munerum. §. patrimoniorũ. Item, si emptor vidit fistulas vel canales, per quos ducebat aquã per illum fundũ suum, vel vidit iter ibi calcatum pedibus. potuit enim tũc perpendere seruitutẽ illam deberi. ar. ff. de ædi. edic. l. si tamen. §. ei qui. & de ac. emp. l. j. §. fi. ibi, dum dicit, sed & si id egit, ne cognoscat emptor &c. Si autem emptor probabiliter ignorauerit, fundũ esse seruientem: tunc aut venditor sciuit, aut ignorauit. Si venditor sciuit seruitutem deberi, & celauit, vel negauit deberi, vel dixit, Si emergat seruitus, ego nolo teneri: tunc tenetur talis venditor sciens actione ex empto, ad omne interesse emptoris ignorantis. vt ff. de ac. emp. & ven. l. j. & l. quæro. C. de ædi. ac. l. j. Item, si dixit, Vendo tibi fundum, vti optimus maximusq́ est: quia & tunc venditor propter scientiam suam tenebitur ad omne interesse emptoris ignorãtis. & sic debet intelligi, quod no. ff. de ver. sig. l. q vti optimę. Si autem venditor ignorauit, & dixit, Vendo tibi fundum, vti optimus maximusq́ est: tunc debet tradere fundũ liberum ab omni seruitute. vt in prædicta

l. qui

l. qui vti aliàs tenebitur ad interesse: sed non ad omne, propter suã ignorantiam: vt no. C. de ac. emp. l. si minor. Si autem dixit, Vendo tibi fundum, non vti optimus maximusq́ꝫ est: tũc sufficit eũ talem præstare, qualis est: vt ff. de contra. emp. l. cùm venderes. conuerso ibi aduerbio, non. vt in gl. Item eadem ratione, si dixit, Nolo teneri de aliqua seruitute: quia vẽditor ignorãs seruitutem deberi, potuit prouidere securitati suæ: vt ff. de ac. em. l. j. circa fi. Si autẽ venditor tacuit de seruitute, tunc si posteà emergat seruitus, ipse nihilominùs tenebitur actione ex empto ciuili, quanto minoris fuisset empturus emptor, si sciuisset: vt ff. de contrahen. emp. l. Labeo. & de ac. emp. l. Iulianus. in princ. & de ædi. edic. l. quoties. & in hoc casu, agendo quanto minoris, non refert, esset sciens, vel ignòrans venditor: vt no. C. de ac. emp. l. si minor. sed agendo actione ex empto ad interesse, benè esset differentia: quia tunc venditor sciens teneretur ad omne interesse, vt suprà dictum est. & facit, quod not. ff. de euict. l. penul.

RVBRICA LXXXIIII.

De actione ex vendito.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex vendito, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Emptor tenetur facere nummos ipsius venditoris.*

4 *In actione empti & venditi veniũt res allodiales, nõ emphyteuticariæ, nec feudales*

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, quòd dictus Actor vẽdidit dicto Reo quãdam vineam, sitam in territorio Cellænouæ, sic & sic confrontatã, precio c. lib. Tur. Vnde cùm dictus Actor sit paratus dictam vineam dicto Reo tradere, agit cõtra eum, vt sibi det & soluat prædictas centum lib. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Reum, ad dandum vel soluendum dicto Actori dictas centum lib. Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶Probatur † ff. de ac. emp. l. Iulianus. 2
§. ex vendito. & l. qui pendentem. Et emptor tenetur † facere nũmos ipsius vẽdi- 3
toris. ff. e. l. ex empto. circa prin. ¶Et est notandũ, quòd prædicti tres libelli † pro- 4
cedunt, si domus illa, & vinea, sunt allodiales. Si autem essent emphyteuticariæ, vel feudales, esset cauendum de l. fi. C. de iure emphy. & de consti. imperialem. de prohi. feu. ali. per Frede. ne quis incideret in laqueum earum, seu in pœnam.

RVBRICA LXXXXV.

De actione ex vendito, quando venditor est deceptus vltra dimidiam iusti precij.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex vendito, quando venditor est deceptus vltra dimidiã iusti precij, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *In venditione, si interuenit dolus emptoris, quando ad restituẽdum agatur, quando non. Et an casu libelli istius, dolus interuenerit. nu. 4.*

5 *Contrahentibus an naturaliter liceat se inuicem in precio realiter decipere, dummodo id ex proposito, vel vltra dimidium iusti precij non fiat. nu. 7.*

6 *De emptionis & venditionis substantia est, quòd venditor votum gerit cariùs vendendi, & emptor viliùs emendi.*

8 *Deceptus in dimidia iusti precij, sed nõ vltra, an agat remedio l. ij. C. de rescin. vendit. nu. 21.*

9 *Deceptionem vltra dimidiam iusti precij, quomodo vocent Placentinus, Glossa, & Odofredus.*

10 *Deceptus vltra dimidiã iusti precij, in modico, fortè in vno, vel duobus nummis, an possit agere remedio l. ij. C. de rescin. vẽdit.*

11 *Venditor, vt deceptus in precio appareat, quid probare necesse habeat.*

12 Venditor deceptus quomodo dici possit, cùm quilibet vires rerum suarum scire debeat, & minoris vendens, donasse videatur.

13 Venditor, si in contractu dicat, Si plus valet vinea, illud dono tibi: an posteà agere possit. Et an cessio actiõis, si pro parte facta est venditio, pro parte donatio, valeat.

14 Venditor si renunciauit remedio l. ij. C. de rescin. vendit. vel in ipsa venditione dicat se infra iustũ valorem minoris vendere, an posteà agere possit remedio l. ij. C. de rescin. vend.

15 In transactione an decepto vltra dimidiam iusti precij subueniatur.

16 Venditus si fuerit iactus pisciũ, vel auium, vel missilium, an decepto subueniatur.

17 Donanti inter viuos, an tanquam decepto subueniatur.

18 Vendenti, in veritate scienti, minus dimidia iusti precij se vendere, an posteà tanquam decepto subueniatur.

19 Sententiæ formula, in actione ex vendito, quando venditor est deceptus vltra dimidiam iusti precij.

20 Libellus super actione ex empto quomodo formandus sit, si emptor vltra dimidiam iusti precij deceptus fuerit.

22 In precio rei venditæ quando computetur, & precium habeat augere illud, quod emptionis causa emptor erogauit de voluntate venditoris.

23 Fisco, an infra dimidiam iusti precij qualitercunque decepto subueniatur, si pro debito fiscali rem alicuius priuati distrahi fecerit.

24 Libellus super actione præscriptis verbis quomodo formãdus sit, si aliquis in permutatione, vltra dimidiam iusti precij seu iustæ æstimationis, deceptus fuerit. & quibus iuribus probetur. nu. 25.

26 Actio præscriptis verbis, quæ ex permutatione competit, bonæ fidei est.

27 Locare operas suas non consueuit Martinus, cui Petrus dedit & tradidit decem, vt faceret sibi quoddam opus, fortè foueam. quod & Martinus compleuit. Modò in lucem venit, quòd communiter quidam alter ita bonus vel melior operarius, fecisset tunc illud opus pro sex. Ecce si iustum precium illius operis fuerunt sex, dimidia eius fuerunt tria. Et si Petrus dedisset tũc nouem, ipse deceptus non fuisset, nisi in dimidia iusti precij dicti operis, & sic de iure cõqueri non posset: sed quia dedit decem, deceptus est, vltra dimidiam iusti precij. Quæritur, quomodo ei subueniatur.

28 Pactum de non petendo decem fecit Petrus Martino, quæ sibi debebat ex causa mutui, si dicat se deceptum vltra dimidiam iusti precij, nunquid ei subuenietur?

CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit Petrus agendo in iure contra Martinum, quòd dictus Actor talem vineã, sic & sic confrontatã, valentẽ tunc xxx. lib. Tur. vẽdidit & tradidit dicto Reo, precio xiiij. lib. Tur. quas idẽ Actor statim habuit & recepit. Vnde cũ dictus Actor fuerit deceptus in illa vẽditione, vltra dimidiã iusti precij, agit contra dictũ Reũ, vt dictam vineam sibi restituat, receptis per eum prędictis xiiij. lib. Tur. quas iã soluit: vel quod deest de iusto precio dictæ vineæ, s. xvj. lib. Turo. suppleat & soluat dicto Actori vẽditori. vobis dicto domino iudici supplicãdo, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori venditori prædictam vineam, vel quòd iustũ precium suppleat, vt dictum est, sententialiter condemnetis, & condemnatum &c. 1

¶Probatur † C. de resc. ven. l. ij. & l. si voluntate. in fi. ¶ Et est notandũ, quod si in prędicta † venditione, cùm sit contractus bonæ † fidei, interuenisset dolus emptoris: tũc habita distinctione, an dolus dedisset causam cõtractui, aut incidisset in cõtractum, ageret indistinctè ad restituẽdum: vt no. ff. de dolo. l. & elegãter. in prin. & de hoc §, in ti. de ac. de dolo. sed quia in casu nostro † nõ interuenit dolus emptoris, ideo de dolo nunc non est curandum. ¶Sed quia naturaliter † licitũ est cõtrahentibus se decipere in precio, realiter, nõ ex proposito: vt ff. de minor. l. in causæ. ij. § pe. & ed

6 & de substãtia † emptiõis & vẽditionis est, ꝗ venditor votũ gerit cariùs vendendi, & emptor viliùs emẽdi: vt C. de resc. ven.
7 l. si voluntate. ideo iura non † curauerunt illi exceptioni occurrere. imò moderata & permissa & tolerabilis potest dici talis deceptio, per ll. prædictas. nisi vltra dimidiam iusti precij fuerit quis deceptus: & tunc propter immensitatem deceptionis, subuenitur decepto. Et ideo, si in casu nostro, iustum precium fuerunt xxx. lib. Turo. certè dimidia illius precij, fuerunt quindecim lib. Turonen. & si Petrus ven-
8 ditor † vendidisset prædictam vineam pro quindecim lib. licèt tunc fuisset deceptus in dimidia iusti precij, ipse tamen non fuisset deceptus vltra dimidiam iusti precij. & sic non posset conqueri, vel agere. sed quia prætenditur deceptus vltra dimidiam iusti precij, quia non vendidit vineam, nisi pro xiiij. ideo subuenitur ei. C. de rescin. vendi. l. ij. Et Placen-
9 tinus in Summa sua † vocat istam deceptionem, cùm fit vltra dimidiam iusti precij, iniquitatem, & iniquitatem immodicam. & glo. C. de rescin. ven. l. ij. vocat eam, immẽsam deceptionem, item summam captionem. & Odofre. vocat eam immoderatam deceptionem, & immensam læsionem, item nimiam captio-
10 nem. ¶ Sed quid, si in † modico, fortè in vno nummo, fuisset deceptus: vt quia vineam illam valentem xxx. lib. Turo. vendidit pro xv. lib. Tur. præter vnum denarium, vel duos? Videtur, quòd non posset agere, tanquam deceptus: quia de modico non est curandum: vt no. C. qui da. tu. pos. authen. minoris debitor. & quòd tunc arbitrio iudicis relinqueretur, quid dicatur modicum. vt no. ff. de impen. in rebus do. fac. l. omnino. Sed credo, ꝗ in vno nummo deceptus vltra dimidiam, possit agere: quia non potest negari, quin sit deceptus in dimidia, & vltra dimidiam. facit ff. de contrahen. emp. l. res bona fide. & ff. de dam. infec. l. si proprietarius. Et inspicietur iustum preciũ, quod fuerit tempore venditionis. vt C. de resc. ven. l. ad rescindendam. & l. si voluntate, in fi. Et est mirum, quòd modicum, quod est vltra dimidiam, fortè vnus, vel duo denarij, attrahant & conuertant ad se totam dimidiam, scilicet xv. & eam faciant impleri, vbi emptor velit rem restituere, & contractum rescindi. & sic modicum fermenti, totam massam corrumpit. ¶ Item ad hoc, quòd Actor † venditor 11
appareat deceptus in precio, probabit, quòd si tunc exposuisset vineam venalem, habuisset exinde xxx. lib. Turo. ar. ff. ad leg. Fal. l. precia rerum. Item, inspicientur similes vineæ circunstantes, & opinio accolentium. argu. ff. de fur. l. j. §. j. Item, illius vineæ qualitas, & redditus, & emolumenti quantitas: vt C. de rescin. vendi. l. si quos. ¶ Sed quomodo potest † Petrus dici deceptus. ipse enim debuit 12
scire vires vineæ suæ. vt C. de res. ven. l. quisquis. & sic videtur donasse, & sic non posse conqueri? Ad hoc videtur dicere Odof. quòd Actor venditor probabit, ꝗ cùm ipse petijt consilium, quantum poterat valere illa vinea, audiuit dici ab hominibus, quòd non valebat xxx. lib. Tur. & sic probabit suam ignorantiam: aliàs in dubio præsumitur scire, nec posse conqueri. Sed certè videtur, quòd postquàm iura præsumunt, aliquem debere scire vires rei suæ, quòd multùm erit debilis & extranea probatio ignorantiæ per talem auditum dici. Credo, quòd nõ oporteat eum probare, se ignorasse vires prædictæ vineæ: & quòd immensitas deceptionis seu nimia captio, scilicet quia re ipsa inuenitur deceptus vltra dimidiam iusti precij, faciat cessare illam debilem præsumptionem scientiæ: & præsumptio scientiæ valoris ipsius rei noceat solùm, vbi quis est deceptus in dimidia, seu citra dimidiam: sed si vltra dimidiam, tunc non nocebit præsumptio scientiæ, sed quòd tunc rescindatur contractus, vel quòd totum, quod deest iusto precio, suppleatur. Nec huic opinioni contradicit ut C. de res. ven. l. ij. nec in l. si voluntate. nec in l. quisquis. vt credo. & gl. de hoc tangit in prædicta l. quisquis. licèt nihil determinauerit. ¶ Attamen, si Petrus dixit in contractu, † Martine, si plus 13
valet vinea, illud dono tibi: ipse non posset

ſet poſteà agere. res enim pro parte po-
teſt vendi, & pro parte donari, vt ff. de
contrahen. emp. & ven. l. ſi quis donatio-
nis. licèt ſit ſecus in ceſsione actionis, vbi
ſi pro parte ſit venditio, & pro parte do-
natio, ipſa præſumitur ſimulata. Vt C.
14 man. l. fi. ¶ Item, nec poterit † agere ven-
ditor, ſi renunciauerit l. ij. C. de reſ. ven.
vel ſi dixit in ipſa venditione, Vendo tibi
iſtam vineam, valentem xxx. lib. Turo.
pro xiiij. lib. Turo. quia tunc apparet de
eius certa ſcientia. potuit enim renuncia-
re iuri ſuo. vt C. de pac. l. ſi quis in con-
ſcribendo. nec volenti fit iniuria.

¶ Item eſt notandum, quòd in tranſ-
15 actione † non ſubuenitur, nec per mo-
dum actionis, nec per modum exceptio-
nis, ſi quis fuerit deceptus re ipſa in tranſ-
actione vltra dimidiam iuſti precij. ar. ff.
ad Trebellian. l. Lucius. §. fi. In tranſacti-
one enim eſt naturalis & ſufficiens cauſa,
ſcilicet timor litis, cuius euentus eſt du-
bius: vt ff. de pecul. l. quod debetur. &
ideo, quia pe ream à lite diſceditur, ſuffi-
cit, nec ſubuenitur alicui: quia nec vide-
tur deceptus. ar. C. de tranſac. l. ij. & ff. de
condic. indebiti. l. in ſumma. in prin. niſi
dolus interueniſſet: vt ibi. ¶ Item, nec
16 ſubuenitur, ſi venditus † fuerit iactus pi-
ſcium, vel auium, vel miſsilium: quia
tunc videtur ſola ſpes empta. vt ff. de
contrahen. emp. l. nec emptio. & de ac.
emp. l. ſi iactum. & de hære. vel ac. ven. l.
cùm hæreditatem. ¶ Item, nec ſubueni-
17 tur † donanti inter viuos, licèt nihil exin-
de pecuniarium habeat. ſufficit enim ſibi,
quòd liberalitatem exercuit: vt ff. de do-
nat. l. j. in princ. ¶ Item, nec ſuccurritur
18 † illi, qui dum vendit, ſcit in veritate, mi-
nus dimidia iuſti precij ſe vendere. quili-
bet enim eſt arbiter in re ſua. vt C. man. l.
in re mandata. nec videtur celatus, qui
ſcit. vt ff. de ac. emp. & ven. l. j. §. fi. & C.
de reſcin. ven. l. venditor. & ff. de reg. iur.
l. nemo videtur.

SENTENTIA.

19 CVM dictus † Petrus venditor ſuffi-
cienter probauerit intentionem ſuam,
ſeu contenta in dicta petitione ſua, idcir-
co per ſententiam in his ſcriptis conde-
mnamus dictum Reum emptorem, vt
dictam vineam dicto Actori venditori
reſtituat, receptis à dicto venditore præ-
dictis xiiij. lib. Tur. quas iam ei ſoluerat:
vel quòd iuſtum precium dicto vendito-
ri ſuppleat, ſcilicet quòd det & ſoluat ei
xvj. lib. Turo. pro ſupplemento dicti iu-
ſti precij. &c.

¶ Item, ſi emptor deceptus † fuerit vl-
tra dimidiam iuſti precij, poterit tunc
ita formari libellus ſuper actione ex
empto.

LIBELLVS.

DOMINE iudex, conqueror ego 20
Petrus de Martino, qui talem vineam,
non valentem niſi xxx. lib. Tur. mihi ven-
didit precio xlvj. lib. Tur. quas ego ſtatim
ſibi ſolui. Vnde cùm ego ſim deceptus vl-
tra dimidiam iuſti precij, ago cõtra eum,
vt prædictam vineam ipſe recipiat, &
xlvj. lib. Tur. quas ſibi ſolui, mihi reſtitu-
at: vel ſi non vult prædictam vineam re-
cipere, nec contractum velit reſcindi,
quòd ipſe mihi reddat & ſoluat id, quod
à me vltra iuſtum precium habuit, ſcili-
cet xvj. lib. Turo. vobis dicto domino iu-
dici ſupplicando &c.

¶ Satis probatur, vt ſuprà. ſi iuſtum
precium fuerunt † xxx. lib. Turon. certè 21
medietas fuit xv. lib. Turo. & ſi emptor
emiſſet pro xlv. lib. Turo. licèt tunc ipſe
eſſet deceptus in dimidia iuſti precij, ipſe
non poſſet agere, nec conqueri. ſed quia
emit pro xlvj. lib. Turo. ipſe eſt deceptus
vltra dimidiam iuſti precij, & ita re-
ctè poteſt agere, & rectè formatus eſt li-
bellus.

¶ Et eſt notandum, quòd in precio
† prædictæ vineæ computabitur, & pre- 22
cium habebit augere illud, quod empti-
onis cauſa emptor erogauit de voluntate
venditoris. dum tamen conſtet, quòd ali-
às venditor non conſentiebat venditioni
vineæ, niſi illud erogaretur: ſecus, ſi em-
ptor ſua ſponte erogauit aliquid circun-
ſtantibus, vel mediatoribus: quia illud
non erit de natura precij, nec ipſum au-
gebit. vt ar. ff. de ædi. edic. l. debet autem.
Et ſic ſatis apparet, quòd ſi venditor di-
xit, Vendo tibi talem vineam pro tali
pre-

precio: attamen oportet, quòd tu des de tuo robam vxori meæ. certè æstimatio robæ quasi erit in precio, & precium augebit. secus, si venditor illud non dixit, sed fortè emptor dedit illam robã vxori venditoris, vt non turbaret, nec impediret venditionem, & quòd fortè renunciaret hypothecæ: quia tunc æstimatio robæ non augeret precium vineæ prædictæ. & sic de similibus. ¶ Item est notandum, quòd cùm fiscus pro debito † fiscali
23 facit distrahi rem alicuius priuati, (quod est faciendum cum subhastatione) si iniquitas etiam modica interueniat, vt quia iusto precio non fuerit vendita, venditio non valet. vt C. de resc. ven. l. si quos. & ibi not. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. l. j. lib. x. & ita non expectatur, quòd sit ibi iniquitas deceptionis vltra dimidiam iusti precij, sed sufficit, quòd aliquid desit de iusto precio.

24 ¶ Item, si aliquis in permutatione † fuerit deceptus, vltra dimidiam iusti precij, seu iustæ æstimationis, poterit ita formari libellus super actione præscriptis verbis.

LIBELLVS.

DOMINE iudex, conqueror ego Petrus de Martino, quia ego & ipse permutationẽ fecimus, scilicet quòd quandam domum meam, sic & sic confrontatam, valentem tunc xxx. lib. Turo. secum permutaui cum quadam vinea sua, sic & sic confrontata, nõ valente tunc nisi xiiij. lib. Tur. Vnde cùm ego sim deceptus vltra dimidiam iusti precij, seu iustæ æstimationis prædictæ domus, ago contra eum, vt mihi dictam domum restituat, & dictam vineam recipiat, quam ego sum paratus ei restituere: vel quod deest de iusto precio, seu de iusta æstimatione dictæ domus, scilicet sexdecim lib. Turo. mihi det & soluat. vobis dicto domino
25 iudici supplicando &c. ¶ Probatur † vt suprà, & C. communia vtriusque iudi. l.
26 iij. Est enim actio † præscriptis verbis, quæ ex permutatione competit, bonæ fidei. vt Insti. de ac. §. actionum autem.

27 ¶ Martino, qui non † consueuit locare operas suas, Petrus dedit & tradidit decem, vt faceret sibi quoddam opus, fortè foueam. quod & Martinus compleuit. Modò venit in lucem, quòd communiter quidam alter ita bonus, vel melior operarius, fecisset tunc illud opus pro sex. Ecce si iustum precium seu iusta æstimatio illius operis fuerunt sex, vt supponitur in libello, dimidia eius fuerũt tria. & si Petrus dedisset tunc nouem, ipse non fuisset deceptus, nisi in media iusti precij seu iustæ æstimationis dicti operis, & sic de iure non posset conqueri: quia illa deceptio tolerabilis est, & moderata, vt dictum est. sed quia dedit decem, ipse fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij, seu iustæ æstimationis. Quæritur quomodo subuenitur ei? Gl. C. de rescinden. ven. l. ij. dicit, quòd in contractibus bonæ fidei subuenitur decepto, iure actionis. & facit C. communia vtriusque iudi. l. iij. & lo. & conduc. l. si olei. sed in contractibus stricti iuris, subuenitur iure exceptionis doli. Sed in quæstione nostra fuit contractus, Do, vt facias. qui non est bonæ fidei, sed stricti iuris. vt Insti. de ac. §. actionum autem. & sic si Petrus non soluisset prædicta decem, & ageretur contra eum ad illa decem, ipse sine dubio posset excipere de dolo, pro quatuor de illis decem. non quia Martinus commisisset dolum in contractu: sed quia dolum faceret, nunc petendo tota decem. vt simile habetur ff. de excep. doli. l. ij. §. circa. Et sic repelleretur Martinus exceptione doli, saltem in quatuor: quia ea peteret, vltra iustum precium, seu vltra iustam æstimationem, & vltra dimidiam iusti precij seu iustę æstimationis prædicti operis. Vel si Martinus supersederet tunc agere ad prædicta decem, Petrus posset agere contra eum condictione sine causa, vel condictione incerti, vt in prędictis quatuor liberaretur. vt ff. de condic. sine causa. l. iij. Sed quia supponitur, quòd Petrus iam soluit tota decem, in vanum ageret ad liberandum, cùm nihil debeat. & eadem ratione, exceptio doli est sibi inutilis: quia nihil petetur ab eo de cætero. Quid igitur erit? remanebitne Petrus desolatus omni auxilio, licèt sit deceptus vltra dimidiam?

Posset

Possset dici, vt credo, quòd ex æquitate scripta, sumpta C. de rescind. vendi. l. ij. possit iuuari officio iudicis, vel actione in factum, de qua habetur ff. de præscrip. verbis. l. quoties. ad repetendum quatuor, quæ dedit vltra iustum precium, seu vltra iustam æstimationem, & vltra dimidiam iustæ æstimationis dicti operis. de qua actione in factum plenè habetur infrà in tit. de ac. in factum, ex varijs figuris causarum &c. Attamen, quia pro opere faciendo data fuerunt illa decem, non concludetur, nec petetur in libello, si libellus exinde formetur, quòd Martinus restituat tota decem, & quòd opus illud recipiat, quia prædictum factum seu opus fortè esset impossibile recipi per Martinum, qui illud fecit: & sic contractus ille, Do, vt facias. iam perfecto opere rescindi seu retractari non potest: sed solùm concludetur, quòd Martinus det & soluat Petro illud, quod vltra iustam æstimationem operis habuerit, scilicet quatuor: vt apparet ex superioribus. Et idem dici debet super conclusione, si fuit locatio operis: vt quia Martinus consueuit locare operas suas, & Petrus vellet agere actione ex conducto ad recipiendum.

28 ¶ Petrus fecit † Martino pactum de non petendo decem, quæ sibi debebat ex causa mutui, nunquid subuenietur ei, si dicat se deceptum vltra dimidiam iusti precij, vt ita loquar? Pla. dixit in Summa sua, quòd in transactionibus, & in pactis de non petendo, non putabat habere locum, quòd rescinderetur iniquitas ista, scilicet cùm quis est deceptus vltra dimidiam iusti precij. Et super hoc plures de maioribus nostris concordant, quantum est de transactione: sed super pacto de non petendo tacent. Potest dici, quòd si animo donandi fuit factum illud pactum de non petendo, quòd Petrus non potest conqueri: quia sufficiens causa fuit ibi liberalitas. vt ff. de donat. l. j. in prin. sed si fuit factum illud pactum, vt Martinus aliquid faceret Petro, fortè foueam, cùm non consueuisset locare operas suas: vel quòd aliquid ei daret, fortè fundum, & Petrus inueniatur deceptus vltra dimidiam iusti precij, seu iustæ æstimationis: ipse poterit adhuc agere certi condictione ex mutuo ad prædicta decem contra Martinum. quia per illud pactum non fuit sublata ciuilis obligatio: vt Institu. de excep. §. pe. & tunc si Martinus excipiat de pacto de non petendo, replicabit Petrus de deceptione vltra dimidiam. Postquàm autem aliquando subuenitur per exceptionem doli, vt dictum est, eadem ratione, & in casu isto poterit quis iuuari per replicationem doli. Sed si prædicta actio esset sublata, fortè per acceptilationem: vt Insti. qui. mo. tol. ob. §. item acceptilatione. fortè, vt credo, posset Petrus iuuari officio iudicis, vel per actionem in factum: vt dictum est statim, ad recipiendum, scilicet vt redderetur illud, quod habuit Martinus vltra iustum precium, seu vltra iustam æstimationem, seu vltra dimidiam.

RVBRICA LXXXVI.

De actione ex empto, quanto minoris, ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex empto, quanto minoris, ciuilis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actio ex empto, quanto minoris, ciuilis competit, quādo venditor fuit ignorans. Quòd eo sciente equum venditum vitiosum, & tradente, contra eum actione ex empto, ad omnia damna, & ad omne interesse, etiam extra rem agi possit.*

4 *Actio ex empto, quanto minoris, ciuilis, perpetua est, & durat xxx. annis.*

5 *Actione ex empto, quanto minoris, ciuili, an agere possit emptor, empto fundo, pro seruitute ignorata.*

6 *Actio ex empto ciuilis, quanto minoris, pro quibus rebus detur. nu. 8. & 9.*

7 *Actio ex empto ciuilis redhibitoria, an & quando inueniatur.*

8 *Actione ex empto, quanto minoris, ciuili agi potest, vbi non obstante vitio equi, illum empturus*

pturus fueram, licèt si vitium sciuissem, minus precium dedissem. Secus, si propter vitium, equum omnino empturus non fuissem: tunc venditor actione ex empto, ad interesse conuenitur. Et si aliquo modo equum emere non proposuissem, sed asseueratione falsa, citra dolum tamen, inductus emerim, contractus actione ex empto dissoluetur. nume. 9. Et an hæc distinctio in actione quanto minoris prætoria locum sibi vendicet. nu. 10.

11 *Actio ex empto, quanto minoris prætoria, an pro tigno vitioso, & pro seruitute locum habeat.*

12 *Sententiæ formula, in actione ex empto quanto minoris ciuili.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus vendidit & tradidit dicto Actori quendam equum pili mauri calcitrosum, precio decem lib. Turon. quem equum dictus Actor ignorabat esse calcitrosum. quod si sciuisset, esset eum minus empturus in xl. solid. Turon. Vnde cùm dictus Actor iam soluerit dicto Reo prædictas decem lib. Turo. agit contra eum, vt sibi reddat & soluat, quanto minoris fuisset empturus dictũ equum, si eum sciuisset calcitrosum, scilicet quòd reddat sibi prædictos xl. solid. Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † ff. de ac. emp. l. Iulianus
3 in prin. Et hic fuit venditor † ignorans. si autem sciuisset equũ calcitrosum: tunc, quia eum tradidit, & malè: quia sic vitiosum sciens eũ tradidit, posset agi actione ex empto, ad omnia dãna, & ad omne interesse, etiam extra rem. vt ibi habetur.

4 ¶ Item est notandum, quòd hæc actio † ex empto est ciuilis, cum adiectione tamen hac, s. quanto minoris emptor esset empturus. & sic, quia est ciuilis, ipsa est perpetua, & durat xxx. an. vt Insti. de perpe. & temp. ac. in prin. C. de præscri. xxx. an.
5 l. sicut in rem. ¶ Item, empto † fundo, pro seruitute ignorata, posset agere emptor hac actione ex empto, quanto minoris ciuili. vt ff. de ædil. edicto l. quoties. & no. de verb. sig. l. qui vti optimæ. & de cõtrahen. emp. l. cùm venderes. & de hoc dictũ est suprà in tit. de ac. ex emp. ¶ Item,
largè patet hæc actio † ex empto, quanto 6
minoris ciuilis, quia & datur pro seruitute ignorata. vt dictũ est. ¶ Itẽ, & p vitijs & morbis animaliũ. ¶ Itẽ, p tigno vitioso, & similibus. vt ff. de ac. emp. & ven. l. Iulianus. in prin. Attamen, nõ inuenitur
actio † ex empto ciuilis redhibitoria, pro 7
morbis vel vitijs, nisi p seruo fugitiuo. vt no. ff. de ædil. edic. l. sciendũ tamen. §. dictũ. licèt aliquando inueniatur, agi actione ex empto çiuili, ad resolutionem contractus emptionis: vt ff. de ac. emp. l. ex empto. §. si quis virginem. & §. seq. & no. e. l. §. redhibitionem. & facit C. & ff. de rescin. ven.

¶ Nunc quasi resumendo prædicta, &
addendo, dico, quòd si ego † pposuerã eme- 8
re dictum equum, & ipsum emi, si posteà appareat calcitrosus fuisse, ego potero agere hac actione ciuili ex empto, quanto minoris. ff. de ac. emp. l. Iulianus. in prin. si tamen fueram eum empturus, etiam si sciuisse vitiũ, sed minus preciũ dedissem. Si autẽ nõ fuissem eum empturus, si sciuissem: tũc fortè nõ possem agere hac actione, cùm eius verba, s. quãto minoris esset empturus, hoc non importent, à quibus verbis in dubio nõ est recedendũ. ar. ff. de exerci. ac. l. j. §. si is, qui nauem. sed ageretur tũc actione ex empto ad interesse: vt ff. de contrah. emp. l. quod sæpe. §. fi. & si venditor fuerit sciens, tenebitur ad omne interesse, etiã extra rẽ. vt ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. in prin. Attamen, quòd actio ex empto, quãto minoris erã empturus, cõpetat, etiã si nihil erã daturus, no. e. l. §. item qui furem. quæ glo. posset intelligi, quòd nihil erã daturus, quia res illa erat nullius precij, & erat melius ea carere. ar. ff. de ædi. edic. l. bouẽ. §. aliquando. Sed & tunc fortè ageretur actione ex empto, ad precium datũ, & redderetur res. Si autem nõ proposuerã emere equum aliquo modo, quia nesciebam equitare, & sem-

& semper equi displicebant mihi: venditor autem induxit me ad emendum, dicens, quòd equus erat francus, sicut vna capra, & homo poterat transire subtus ventrem sine periculo, nec erat calcitrosus: & sic illa asseueratione dante causam contractui, emi dictum equum. si posteà contrarium prædictæ asseuerationis appareat, etiam si venditor non fuit in dolo, certè dissoluetur cõtractus actione ex empto. vt C. de pac. inter emp. & ven. l. cùm te. & l. fi. in fi. ¶ Item in prædictis, in
9 tigno † vitioso vendito, & idem in seruitutibus, fundo vendito, per easdem ll. & ff. de ædil. edic. l. quoties. Si enim domũ, vel fundum proposueram emere, & emi: si posteà appareat seruitus, vel aliquod onus, agetur ad interesse. si autem nolebam emere, sed venditor induxit me ad emendum, & libertate fundi per venditorem asseuerata, & dante causam contractui, emi fundum: si posteà appareat seruitus deberi, agetur ad preciũ datum, & reddam fundũ, per ll. suprà allegatas.
10 ¶ Item licèt, vt dictum est, hęc † actio ex empto, quanto minoris ciuilis, fortè non habeat locum, si emptor non erat empturus, si sciuisset vitium: Attamen in quanto minoris prætoria, non est facienda talis distinctio: quia verba eius talem distinctionem non admittũt. vocatur enim quanto minoris res valet: sed quanto minoris ciuilis, vocatur quanto minoris esset empturus: vt no. ff. de ac. emp. l. Iulianus. in prin. ¶ Item est notandum, quòd
11 quanto † minoris prætoria, non habet locum pro tigno vitioso, nec pro seruitute: vt ff. de ædi. edicto. l. si tamen. in fi.

SENTENTIA.

12 CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum Reum, in prædictis xl. solid. Tur. reddendis & soluendis dicto Actori. &c.

RVBRICA LXXXVII.

De actione ex empto redhibitoria.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis ex empto redhibitoria quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.

3 Actio ex empto redhibitoria ædilitia est, & sic prætoria, & durat sex mensibus.

4 Redhibitoria actio, in quibus rebus locum habeat, in quibus non.

5 Equus calcitrosus, vitiosus est. & ibi, quis sit morbosus. nu. 6.

7 Redhibitoria agi potest, pro vitijs & morbis iumentorum, & pecorum. Item pro seruorum morbis. Et an & quando pro eorum vitijs. nu. 8.

9 Redhibitoria an agatur, pro leui vitio, vel morbo, vel parum rei vsum impediente, aut pro eo, quod aliquando accidit, vel præter modum non accidit.

10 Redhibitoria habet locum, in rebus se mouentibus, mobilibus, & immobilibus. & ibi multa exempla. nu. 11. & 14.

12 Redhibitoria, an habeat locum, pro libris nimiùm mendosis, & quæ. Et an scriptores præcise cogantur ad scribendum libros, etiam in compedibus. nu. 13.

15 Redhibitoria cõuentus, si precium non reddat, in duplum condemnatur, & totum in eodem libello apponitur.

16 Redhibitoria vt locum habeat, contractum venditionis, vel alium sufficientem, præcessisse, apparere debet.

17 Redhibitoria vt quis precium repetat, illud solutum esse necesse est. alioqum precio non soluto, agitur, vt quis ab obligatione liberetur.

18 Venditor calcitrosi equi vt redhibitoria teneatur, calcitrosum fuisse ante venditionem, constare debet. Et quis probare illud debeat. Et quid in his, discretioni marescalli equorum deferatur.

19 Redhibitoria actio arcesset, vbi vitium fuit patens, vel emptor aliàs sciuit, dictum vitium inesse, vel venditore sciente, supinè illud ignorauit.

20 Redhibitoria actio si cessat, quòd emptor vitium sciuerit, an speciali stipulatione interueniente, equum non esse calcitrosum,

ex stipulatu agere posit. Et quid, si emptor sciens generaliter de omni vitio stipulatus fuerit.

21 *Redhibitoria actio, ob vitiū nunc sanatum nō datur. Et quid, si equus venditus in aliud vitiū inciderit. Quid, si sine culpa emptoris recidiuauerit, aut cum emptoris culpa.*

22 *Redhibitoria actio, ad exceptū vitiū, seu in contractu expressum, non datur. Quod fallit, vt ibi.*

23 *Redhibitoria actio, an & quando locū habeat, vbi venditor dixit emptori, quòd nolit teneri de aliquo vitio. & nu. 24.*

25 *Redhibitoria actio, an locū habeat, vbi emptor potuit consulere marescallos, si in loco contractus duo pluresve moram trahant.*

26 *Redhibitoria actio, an locū habeat, si ēptor equi calcitrosi, erat marescallus equorum.*

27 *Redhibitoria actio, an locum habeat, vbi emptor non fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij.*

28 *Sententiæ formula, in actione ex empto redhibitoria.*

29 *Iudex, sine causa, tempus pro iudicato soluendo taxatum arctare non potest.*

30 *Venditor, si requisitus, vt caueat emptori de vitijs & morbis, in mora cauendi fuerit, emptor contra eum infra duos menses redhibitoria agere potest, dato, quòd nullum vitium, vel morbus insint: vel ad interesse, infra sex menses. & nu. 32. Et quomodo hoc casu libellus formandus sit, & vbi probetur. d nu. 30. & 31.*

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & pponit in iudicio Petrus contra Martinū, quòd dictus Reus vendidit & tradidit dicto Actori quendam equum calcitrosum pili mauri, precio x. lib. Tur. de quo precio fuit dicto Reo plenariè satisfactum. Vnde cùm posteà ad notitiam seu scientiam eiusdem Actoris peruenerit, dictū equum fuisse calcitrosum ante prædictam venditionem, & ipse sit paratus eum restituere dicto Reo, agit contra eum, & petit, vt prædictas x. lib. Tur. sibi reddat, & petità vobis dicto domino iudice, vt dictū Reum, ad reddendum dicto Actori prædictas x. lib. Tur. per vestram sententiam cōdemnetis. & si per vestrā admonitionē seu vestram sententiā pdictas x. lib. Tur. reddere noluerit, dictū reū in duplū dicti precij, s. in prædictis x. lib. Tur. p precio, & tantundem, s. in alijs x. lib. Tur. pter eius cōtumaciam in non reddendo, dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † ff. de ædil. edic. l. redhi- 2
bitoria. Et est pdicta actio ædilitia. vt C.
de ędil. ac. l. ij. & sic est ptoria. vt Insti. de
iure na. gen. & ci. §. ptorum. & durat † sex 3
mensibus. vt ff. de ędil. edic. l. sciendū tñ.
in fi. & l. cùm sex. & C. e. l. ij. & facit, quod
no. in prædicta l. sciendū. §. dictū. ¶ Rectè
dicitur, q vendidit: qa in † rebus venditis 4
habet locum hæc actio. vt ff. e. l. j. in prin.
Itē, & in rebus pmutatis. & si duo pmutarēt, fortè asinū cū equo, vterq esset qsi emptor, & quasi venditor. vt ff. e. l. sciendū. §. deinde. & sic qlibet eorū posset agere redhibitoria. Itē & habet locū, in datis in solutū: cùm illud vicem emptionis obtineat. vt C. de euic. l. si pdiu. In rebus aut legatis, vel donatis, nō habet locū edictū ædilitiū. vt ff. de ædi. edic. l. ad res donatas. nec in reb. locatis. vt ff. e. l. sciendū.
ij. ¶ Itē rectè dicitur, equus † calcitrosus: 5
qa sic est vitiosus. Idē, si esset † morbosus, 6
vt qa haberet suposta, vel cordas, vel insanos oculos. Pro vitijs † enim & morbis 7
iumentorū, & pecorū, potest agi redhibitoria. vt ff. e. l. ædiles aiut. in prin. & §. loquūtur. & §. iumētorū. & l. bouē. in prin. & etiam pro omni animali. vt e. ti. l. si tamen. §. nō solū. & sic, p gallina leprosa, vel aliàs morbosa, vel porco leproso, vel aliàs morboso. vel, p piscibus viuis, tamen morbosis venditis, & alijs similibus. Ex-
cepto, q licèt † p morboso seruo possit 8
agi redhibitoria, tamen pro vitioso non agitur redhibitoria, nisi in trib⁹ casibus, qui notantur in l. bouē. in prin. & e. ti. l. j. §. j. vel nisi ita fatuus sit venditus seruus, vel morio, id est, nullius artis, quòd quasi nullius vsus sit. vt ff. e. l. ob quæ. §. idem Pōponius. qa & tūc ageretur redhibitoria.

vt ibi. Item, si dictum fuit vitium abesse
in seruo, & non aberat: vel virtus, vel ars
adesse, & non aderat, habet locũ redhi-
bitoria. vt ff. e. l. ob quæ. §. in summa. &
l. quid sit fugitiuus. §. si. & l. seq. Item, si
in seruo sit morbus, & vitiũ sit mixtum,
potest agi redhibitoria propter morbũ.
vt ff. e. l. ob quæ. §. j. Item, in casu, in quo
non agitur, pro seruo vitioso, redhibito-
ria, in eo potest agi quanti minoris præ-
toria. vt e. l. in prin. ¶ Nunc est aduerten-
9 dum, quòd pro leui vitio, † vel morbo,
vel parum rei vsum impediente, non agi-
tur redhibitoria. vt ff. e. l. j. §. proinde si
quid tale. & §. sed sciendũ. & l. ob. quæ. in
fi. Item, non agitur ideo, quòd aliquan-
do accidit. vt e. tit. l. j. §. idem Viuianus.
Idem, si non præter modum accidit. vt
ar. e. l. j. in fi. vix est enim aliquis equus,
quin aliquando calcitret, nec propter
hoc debet dici calcitrosus. potissimè,
quia, osus, plenitudinem denotat: vt no.
ff. de sol. l. creditor. in princip. ¶ Ex præ-
dictis apparet, quòd redhibitoria habet
10 † locum, in rebus se mouentibus. habet
etiam locum, in rebus mobilibus, & im-
mobilibus. vt ff. de ædi. edic. l. j. in prin.
11 Et est exemplum † de rebus mobili-
bus, in carne leprosa, & morbosa. vt ibi
not. vel in carne pestifera, vel herbis pe-
stiferis venditis: vt not. ff. eo. l. si tamen.
in fi. Idem ergo, & eadem ratione, in
piscibus morticinis, morbosis, vel pestife-
ris venditis. Idem & in pane vendito
morboso, in quo fortè est iusquiamus,
vel lolium, quæ sunt pestifera. Idem
etiam in vino vendito, cuius vsus esset
pestifer, propter nimium & damnabilem
saporem falternæ, vel propter mixturam
cicutæ, vel alterius herbæ saluti corporis
humani contrariæ & nociuæ, est enim ci-
cuta & plures aliæ herbæ nociuæ: vt ff.
ad leg. Cor. de sic. l. eiusdem. §. alio. sic &
de veneno. vt e. l. in princip. Sed pro ti-
gno debili seu vitioso, non habet locum
redhibitoria. vt not. ff. de ædili. edic. l. si
12 tamen. in fi. Attamen, pro libris † nimi-
ùm mendosis, licèt animam sensitiuam
non habeant, nec rationalem, & sic non
sunt animalia, nec in se habent vitale ali-
mentum, nec homini, nec alicui anima-
li vitale afferunt alimentum, nec destru-
ctiuum, nec pestiferum vsum aliquem in
eis habet homo, vel aliquod animal: vo-
luerunt Doctores, quòd habeat locum
vtilis redhibitoria. vt ff. de ædi. edic. l.
j. in princip. arg. eo. tit. l. ob quæ. §. idem
Pomponius. & l. j. §. sed sciendum. quæ
tamen loquuntur in rebus animatis ani-
ma sensibili. Sed etiam concordauerunt
Doctores Bononiæ in alio mirabili, sci-
licet quòd scriptores † cogantur præci- 13
sè ad scribendum libros, etiam in com-
pedibus. vt no. ff. de ope. noui nun. l. sti-
pulatio de operis. §. siue. ¶ Item est exem-
plum † de immobilibus, in fundo vendi- 14
to pestiferas herbas ferente. vt ff. de ædi.
edicto. l. etiam. & C. eod. l. penul. Item,
eadem ratione, in domo vendita pesti-
ferum aerem habente. verbi gratia: si
quis extraneus, ignorans conditionem &
statum Montis Pessulani, causa moran-
di emeret ibi domum in granata seu in
vaccaria tempore Quadragesimæ, ipse
posteà posset agere redhibitoria. ar. il-
larum legum. est enim ibi malus aër &
pestifer in carnali tempore. Item, ea-
dem ratione, in vsufructu vendito ali-
cuius fundi pestiferas herbas ferentis,
vel in alia seruitute vendita in fundo
pestiferum aërem habente. argu. præ-
dictarum ll. & argu ff. eod. l. si tamen.
§. non solùm. Licèt enim aër non sit
animal, nec conferat vitale alimen-
tum, sic non est de genere edendorum:
attamen malus aër potest esse pesti-
fer, & facit aliquando locum pestilentem
vel pestiferum corpori humano. vt ff.
ne quid in loco publico. l. ij. §. idem
ait. & de cloacis. l. j. §. j. & quod vi aut
clam. l. si opus. §. penul. Et ad ædiles
curules quandoque malum odorem
coercere pertinet: vt ff. de via publica.
l. ædiles. in fi. & ideo probabiliter potest
dici, edictum ædilium habere locum
in rebus immobilibus, fortè propter
aërem, vel foetorem pestiferum cor-
pori humano, vel animalibus nostris
nociuum, sicut & propter herbas pe-
stiferas. cùm sit eadem ratio. ¶ Item,

rectè dicitur in libello, quòd si preci-
15 um † non reddat, quòd condemnetur in duplum: vt ff. de ædilitio edicto. l. redhibitoria. & potest totum apponi in eodem libello. vt de actione quod me. causa dicetur infrà suo loco.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit dictus
16 Actor, quòd dictus Reus vendidit † ei dictum equum, precio x. lib. Tur. Effectus: quia apparet contractum sufficientem præcessisse ad redhibitoriam. vt apparet ex superioribus.

17 ¶Item ponit, quòd ipse soluit † prædictas x. lib. Turon. dicto Reo. Effectus: quia non posset eas repetere, nisi eas soluisset. sed tunc ageret, vt ab obligatione liberaretur. vt ff. de ædi. edic. l. illud. §. j.

18 ¶Item ponit, quòd dictus equus † erat calcitrosus ante venditionem. Effectus: quia si postea euenisset ei illud vitium, non teneretur venditor. vt C. e. l. si apud priorem. & ff. e. l. actioni. Et incumbet probatio emptori, s. quòd antè esset calcitrosus. ar. ff. e. l. quæro. §. fi. & de probati. l. ij. Et in multis in hac materia, poterunt discernere marescalli equorum: s. an equus sit calcitrosus, vel vitiosus, & an ante venditionem: & an morbus, vel vitium sit leue, & sic spernendum, vel si non sit leue. & erit eis credendum. ar. ff. de re mili. l. semel. lib. xij. Et debebunt ad minus duo deponere. vni enim testi non creditur. vt ff. de testi. l. iurisiurádi. Item in l. illa, semel. dicit, medicis, in plurali. & sic ad minus debent esse duo. vt ff. de testi. l. vbi numerus. & de ma. test. l. libertas. §. post annos. Et deponét per iuramétum, de pluribus tamen de credulitate, secundùm artem suam. ar. ff. de ven. inspi. l. j. §. j. & de sta. ho. l. septimo mense. & facit, quod no. C. de testi. l. testium.

POSITIONES REI.

PONIT Reus, quòd dictum vitium
19 † fuit patens: quia dum dictus emptor emebat dictum equum, equus calcitrauit, & calce percussit, & vulnerauit quédam transeunté per carreriam. Effectus: quia tunc cessat hæc actio. vt ff. de ædi. edic. l. j. §. si intelligatur. & l. quæritur. §. si nominatim. Item, si emptor aliàs sciuit dictum vitium inesse. vt eo. tit. l. si tamen. §. in ædilitijs. & satis videtur scire, si quando emebat eú in stabulo, vidit eum compeditum in posterioribus pedibus: debuit enim tunc perpendere equú esse calcitrosum. argu. e. l. si tamen. §. ei qui seruum. Attamen, si tunc supinè illud ignorauit emptor, & véditor sciebat vitium, teneretur venditor. & de hoc notatur ff. e. l. cùm sex. & dicetur infrà in sequenti libello. Item, licet † emptor, sci- 20
ens vitium, non possit agere redhibitoria: tamen si stipulatus fuerit specialiter, equum non esse calcitrosum, tunc ipse poterit agere ex stipulatu. vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. idé Labeo. si autem emptor, sciens equum calcitrosum, stipulatus fuerit de omni vitio generaliter: tunc venditor non tenebitur de calcitrositate, propter emptoris scientiam. vt ff. de contrahen. empt. l. ea quæ.

¶Item ponit Reus, quòd modo † sana- 21
tus est equus. Effectus: quia perinde est, ac si nunquam fuisset calcitrosus. vt ff. de ædi. edic. l. quod ita sanatum. nec poterit agi, licèt in aliud vitium calcitrositatis incideret, nisi recidiuasset. vt ibi notatur. Sed si recidiuauerit, sine culpa tamé emptoris, si infra breue tempus, præsumetur, equum non fuisse perfectè sanatum seu curatum, & tenebitur venditor. ex breuitate enim temporis potest assumi præsumptio. vt & aliàs notatur ff. de priuil. cre. l. si ventri. in fine. Breue autem tempus, vel longum, committetur arbitrio iudicis, cú consilio marescallorum. Si autem ex culpa emptoris recidiuauerit, ipse indistinctè repelletur ab agendo. ar. ff. de reg. iur. l. quod quis ex culpa. & de hac recidiuatione tangitur, ad alium tamen finem, ff. loca. & conduc. l. Martius.

¶Item ponit Reus, quòd ipse † dixit 22
Actori emptori, quòd equus erat calcitrosus. Effectus: quia sic emptor nó potest conqueri. vt ff. de ædi. edicto. l. quæritur. §. si venditor. Fallit, si cùm venditor sciret illud vitium inesse, ipse dissimulabat, vel negabat. & iuxta hoc dice-

bat, se nolle teneri, si equus inueniretur calcitrosus: quia tunc replicabitur ei de dolo: vt ibi. Item fallit, si venditor fuit in dolo: vt ibi. Item fallit, si vēditor fuit in dolo, s. obscurè loquēdo, vel obscurè, vel insidiosè dissimulando vitium illud: vt ff. de contrahen. emp. l. ea quæ. in fine. verbi gratia: Cùm quæreretur, an equus esset calcitrosus? venditor dixit: Hodiè calcitrauit, & cum calce rupit turrim de Bilho. vel dixit ita: Per amorem dimittatis equum: quia nedum est calcitrosus, immò & omnes morbos & vitia habet, quæ aliquis equus potest habere. vel dixit: Domine, calcitrosus est, & videtis etiam, quòd non habet oculos, nec habet nisi tres pedes. vel dixit: Calcitrosus est. sed video benè, quòd non est pro vobis: quia vos non habetis opus de tam bono equo. & sic de similibus deceptorijs verbis. Tenebitur enim nihilominùs venditor: vt ibi.

13 ¶Item ponit Reus, quòd ipse † dixit emptori Actori, quòd ipse nolebat teneri de aliquo vitio. Effectus: quia sic vēditor non tenetur, si equus sit calcitrosus. Pactum enim valet super hoc: vt ff. de pactis. l. pacisci. Item, generaliter dictum, generaliter debet intelligi: vt ff. de lega. præstan. l. j. §. generaliter. Item, perinde debet esse, ac si dixisset, Nolo teneri de vitio calcitrosi. quia tantum valet generale in omnibus, sicut speciale in singulis: vt ff. de admi. tuto. l. si duo. in fi. Item, licitum est cuique, prospicere securitati suæ: vt ff. de actio. emp. l. j. circa principium. Item, remittentibus actiones suas, non est regressus ad eas: vt ff. de ædil. edi. l. quæritur. §. si venditor. ¶Sed prædicta positio non proficeret Reo venditori, si, dum dixit, Nolo teneri de aliquo vitio. obscurè, vel insidiosè se habuerit in loquendo. verbi gratia: Cùm peteretur, an equus esset calcitrosus? venditor dixit: Equus nullum vitium habet: attamen nolo teneri de aliquo eius vitio. vel dixit: Iste equus habet omnes morbos & vitia, quæ aliquis equus potest habere: sed nolo teneri. & sic de similibus: vt ff. de contrahen. emp. l. ea quæ. in fi. & de ædil. edi. l. quæritur, §. si venditor. & hoc dictum est satis in præcedenti positione. Sed si venditor non se habuerit insidiosè, sed simpliciter dixit: Audite, domine emptor, ego nolo teneri de aliquo eius vitio, vel dixit: Vendo vobis equum, cum omnibus vitijs suis, & morbis. tunc si equus erat calcitrosus, fortè nihilominùs tenebitur venditor, si sciebat illud vitium inesse: quia in generali dicto excluditur dolus & fraus: vt ff. de pac. l. tres fratres. & quæ in frau. credi. l. si pater. & facit ff. de ædil. edic. l. j. & l. ædiles autem. in prin. vbi dicitur, quòd venditores debent certiorare emptores, quid morbi, vitijque cuique sit. Venditor autem, cùm dicit, Nolo teneri de aliquo vitio. ipse nullum vitium certificat. Item facit ad hoc, quia cùm inter emptorem & venditorem nihil est dictum, de vitijs, & morbis, ignorantia venditoris non nocet emptori ignoranti, quin possit agere redhibitoria. vt ff. de ædil. edicto. l. j. §. causa. Ergo probabiliter potest dici, quòd vbi vēditor locutus est ita generaliter, vt dictum est, quòd sufficiat sibi suam ignorantiam ei prodesse, & quòd scientia sua non prosit sibi, sed noceat, sic quòd emptor ignorans possit agere contra eum redhibitoria. scientia enim venditoris, non declarantis vitium, videtur quasi fraus. vt ff. de ac. emp. l. tenetur. §. fin. & l. Iulianus. §. idem Iulianus. & l. quæro. & de hære. vel ac. ven. l. hoc autem. & ff. de ser. vrba. prædi. l. si arborem. §. hæc lex.

Quidam tamen dicunt contrà, s. quòd valet & tenet. & si dicatur, Nolo teneri de aliquo vitio. vel, Vendo equum, cum omnibus vitijs suis, & quòd venditor est securus, licèt ipse sciat vitia. dum tamē aliam fraudem non committat, obscurè loquendo, vel insidiosè dissimulando: ex scientia enim sola non præsumitur fraus. Et facit pro eis ff. de ac. emp. l. quæro. vbi quærit de sciente venditore. & respondet, eum teneri, si quis circumueniendi emptoris causa facit. quasi velit dicere, quòd sola scientia non facit eum teneri, nisi & vltra scientiam circumueniat emptorem ignorātem. ¶Item est notandum,

24 dum, quod vbi venditor† non vult teneri de aliquo certo vitio, sufficit dicere, Denũcio, vel pnuncio, vel dico, vel pdico, vel protestor, equum istũ esse calcitrosum. vt ff. de ædil. edicto. l. j. §. j. & l. itaque. & l. sciendum tamẽ. §. dictum. & si alio modo fraudem non committat, nõ tenetur ipse de illo vitio. Emptor enim videtur consensisse: quia non contradixit, vel non reclamauit, sed tacuit. vt & aliâs simile notatur ff. qui satisda. cogantur. l. si fideiussor. in prin.

25 ¶Item ponit Reus, quòd Actor† potuit consulere marescallos. potissimè: quia emit equum in Sanuarja, vbi morãtur duo vel tres marescalli equorum. Effectus: quia sic non videtur ei succurrendum. vt arg. ff. de iuris & fac. igno. l. j. & l. regula est. §. sed iuris ignorantiam. ¶Sed hæc positio non placet: quia ibi loquitur de ignorantia iuris, & etiam loquitur in lucro captando. Hîc autẽ tractatur de damno vitando, super quo subuenitur alicui, licèt potuerit consulere peritiores: vt ibi nota. & notatur etiam in l. iuris. ij. co. tit. in magna glossa.

26 ¶Item ponit Reus, quòd Actor est† & erat tunc marescallus equorũ, & ad eum recurrebant alij super vitijs & morbis equorum. Effectus: quia non videtur debere conqueri. Debuit enim leuare pedes dicti equi: & sic cognouisset, si erat calcitrosus. Est autem turpe, patricio & causas oranti, iura ignorare, circa quæ versatur: vt ff. de ori. iu. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. ¶Sed prædicta positio non multùm placet. quia facti ignorantia plerunque peritissimos fallit: vt ff. de iur. & fac. igno. l. ij. vel fortè facta fuit venditio inter absentes, & sic non fuit emptori imputandum. vel quid, si fortè leuauit sibi pedes: & tunc calce non percussit? Equus enim potest esse calcitrosus ex morbo, quem habet in pedibus: & tunc, si leuentur sibi pedes, fortè calcitrat. potest etiam esse calcitrosus, non ex morbo, sed ex vitio animi: vt ff. de ædil. edic. l. ob quæ vitia. §. animi autem vitium. & tunc, cùm leuantur sibi pedes, fortè non curat: sed aliâs proditionaliter, cùm homo nõ cauet sibi, calcitrat & percutit ferociter. Et ideo super prædictis, & similibus, discernat iudex, quod iustum videbitur, cum consilio tamen marescallorum. Attamẽ, si emptor, dum emebat equũ, expertus fuit, an esset calcitrosus, & etiam venditor intẽdebat ad aliud, ipse commouit eum ad calcitrandũ, nec calcitrauit. Non tamen tale quasi dilucidum interuallum equi proficiet venditori, quin emptor possit agere redhibitoria, si aliâs verè calcitrosus erat, & adhuc duret in vitio. Et sic cessent duæ prædictæ positiones.

¶Item ponit Reus, quòd Actor† non fuit deceptus vltra dimidiam iusti precij. Effectus: quia sic Actor nõ debet conqueri: vt C. de rescin. ven. l. ij. In venditionibus enim licitum est contrahentibus, se inuicem decipere: vt ff. de mino. l. in causæ. ij. §. pe. ¶Sed nec positio est bona: quia pro vitijs & morbis, aliquando de iure ciuili, aliquando de iure prætorio succurritur emptori decepto: vt apparet ex superioribus. Tunc enim non dicitur propriè deceptus in precio, sed magis in re. Item & propter dolum succurritur alicui: licèt non sit deceptus vltra dimidiã iusti precij: vt ff. de acti. emp. & vendi. l. Iulianus. §. si venditor. & de dolo. l. & eleganter. in prin. Item & pro seruitute ignorata, empto fundo: vt ff. de actio. emp. l. ij. §. j. & de ædili. edic. l. quoties. 27

SENTENTIA.

CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum Reum, in prędictis x. lib. Tur. reddẽdis & soluẽdis dicto Actori, ex causa cognita. vel quia dictus Reus locuples est, & habet pecuniã in promptu, iubemus quod prædictas x. lib. Tur. reddat dicto Actori infra xv. dies sequentes. quod si facere distulerit, condemnamus eum ex nunc vt ex tunc in duplum, s. in xx. lib. Turon. dandis dicto Actori, prædictis x. lib. Tur. in prædicto duplo computatis. & nihilominùs condemnamus dictum Reum, in xl. sol. Turo. dandis dicto Actori pro expensis 28

pensis &c. ¶Rectè dicitur, ex causa cognita: quia dictus Reus est locuples &c.
29 quia sine † causa, non potest iudex arctare tempus taxatum pro iudicato soluendo: vt ff. de re iudi. l. ij.

¶Item circa ædilitium edictum est
30 notandum, quòd si venditor requisitus, vt caueat emptori de vitijs & morbis, fuerit in mora cauendi: tunc emptor poterit agere contra eum redhibitoria infra duos menses, dato, quòd nullum vitium vel morbus insint: vt ff. de ædil. edic. l. si venditor. & tunc emptor dicet ita: Domine iudex, Martinus vendidit mihi, & tradidit talem equum, precio x. lib. Tur. de quibus sibi plenariè satisfeci. Vnde cùm ipse, requisitus à me congruo loco & tempore, cessauerit sine iusta causa mihi cauere, ne dictus equus esset calcitrosus, & de alijs, quæ in edicto ædilium continentur, & ego sim paratus sibi restituere dictum equum: ago contra eum, vt mihi reddat & soluat prædictas x. lib. Turo. & in eis mihi reddendis, peto eum per vestram sententiam condemnari.
31 ¶Probatur † in prædicta l. si venditor.
32 Nec quæretur, an † dictus equus sit vel fuerit calcitrosus, seu in redhibitione, propter aliquod vitium vel morbum: sed solùm quæretur, an venditor fuerit in mora cauendi. Poterit enim agi redhibitoria infra duos menses, vel ad interesse infra sex menses: vt ibidem habetur. Sed mihi videtur, quòd multùm esset debile tale interesse.

RVBRICA LXXXVIII. De actione ex empto quanto minoris prætoria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex empto quanto minoris prætoriæ, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *Actio ex empto prætoria, quanto minoris, est annalis.*
4 *Actio ex empto, quanto minoris res valuit tempore contractus, an dicatur adiectiuè, vel propriè. an sit bonæ fidei, vel stricti iuris. Et quid de redhibitoria.*
5 *Actio ex empto quanto minoris prætoria, quid differat ab actione ex empto quanto minoris ciuili.*
6 *Actio ex empto, quanto minoris res valet, quæ est prætoria, propriè ad id, quod minus res valuit tempore contractus, datur. Et quando infra annum redhibitionem contineat.*
7 *Equus à rege Aragonum exponitur ad debellandum cum leone, qui si ferratus fuisset, leonem vicisset.*
8 *Actio quanto minoris prætoria cõtinet redhibitoriam etiam intra annum, licèt redhibitoria de natura sua non duret nisi sex mensibus, vbi certum est, quòd emptor non fuisset empturus equum, si eum calcitrosum sciuisset: vel vitiũ appareat tale, quòd equus nullius precij erat, aut iam appareret, quòd eum habere non expediebat, aut quòd emptor eum empturus non fuisset. Secus, si equus alicuius precij seu vsus esset.*
9 *Emptor redhibitoria, aut quanto minoris, an agere possit, tacito de morbis & vitijs, si emptor & venditor morbum & vitium non ignorauit, vel supinè ignorauit: vel si venditor ignorauit verè, emptor supinè: vel si vterque ignorauit simpliciter, nõ supinè: vel si venditor sciuit morbum vel vitium, & emptor illud supinè ignorauit.*
10 *In redhibitoria, & quanto minoris, actionibus, an & quãdo tempus sit vtile, & quando currere incipiat.*
11 *Emptor, redhibitoria, aut quanto minoris, an agere possit, si venditione & traditione facta, precio nondum soluto, equum esse calcitrosum cognouerit, & sciens precium nihilominùs soluerit.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus tradidit & vendidit dicto emptori quendam equum pili mauri calcitrosum, precio x. lib. Turon. qui

qui equus non valebat tunc, attēto prędicto vitio, nisi vij. lib. Turo. Vnde cùm dictus Actor soluerit integrè dicto Reo prædictas x. lib. Turon. agit contra eum, vt sibi reddat, quanto minoris valebat dictus equus, propter illud vitium, tempore contractus, quod est in lx. soli. Turo. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori prædictos lx. sol. Tur. per vestram sententiam coudemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † ff. de ædi. edic. l. quòd si
3 nolit. §. si plures. in fi. Et est hæc actio † ex empto prætoria: vt Instit. de diui. stipula. §. prætorias. & est annalis: vt C. de ędi. actio. l. ij. & ff. eodem. l. sciendum. in fi-
4 ne. & dicitur † adiectiuè, quanto minoris res valuit tempore cōtractus. nec est proprium nomē actiōnis: sicut nec actio de peculio, vel de in rem verso. & sic debet dici bonæ fidei actio. vel fortè est ꝓprium nomen actionis. & sic non erit bonæ fidei: quia sub tali proprio nomine non inuenitur numerata inter actiones bonæ fidei, Instit. de actioni. §. actionum. sed dicetur stricti iuris. sic & redhibitoria debebit dici nomen proprium actionis, nec est bonæ fidei: quia ipsa est arbitraria: vt ff. de ædil. edic. l. redhibitoria. & sic quia arbitraria, ipsa est stricti iuris. iuxta illud, quod notatur Insti. de acti. §. prætereà quasdā. ¶Item, nec distingui-
5 tur, in quāto minoris † res valeat, an emptor esset equum prædictum empturus, vel nō, si sciuisset illud vitium. ergo nec nos debemus distinguere. sed in quanto minoris ciuili, de qua dictum est suprà, agitur non ad quanto minoris valuit, sed ad quanto minoris erat emptor equum empturus, si sciuisset vitiū: vt ff. de actio. empti. l. Iulianus. in prin. & sic fortè non habet locum, quando emptor nō fuisset empturus, si sciuisset vitium: vt apparet ex prædicta adiectione nominis.

6 ¶Item est notandū, quòd actio † quanto minoris res valeat, quæ est prætoria, datur propriè ad id, quod nomen sonat, scilicet ad id, quod minus valuit res tēpore contractus. Attamen, quandoque, licèt impropriè, redhibitionē continet etiam infra annum, scilicet si res empta sit nullius precij, & expediat eam magis non habere: vt ff. de ædil. edic. l. bouem. §. aliquando. Potest enim equus esse ita ferox, quòd possit dici furiosus, vel lunaticus. & per consequēs nullius precij. Et dicitur, quòd Rex † Aragonum habu- 7
erat semel quendam equum optimum, & magni valoris. & posteà accidit sibi, quòd factus fuit quasi furiosus, & interfecit plures scutiferos: & tunc Rex fecit eum poni disferratum, & sine freno, ad debellandum cum leone. & fuit dictum, quòd equus obtinuisset, si fuisset ferratus expositus. ¶Item est notandū, quòd vbi esset † certum, quòd emptor nō fuis- 8
set empturus equum, si sciuisset eum calcitrosum: tunc & ipsa actio quanto minoris prætoria haberet & cōtineret redhibitoriam etiam intra annum: vt ff. de excep. rei iudi. l. si is, qui hæres. §. j. licèt redhibitoria de natura sua non duret, nisi sex mensibus: vt C. de ædil. acti. l. ij. Vel potest dici, quòd non eoipso, quòd emptor non fuisset empturus, actio prętoria quanto minoris continet redhibitionē, nisi & ipsum vitium sit tale, quòd eoipso appareat, quòd emptor non fuisset empturus: vt quia tale erat vitium, quòd equus erat nullius precij, nec expediebat eum habere. & sic videtur dicere ff. de except. rei iudi. l. si is, qui hæres. §. j. & sic concordat ff. de ædil. edic. l. bouem. §. aliquādo. Item, eoipso, quòd tale esset vitiū, quòd equus nullius precij, iam appareret, quòd emptor non fuisset eū empturus: vt no. ff. eo. l. ob quæ. §. idem Pomponius. Aliàs autē, si equus esset alicuius precij seu vsus, licèt emptor non fuisset eum empturus, si sciuisset eum calcitrosum, actio ista quanto minoris fortè non contineret redhibitionem: cùm illud sit impropriè & specialiter inductum in prædicta l. si is, qui hęres. §. j. & in l. bouem. §. aliquando. Sed emptor tunc, propter illud vitium, agat redhibitoria, infra sex menses, si voluerit.

¶Nunc restat videndum circa prædicta,

9 dicta, quòd tacito † seu nihilo pronunciato, de morbis & vitijs, inter emptorem & venditorē, si vterque sciuit morbum vel vitium: tunc non poterit emptor agere redhibitoria, nec quanto minoris: vt ff. de ædil. edic. l. j. §. si intelligatur. Et est ratio: quia volenti dolus non infertur: vt C. de transac. l. cùm donationis. nec videtur celatus, qui scit: vt ff. de actionib. empti. l. j. in fine. Item, si vterque ignorauit supinè morbum, vel vitium: quia tunc supina ignorantia nocebit emptori: vt ff. de contrahen. emp. & vendi. l. & si consensum. §. ignorantia. & de ædil. edic. l. quæritur. §. fin. & l. si tamen. §. ei qui. Itē, si venditor ignorauit, non supinè, sed verè, & emptor ignorauit supinè: quia tunc fortiori ratione non tenebitur venditor: quia maius & tolerabilius est, ignorare verè, quàm supinè. Si autem vterque ignorauit simpliciter, non supinè: tunc tenebitur venditor redhibitoria, & quanto minoris. Ignorantia enim venditoris, non debet nocere emptori ignoranti: vt ff. de ædilitio edicto. l. j. §. causa. Item, si venditor sciuit morbum vel vitium, & emptor illud supinè ignorauit: quia & tunc tenebitur venditor. Dolus enim præponderat culpæ: vt ff. de ædil. edic. l. quæritur. §. fi. & l. cùm sex.

ADDIT. Sed videtur, quòd venditor etiam sciens non teneatur, quando emptor ignorauit supinè morbum vel vitium: vt ff. eodem. l. si tamen. §. ei qui. Ibi enim venditor, qui legatum seruum vendidit, sciebat ipsum esse fugitiuum: & tamen non tenetur. quia supina ignorantia, quæ ibi fuit in emptore, nocet eidem emptori. Sed potest dici, quòd nimis fuit ibi supina, vel nimis magna negligentia in emptore. & sic meritò debet ei nocere. Videtur enim ibi fuisse in lata culpa: vt ff. de verbo. signifi. l. latæ culpæ. quæ dolo comparatur: vt ff. si mensor fals. mod. dixerit. l. j. Vel dicamus, propter iura, quæ dicūt, quòd dolus præponderat culpæ: quòd glossa habet intelligere §. illum, ei qui. & similes, quando venditor supinam etiam habuit ignorantiam. Fortè enim sibi venditus fuit seruus ligatus, & ligatum eum ibidem vendidit. vel fortè venditor ligauerat eum, non, quòd sciret eum, vel crederet eum fugitiuum: sed quia seruus nolebat ire ad forum, iratus quòd dominus suus volebat eum vendere. Sed hoc vltimum exemplum fortè non est bonum: quia tunc aliqua supina ignorantia non posset imponi emptori: quia propter aliam causam iam fuerat ligatus, & non quia esset fugitiuus.

¶ Item est notandum, † quòd in redhibitoria, & quāto minoris, actionibus prætorijs, tempus est vtile in principio: sed in progressu, est continuum: vt notatur ff. de ædilitio edicto. l. cùm sex. & C. de temporib. in integrum restitutio. l. superuacuam. Sed est dicendum, & meliùs, quòd illud tempus est vtile, tam in principio, quàm in progressu: vt ff. de ædil. edic. l. sciendum. §. tempus. & l. cùm sex. in quibus indistinctè dicitur, illud tempus esse vtile. Si ergo aliqua lex non distinguit: ergo nec nos debemus distinguere: vt ff. de Publi. in rem act. l. de precio. & notatur ff. de calumnia. l. annus. Item, illud tempus incipit currere, nedum à tempore scientiæ, immò & à tempore supinæ ignorantiæ: vt in d. l. cùm sex. in fine. 10

¶ Item, est notandum, quòd venditione † & traditione facta, si precio nondum soluto, emptor cognouerit dictum equum esse calcitrosum, & nihilominus postmodum ipse sic sciens soluerit precium: ipse posteà non poterit agere, nec redhibitoria, nec quanto minoris. argu. C. de his, quæ vi metúsve causa. l. ij. & ff. de condiction. ob turpem causam, l. penultima. 11

RVBRICA LXXXIX.
De actione in factum ædilitia.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ædilitiæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 Ib

3 *In actione in factum ædilitia, non quæritur, an equus emptus sit in redhibitione, nec an tempora redhibitoriæ actionis sint lapsa, cùm venditor equum recepit: quòd recipiẽdo equum redhibitionem agnouit.*

4 *Venditor, si noluit recipere equum, cùm sibi reddebatur, tanquam calcitrosum, & tunc emptor ligauit equum ad ianuã venditoris, & recessit. Venditor autem timens ibi posse equum perire propter frigus, vel timens, quòd si deligaret eum, & abire dimitteret, equus discurrẽdo daret damnum gentibus, vel destrueret se, & quòd sibi imputari posset: recepit eum infra domum suam. an ob hoc redhibitionem agnouisse videatur.*

5 *Actio in factum ædilitia, quanto tempore duret.*

6 *Emptor, redhibito equo calcitroso, licèt post quadraginta dies, actione in factum ædilitia agere non possit ad precium, sibi tamen certi condictione generali, vel sine causa, consulitur.*

1 CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinũ, quòd dictus Reus vendidit & tradidit dicto Actori quẽdam equum calcitrosum pili mauri, precio decem librarum Turonen. de quibus fuit dicto Reo plenariè satisfactũ. Vnde cùm dictus Actor præsentaret dicto Reo posteà dictũ equum, & diceret ei, dictum equum esse in redhibitione, dictus Reus recepit eũ. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi prędictum precium reddat, scilicet prædictas decem libras Turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori prædictas decem libras Turon. per vestram sententiam condemnetis, & con-
2 demnatum &c.

3 ¶Probatur † ff. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. in factum actio. Nec erit † quærendum, an dictus equus fuerit calcitrosus, vel an fuerit in redhibitione: quia iam redhibitus est. Nec quęretur, an tũc, cùm venditor dictum equum recepit, tempora redhibitoriæ actionis essent lapsa: venditor enim, quia recepit equum, cùm sibi redhiberetur, præiudicauit sibi, & videtur redhibitionem agnouisse: vt ibidem habetur.

¶Quid, si venditor † noluit recipere 4
equum, cùm sibi reddebatur, tanquam calcitrosus: & tunc emptor ligauit equũ ad ianuam venditoris, & recessit. venditor autem timens ibi posse equum perire propter frigus, vel timens, quòd si deligaret eum, & dimitteret eum abire, equus discurrendo daret damnum gentibus, vel destrueret se, & quòd posset sibi imputari: recepit eum infra domum suam. an ob hoc videatur agnouisse redhibitionem? Et credo, quòd sic. in dubio consulerem, si disliget equum, quòd recta via duceret eum ad emptorem. & si nollet eum recipere, quòd ligaret eum ad ianuã eius, vel quòd duceret eum ad iudicem, vel si vẽditor velit equum disligare, & recipere eũ infra domũ suam, quòd protestetur, quòd equũ recipit infra domũ, ne pereat, & nõ ex alia causa: & tunc erit in tuto venditor, ar. ff. de religio. & sump. fune. l. & si quis impediat. §. plerique filij. vel quòd dicat, saluo iure suo, vt ar. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j.

¶Item est notandum, quòd hæc actio † in factum non durat nisi xl. diebus, vt 5
notatur ff. de ædil. edic. l. ædiles autem. in prin. Sed videtur, quòd hæc actio in factum duret perpetuò, licèt sit prætoria: quia & ipsa est rei persecutoria. Prætorię autẽ rei persecutoriæ, sunt perpetuæ. vt ff. de acti. & ob. l. in honorarijs. Sed est dicendum, quòd ædilitiæ actiones, licèt sint rei persecutoriæ, tamen ipsę sunt temporales: vt ibi no. Credo tamẽ, quòd † post prędictos xl. dies, emptor licèt nõ 6
posset agere ad preciũ hac actione in factum, ipse tamẽ poterit agere certi condictione generali, vel sine causa.

RVBRICA XC.
De actione ex locato.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex locato, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Conductor, si in rusticis prędijs, finito tempore conductionis, permaneat per aliquod tempus in conductione, vt prius, videtur prædium tacitè reconduxisse pro eodē precio, ad vnum integrum annum solum. Secus est, in vrbanis prædijs.*

4 *Intellectus l. item quæritur §. qui impleto. & glossa ibidem explicata, ff. locati. Vbi ponitur regula, quòd in vrbanis prædijs quis obligatur, prout quis habitauerit. Et tres eius expositiones. Et quæ inter has sit verior. nu 5.*

6 *Conductio antequàm conualescat, si dominus seu locator interim decesserit, vel furere cœperit, an aliqua recōductio facta videatur. Et quid in conductore. Et an hoc casu aliquid intersit, inter prædium rusticum, & vrbanum.*

7 *Locator, si dixerit in libello, domū suam, an necesse habeat, probare, eam ad se iure dominij pertinere. Et in rei vendicatione, si probet, domum fuisse locatā, an sufficiat.*

8 *Conductor cōueniendus iuxta tempus, quo in tacita recōductione habitauit in domo, & non vltrà.*

9 *Sententiæ formula in actione ex locato, secundùm præmissa.*

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd Actor locauit dicto Reo, in festo Assumptionis beatę Mariæ, quandā domū suam, in carreria sanctę Eulaliæ, sic & sic confrontatā, ad vnum annum, precio x. lib. Tur. & ibidem habitauit dictus Reus per illum vnum annū. Item dicit & proponit, ꝙ finito illo anno dictus Reus remansit in domo, & in ea inhabitauit, vt priùs. Vnde cùm dictus annus sit finitus, in quo taciturnitate Actoris & Rei videtur Reus tacitè reconduxisse pro eodem precio dictā domū, seu conductionē dictæ domus renouasse, agit dictus Actor contra dictū Reum, vt sibi x. lib. Tur. pro illo secūdo anno det. & petit à vobis dicto dño iudice, vt dictū Reū, ad dandum & soluendū dicto Actori x. lib. Tur. pro illo secūdo anno tacitæ reconductionis, per vestrā sententiam condemnetis &c.

¶Probatur † ff. loca. & conduc. l. item quæritur. §. qui impleto. & C. e. l. legem. 2

¶Et est notandum, ꝙ in rusticis † prędijs, si conductor finito tempore cōductionis permaneat per aliquod tēpus in cōductione: s. fortè morando, vt priùs, in villula in prædio cōstructa, gratia fructuū colligendorū, vel fortè semel arando, vel sulcos aquarios faciēdo, vel aliquid simile: ipse tacitè videtur prędiū reconduxisse pro eodē precio, ad vnū annum solū, & ad illum integrū. Sed in vrbanis prędijs est regula, ꝙ cōductor permanens in cōductione, videtur recōduxisse, vt, prout quisq; habitauerit, ita obligetur, nisi in scriptis certū tēpus conductionis comprehensum est. vt ff. loca. & conducti. l. itē quęritur. §. qui impleto. Ad cuius §. & glos. difficilis † multùm ibi positæ intellectū, est notandū, ꝙ verbum, habitauerit, ibi positū in textu, potest esse prętériti tēporis, s. prętériti subiunctiui: vt præterito subiunctiuo, cū habitauerim, ris, rit. Item, potest esse futuri tēporis: vt futuro tēpore, cùm habitauero, ris, rit. & sic verbū, habitauerit, ibi in textu positum, est æquiuocū, ad tēpus præteritū, & futurū. vt colligitur ff. de his quæ ꝓ non scri. l. j. & quod me. cau. l. si cùm exceptione. §. hæc aūt actio. Itē, cùm sit regula in textu, ꝙ in vrbanis prędijs qs obligatur, prout quisq; habitauerit. est prima expositio regulæ, prout quisq; habitauerit, s. per tempus primæ conductionis. q. d. in nullum tempus, post finitum tempus illius cōductionis, videatur reconduxisse. & sic verbum, habitauerit, est prętériti tēporis. & tunc exceptio illius regulæ potest habere triplicē expositionē, s. nisi in scriptis certū tēpus cōductionis comprehensum est: quia tunc videbitur reconduxisse in tātum tēpus, quantū priùs conduxerat. vel nisi in scriptis &c. quia tunc videbitur reconduxisse ad illud tempus

tempus solùm, quo posteà ibi inhabitauit. vel nisi in scriptis &c. quia tunc videbitur reconduxisse ad vnum annum, vt in rustico prædio. Secunda expositio regulæ est, prout quisque habitauerit. id est, in id tempus, quo posteà habitauerit ibidem. & sic verbum, habitauerit, erit futuri temporis. & tunc exceptio poterit habere triplicem expositionem: scilicet, nisi in scriptis &c. quia tunc videbitur reconduxisse in tantu tempus, quantum priùs conduxerat. vel nisi in scriptis &c. quia tunc ad vnum annum videbitur reconduxisse, vt in prædio rustico. Tertia expositio regulæ est, prout quisque habitauerit. id est, in tantum, quantum primò habuerit, quantumcunque fuisset, ilico videatur reconduxisse. & tunc verbum, habitauerit, erit præteriti temporis. & tunc exceptio illius regulæ poterit habere triplicem expositionem: scilicet, nisi in scriptis &c. quia tunc in id tempus videbitur reconduxisse, quo posteà habitauerit. vel nisi in scriptis &c. quia tunc in nullum tempus videbitur reconduxisse. vel nisi in scriptis &c. quia tunc ad annum videbitur reconduxisse: vt in prædio rustico dictum est. ¶ Circa prædicta

Versus. facti sunt duo versus tales: Regula dat nullum, postremum, denique primum. Primum, postremum, nullum, post excipe quartum. In primo versu, sunt tres regulæ, seu tres expositiones regulæ. In secundo versu, sunt quatuor expositiones seu exceptiones à regula. sed quia illud verbum seu membrum, quod est in regula, non cadit, nec cadere potest in exceptione illius membri seu illius regulæ: ideo quælibet illarum trium regularum habet solùm tres exceptiones. verbi gratia: Regula dat nullum, id est, quòd in nullum tempus videatur reconduxisse. & tunc erit exceptio, nisi in scriptis &c. quia tunc in tempus tantum, quantum fuit primum, videbitur reconduxisse. vel nisi in scriptis &c. quia tunc in tempus, quo posteà habitauit. posteà dimittatur verbũ, nullũ, quod est in secundo versu, quia de eo facta est prima pdicta regula. vel nisi in scriptis &c. quia post excipe quartum, id est, quòd in vnum annum videatur reconduxisse, vt in rustico prædio. Item, secunda regula dat postremum, id est, quòd videatur reconduxisse in id tempus, quod posteà habitauit. & tunc erit exceptio: nisi in scriptis &c. quia tunc in primum tempus. modò dimittatur verbum, postremum, quod est in secundo versu: quia de eo facta est prædicta secunda regula. vel nisi in scriptis &c. quia tunc nullum tempus. vel nisi in scriptis &c. quia tunc ad vnum annum, vt in prędio rustico. Item, tertia regula dat denique primum. id est, vt in primum tempus videatur reconduxisse. modò dimittatur verbum, primum, quod est in secũdo versu exceptionum: quia de eo facta est prædicta tertia regula. & tunc erit exceptio: nisi in scriptis &c. quia tunc in tempus, quo posteà habitauit. vel nisi in scriptis &c. quia tũc in nullũ tẽpus. vel nisi in scriptis &c. quia tunc, vt in rustico prędio. Modò est notandum, quòd media seu secunda expositio regulæ est verior, scilicet, quòd in vrbanis prædijs videatur tacita facta reconductio in id tempus solùm, quo posteà habitauerit. & verbum illud, habitauerit, erit futuri temporis. Item, tertia eius exceptio, seu tertia exceptionis à regula expositio, videtur verior, scilicet, nisi in scriptis certum tempus comprehensum est: quia tunc inducetur, vt in prædio rustico. & hoc, vt magis res valeat, quàm pereat. & vt exceptio vitians regulam vrbanorum, faciat eam redire ad regulam rusticorum. ad quã enim aliam videretur eam facere redire, non video: potissimè, quia de rusticis prędijs statim ibi facta fuerit sua regula de vno anno. ¶ Sed opponitur, & videtur, quòd exceptio illa in textu posita sit pro nihilo: quia ibi dicitur, nisi in scriptis &c. & tamen tantum deberet valere, si esset sine scriptura: vt arg. C. de pac. l. pactũ, quod bona fide. Item ibi dicitur, nisi in scriptis certum tempus: & tamen conductio non est sine certo tempore. aliàs enim esset emphyteusis: vt ff. si ag. vec. l. j. §. qui in perpetuum. & Insti. de lo. & conduc. §. adeò. Et sic nihil videtur excipere. nisi dicere-

ceretur, quòd locatio potest fieri sub incerto tempore, scilicet dicendo, Loco tibi domum, donec nauis venerit ex Asia. ¶ Sed illud valde rarò accideret, & ad ea, quæ rarò accidunt, iura non adaptantur. vt ff. de legib. l. nam ad ea. Sed metu illarum oppositionū posset dici, quod illa verba intelligātur: nisi in scriptis certū tempus compreheusum est, s. Loco tibi domum ad vnum annum tantùm, vel ad vnum annum, & non vltrà. expressè ponendo illa verba, vel similia. & tunc secunda expositio exceptionis erit verior, scilicet, nisi in scriptis certum tempus &c. quia tunc in nullum tempus videbitur domum reconduxisse.

¶ Item est notandum, quòd si, antequàm
6 conductio† conualescat, dominus interim decesserit, vel furere cœperit, nulla reconductio videbitur fieri: vt ff. lo. & condu. l. qui ad certum. Et est ratio, quia qui expressè consentire non potest, nec tacitè videbitur consentire. Idem, in conductore, cùm sit eadem ratio, vt in locatore, siue sit prædium vrbanum, siue rusticum. Sed si mors vel furor interuenerit, postquàm reconductio conualuit, seu reconductio tacita incepit: tunc in rusticis valebit & stabit reconductio pro toto illo anno. sed in vrbanis valebit solùm pro tempore, quo vixit, vel sanæ mentis fuit, & non vltrà. Et in prædicta l. qui ad certum tempus. cùm dicit glo. super verbo, interim. id est, post conductionem finitam. intelligatur, & antequàm reconductio conualescat seu reintegretur. aliâs esset ibi alius intellectus.

¶ Et est notandum, quòd licèt Actor
7 † dixerit in libello, domum suam, non tamen habebit necesse, probare, eam ad se iure dominij pertinere. arg. ff. de iniurijs. l. lex Cornelia. in princ. & §. domum. & de preca. l. cùm precariò. j. Secus, si ageret rei vendicatione ad domum prædictam: quia tunc non sufficeret probare, domū fuisse locatam, sed oporteret probare dominiū: vt not. ff. sol. ma. l. si alienam.

¶ Item est notandum, quòd si condu-
8 ctor† in casu nostri libelli non permansit in conductione dictæ domus, per totum secundum annum, inconsultè fecit Actor locator, qui petijt x. lib. Turon. quia si conductor habitauit ibi solùm per dimidium annum, Actor debuit petere medietatem precij tantùm, scilicet c. solidos Turon. & sic quia petijt tota x. damnum patietur in expensis. & secundùm hoc formabitur sententia, vt sequitur.

SENTENTIA.

CVM sit† sufficienter probatum, dictum Actorem, locasse dictam domum 9
dicto Reo, ad vnum annum, precio x. lib. Turon. & sit sufficienter probatum, dictum Reum finito prædicto tempore dictę locationis, seu conductionis, permansisse in conductione domus per dimidium anni sequentis: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in c. solidis Turon. dandis & soluendis dicto Actori. Item, cùm dictus Actor non probauerit, dictum Reum permansisse in conductione tacita dictæ domus, per aliam medietatem dicti anni sequentis: idcirco per eandem sententiam dictum Reum absoluimus à residuis c. solidis Turon. de x. lib. Tur. in libello petitis. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in expensis, quas dictum Actorem fecisse constiterit, occasione præsentis causæ, quantum ad c. solidos Turon. in quibus obtinet, dandis & soluendis. Item condemnamus dictū Actorem in expensis, quas dictum Reum fecisse constiterit occasione præsentis causæ pro c. solid. Tur. in quibus obtinet, & victor existit in præsenti causa, dandis & soluendis dicto Reo, taxatione prædictarum expensarum nobis reseruata. ¶ Aliquando in simili casu expensarum, dixi ita: Et ex causa expensas hincinde quasi compensantes, in expensis neutram partem alteri condemnamus. Sed aliquando ita: Et ex causa expensas hincinde quasi compensantes, dictum Reum absoluimus ab expensis, quas dictus Actor fecit occasione præsentis causæ. & dictū Actorem absoluimus ab expensis, quas Reus fecit. Prima expensarū sententia videtur melior de iure. potissimè: quia possibile est, quod vnus plus expēderit, quàm alter.

RVBRI-

RVBRICA XCI.
De actione ex conducto.
SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex conducto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*
3 *Conductio facta nummo vno, non valet.*
4 *Conductio non est, nisi sit precium in pecunia numerata. Si tamen sit in blado, idem est, quantum ad mercedis exonerationem, propter tempestatem, licèt tunc non hac actione, sed præscriptis verbis, agatur. Secus, si esset colonus partiarius. nu. 5.*
6 *Conductor frustra de tempestate conqueritur, si nihil seminauit.*
7 *Sterilitas quibus modis fundis contingat. Et quòd dominus, vim omnem, cui resisti non potest, colono præstare debeat.*
8 *In sterilitate fundi, proborum hominum æstimatio inspicienda est.*
9 *Sterilitatis anni cõpensatio, cum alijs vberibus annis fieri debet, vbi ad plures annos facta est conductio. Secus, si ad vnũ annũ.*
10 *Tempestas si destruxit medietatem fructus hordei in fundo conducto, sed in malis granatis, & ficubus, quæ excreuerunt in fundo, fuit tanta vbertas, quòd sterilitas super hordeo possit cum ea compensari: nunquid admittetur compensatio, & sic conductor non possit conqueri de sterilitate hordei.*
11 *In fundo locato, vel assensato alicui colono ad tẽpus, sterilitas cedit damno locatoris. Quod fallit in casib. duodecim. vt ibi.*
12 *In locato fundo, an pensio mercedis debeat excrescere, si vbertas veniat, non diligentia, sed casu fortuito. Et quid, in re emphyteuticaria.*
13 *Sententiæ formula, in actione ex conducto, pro remittenda mercede, propter tempestatem, vel sterilitatem.*
14 *Commune forum est in Monte Pessulano, quòd sextarium hordei habetur pro tribus vel quatuor solidis Turonensibus in mensibus. Item, quòd cùm de fundo communiter centum sextaria hordei haberi solerent, conductor non habuerit nisi, quinquaginta. Item, tanta tunc fuit caristia, quòd sextarium hordei valuit duodecim solidos Turonenses. Et sic prædicta quinquaginta sextaria valuerunt triginta libras Turonenses. Eritne æquum, quòd conductor inueniatur in tanto lucro, & nihilominùs remittantur sibi à locatore sex libræ Turonenses? Et quid econuerso, si ex vbertate à casu fortuito de fundo habeat centum quinquaginta sextaria hordei, sed sextarium vltra duodecim denarios non valeat. Eritne æquum, mercedem conuentam à conductore augeri?*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit 1 & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor conduxit à dicto Reo quendam fundum, situm in territorio castri noui, sic & sic confrontatum, ad vnum annum, precio xij. lib. Turon. Item dicit & proponit, quòd ipse seminauit ibi hordeum, & in illo anno cecidit ibi tempestas in mense Maij. Item dicit & proponit, quòd in dicto fundo, seu in alia tanta petia sic situata in prædicto territorio, communi æstimatione proborum hominum, anno, quo seminatum esset ibi hordeum, deberent communiter recolligi centum sextaria hordei. Item dicit & proponit, quòd in illo anno, propter prædictam tempestatem, prædictus Actor non recollegit de dicto fundo, nisi l. sextaria hordei. & sic propter prædictam tempestatem Actor non recollegit, nisi medietatem eius, quod debuisset alias communiter recolligi. Vnde cùm dictus Actor sit paratus soluere dicto Reo vj. lib. Turo. agit contra eum, vt alias vj. lib. Turon. remittat eidem Actori. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad remittendum medietatem mercedis conuentæ, id est, ad remittendum dicto Actori residuas vj. lib. Turon. de xij. lib. Turon. conuentis, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad remittendum iuris reme-

dijs

dijs compellatis. Petit etiam expensas occasione præsentis causæ factas, & de faciendis protestatur. implorans vestrum officium, domine iudex, in illis, in quibus est, vel de iure fuerit implorandum.

2 ¶ Probatur † ff. lo. & condu. l. ex conducto. §. si vis tempestatis. & l. si vno. §. vbicunque. ¶ Rectè dicitur, quòd conduxit precio xv. lib. Turon. aliàs, si vno
3 † nummo, nulla esset conductio: vt ff. e.
4 l. si quis conduxerit. Item, nec esset † conductio, nisi esset precium in pecunia numerata: vt ff. e. l. ij. in prin. & Insti. eo. in prin. & ff. deposi. l. j. §. si quis seruum.
5 Attamen, & si merces † esset in blado, idem esset, quantum ad exonerationem mercedis, propter tempestatem. licèt non ageretur tunc actione ex conducto, sed actione præscriptis verbis ad exonerationẽ: nisi esset colonus partiarius: quia tunc esset commune lucrum & damnum. vt ff. lo. & conduc. l. si merces. §. vis maior. & no. C. eo. l. licèt certis annuis quãtitatibus. & l. excepto. ¶ Item rectè dicitur, quòd seminauit ibi hordeum: aliàs si ni-
6 hil † ibi seminasset, nec tempestas inuenisset ibi aliquos fructus, de tempestate frustra conqueretur conductor. iuxta illud, quod no. ff. e. l. ex conducto. §. cùm quidam. Quod enim non erat, per tempestatem destrui non potuit: vt arg. ff. de iniusto rup. testa. l. nam & si. §. post defectum. ¶ Item rectè dicitur, quòd tem-
7 pestas † cecidit in fundo. Et idem, si sterilitas venit in fundo, alio cæli vitio: puta ex putrefactione alicuius elementi: vt C. lo. & cõdu. l. licèt. & dicitur, cæli vitio, id est, aëris: vt ff. de cloa. l. j. §. j. ibi, dum dicit, quòd immunditiæ cloacarum minantur cælum pestilens. & intelligitur, id est, aërem pestilentem. Institu. de re. diui. §. feræ igitur bestiæ. vbi dicitur, quòd quędam animalia nascuntur in cælo. & intelligitur, id est, in aëre. sic etiam ff. de acqui. re. do. l. j. in fi. Item, sterilitas potest etiam venire per imbres, & per ventum, & grandinem. de quibus habetur C. de maleficis & math. l. eorum. Item, per niues immoderatas & insuetas: vt ff. de contrahen. em. l. fistulas. in fine. Item, generaliter omnem vim, cui resisti non potest, debet dominus præstare colono: vt fulminum, fluminum, & graculorum, sturnorum, & similium. & incursus hostium, & vredinis, & siliginis, & feruoris solis non assueti. Item, terræmotus. Item, incendij repentini. ff. lo. & condu. l. ex conducto. §. j. vsque in finem legis. Item, locustarum: vt C. eo. l. excepto. ¶ Item, rectè dicitur in libello, communi æstimatione † proborum hominum: quia in- 8
spici debet vulgi opinio in sterilitate: vt no. e. l. licèt. & ff. e. l. si vno. in prin. & l. si merces. §. vis maior. Sunt enim homines antiqui in talibus euocandi, qui prædicta sciant, & experientiã in talibus habeant: vt ar. C. de re mi. l. semel. lib. xij. & in cor. de non alie. aut permutan. reb. ecclesiast. §. quod autem. collat. ij. ¶ Item, rectè offeruntur vj. lib. Turo. ar. ff. de ac. emp. & ven. l. Iulianus. §. offerri. & de condi. inde. l. si non sortem. §. si centum. & de pigno. actio. l. eleganter. §. qui reprobos. ¶ Item, rectè petitur fieri remissio seu exoneratio mercedis pro rata: vt ff. lo. & conduc. l. ex conducto. in fi. & l. sequenti. in prin. & §. vbicunque.

¶ Modò est notandum, quòd prædicta habent † locum, siue ad vnum, 9
siue ad plures annos facta fuit conductio: excepto, quòd quando facta est ad plures annos, si vnus annus esset sterilis, tunc fieret compensatio cũ vbertate anni præcedentis vel subsequentis: vt ff. e. l. si vno. in princ. & C. e. l. licèt. quæ compensatio fieri non posset de vno anno ad alium annum, si conductio esset ad vnum annum tantùm, & quidam alter habuisset fructus aliorum annorum.

¶ Sed quid erit, si tempestas † destru- 10
xit medietatem fructus hordei: vt dictum est. sed in malis granatis, & ficubus, quæ excreuerunt in fundo, fuit tanta vbertas, quòd sterilitas super hordeo possit cum ea compensari: nunquid admittetur compensatio, & sic conductor non possit conqueri de sterilitate hordei? Et credo, debere fieri compensationem, nec debere fieri tunc aliquam remissionem: quia cùm fructuũ diuersorum annorum

norum fiat compensatio, vt dictum est: ergo & fructuum eiusdem anni. cùm sit eadem ratio, & maior. ergo & idem ius. Et facit ad quæstionem assensæ decimarum alicuius ecclesiæ parochialis, quòd si in vna parte parochiæ fuerit tempestas, & in alia fuerit vbertas: vel in frumento & siligine fuit tempestas, sed in hordeo eiusdem anni fuit tanta vbertas, quòd posset fieri compensatio: quòd tunc tempestas non debet nocere curato ecclesiæ.

¶ Item est notandum, quòd in fundo
11 † locato vel assensato alicui colono ad tempus, sterilitas cedit damno locatoris: vt apparet ex superioribus. ¶ Sed fallit primò, si conductor suscepit in se, si aliquid cæli vitio, vel vi maiore accidisset: quia tunc pacto staretur: vt C. lo. & conduc. l. licèt. & ff. e. l. si quis fundum. Quarum duarum legũ prima, facit pro Bulgaro, qui dixit, quòd in contractibus, si qui casus fortuiti exprimantur, & pòst sequatur clausula generalis, valeret pactum in omnibus. sed secunda l. facit pro Martino, scilicet quòd sufficiat generale pactum. sed vtraque l. est contra Ioannem, qui dixit non valere, nisi in expressatis. & de hoc ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. & dixi suprà in tit. de actione commodati directa. ¶ Secundò fallit, si sterilitas fuit exigua: quia tunc est damnum coloni: vt ff. locati & conducti. l. si vno. §. cùm quidam. & l. si merces. §. vis maior. ¶ Tertiò, si colonus est partiarius: quia tunc commune est damnum & lucrum: vt ibi. ¶ Quartò, si nullus fructus erat in fundo, dum tempestas, vel alia vitia venerunt: vt ff. e. l. ex conducto. §. cùm quidam. ¶ Quintò, quando sterilitatis compensatio cũ vbertate potest fieri: vt ff. eo. l. si vno. in prin. & C. e. l. licèt. ¶ Sextò fallit, in semine, & in alijs expensis per consequens, quę semper cedunt in damnum conductoris: vt ff. e. l. ex conducto. §. sed si labes. nisi culpa locatoris interuenisset. forte, quia non permisit conductorem frui illo fundo: quia tunc veniret omne interesse: vt ff. e. l. si vno. §. vbicunque. ¶ Septimò fallit, si exercitus transiens per lasciuiam aliquid abstulit: quia illud cedit in damnum coloni: vt ff. e. l. ex conducto. §. sed & si vredo. Secus crederem, si exercitus transiens per vim auferret fructus. vt in aggressura latronum, & prædonum: quia tunc esset vis maior, quam præstat locator: vt e. l. §. j. Sed videtur contrà, C. eo. l. damnum. vbi aggressura latronum cedit damno coloni. Sed lex illa loquitur in damno, dato in proprijs rebus coloni: vt quia ex aggressura latronum amisit boues aratorios, quos ibi habebat, vel similia, de quibus locator non tenetur: nisi esset in aggressura particeps: vt ibi. li. ѐt glossa ibi videatur se intricare prima facie. ¶ Octauò fallit, si vitio soli seu fundi venit sterilitas, scilicet propter spinas, vel malas herbas, quæ segetes corrupeꝛunt seu suffocauerunt: vt ff. eodem. l. ex conducto. §. si qua tamen vitia. Sed illud fortè: quia colonus fuit in culpa aliqua, quia spinas, vel herbas illas non extirpauit. Secus ergo, si terræmotu, vel chasmate fundus perijsset, & per consequens fructus. quia licèt illud non esset vitio cæli, sed vitio soli: tamen locator teneretur ad exonerationem mercedis: vt suprà dictum est. ¶ Nonò fallit, vt quia propter aliquam herbam, fortè propter falternam, vinum fuit insipidum, vel infectum. quod sæpe accidit hìc in Monte Pessulano. quia hoc cedet in damnum coloni. vt in d. §. si qua tamen vitia. Sed ista nona exceptio non videtur conueniens, cùm tunc non fuerit sterilitas, sed defectus boni saporis vini. Item, si de vino fuit satis, sed fuit valdè viride, vel incustodibile. vel de hordeo fuit satis, sed est incustodibile: quia damnum esset coloni, eadem ratione. Sed pro herbis pestiferis, quæ nascuntur in fundo, nec extirpari possunt, haberetur ratio contra locatorem. argum. ff. de ædilitio edicto. l. etiam in fundo. ¶ Decimò fallit, si sterilitas venit propter vetustatem arborum, vel vitium. vt ff. loc. & condu. b. si vno. §. cùm quidam. Item forte, si esset noua plantatio vitium, quæ primo anno fructum non affert. cùm sit eadem ratio,

vt in vetustate. Et satis credo, in conductione ad plures annos, vt conductor de vetustate, vel nouitate non debeat conqueri. Secus, si ad vnum annum: quia tunc fortè esset distinguendum, sciret hoc, vel ignoraret conductor. ¶ Vndecimò fallit, si sterilitas erat assueta: vt ff. eo.l.ex conducto.§. sed & si vredo. verbi gratia: Aliqua sunt loca, vbi quasi quolibet anno cadit fulmen. & aliqui sunt lacus & stagna, ex quibus nebulæ insurgentes destruunt & inficiunt segetes fundorum proximorum, quasi quolibet anno, licet modò plùs, modò minùs. & ego vidi prata ampla & lata, in quibus quasi quolibet anno est semel vel bis talis inundatio aquæ, quòd destruit fœnum seu herbam, in totum, vel in partem: & sic ibi sterilitas, quia ita est assueta, debet redundare in damnum coloni. ¶ Duodecimò fallit, si culpa coloni accidit damnum seu sterilitas: vt ff.eo.l.si merces.§. culpæ. Est enim regula, quòd damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur: vt ff.de reg.iur.l.quod quis ex culpa sua.

¶ Nunc restat notandum, quòd si non
12 † diligentia, sed casu fortuito, veniat vbertas in fundo locato, pensio mercedis debebit excrescere: vt notatur ff. locati & conducti.l. si merces. §. vis maior. Idem dicunt quidam, in re emphyteuticaria: vt argumen. ff. eo.l.si vnus. in princip. ibi, dum dicit, hoc idem in vectigalis damno. & facit, quod not. ff. de dam. infec. l. inter quos. §. damni. Alij dicunt contrà: vt eodem tit.l.damni.j.§. si is, qui vicinas. aliàs, si is, qui vnas. cum ibi notatis. & extrà de lo. & conduc. c. potuit. Fortè in vectigali fundo seu emphyteuticario, dato ad tempus, est idem, quod in locatione & conductione dictum est: sed nisi esset in perpetuum, non videretur debere excrescere, vel decrescere mercedem, propter vbertatem vel sterilitatem: nisi prout est dispositum C.de iure emphy.l.j.quod est ius nouum Iustiniani.

SENTENTIA.

13 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco in his scriptis per sententiam condemnamus dictum Reum, vt dictum Actorem pro rata damni tempestatis prædictæ, à mercede seu precio conuento prædictis xij.lib. Turonen. exoneret, scilicet quòd retentis vj. lib. Turon. de mercede prædicta à dicto Actore, remittat eidem Actori residuas vj. libras Turonen. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xl.solidis Turon. daudis dicto Actori pro expensis &c.

¶ Ponamus, commune forum † est in 14
Monte Pessulano, cùm sextarium hordei habetur pro tribus vel quatuor solidis Turonen. in messibus. Item ponamus in casu prædicti nostri libelli, quòd cùm de illo fundo deberent communiter haberi centum sextaria hordei, conductor non habuerit nisi quinquaginta. Item ponamus, quòd tanta caristia fuit tunc, quòd sextarium hordei valuit tunc xij. solidos Turon. & sic prædicta quinquaginta sextaria valuerunt triginta libras Turonen. Erítne æquum, quòd conductor inueniatur in tanto lucro, & quòd nihilominùs remittantur sibi à locatore vj. lib. Turonen. cogitet hoc quisque.

Item ponamus, quòd ille conductor habuit de illo fundo centum quinquaginta sextaria hordei, ex vbertate à casu fortuito, & sextarium hordei non valuit tunc, nisi duodecim dena. sicut & ego aliquando vidi. erit sic æquum, mercedem conuentam augeri à conductore, qui in lucro pecuniario non est, sed est in damno, propter vile precium hordei, cùm prædicta centum quinquaginta sextaria hordei non valeant tunc nisi vij. lib. Turonen. cum dimidia? cogitet super hoc quisque. Dico, quòd si merces esset in hordeo, esset clarum, & sine dubio. sed vbi fuit in pecunia numerata, videretur rationabile, quòd haberetur ratio æstimationis seu valoris fructuum. Attamen hoc relinquo peritioribus.

RVBRICA XCII.
De actione furti manifesti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis furti manifesti, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *In actione furti, res furata designari debet.*

4 *Furata res si fuit Actoris, vera & communis æstimatio sibi quadruplari debet à Reo. & nume. 10. Si verò sua saltem intersit, illud quod interesset, quadruplandum est. Si ob mutatum vsum, vsus æstimatio quadruplari debet.*

5 *Fur vt quis manifestus sit, sufficit eum cum furto deprehensum, vel visum à domino, vel ab alio. Quod tamen aliquando non procedit, vt ibi.*

6 *Furtum vt sit manifestum, an furem eo die, quo furtum commisit, deprehensum esse necesse sit.*

7 *Dies naturalis quot horas habeat.*

8 *Fur manifestus vt quis sit, deprehensus vel visus esse debet, antequàm ad locum destinatum peruenit.*

9 *Fur si intrauit domum suam cum equo furato, & statim, non diuertens ad alios actus, accepto cabardo, vel calcaribus, duxit equum ad mercatum, causa eum vendendi: nunquid si infra illum diem deprehensus fuerit, fur manifestus erit.*

11 *Sententiæ formula, in actione furti manifesti.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus furatus fuit dicto Actori quendam equum pili mauri, habentem stellam albam in fronte, qui equus pertinebat ad dictum Actorem iure dominij. Item proponit, quòd dictus Reus fuit deprehensus vel visus cũ dicto equo, eo die, quo dictum furtum commisit, antequàm perueniisset in loco, in quo destinauerat dictum equum ducere ac deponere. Item proponit, quòd dictus equus valebat communi æstimatione decem lib. Turo. Quare agit dictus Actor, contra dictum Reum, & petit ab eo, vt sibi det quadruplum æstimationis dicti equi. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori quadruplum æstimationis dicti equi, scilicet ad dandum dicto Actori xl. lib. Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis. & petit expensas &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. ex malefi- 2
çijs. & de ob. quæ ex ma. na. §. manifestus.
¶ Rectè dicitur, quòd furatus fuit. vt sub
illo verbo contineatur diffinitio furti,
quæ est ff. de furt. l. j. §. fin. ¶ Item rectè
dicitur, pili mauri &c. designari † enim 3
debet res: vt ff. e. l. in actione. ¶ Item re-
ctè dicitur, quòd equus erat † dicti Acto- 4
ris. & quia tunc debet sibi quadruplari
vera & communis æstimatio dicti equi,
à dicto Reo. vt ff. eo. l. si vendidero. circa
prin. & l. in furti actione. & l. furtiuam
ancillam. aliâs, si ageret aliquis actione
furti, quia sua interesset: de quo habetur
C. de furtis. l. fi. in princi. tunc quadru-
plaretur illud tantùm, quod interesset:
vt in l. superiùs alleg. Si tamen dominus
ageret propter mutatum vsum, nõ qua-
druplaretur sibi æstimatio equi, sed so-
lùm æstimatio vsus. vt not. Insti. e. §. fur-
tum autem fit. & ff. e. l. qui iumenta. Et sic
apparet ex prædictis, quòd nisi Actor ꝓ-
bet, se dominum dicti equi, ipse ex prędi-
cto libello cadet ab actione tanquam in-
epta, & succũbet, quia petijt quadruplũ
æstimationis equi. ¶ Item, rectè dicitur,
quòd Reus † fuit deprehensus, vel visus 5
cum equo &c. & sufficit, siue à domino,
vel alio. vt ff. e. l. iij. & Insti. e. §. manife-
stus. visio tamen domini non faceret eum
manifestum furem, si cùm dominus vi-
dit, abscondit se præ timore furis: vt ff. e.
l. si quis in seruitute. §. cæterùm. vel no-
luit loqui, propter verecundiam furis. vt
ff. e. l. pe. & tunc ageret dominus actione
furti nec manifesti ad duplum, vt ibi. ali-
âs ipse caderet ab actione tanquam ine-
pta. Item, quidam videntur sentire, ꝙ
sola visio non facit quem furem manife-

ctum, nisi vel deprehendatur, vel ad deprehendendum fuerit concursum, forte clamando ad furem, & tunc fugeret, ne posset apprehendi. vt ff.e.l.si quis in seruitute.in fi.Sed contrarium est verum:vt Insti.e.§. manifestus. & sic formatus est libellus prædictus, & benè. ¶ Item rectè
6 dicitur,eo † die, quo dictum furtũ commisit &c.vt ff.e.l.quò destinauerit.Et in-
7 telligitur de die† naturali,qui habet xxiiij. horas: vt ff. de fer.l.more Romano. plerunque enim furtum fit de nocte: vt ff. e. l.j.in prin.& Insti.e.§.furtum.Nox ergo, & dies artificialis, poterunt concurrere in illa die, quantum ad illam deprehensionem vel visionem. ¶ Item,rectè dici-
8 tur,antequàm perueniret † ad locum, in quo equum ducere ac disponere destinauerat: quia si in illo loco deprehensus vel visus esset,non esset fur manifestus: vt Insti.e.§. manifestus. in fi. Si ergo furto commisso, statim ante deprehensionem seu visionem duxisset equum ad domum suam,& ibi deprehenderetur, non esset fur manifestus,in dubio : cùm ille locus præsumi debeat destinatus esse: ar. ff.de in ius vocando.l.plerique. & C. de inco.l. ciues. lib. x. licet superessent adhuc plures horæ diei naturalis, seu de xxiiij.horis diei,quo furtum factum fu-
9 it.Attamen,si fur intrauit† domum suam cum equo furato, & statim, non diuertens ad alios actus, accepto cabardo, vel calcaribus, duxit equum ad mercatum, causa vendendi eum, non dicerem, domum,locum destinatum fuisse ad deponendum equum illa die. argumen. ff. de cap.& postli.re.l. nihil. & de hære.insti. l.ex facto.ij.§.rerum.& C.de ædi.priua.l. si quis post. potissimè, quia parum ibi stetit.& ideo,si infra illam diem deprehensus fuerit, antequàm veniat ad mercatum prædictum, ipse erit fur manifestus. ¶ Item, rectè dicitur, quòd equus
10 † valebat decem libras Turon. communi æstimatione. quia cùm equus sit dicti Actoris, verum precium debet quadruplari: vt ff.de fur.l. in furti actione. verum autem precium non est, ex singulari affectione singulorum, sed ex communi æstimatione.vt ff.ad leg.Aquil.l.si seruum meum.& ad legem Falcidi.l.precia rerum.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor† sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua,idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis quadraginta libris Turonen. dandis & soluendis dicto Actori &c. 11

RVBRICA XCIII.

De actione furti nec manifesti.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis furti nec manifesti, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur.nu.2.

3 A furto an excusetur, qui errore ductus,existimat rem esse suam,vel cuilibet esse licitum, rem suam propria authoritate accipere,& sic inuito domino accipiat.

4 A furto,an & quando excusetur, qui scit rem esse alienam, & eam accipiat, vel ea vtatur, credens id dominum permissurum.

5 Actione furti nec manifesti agit aliquis, testes deponunt, quòd Reus fur fuit deprehensus in ianua stabuli, dum recedebat cum equo. Vel contrà, agit quis actione furti manifesti,nec probatur,quòd Reus fuit deprehensus in furto, vel visus : quaritur,an Actor debeat succumbere,

6 Pro re furata inuenienda, an iudex ad requisitionem alicuius, domum alterius perquiri facere debeat. Et quid, si fama laboret contra aliquem, quòd res furtiua penès eum sit, & verisimiliter timeatur, quòd cum ea aufugeret,vel aliàs eam dissiparet.nu.7.

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinũ, quòd dictus Reus subtraxit per furtum dicto Actori quendam equum pili mauri, ad dictum 1

dictum Actorem iure dominij pertinentem, & valentem communi æstimatione x. lib. Turon. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit, vt sibi det duplum æstimationis dicti equi, s. xx. lib. Turon. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictas xx. lib. Turon. pro duplo æstimationis dicti equi, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de act. §. ex maleficijs. & de ob. quæ ex male. nasc. §. pœna. ¶ Et est notandum, quòd si aliquis errore

3 † ductus, æstimans rem esse suam, & credens etiam, esse licitum cuilibet, rem suam propria authoritate accipere, accipiat eam inuito domino, ipse excusatur à furto: vt Insti. de vi bo. rap. §. ita tamen.

4 Item, qui scit † rem esse alienam, & eam accipiat, vel ea vtatur, si probabiliter credat dominum permissurũ, excusatur etiam à furto: vt Insti. de ob. quæ ex ma. nasc. §. placuit. Si autẽ credat stultè, dominum permissurum: aut habuit rem voluntate domini, alio tamen vsu vsus est: & tunc etiam excusatur à furto, sed tenebitur tunc domino alia sua actione: vt ff. e. l. qui re sibi commodata. in prin. si autem non habuit rem voluntate domini, in accipiẽdo credidit stultè dominum permissurum, ipse nõ excusatur à furto: vt ff. e. l. qui vas. §. vetare. & facit, quod no. ff. de rebus cre. l. si quis nec causam. §. res pignori.

5 ¶ Modo ponamus, agit † aliquis actione furti nec manifesti, testes deponunt, quòd Reus fur fuit deprehẽsus in ianua stabuli, dum recedebat cũ equo. Vel ponamus cõtrà, agit quis actione furti manifesti, nec probatur, quòd Reus fuerit deprehensus in furto, vel visus &c. quæritur, an Actor debeat succumbere? Et credo, quòd debeat succumbere in vtroque casu, & cádere ab inepta actione. Sũt enim furtorũ duo diuersa genera, s. manifestum, & nec manifestũ: vt ff. de furtis. l. ij. & Instit. e. §. furtorũ. & separatorum separata debet esse ratio. vt C. de do. inter virum & vxo. l. si maritus. Et etiam sunt cõtraria. vt Insti. de ob. quæ ex ma. nasc. §. nec manifestum. cõtrariorum autem eadem est disciplina. vt Insti. de his, qui sui vel alie. iuris. circa prin. & intelligitur eadem est disciplina, s. per cõtrarium. vt Insti. de ac. §. tempore. & ff. de pac. do. l. inter socerum. §. cùm inter. similium autẽ eadem est disciplina, s. per simile. vt Insti. quod cum eo. qui in alie. est potest. nego c. gest. esse dic. circa prin. & ff. de legi. l. nõ possunt. Item, diuersitas eorũ apparet ab authore: quia actio furti manifesti proficiscitur à prætore. vt Instit. de perpe. & tempo. ac. §. furti quoque. sed furti nec manifesti actio est à iure ciuili. vt Instit. de noxa. §. sunt autem constitutæ. Item, diuersitas apparet ex eorum natiuitate: quia actio furti nec manifesti oritur statim, cùm fit furtum, seu res incipit contrectari: sed si posteà contigerit, quòd fur deprehendatur vel videatur, &c. tunc oritur actio furti manifesti, & fingitur actio furti nec manifesti non nata: vt simile habetur de numeratione pecuniæ ex causa mutui facta, & statim stipulatiõe subsecuta: vt ff. de noua. l. cùm enim pecunia.

¶ Modò quæritur, an ad requisitionẽ † alicuius, iudex debeat facere perquiri 6 domum alterius, pro re furata inuenienda? & fiet, vt in domo del' causit factum fuit, in qua cùm fieret inuentariũ ex parte Regis de bonis eorum, quidam missus ad hoc, cùm inueniebat sacculũ plenum grossis & margaritis, ponebat in sinu, & non in inuentario. Item, cùm capta fuerunt bona Iudæorũ, ipsis expulsis de regno, quidã, qui erat ex parte Regis, cùm inueniebat laminam magnam argenti, faciebat eam deportari ad domũ suam, ac si esset plumbum, nec faciebat poni in inuentario: quia de minimis nõ erat curandum. Et seruientes curiæ, si permittatur eis perquirere domos subditorũ, facient idem, & peius. Et dico, quòd non debet fieri: quia prædæ occasio est curialibus auferenda. vt C. de fru. Alex. l. ij. lib. xj. Item, durum & inhumanũ est, quòd sic perquiratur domus aliena, & sic vilitas paupertatis detegatur. vt C. quando

& quibus quarta pars.l.ij.§. mobiles autem res.lib.x. Item, occulta sunt Dei iudicio reseruanda. vt xxxij. distin. c. erubescant.& vj.q.j.c. si omnia. & ff. de mu. & ho.l. rescripto. §. si quis accusatorem. Item, in vanum esset inuēta ad exhibendum actio, & aliæ actiones multæ ordinariæ contra furem, si ita extraordinariè posset perquiri domus eius: vbi enim habet locum ordinarium auxilium, nō est recurrendum ad extraordinarium: vt ff. de mi.l. in causæ.ij. Item super hoc videtur l.Insti.de ob. quæ ex ma. nas. §. sed hę actiones. vbi requisitio rei furtiuę ꝓhibetur. Item est speciale in seruo fugitiuo, vt ꝓ eo perquiratur aliena domus: vt C.de ser.fug.l.ij & ff.e.l. j. §. hoc autem. ergo in contrarium fit ius cōmune. & facit C. de aquædu.l. omnis seruitus. in fi.lib.xj. Attamen, si fama laboraret
7 † contra aliquem, quòd res furtiua esset penès eum, & timeretur verisimiliter, ꝗ aufugeret cum ea, vel eam aliàs dissiparet: dico, quòd ex qualitate talis personę, posset res perquiri per iudicem, & sequestrari: ar.ff. quæ in fraudem credi. l. ait prætor. §. si debitorem. & de appel. l. Imperatores. §. fi. Caueat tamen iudex, vt nō prorumpat sine bona causa & magna, ad faciendum perquiri domum alienam, cùm sit contra l. vt dictum est. & sic debet esse tardior. Item, quilibet præsumitur bonus, & bonæ fidei possessor. vt ff. de proba. l. verius. Item, iudex iurauit facere, quod iustum videtur secundùm legem. vt C. de iudi. auth. hodiè. Et si damnum ibi datum fuerit, ipse tenebitur illud emendare, vel facere emendari: vt dicetur infrà, in ti. de condic. ex le. Insti. de ac. §. quadrupli. Item, debet cauere iudex, ne in talibus occultis perturbet iurisdictionem Dei: quia in occultis sua est, vt statim dictum est. Item, præcogitet iudex, quā tam verecundiam patietur, & quantam debebit habere, si faciat inquiri domum, & res illa ibi nō inueniatur: & quantā iniuriam fecerit tunc homini, forte innocenti.

RVBRICA XCIIII.

De accusatione furti. Libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus super accusatione furti quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *In accusatione, præponi debet nomen Domini, annus natiuitatis eiusdem. Item debet inseri dies dati libelli, nomen Imperatoris vel regis, annus Imperij vel regni, & indictio. nu. 4. Item ciuitatum tempora, si hoc est consuetū. Mensis commissi criminis. nu. 5. & consules. Locus. nu. 7. Subscriptio. 13. & 14.*

6 *In accusatione, an consules ciuitatum nostri temporis apponi debeant.*

8 *Furem accusare an possit, qui non prætendit equum furatum esse suum, vel cuius non interest. Et quid in extraneo.*

9 *Fur quòd condemnetur in duplum, vel in quadruplum, priuatorum vtilitas postulat: sed quòd in pecunia fisco applicanda, vel aliàs corporaliter extra ordinem puniatur, rigor publicæ disciplinæ postulat.*

10 *In furto pœna criminalis, est extraordinaria, & an extendatur ad mortē, vel membri mutilationem.*

11 *Fur si fuit semel castigatus pro furto, & posteà iteratò furtum committat, nūquid statim pro secundo furto morietur.*

12 *Pœna cur facinorosis infligatur.*

15 *Libellus hic, super accusatione furti, quid ab abigeatu differat.*

16 *In accusatione criminali quomodo iudicialiter procedendum.*

17 *Ex indicijs & præsumptionibus, nemo damnandus est.*

IN nomine domini nostri Iesu Christi, amen. Anno natiuitatis eiusdem M.ccc.xj. vltima die mensis Martij, domino Philippo Rege Frācorum regnante, ac regni eius anno xxvij. indictione nona. Coram vobis† domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinū de Aureliaco, quòd dictus Martinus mense Februarij proximo præcedenti, consulibus Colino, Bertrādo, & Geraldo Raueni existentibus in Mōte Pessulano, per furtum

furtum subtraxit de domo, quam dictus Actor inhabitat, in carreria de lafabraria, quędam equum pili mauri, stellatum in fronte, ad dictum Actorem iure dominij pertinētem. Vnde cùm Reipublicæ intersit, ne maleficia remaneāt impunita, dictus Actor accusat dictum Martinum, & eum de prædicto furto Reū defert. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad competentem castigationem seu animaduersionem vestro arbitrio per vestram sententiā condemnetis, & ipso condemnato, vestram sententiam executioni demādetis in pœnam eius, & vt decætero talia non committat, & vt cedat cæteris in exemplum. Petit etiam expensas &c. implorans vestrum officiū, domine iudex &c. Et ego dictus Petrus huic accusationi meæ, manu mea me in hoc libello subscribo, & vsque ad finem seu sententiam me in ea perseueraturū promitto, & pro lite exercenda Iohannem Ruffi hîc præsentem in fideiussorem præbeo.

2 ¶Probatur † ff. de accus. l. libellorum. & C. e. l. pe. & de priua. delic. l. fi. ¶Rectè 3 dicitur, In nomine † Domini: vt in cor. vt præpo. no. Imper. §. si qua verò. col. v. ibi, dum dicit, & inchoetur mox authore Deo. & facit in cor. de quæstore. in prin. & de armis. in prin. col. vj. & C. de of. præfe. præto. Afri. l. ij. in prin. ¶Item, rectè dicitur, Anno natiuitatis eiusdem &c. quia apponi cōsuetum est: vt in prædicto §. si qua verò. & facit quod no. C. de indictionib. in rub. ∦lib. x. ¶Item, rectè dicitur, vltima die mensis &c. quia in accusatione diem dati libelli oportet inseri: non tamen diem, nec horam cōmissi criminis. vt ff. de accu. l. libellorum.

4 ¶Item, rectè dicitur, domino † Philippo Rege &c. & regni eius &c. & indictione ix. &c. vt in cor. vt pręponatur nomen Impera. §. vnde sancimus. col. v. & omittimus nomen Imperatoris, & loco eius ponimus nomē Regis Franciæ: quia nos non subsumus Imperatori de facto, nec etiam de iure: vt dictum est supra, in tit. de præiudiciali in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus. Item, tempora † ciuitatū deberent apponi, si esset con- 5 suetum. vt in prædicto §. si qua verò. f. tempus conditæ ciuitatis Romanæ, & Constantinopolitanæ, quæ hodiè nominationes suas perdiderunt: vt notauit Pyleus C. de stu. lib. vr. Ro. in rub. lib. xj. ¶Item, rectè apponitur mensis commissi criminis: vt in l. libellorum. ¶Item dicitur, consulibus Colino, Bertran. &c. vt in e. l. libellorū. & Pla. in libello suo accusatorio, quē formauit in Summa sua C. de accusa. posuit, consulibus † existen- 6 tibus in Monte Pessulano, Raymundo de Narbona, & Embramio. Sed non debet intelligi de talibus consulibus. consules enim solùm erant in ciuitate Romana. vt ff. de ori. iur. l. ij. §. deinde cùm placuisset. & postmodum fuerunt cōsules in ciuitate Constantinopolitana, postquàm Imperator ibi se transtulit, cùm donasset Romam domino Papæ. de qua donatione no. ff. de offi. præfec. vr. l. j. §. cùm vrbem. & in cor. quomo. oportet epi. circa. princ. col. j. & Imperator aliquando erat vnus de consulibus: vt in consti. ff. in fi. & C. de emen. Codi. Iusti. §. his ergo. & de vete. iu. enu. l. ij. circa fi. & publicę letitiæ. l. vna. lib. xij. Quia consules, eo ꝙ erant consules, habebant iurisdictionem voluntariam. ff. de offi. consul. l. vna. & etiam contentiosam. vt ff. ad Tre. l. ille à quo. §. tempestiuum. & not. ff. de appel. l. j. §. denique. & erant superillustres, vt ibi notatur. Consules autem Montis Pessulani, possunt dici consiliarij villæ: iuxta id, quod no. C. de decu. in rub. lib. x. Item, etiam id, quod dicitur de consulibus, hodiè non obseruatur: quia nec sunt hodiè alicubi tales consules, quales erāt in prædictis duabus ciuitatibus, nec etiam Tholosæ, licèt ibi consules omnimodam iurisdictionem habeant. ¶Item, rectè dicitur, de † domo &c. quia locus 7 commissi criminis debet inseri in libello: vt in l. libellorum. Item, non oportet dicere, quòd Reus fuerit deprehensus &c. imminò reputo fatuum, si accusator restringat se ad vnū genus furti: quia tutius est sibi, generaliter loqui. ¶Item, rectè dicitur, quòd equus † est accusato- 8 ris.

ris: aliàs si non esset suus, vel aliàs nō inter esset sua, ipse non posset accusare furem. furtum enim non est crimen publicum, sed priuatum: vt ff. de fur. l. fi. & sic fur prædictus per extraneum non posset accusari de furto: vt no. ff. de pri. delic. l. fi. ¶Item, rectè dicitur, Vnde cùm Reipublicæ intersit, &c. vt ff. ad leg. Aquil. l.
9 ita vulneratus. quòd enim fur † condemnetur in duplum, vel in quadruplum, postulat hoc vtilitas priuatorum. sed ꝙ puniatur extra ordinem pecuniariter in fiscum, vel aliàs corporaliter, fortè vt fustibus cędatur seu castigetur, hoc postulat vigor publicæ disciplinæ: vt ff. de publi. vectig. & commiss. l. licitatio. §. quod illicitè. ¶Item, rectè dicitur, ad ca-
10 stigandum. Quia pœna † in furto criminalis, est extraordinaria: vt in prędicto §. & ff. de fur. l. fi. Non tamen castigabitur morte, vel mutilatione membri. C. de ser. fugi. auth. sed nouo iure. Sed videtur, quòd fur debeat laqueo suspendi, si furtum transcēdat valorem quinque solidorum. vt de pa. te. & eius violat. §. si quis quinꝙ solidos. vbi videtuꝛ esse lex, cùm habeat signa legis: vt C. de leg. l. humanum. & nota. de pace iur. fir. §. iniuria. Sed dico, quòd dato, quòd illa lex haberet millesies signa legis, nos tamē ea nō astringimur, nec subsumus Imperio, nec ea vtimur. & lex illa permittit duellum, quod est contra Deum, & contra ius Romanorum: vt dicetur infrà, suo loco. Item contrà, ff. de condic. causa da. cau. non secu. l. cùm seruus. vbi præfectus vigilum quendam furem summo supplicio affecit. Sed illud fuit ita de fa-
11 cto. ¶Sed quid, si fur † fuit semel castigatus pro furto, & posteà iteratò committat furtum: nunquid statim pro secundo furto morietur? Et dico, quòd non. nec aliqd sibi abscindetuꝛ: sed sufficit, quòd iterum castigetur seu fustigetur. quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio. vt Insti. quibus mo. tol. ob. in prin. Nec obstat C. de epis. audi. l. nemo deinceps. nec ff. de pœnis l. relegati. quia non dico, quin in aliquo possit aggrauari pœna. nō tamen mors, vel membri mutilatio debebit infligi, cùm lex aliqua hoc nō dicat. & quia difficilis est articulorum diminutio, & lex indistinctè hoc prohibeat, in cor. vt nulli iudi. §. qa verò nos oportet. col. ix. ¶Item, rectè dicitur, in pœnam eius, &c. vt C. de pœnis. l. sancimus. Item, infligitur † alicui pœ- 12
na, vt similia decætero non attentet: vt C. e. l. si operis. & de fur. l. si quis seruo alieno. in fi. Item, vt sit metus multorū. vt C. ad leg. Iul. repe. l. j. Item, vt sit cæteris in exemplum. vt C. de hære. l. quicunque. §. si verò ignorante domino. Itē, ad terrorem aliorum. vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos. Item, ad correctionē: vt C. de sen. pas. l. fi. circa fi. Item, ad emendationem: vt ff. de pœn. l. si pœna. ¶Item, rectè dicitur, Et ego † dictus 13
Petrus manu mea &c. si ipse sciat scribere, aliàs per alium debet subscribere: vt ff. de accu. l. libellorum. ¶Item, rectè dicitur, & vsque † ad finem &c. & pro lite 14
exercenda &c. vt ff. de accu. l. si cui crimen. in princ. & C. ad Turpil. l. j. & ij. & qui accu. non pos. l. iij. Non autem est necesse, quòd accusator inscribat se ad pœnam talionis, seu se subiturum eandem pœnam, si non probauerit; vt not. C. de fide instru. l. ij. subintelligitur enim: vt C. de accu. l. fi.

¶Sed videtur † prædictus libellus in- 15
eptè formatus: quia cùm de equo furato de stabulo dicat, deberet accusatio fieri super crimine abigeatus. vt ff. de abi. l. fi. circa princ. & posset fieri sine aliqua inscriptione: vt C. e. l. j. Sed potest dici, ꝙ ita accidit, quòd Martinus furatus fuit equum illum & de stabulo ex suo infortunio, non tamē exercebat studium, velut artem seu curam, ad equos de stabulis furādos, & grauiùs puniretur, quàm fur: vt ibi in d. l. fin. & eodem titu. l. j. §. quanquam. & in cor. de nup. §. mitiores. col. iiij.

¶Tradito prædicto † libello, & accu- 16
satore & Reo sub simili custodia positis: vt C. de accu. l. fi. & de exceptionibus dilatorijs tractato, iuxta l. ff. de adult. l. si maritus. ij. §. prescriptiones. lite posteà contestata, & iurato de calumnia: vt C. de iura.

de iura calum.l.j. datis etiam dilationibus, ad probandum super crimine: vt ff. de ferijs.l.in pecuniarijs. & examinatis testibus, & eorum attestationibus publicatis, & eorum reprobationibus auditis & examinatis, si non inueniat iudex plenè probatum contra Martinum, inueniat tamen ipsum esse suspectum de illo furto, vt qa indicia aliqua sint cōtra ipsum, tunc ipse non condemnabitur: quia quis
17 ex præsumptionibus damnari non debet: vt ff. de pœnis. l. absentem. in princ. licèt sit contrà, ff. de extraordi. criminibus.l.facularij.§.sunt quædam. nec absoluetur, sed ex indicijs, si sufficientia sunt, quæstionabitur.

RVBRICA XCV.

De suspicionibus seu indicijs ad quæstiones: & de quæstionum modis.

SVMMARIVM.

1 Suspectus an possit dici, vt torqueatur, si probetur per vnum testem, qui vidit eum furtum committere, vel si aliquod aliud indicium probetur. Et an illud per vnum, vel duos testes probari sufficiat. nu 2.

3 Suspectus an quis probetur, vt de eo quæstio haberi possit, si ipsum minas dedisse, quòd equum furaretur, constiterit. Et quid in his minis inspiciendum sit.

4 Quæstio de Reo an haberi possit, si vacillet, vel sit varius in dicto suo; super furto.

5 Quæstio de Reo an haberi debeat, si probetur tam vilis persona, quòd meritò etiam aliàs sibi per iuramentum credi non deberet.

6 Reus, si conuictus sit super furto, & sit verisimile, ipsum socios habuisse, torquebitur, vt eos dicat, & nominet. Et an de certa persona, vel in genere, interrogandus sit.

7 Quæstioni an locus sit, si probetur per vnū testem, quòd Reus confessus fuit, se furtum cōmisisse. & quid, in publico crimine.

8 Quæstioni an locus sit, si fama probetur contra Reum super furto. Et quid, si probetur fuga.

9 Quæstio de aliquo habēda non est, nisi post probationes testium auditas & publicatas, & etiam interlocutoria de torquendo subsecuta. Et quid iuris, si hac interlocutoria errorem expressum contineat.

10 Interlocutoriæ formula pro tormentis.

11 Indicia, an verè sint reputanda, difficilè diffiniri potest. Et quid in his iudex attendere debeat.

12 Interlocutoria lata pro tormentis, si Reus appellet in scriptis, vel etiam viua voce, an eius appellatio recipi debeat. Et si non appellet, quàm diu à tormentis supersederi debeat.

13 Quæstio habetur per tormenta, & corporis dolorem, per malam mansionem, eculeum, fidiculas, & verbera. Et in impubere, per territionem cum ferula seu habena.

14 Quæstionis modus est in Iudicis arbitrio,

15 Quæstio semel habita, nisi ex causa, amplius repeti non debet. & quomodo id sit intelligendum.

16 Interlocutoria antequàm feratur ad torquendum, accusatorem quid probasse oporteat.

17 Custodia Reorum est in arbitrio Iudicis, & quid in ea Iudex considerare habeat, remißiuè.

18 Confeßioni Rei, in criminibus quando standum sit, quando non. Et an tormenta, vel eorum minæ sibi offerri poßint, vt in confeßione perseueret.

19 Sententiæ formula, super accusatione furti, contra Reum.

20 In furto, non est pœna certa criminalis, sed arbitraria. Arbitrium in furtis quomodo exerceri debeat.

21 Fur cum effractione, & nocturnus, si se telo defendat, grauius puniuntur, quàm alij fures.

22 Sententia an sit nulla, quæ fertur contra furem, nulla certa pœna adiecta. Et quid

in alijs criminibus, certam pœnam habentibus.

23 Libellus accusatorius Placentini, in crimine adulterij.

24 In libello accusatorio, criminis certam pœnam non habentis, an oporteat fieri mentionem de pœna extraordinaria. Et quid in sententia.

25 Probato furto in actione criminali, an Iudex in sententia pronunciare poßit, equum furatum accusatori restituendum.

26 Sententia lata in criminibus, an & quando Reus appellans audiri debeat.

27 Appellantem legitimè à condemnatione ad suspendendum, si Iudex, spreta appellatione, suspendi faciat, verus est homicidia. Et quomodo huiusmodi Iudex, in casu, quo suspendendus pœnam meruit, & in casu innocentiæ puniendus sit.

28 Sententiæ formula, super accusatione furti, contra accusatorem.

29 Accusatorem calumniosum astringit similitudo supplicij.

30 Calumniosus in criminibus, eo ipso quis videtur, quòd non probat. Quod quando fallat, remißiuè.

31 Calumniosum accusatorem si Iudex in eadem sententia, ad similitudinem supplicij, in criminibus non condemnat, quia fortè per aduersarium id petitum non fuit: an & quomodo Actor posteà ad similitudinem supplicij accusari poßit.

32 Super furto accusatus Reus, quando per Iudicem absoluendus, quando super tormentis interloquendum, & quando diffinitiuè condemnandus, sine tormentis.

1 SVSPECTVS † autem poterit dici, vt quęstionetur seu torqueatur, si probetur per vnũ testem, qui vidit eum dictum furtum committere, vel si probetur aliquod aliud indicium. vt no. C. ad leg. Iuliam ma. l. iij. Et potest dari grossum exemplũ de indicio: vt quia illa nocte, hora suspecta, Martinus fuit visus ad ianuam stabuli, tentans, si posset intrare, & cùm aliqui transibant per carreriam, ipse abscõdebat se, & posteà redibat ad ianuam. est enim tunc vulgaris opinio seu suspicio contra eum, super prædicto furto, quæ est attẽdenda. vt ff. de fundo instru. l. cùm de lanionis. §. asinam molendinariam. in fi. Et secundùm Iohannem, tale † indiciũ nõ sufficeret probari per vnum 2 testem: sed ad minus requirerentur duo. vnus enim testis non probat id, ad quod inducitur. vt C. de testi. l. iurisiurãdi. Sed dominus Azo dixit, quòd sufficit indicium probari per vnum testẽ. Et quilibet etiam inducit pro se, & reputat casum legis ff. de quæstio. l. maritus. & dominus Ber. tenebat opinionẽ Iohannis. ¶ Item, suspectus † esset, & quęstionabitur, si pro- 3 betur, ipsum minas dedisse, quòd dictus equus furaretur. nomina enim sunt, vt voluntatem loquentis declarent seu demonstrent. vt ff. de supel. leg. l. Labeo. §. id Tubero. In talibus autẽ minis, vt quis suspectus habeatur, esset inspiciẽda qualitas personæ, & causa, & modus loquendi. arg. ff. de neg. gest. l. Pomponius. ij. in fi. & de rei ven. l. in fundo. in princ. & de ac. & ob. l. fi. in fi. & C. si quis Impera. male. l. vna. nec enim omnes idem dicunt, & volunt, licèt in dubio idem pręsumatur. ¶ Itẽ, poterit † quæstionari, si vacillet, vel 4 sit varius, in dicto suo super furto. vt ff. de quæstio. l. ex libero. in princi. ¶ Item quæstionabitur, si probetur † tam vilis 5 persona, quòd meritò etiam aliàs nõ deberet sibi credi per iuramentum. vt ar. in cor. de test. §. si verò ignoti. col. vij. & ff. e. l. ob carmen. si ea rei conditio sit. Sed ille ll. loquũtur in teste, non in Reo principaliter accusato. & facit, quod no. xv. q. vj. in prin. ¶ Itẽ, si Reus † sit super furto 6 cõuictus, & sit verisimile, ipsum habuisse socios, ipse quæstionabitur, vt eos dicat & nominet. vt ff. ad Sil. l. l. & si certus sit percussor. in princ. & l. priùs. Non tamen interrogabitur de certa persona. vt C. de accu. l. fi. in fi. sed interrogabitur in genere. vt ff. de quęstio. l. j. §. qui quęstionem. ¶ Item, locus † erit quæstionibus, 7 si probetur per vnum testem, quòd Martinus confessus fuit, se dictum furtum com-

misisse. Cùm enim duo tales testes facerent plenam probationẽ super furto: ar. ff. depos. l. Publia. §. Lucius. ergo & vnus testis sufficiat ad præsumptionẽ pro tormentis. Et licèt in publico crimine non esset vis, coram quo esset confessus, se commisisse illud crimen: tamen in priuato crimine seu delicto, non noceret confessio, fortè nisi aduersario præsente esset facta. vel fortè in omni dolo sufficeret cõfessio coram quocunque, etiam aduersario absente. iuxta id, quod no. ff. quib. ex cau. in pos. eatur. l. Fulcinius. §. quid sit autem latitare. ¶Item locus erit
8 †quæstioni, si rectè probetur fama contra eũ super prædicto furto. Fama enim facit semiplenam probationem: vt ff. de testi. l. iij. §. eiusdẽ. Caueat tamen Iudex, quia famæ probatio est multùm periculosa, & plerũque est falsa: quia potest habere ortum ab inimicis & maleuolis. vel ignorabitur, vndè venit, nec veritatem habebit. quædam enim vetula citò faceret esse famam in villa ista, quòd Imperator cepit iam Soldanum, & sic de similibus. Cum fama ergo, super prædicto furto, esset requirendum in dubio aliquod indiciũ aliud, seu adminiculum, licèt paruulum. Idem dicerem de fuga, si, postquàm dicebatur, illud furtũ erat commissum, Martinus fugit de villa, nec potuit inueniri. Quia licèt fuga multùm operetur aliquando: vt not. C. de re. credi. l. in bonæ fidei. & etiam contumacia in non veniendo sit periculosa: vt C. ad leg. Cor. de sic. l. j. & ff. de requi. reis. l. j. & de custo. reo. l. diuus Adrianus. tamen potest esse, quòd Martinus nõ fugit, sed ex alia causa se absentauit: vel fugit, timens, quia Petrus erat Doctor, & dixerat, quòd faceret eum capi, & sic timebat locum carceris. & ideo super hoc Iudex habebit arbitrari. & in dubio dicerem, aliquod aliud adminiculum requirendum pro tormentis. ¶Item, nullo
9 modo quæstionabitur † aliquis, nisi post probationes testium auditas & publicatas, prout ordo iuris requirit, & etiam interlocutoria de torquendo subsecuta. ar. C. de sent. & interlo. om. iud. l. prolatã. & ff. de re iudi. l. iij. §. condemnatum. & l. si cùm nulla. ff. de excep. rei iudi. l. j. immò & si talis interlocutoria contineret errorem expressum, vt quia lata esset expressè contra leges, ipsa esset nulla, nec indigeret appellatione. vt ff. de appella. reci. l. ij.

INTERLOCVTORIA
pro tormentis.

CVM dictus † Martinus sit sufficienter conuictus, super prædicto furto, per indicium seu per indicia: idcirco interloquendo pronunciamus & condemnamus, eum tormentis esse subdendum inuestigandæ veritatis gratia. 10

¶Probatur per iura superiùs allegata. Item super indicijs, † scilicet quę sint verè indicia reputanda pro tormentis, nõ potest dari plenè regula. est enim difficile. vt dicitur de mora, ff. de vsur. l. mora. & de fide testium, ff. de testi. l. iij. §. j. Secundùm enim diuersitatem criminum, temporum, & locorum, & personarum, considerabuntur & iudicabuntur indicia. Multùm tamen attendat Iudex, & maturè deliberet, an illud, quod ipse reputat & credit sufficiẽs indicium, vulgò etiam sufficiens reputetur, ad malam suspicionem obiecti criminis inducendam. ¶Item, lata prædicta † interlocutoria, si Martinus appellet in scriptis, vel etiam viua voce, quod & fieri potest, nedum eadem die, immò & infra decem dies: vt notatur ff. de appellationibus. l. ij. recipiatur eius appellatio. vt ff. de appellationib. recipiendis. l. ij. Sed si taceat, & non appellet, expectabitur per decem dies. nec enim debet aliquid innouari interim: vt notatur ff. nihil nouari appellatione interpo. l. vna. in prin. & de pœn. l. qui vltimo. 11 12

Sequuntur modi quæstionum.

QVAESTIO † autem habetur per tormenta, & corporis dolorem, ad eruendam veritatem: vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quæstionem in princip. Item, habetur quæstio, per malam 13

mansionem: vt e. §. in fin. Item, dolor corporis habetur quandoque in eculeo. vt C. de malefic. & mathema. l. & si excepta. in fin. Item, habetur quæstio cum fidiculis: vt C. ad leg. Iuliam ma. l. nullus. & de quæstionib. l. decuriones.

Item, per verbera. vt in cor. de testi. §. si verò ignoti. collat. vij. De religioso tortore, habetur mentio v. quæstio. v. cap. illi qui. Item, impubes terretur cum ferula seu habena. ff. ad Silla. l. j. §. impubes. Et est notandum, quòd mo-
14 dus † quæstionis est in arbitrio iudicis: vt ff. de quæstio. l. quæstionis. j. & l. de minore. §. tormenta. ¶ Item, quæstio
15 † semel habita non debet amplius repeti, nisi ex causa. vt ff. e. l. repeti. & l. vnius. j. Et no. quem non debere repeti in quæstione, nisi ex causa. quod intellige, nouis indicijs superuenientibus, & non aliàs: vt notatur per Raymun. in d. l. repeti. & per Odofre. qui allegat præallega. l. vnius. §. j. qui incipit, reus. eodem titu. nec vnquàm fieri vidi. contrarium, cùm quæstio & tormenta fiunt ex interuallo. argu. l. j. & quod ibi notatur, C. vnde vi. & l. iij. §. eum igitur. & §. armis. ff. de vi & vi armata. ¶ Item,
16 antequàm feratur † sententia interlocutoria ad torquendum seu ad quæstionem habendam, oporteret probare dictum accusatorem, amisisse prædictum equum. argu. ff. ad Sillanianum. l. j. §. item illud. & l. priùs. Potuit enim esse, quòd accusator nunquam habuit talem equum, vel stabulum non erat in illa domo, immò introitus illius domus erat per gradarium, per quod equus non posset ascendere. Debebit ergo sic probare accusator, quòd ipse habebat talem equum, sicut contineretur in libello. & quòd in nocte, in qua Martinus fuit visus ad ianuam dictæ domus seu stabuli, fuerit data præbenda auenæ dicto equo in stabulo, & posteà de mane equus non fuit ibi inuentus, & ianua fuit rupta, vel enganata, & similia. ¶ Item
17 est notandum, quòd custodia † reorum est in arbitrio iudicis, & quæ habeat in hoc considerare, habetur ff. de custod. reorum. l. j. cum ibi notatis. ¶ Item est notandum, quòd in criminibus † non 18
est semper standum confessioni ipsius Rei. vt ff. de quæstio. l. j. §. diuus Seuerus. & §. si quis vltrò. multò minùs, si in tormentis confiteatur crimen: vt ff. e. l. §. quæstioni. vel incontinenti post tormenta: quæ enim incontinenti fiunt, inesse videntur. vt ff. de rebus cre. l. lecta. in vers. dicebam. & de priuile. cre. l. si ventri. in fi. nisi ex breuitate temporis seu spatij haberetur præsumptio. Incontinenti ergo post tormenta, non valet facta confessio: nisi & posteà perseueraret in sua confessione: vt notatur in d. §. diuus Seuerus. & de appel. l. non tantùm. in fi. & C. de quæstio. l. fi. in fi. & facit ff. quarum re. ac. non datur. l. j. §. quæ onerandæ. Item, in perseueratione suæ confessionis nõ deberent sibi offerri tormenta, nec fieri sibi minæ aliquę tormentorum: aliàs non esset libera perseueratio, vt valeret confessio. vt apparet ex supradictis.

SENTENTIA.
† contra Reum. 19

CVM contenta in dicta petitione sint sufficienter probata. vel sic: Cùm dictus Petrus sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicto libello suo accusatorio, idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum, vt escobetur per villam nudus, retentis solummodo braccis. & quòd in triuijs, & quadriuijs consuetis, cędatur seu percutiatur retrò per scapulas, cum corrigiatis solitis curiæ, in pœnam eius, & vt sit cæteris in exemplum. & nihilominùs condemnamus eum in centum solidis Turonen. dandis dicto Petro accusatori, pro expensis pręsentis litis, quos centum soli. Turonen. dictus accusator, delato sibi à nobis iuramento, taxatione nostra præcedente, iurauit se expendisse occasione præsentis litis. ¶ Rectè dicitur, quòd escobetur: quia generaliter petita fuit in libello cõpetens castigatio. & in furto † non est pœ- 20
na

na certa criminaliter. & ideò, prout iudex arbitratur, aliquando fures escobentur cum leui verberatione, aliquando cum graui seu atroci verberatione, id est, cum effusione sanguinis: & aliquando sine verberatione, cum caulibus, vel porris furatis, & ad collum ligatis, ducuntur per villam cum tuba, & aliquando in die mercati ponuntur in postello. Et est no-
21 tandum, quòd fur † cum effractione grauiùs punitur: vt ff. de effra. l. fi. Item, fur nocturnus, si se telo defendit, grauiùs punitur. vt ff. de furibus bal. l. j. ¶ Ex præ-
22 dictis apparet, quòd si in sententia † fuisset dictum, Pronunciamus Martinum esse furem. nulla pœna certa adiecta, sententia fuisset nulla: vt Insti. de ac. §. curare. contra furem enim non est certa pœna. vt C. de seruis fugi. auth. sed nouo iure. Si autem esset aliud crimen certam pœnam habens, vt adulterium, quod capite punitur: tunc sufficeret, Reum pronunciare adulterum, etiam pœna non expressata nec declarata: quia legis authoritas repræsentat eam tunc: vt ff. ad Tur. l. j. §. si autem pronunciauit. & etiam tunc in libello sufficeret, Martinum reum deferre lege Iulia de adulterijs, non expressata pœna. & iuxta hoc formauit Pla. libellū
23 † accusatorium ita: Ego Petrus Constantini, Reum defero Petrum de Aureliaco lege Iulia de adul. quod commisit cum Poncia, in domo Poncij in Monte Pessulano, mense Septembris, consulibus existentibus, Raimundo de Narbona, & Ebramno. Et ego Petrus Cōstantini subscribo, & promitto accusationem, quam defero, me vsque ad finem perducturum. Sed in quibusdā alijs videtur iste libellus defectiuus, vt appar et ex superioribus: vt C. de accusa. l. pe. in glo. ¶ Idem
24 credo, in † criminibus, quæ certam pœnam non habent: scilicet, quòd in libello accusatorio non oporteat fieri mentionem de pœna extraordinaria, licèt in sententia tunc esset necesse pœnam exprimi, vt statim dictum est.

¶ Ponamus, probatum est prædictum
25 furtum † sic criminaliter agendo, nunquid in sententia poterit iudex pronunciare, equum accusatori restituendum? Et videtur, quòd sic. arg. in cor. de man. prin. §. quòd si delinquentes. col. iij. & ff. de furtis. l. interdum. §. qui furem. Dic circa hoc, si agatur per viam accusationis, necessaria est petitio, vt procedatur ex officio. Et fortè non requiritur, immò ex officio debet facere restitui dāna passis. vt d. §. quòd si delinquentes. Cautius est tamen, quòd fiat aliqualis petitio: vt l. j. ff. de concussi. cùm ibi no. super verbo. coercet. & super verbo, iubet. Tamen quidam iudices semper dicunt, Condemnamus eum in crimine, & in restitutione dictæ rei. & ita videtur sentire Inno. in c. cùm oporteat. in fine glo. magnæ, extrà de accusat. Sed contrarium est de iure ciuili. vt ff. communi di. l. vt fundus. & C. de fideicō. liberta. l. fi. & hoc tenet Cy. C. ad leg. Iul. de vi. l. si quis ad se fundum. in fi. aliâs sequeretur, etiam eadem ratione, quòd iudex condemnaret furem in duplum. quod non potest, quia actio criminalis & ciuilis non concurrunt in vno iudicio. quia cùm vna agitur, alia interim cessat. vt ff. de pub. iudi. l. interdum. & de vi bo. rap. l. ij. §. j. sed vna finita, absoluendo, vel condemnando, alia postmodum quis poterit experiri. vt C. quando ciuilis ac. cri. præiud. l. vna. cùm ibi notatis.

Nec obstat §. quòd si delinquentes. quia ibi loquitur in officialibus curiæ, contra quos multa sunt alia specialia, potissimè in suis officijs delinquentes. Item ob. ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. quia ibi fuit adductus fur, cum re furata, ad iudicem, & quia inuenit furtum esse ita notorium, fecit rem restitui extra ordinem iuris. Sed illud non est trahēdum ad consequentiam in alijs furibus, imò & in illo, quòd sic fuit adductus à domino rei furatæ inciuiliter coram iudice, actio furti in duplum, vel in quadruplum, fuit ibi sublata. vt ibi habetur, & not. C. quando ci. ac. l. vna. in vlti. glo.

¶ Item est notandum, quòd sententia lata † in criminibus, si Reus sit talis, qui 26
non debeat audiri appellans: vt C. quorum ap. non re. l. j. ij. & iij. & de rap. vir. l. vna. §. fin autem. & ff. de iniusto rup. test. l. fi.

l.si quis filio exhæredato. §. hi autem omnes.in vers.nisi fortè latro. & de ap.l. constitutiones. tunc sententia statim debebit mandari executioni : vt in prædictis ll. vt C. de pœnis. l. cùm reis. & l. si vindicari. Si autem Reus sit talis,qui debeat audiri appellans : tunc, siue appellet, siue non, sententia non mandabitur executioni infra decem dies,qui sibi dantur ad appellandum. iuxta id, quod no. ff. nihil nouari ap. interposita. l. vna. in prin.& de pœnis.l. qui vltimo. in principio. Hodiè autem, in quibuscunque criminibus, sententia lata statim demandatur executioni,si non appelletur. Et fundant se iudices per l.addictos. C. de appel. sed quod dicũt,quòd ibi fuit factum de facto,illud est diuinare, vt in l.iij.e.tit.

Item, si ille non appellet, mandabitur sententia executioni statim post decem dies.Si autem appellauerit legitimè,tunc erit extinctum pronunciatum. vt ff.ad Turpil.l.j.in fi.& sic iudex desijt esse iudex super contentis in sententia : vt notatur C.si à non compe. iudi.l.fin. Nullo modo ergo iudex mandet sententiam illam executioni,donec sententia per iudicem appellationis sit confirmata, vel aliâs appellatio sit deserta : alioquin iudex punietur pecuniariter, & officiales, qui ei parebunt. vt C. de appellatio. l. quoniam iudices. & l. iudicibus.& etiam punientur criminaliter, prout criminaliter deliquerunt. vt ff.ad leg. Iuliã.de vi pu.l.lege Iulia.ij.& ad leg.Iul.repe.l.lex Iulia.§.fi. Et sic apparet, quòd si aliquis
27 † condemnatus ad suspendendum,legitimè appellauerit, & spreta appellatione sua, iudex eum suspendi fecerit, iudex erit verus homicida: quia tunc eius iudex non erat, & pronunciatum erat extinctum.& facit xxiij.q.vlt.c.pe. Hodiè tamen sic obseruatur de facto, quòd si illo Reo suspenso, appareat illum illã pœnam meruisse, tunc iudex euadit cum pœna pecuniaria sibi imponenda : quia appellationem contempsit. Si autem appareat de innocentia dicti Rei suspensi, per acta, vel fortè amicis eius innocentiam probantibus,vel alio modo : tunc iudex non poterit se excusare ab homicidio. Caueant ergo sibi super hoc iudices, & domini temporales iurisdictionem habentes, ne ad talem executionem prorumpant.

SENTENTIA PRO REO.

CVM dictus † accusator non probauerit sufficienter contenta in dicto suo libello accusatorio: idcirco per sententiam in his scriptis Reum absoluimus à dicta accusatione, & à contentis in dicto libello accusatorio.Item,cùm dictus accusator calumniosè instituerit prædictam accusationem contra dictum Reũ, quod apparet eoipso, quòd non probauit : & sic similitudo supplicij debet eum astringere. Idcirco per eandem sententiam condemnamus eum, vt escobetur per villam nudus, retentis solummodo braccis. & quòd in triuijs, vel quadriuijs cędatur seu percutiatur retrò in scapulis cum corrigiatis solitis curiæ, in pœnam eius, & vt cæteris fit in exemplum,ne calumniosam instituant accusationem.In tantundem enim eramus condemnaturi dictum Reum, si prædictum furtum probatum fuisset per eum commissum. & nihilominùs condemnamus dictum accusatorem in c.solid. Tur.dandis dicto Reo accusato, pro expensis præsentis litis.quos c.solid.Turo. dictus Reus,delato à nobis sibi iuramento, taxatione nostra præcedente, iurauit se expẽdisse occasione præsentis litis. ¶ Probatur : quia accusatorem † calumniosum astringit similitudo 29
supplicij: vt C.de calum.l. fi. & ff.de iniu.l.qui iniuriarum. iuncta l.fi.e.ti.& ff. de fur.l.fi.& de priua.delict.l.fin.& ad Turpil.l.& in priuatis.& per id,quod no. C.de calu.l. j. Item,quòd accusator calumniator condemnetur pœna simili per officium iudicis, in eadem sententia, per quam absoluitur Reus, probatur C.de calum.l.j.

¶ Et est notandũ, ꝙ in † criminibus, 30
eoipso,quòd quis non probat, calumniosus videtur: vt no. C. de aduo.di. iudi. l.j. Fallit tamen in quibusdam casibus, qui no.C.qui ac.non pos.l.qui crimen.

¶ Item est notandum,quòd in † crimi- 31
nibus,

nibus, si iudex non condemnet accusatorem calumniosum in eadem sententia, ad similitudinem supplicij, fortè quia per aduersarium non fuit petitum: tunc dictus Actor poterit posteà accusari, non per officium, sed per inscriptionem & per libellum, ad similitudinem supplicij: vt de hoc C. de calum. l. j. & ff. ad Turpil. l. j. §. j. & facit ad prædicta ff. de his, qui no. infa. l. athletas. §. calumniator. cum ibi no. licèt videatur contrà, C. de libe. cau. l. si tibi seruitutis.

32 ¶ Item est notandum, quòd † si nihil est probatum contra Reum Martinum super furto, nec aliquid, per quod debeat torqueri: iudex absoluet eum, vt dictum est. Sed si tunc accusator instet, & petat eum torqueri, & super tormentis interloqui: tunc iudex, si videat processum causæ ritè ordinatum vsque ad diffinitiuam sententiam, & esse conclusum in causa, vel habitum pro concluso: ipse poterit assignare diem partibus ad interloquendum super tormentis, & ad sententiam audiendam super furto, si commodè possit fieri. Et die assignata, si inuenerit Martinum fore torquendum, feret sententiam suam super tormentis, & differet sententiam super furto. Si autem nihil inueniat contra eum illa die, nec super furto, nec super tormentis: ipse poterit eum absoluere à tormentis, & etiam ab accusatione seu contentis in libello accusatorio, insimul, & in eadem sententia. & probatur hoc: quia non est prohibitum. ergo permissum. arg. ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. & quia ad iudicem pertinet, lites dirimere. vt ff. de rebus cre. l. quidam existimauerunt. Si autem inueniat iudex plenè & clarè, vt decet, fore probatum furtum: tunc condemnet Reum diffinitiuè super furto, & taceat de tormentis. Cùm enim tormenta sint inuenta, propter defectum probationis. & ad probandum illud, quod probatum est, non indiget probatione tormentorum, quæ est res fragilis & periculosa: vt ff. de quæstio. l. j. §. quæstioni.

ADDIT. Quidam tamen differunt tunc diffinitiuam sententiam super crimine, & interloquuntur super tormentis, ad illum finem, quòd si confiteatur, quòd posteà non audiatur appellans, conuictus & superatus testibus, & voce propria crimen confessus: vt C. quorum ap. non recipi. l. ij. Quod credo malè factum, quòd aliquo modo tunc torqueatur, nisi solùm, vt socios suos dicat & nominet, si sit verisimile ipsum socios habuisse, & non aliàs: vt suprà dictum est.

RVBRICA XCVI.

De actione vi bonorum raptorum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis vi bonorum raptorum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, nu. 2.*

Actione vi bonorum raptorum non agitur, si dolus malus non interuenit.

3 *In actione vi bonorum raptorum, si equus raptus erat Actoris, concluditur ad quadruplum, scilicet ad equum, & ad triplum æstimationis equi. Sed si agitur ad interesse, concluditur similiter ad interesse, & ad triplum æstimationis ipsius interesse.*

4 *Furtum est improbum, crimen expilatæ hereditatis improbius, & rapina furtum improbissimum. Et quomodo hæc differant.*

5 *Raptor, quando teneatur lege Iulia de vi publica vel priuata, quando vi bonorum raptorum, quando actione furti manifesti, & nec manifesti. Et an vna intentata, tollatur alia.*

6 *Actione vi bonorum raptorum si actum est ad quadruplum, quod est, re computata in vno simplo, an agere possim actione furti manifesti, ad id, quod in ea plus est, hoc est, ad vnum simplum de pœna quadrupli.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit 1 & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus dolo malo rapuit seu abstulit dicto Actori quendã equum pili-

pili mauri, stellatum in fronte, ad dictum Actorem iure dominij pertinentem, & valentem communi æstimatione x. lib. Tur. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum ad quadruplum. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad quadruplũ, videlicet ad restituendum dictum equum dicto Actori, & in triplum æstimationis dicti equi, scilicet in xxx. lib. Turon. dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. ex maleficijs. Rectè dicitur, dolo malo: aliàs non ageretur actione vi bonorum raptorum. vt Insti. de vi bo. rapto. §. ita tamen competit. ¶ Item, rectè dicitur, quòd equus erat dicti Actoris: quia ideo con-
3 cluditur † ad quadruplum, s. ad equum, & ad triplum æstimationis equi. Sed si ageretur, quia interesset aliàs, equũ non esse raptum, aliàs quàm ratione dominij: tunc concluderetur ad interesse, & ad triplum æstimationis ipsius interesse, & non ad triplum æstimationis equi: vt Insti. e. §. sanè in hac actione. & ff. e. l. ij. §. in hac actione.

¶ Item est notandum, quòd furtum
4 † est improbum: sed crimen expilatæ hæreditatis est improbius: sed rapina est furtum improbissimum: vt not. C. de his, qui not. infa. l. si te expilasse. Attamen crimen expilatæ hæreditatis, non est propriè furtum: vt no. ff. de effrac. l. j. §. expilatores. nec agitur actione furti: vt ff. de cri. expi. hære. l. ij. & si is, qui testamento liber esse iussus. l. j. §. Scæuola. Item aliquando potest agi vi bonorum raptorum, & non habet locum actio furti: vt ff. de vi bo. rap. l. ij. §. in hac actione. ij. in vers. vtilius.

¶ Item est notandum, quòd raptor
5 † tenetur lege Iulia de vi publica vel priuata. vt ff. e. l. ij. §. hoc edicto. Et sic apparet, quòd si consideremus rapinam, prout est ibi violentia, habet ibi locum accusatio publica leg. Iul. de vi publica vel priuata. Sed considerata rapina, quia res mobilis rapta est, locum habet actio vi bonorum raptorum in quadruplum, re computata in eo: & nihilominùs, eodem respectu, habet locum accusatio priuata vi bonorum raptorum ad pœnam extraordinariam: vt ff. de pri. delic. l. fi. cum ibi no. Et considerato, quòd raptor contrectat rem raptam inuito domino, à quo eam rapuit, habet locum actio furti: vt Insti. de vi bo. rap. in prin. & quandoque furti manifesti: vt ff. de fur. l. si vendidero. §. cùm raptor. & quandoque nec manifesti: vt eo. ti. l. si quis ex domo.

Item, si fuerit actum actione furti, tollitur actio vi bonorum raptorum. & econtrà, & in eo, quod plus est in vna, quàm in alia: vt ff. de vi bo. rap. l. j. cum similibus. Ponamus † ergo, quòd actum sit actione 6
vi bonorum raptorum ad quadruplum, quod est re computata in vno simplo: nunc volo agere actione furti manifesti, ad id, quod plus est in ea, s. ad vnum simplum de pœna quadrupli. certè apparet ex prædictis, quòd possum illud facere, finita prima lite sup vi bonorũ raptorũ.

*Hic non ponitur apud authorem nostrum specialis rubrica. Sed ideo hanc à praecedenti separatam posuimus, quòd non praecedenti titulo tantùm, sed generaliter omnibus actionibus regulariter conueniat. Interim sententiae formula, ad finem hic posita, ad praecedentem rubricam specialiter referenda est.

RVBRICA XCVII.
De* cumulatione actionum.

SVMMARIVM.

1 *Causa pendente super actione vi bonorum raptorum, ad equum, & ad triplum æstimationis equi, an agi possit actione furti manifesti, ad vnum simplum, qua in ea plus sunt, quàm in alia. nu. 19.*

2 *Cumulatio actionũ permittitur, cùm prohibita non inuenitur. Et quando prohibeatur.*

3 *Cumulatio actionum fieri permittitur, si plures competant ad eandem rem, sed non ex eadem causa. nu. 13. 24.*

4 *Cumulatio permittitur, cùm plures actiones competunt ex eadem causa, & vna cumulatur alteri ad id, quod plus est in vna, quàm in alia. nu. 1. 25.*

5 *Cumulatio actionum permittitur, quando actiones sunt tales, quòd sententia lata in vna, nõ obstet exceptio rei iudicatæ in alia, nec sunt, quæ electione tollantur.*

6 Cumu-

6 *Cumulationis actionum species plures, & quae.nu.7.23.12.24.16.25.20.& 26.*

8 *Cumulatio permittitur, quando plures actiones competunt ad diuersas res, & ex causis separatis.nu.23. Et actionibus propositis in eodem libello, & datis deliberatoriis induciis, lis vna contestatione contestari potest, atque vna erit instantia.nu.9. Et an super cumulatis actionibus vna ferenda sit sententia.nu.10. Et super vna actione deliberatoriis induciis habitis, an etiam alia actione agere possim, vel ab initio duas separatim in duobus libellis proponere.nu.11.*

13 *Cumulatio actionum ad eandem rem competentiũ, sed ex alia & alia causa, permittitur, vna est litis cõtestatio, & eadẽ instantia, vna sentẽtia diffiniẽda sunt, alioquin est nulla. nu. 14. Et super vna actione deliberatoriis induciis habitis, vel lite contestata, licet aliam cumulare possim, cum protestatione: super ea tamen noua fiet contestatio, duae erunt instantia, noua fideiussiones praestabuntur, & duae ferentur sententiae. Et si obtineam in prima, Reus in secunda absoluetur: Si succumbam in prima, in secunda obtinere potero, si intentionem meam probem.nu.15.*

17 *Cumulatis pluribus actionibus, ex eadem causa competentibus, sed vna in plus, quàm alia, existente, nu.25. vna fiet litis cõtestatio, eadem erit instantia, & vna ferenda sententia.nu.18. Secus, si hac cumulatio lite contestata fiat: tunc enim nouo libello, noua contestatione opus est, alia erit instantia, & alia sequetur sententia. Et an nouae ad deliberandum dandae sint induciae. nume.19.*

21 *Cumulatio actionum permittitur, quando plures competunt ad diuersas res, & quasi ex diuersis causis: iure disponente, quòd tollantur inuicem vsque in concurrentem quantitatem. & cùm actum fuerit vna, quòd alia, in eo quod in ea plus est, agi possit. Vna fiet litis contestatio, eadem erit instantia, & eadem sententia. Secus, si ex interuallo haec cumulatio fiat.nu 22.26.*

27 *Actiones si plures competant ad eandem rem, licèt sint contrariae, vel quae electione tolluntur: si ille, cui competunt, ex facto aduersarij incertus sit, quam proponere debeat, vtranque proponere potest, cum protestatione, quòd ex vna causa rem tantùm consequi velit.*

28 *Cumulatio, an fieri possit ad eandem rem, & ex eadem causa: & vi bonorum raptorum, & furti, vel condictione furtiua conueniri.*

29 *Hypothecaria in rem actio, & actio personalis, an & quando possint insimul intentari contra debitorem.*

30 *Cumulari seu simul intentari an possit petitorium, & possessorium recuperandae, vel adipiscendae possessionis.*

31 *Petitorium, & possessorium retinendae possessionis, cumulari non potest: nisi in tribus casibus.nu.32.*

33 *Cumulatio actionum, an fieri possit in penitus separatis, cùm specialiter eam fieri posse inueniatur, in actionibus, quae se in aliquo contingunt.*

34 *Cumulationes actionum, an sint ex subtilitatibus quibusdam, & quasi ex quadam permissione: vel ex grosso iure, & magis communi.*

35 *Cumulari an & quando possit actio criminalis cum ciuili, & criminalis cum criminali.*

36 *Sententiae formula, in actione vi bonorum raptorum.*

37 *Probare si Actor non possit rapinam obiectam, in quacunque parte litis, an recurrere possit ad probationem per duellum seu pugnam.*

38 *Ad duellum recurrens, dicitur agere condictione ex malis moribus. Et an id fieri debeat cum inuocatione Domini.*

SED nunquid pendente † causa 1 super vi bonorum raptorum ad equum, & ad triplum aestimationis equi, scilicet ad xxx. potero agere actione furti manifesti ad vnum

vnum simplum: vt ita loquar, scilicet ad vna x. quæ sunt plus, & veniunt in prædicta actione furti manifesti? Dico, quòd hîc cadit materia & tractatus cumulationis actionum, de qua no. C. de eden. l. edita actio. Et dicit ibi glo. quòd permit-
2 titur cumulatio † actionum, cùm non inueniatur prohibita. nisi sint tales actiones, quòd lata sententia in vna, obstaret exceptio rei iudicatæ in alia: vt ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eãdem. & l. cùm quæritur. & de iureiuran. l. duobus. §. exceptio. vel vbi sunt tales actiones, quæ electione tollantur, vt quia sint contrariæ: vt C. de fur. l. j. vel quædam aliæ, quæ iuris dispositione electione tolluntur: vt ff. de tribu. l. quod in hærede. §. eligere. & de leg. ij. l. cùm filius. §. varijs. Permittitur ergo de iure fieri cumulatio
3 † actionum, si plures competant ad eandem rem, sed non ex eadem causa. & hoc tangitur in glo. in l. edita. ibi, dum dicit, iuratur tamen, quia causa mutatur. Et potest accipi exemplum talis cumulationis, scilicet ad eandem rem, sed ex alia causa, Insti. de leg. §. sed si vxori. cum si-
4 milibus. Item, permittitur † cumulatio, cùm plures actiones competunt ex eadem causa, & vna cumulatur alteri, ad id, quod plus est in vna, quàm sit in alia. & hoc tangitur in glo. ibi, dum dicit, Quid si conuentus est vi bonorum raptorum, & posteà ex eadem rapina conueniatur furti, vel cõdictione furtiua, in id, quod plus est &c. Et potest accipi exemplum istius cumulationis, scilicet ex eadem causa, sed ad id, quod plus est in vna, quàm in alia, ff. de vi bo. rap. l. j. cum similibus.

¶ Nunc supposito, quòd cumulatio
5 † actionum permittitur fieri, quando actiones sunt tales, quòd sententia lata in vna, non obstet exceptio rei iudicatæ in alia, nec sint, quæ electione tollantur: di-
6 co, quòd plures † possunt esse species cumulationis actionum.

7 De prima † specie cumulationis.

8 PRIMA SPECIES † cumulationis est, quando plures actiones competunt ad diuersas res, & ex causis separatis, super quibus actionibus dico, quòd possum eas insimul ꝓponere seu cumulare in eodem libello. verbi gratia: DOMINE iudex, Martinus possidet talem fundum meum, quem peto per vos declarari, ad me pertinere iure dominij vel quasi &c. Itẽ mutuaui sibi x. lib. Tur. quas peto ab eo mihi reddi &c. & sic de alijs actionibus, ad diuersas res, ex diuersis causis competentibus, iuxta naturam earum eas proponendo, & debitè in singulis concludendo. Et tunc, datis † deliberatorijs in- 9
ducijs, iuxta auth. offeratur. C. de litis contest. lis poterit contestari vna contestatione, cùm vnus sit quodammodo libellus: & sic erit vna litis instãtia. Quòd autem sic possunt plures actiones proponi seu cumulari, probatur: quia non obstant regulæ in prædicta glo. positæ. Itẽ, non inuenitur prohibitum. ergo est concessum: vt ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod eis. & fortè posset induci ad hoc C. de an. excep. l. fi. & ff. de iurisf. om. iu. l. si idem cum eodem. in princip. licèt ibi loquatur, quantum ad potestatem iudicis cognoscentis. Quòd autem tunc possit esse vna instantia, apparet: quia fideiussoriæ cautiones & induciæ deliberatoriæ erunt insimul, & vna fiet litis contestatio, & triennio durabit instantia, quę incipietà litis contestatione. vt C. de iudi. l. ꝓperandum. circa princip. Licèt sit ar. contra, ff. de ver. ob. l. pluribus. quæ potest etiam induci pro ista parte: quia si ex tali stipulatione, de qua ibi dicitur, agatur, licèt dicantur ibi plures esse stipulationes, & plures res, tamen non poterit negari, quin sit ibi tunc vna litis contestatio, & vna instantia. Item, nunc † super omni- 10
bus actionibus & rebus ita cumulatis, vna debebit ferri sententia propter vnitatem instantiæ, alioquin fortè sententia erit nulla: vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. item quæritur. sed contrarium est, ff. de iure pa. l. fi. Si autem † deliberato- 11
rijs inducijs habitis super vna actione de prædictis, velim etiam alia agere, vel ab initio velim duas proponere separatim in duobus libellis, potero hoc facere. vt ff. de iurisf. om. iu. l. si idem cum eodem.

& tunc

& tunc erunt necesse duæ instantiæ, ita quòd quælibet actio habebit suam instantiam, à sua litis contestatione incipientem.

12 De secunda † specie cumulationis.

SECVNDA SPECIES cumulationis est, quando plures actiones † competunt ad eandem rem, sed tamen ex alia & alia causa. & potero eas cumulare in eodem libello. vt verbigratia: DOMINE iudex, ego mutuaui patri Martini x. quæ peto mihi reddi ab eo, tanquam ab eius filio & hærede &c. Et quia timeo, quòd nõ possim probare mutuum prædictum, dico, quòd dictus pater eius. cuius est hæres, iussit in testamento suo prædicta x. mihi reddi, quæ etiam peto ex dispositione & iussu testatoris. & in prædictis x. mihi dandis peto dictum Martinũ condemnari, cum protestatione, quòd sufficiat mihi prædicta x. semel consequi &c.

13

Probatur de leg. iij. l. Lucius. §. Semproniæ. iuncta l. ff. de reg. iu. l. bona fides non patitur. Item, possunt accipi alia exempla ad prædictam cumulationis speciem, Insti. de leg. §. sed si vxori. & ff. de rei ven. l. officium. & de priui. credi. l. si ventri. §. in bonis. & de ac. & ob. l. qui seruũ. §. j. & ff. de ver. ob. l. qui bis. & de noua. l. si ita. à contrario sensu. & sol. ma. l. si alienam rem. & de leg. ij. l. Lucius. §. quisquis. & C. de rebus cre. l. j. & de pig. ac. l. nec creditores. & Institu. de ac. §. si quis aliud pro alio. cum similibus. Sic er-

14 go permittitur cumulatio † actionum fieri, & erit vna litis contestatio, & eadem litis instantia: ergo & vna debebit ferri sententia, aliàs erit nulla, eadem ratione: vt suprà in prima specie

15 cumulationis dictum est. Si autem † datis inducijs deliberatorijs super actione ex mutuo, vel fortè lite contestata super ea, velim cumulare actionem ex testamento: permittitur hoc, sub protestatione prædicta: & fiet tunc super actione cumulata noua litis contestatio, & erunt duæ instantiæ, & nouæ fideiussiones præstabuntur: vt ff. iud. sol. l. cùm quærebatur. §. fi. & sic erunt duæ sententiæ, prædicta protestatione saluata. Et si obtineam in prima, absoluetur Reus in secunda. ar. Insti. de perpe. & tempo. ac. §. fi. si autem succumbam in prima, ego potero obtinere in secunda, si probem intentionem meam. Quòd autem, quando fit talis cumulatio ex interuallo, debeat lis contestari super noua actione, & quòd sit aliud iudicium à primo: satis apparet ex superioribus, & ex his, quæ not. Insti. de ac. §. si minus in intẽtione sua. Ibi enim fit cumulatio ad aliã rem: & licèt sit eadem actio & eadem causa, attamen fit ibi noua litis contestatio, & aliud erit iudicium: vt ibi no. Et multò fortiùs hic, cùm sit alia actio & alia causa, licèt sit eadem res. Sed ad prædictam cumulationem videtur contrà, ff. de reg. iur. l. nemo. §. quoties. vbi quis prohibetur pluribus actionibus experiri ad eandem rem. Sed illud intelligunt Doctores, quando agitur ex eadem causa: sed in ista cumulatione agitur ex alia causa. Item contrà, ff. quorum legato. l. j. §. quia autem. vbi est specialis cumulatio actionũ ad eandem rem, licèt ex alia causa. ergo in contrarium sit ius commune: vt ff. ad munici. l. j. Sed dico, quòd ibi est speciale: quia quis ibi contrarias actiones proponit. sunt enim ibi contrariæ actiones: vt no. C. de furtis. l. j.

De tertia † specie cumulationis. 16

TERTIA SPECIES cumulationis est, cùm plures † actiones competunt 17 ex eadem causa, & vna est in plus, quàm alia: quia tunc permittitur, quòd vna cumuletur alteri, in eo, quod plus est in vna, quàm in alia: & potest fieri eodem libello. vt verbi gratia: DOMINE iudex, Martinus rapuit mihi talem equum meum, valentem communi æstimatione decem. Quare peto eum condemnari in quadruplum, scilicet ad equum mihi restituendum, & ad triplum æstimationis equi, scilicet ad xxx. mihi danda. Et quia non est improbior fur, quàm qui vi rapit, & dictus Martinus teneatur mihi, vt fur manifestus, ex prædicta rapina, in quadruplum, scilicet ad quadraginta, ita quòd totum est pœna, peto eum condemnari etiam in id, quod plus est in actione fur-

ne furti manifesti, scilicet in vno simplo,
id est, in decem &c. Probatur ff. de ac. &
ob. l. qui seruum. in fi. & l. quoties. in fi.
18 Et tunc fiet † vna litis contestatio, & erit
eadem instantia causæ, & vna debebit
ferri sententia, aliâs non valebit: vt di-
ctum est suprà in alijs. Et possunt accipi
alia exempla ad prædictam cumulatio-
nem actionum, ff. de pub. & vectigal. &
commis. l. j. §. vnde quæritur. & de ac. &
ob. l. plura delicta. & arbor. fur. cæ. l. j. &
de vi bono. rapto. l. j. & nau. cau. stabul. l.
idem ait. in fi. cum similibus. Si autem
19 † tradidi libellum super actione vi bono-
rum raptorum, & posteà fortè lite conte-
stata, velim cumulare & proponere acti-
onem furti manifesti, ad id, quod plus est
in ea, poterit hoc fieri: offeretur tamen
libellus super noua actione furti, quæ
nunc cumulatur, & lis contestabitur, &
erit alia instantia, & alia sententia seque-
tur, vt credo, & vt apparet ex superiori-
bus. Sed nouæ induciæ deliberatoriæ,
de quibus habetur in authen. offeratur.
non dabuntur: sed ex prima actione in-
stituta super actione vi bonorum rapto-
rum, Reus videatur satis instructus nunc
in actione cumulata: vt no. C. de eden. l.
edita. & Instit. de ac. §. si quis aliud pro
alio. Sed istud erit in officio iudicis. po-
terit enim esse, quòd ex libello oblato su-
per vi bonorum raptorum non potuit
deliberare Reus, an sit fur manifestus,
vel nec manifestus, vel fortè non fuit
fur. Aliquando enim agitur vi bonorum
raptorum, & tamen non agitur actione
furti. vt ff. de vi bono. rapto. l. ij. §. in hac
actione. & sic debebunt dari nouæ in-
duciæ.

20 De quarta † specie cumulationis.

QVARTA SPECIES cumulatio-
21 nis potest esse, quando plures † actiones
competunt ad diuersas res, & quasi ex
diuersis causis: ius tamen disponit, quòd
tollantur inuicem, vsque in concurren-
tem quantitatem: & cùm actum fuerit
vna, quòd possit agi alia, in id, quod
plus est in ea. vt verbi gratia: DOMI-
NE iudex, Martinus promisit mihi ta-
lem hominem meum mihi restituere,
quare peto eum condemnari, ad dictum
hominem mihi restituendum &c. Item,
promisit mihi xxx. nomine pœnæ, nisi
dictum hominem mihi restituisset in-
fra tale certum tempus. Vnde cùm di-
ctus homo valeat communi æstimati-
one x. & dictus Martinus fuerit in mo-
ra restituendi: peto eum condemnari
in xx. nomine pœnæ, de pœna prædi-
cta promissa dandis mihi &c. Proba-
tur ff. de excepti. doli. l. apud Celsum.
§. Labeo. j. cum similibus. Et fiet vna
litis contestatio, & erit eadem instantia
causæ, & eadem sententia. Et possunt ac-
cipi alia exempla, ad prædictam cumu-
lationem, ff. commo. l. vnde quæritur.
in fi. & pro so. l. si quis à socio. & l. seq. &
de actio. empti. l. prædia. & de arbi. l. si
quis rem. Si autem ex interuallo, † vel 22
aliâs separatim vellem alteram alte-
ri cumulare, in id, quod plus est, po-
tero hoc facere: offeretur tamen li-
bellus, & fiet noua contestatio, & erit
aliud iudicium: vt apparet ex supra-
dictis.

¶ Et in summa, apparet ex prædictis,
quòd prima species † cumulationis acti- 23
onum est, quando plures actiones com-
petunt ad diuersas res, ex causis diuer-
sis, vna tamen non tollit aliam aliquo
modo: & sic est cumulatio actionum,
& rerum, & causarum. vna tamen actio,
aliam non tollit perceptione, nec alio
modo. ¶ Secunda species † est, cùm 24
plures actiones competant ad eandem
rem, sed ex alia causa: nec vna tol-
lit aliam, nisi perceptione. & sic est cu-
mulatio actionum & causarum, sed
non rerum. & vna actio non tollit ali-
am, nisi perceptione. ¶ Tertia species
† est, cùm plures actiones competunt 25
ad diuersas res, sed ex eadem causa: &
vna actio tollit aliam vsque ad con-
currentem quantitatem. vna tamen a-
ctio cumulatur alteri, pro alia re. &
sic est cumulatio actionum & rerum,
sed non causarum: quia causa est ea-
dem. & vna actio non tollit aliam pro
re cumulata, id est, in eo, quod plus est
in vna, quàm in alia. Et sub ista specie po-
test

test reponi, si agam furti, & velim cumulare condictionem furtiuam: vt si agam actione in rem ad prædiũ, & velim cumulare condictionem sine causa ad fructus. & sic de similibus: quia tunc esset cumulatio actionum ad aliam rem, sed ex eadem causa. vna tamen actio nõ tolleret aliam in aliquo. Sed in isto vltimo casu, s. de prædio & fructibus, est expeditum, quòd nõ admitteretur talis cumulatio actionum. vt ff. de excep. l. fundi.

26 ¶Quarta species † est, cùm plures actiones competunt, ad diuersas res, & ex diuersis causis: vna tamẽ actio, iuris dispositione, tollit aliam perceptione, vsq; ad concurrentem quantitatem. & vna cumulatur alteri, in eo, quod plus est in vna, quàm in alia. & sic fit ibi cumulatio actionum, & rerum, & causarum, nõ tamen vna actio tollit aliam, in illo pluri, aliquo modo.

¶Nunc est notandum, quòd si plures
27 † actiones competant ad eandem rem, licèt sint contrariæ, vel quæ electione tolluntur: si tamen ille, cui cõpetunt, sit incertus, ex facto aduersarij, quam debeat proponere: ipse poterit vtranque proponere, cum protestatione, quia ex vna causa vult tantùm rem consequi: vt ff. quorum leg. l. j. §. quia aliter.

¶Itẽ glos. videtur innuere, quòd cu-
28 mulatio † possit fieri, ad eandem rem, etiam ex eadem causa. ibi, dum dicit in l. edita. Quid si conuentus est vi bonorum raptorum, & posteà ex eadẽ rapina conueniatur furti, vel condictione furtiua, in id, quod plus est &c. Si enim conuentus fuit vi bonorum raptorum, ibi venit res: & tamen poterit cumulare condictionem furtiuam, secundũm illam glo. & sic petetur eadem res ex eadem causa, quod non permittitur. vt ff. de re. iur. l. nemo ex his. §. quoties. Sed potest responderi, quòd ibi primò fuit conuentus vi bonorum raptorum expresśè ad triplum, & tacito de re: & sic benè potuit cumulari condictio furtiua.

¶Item est notandum, quòd hypothe-
29 caria in rem † actio, & actio personalis, possunt insimul intentari contra debitorem: vt in cor. de fideiuss. & mand. §. sed neque. colla. j. Sed illæ duæ actiones non tendunt ad eandem rem, seu ad idem. & ita euadit glos. ff. de reg. iur. l. nemo ex his. §. quoties. Sed adhuc videtur contrà. quia absolutoria lata in personali, obstat exceptio rei iudicatæ in hypothecaria. vt ff. quibus mo. pig. vel hypo. sol. l. si deferente. ergo non deberet permitti cumulatio, secundùm primam regulam glossæ. Sed ad hoc posset dici, & fortè nõ malè, quòd si actiones sint tales, quę non sint contrariæ, nec electione tollantur, nec ad idem competant, sententia tamen absolutoria lata in vna, obstet exceptio rei iudicatæ in alia, s. quòd per vnã actionem agendo, posset fieri præiudicium in alia. vt, ago actione in rem, & volo cumulare communi diuidundo. vel ago in rem ad prædium, & volo cumulare actioni confessoriam ad seruitutem vię, pro illo prædio & illi prædio debitã. vel ago in rem ad partem prædij, & volo cumulare communi diuidũdo. vel ago in rem ad prædium, & volo cumulare condictionem sine causa ad fructus. vel ago actione personali, & volo cumulare hypothecariam. tunc non erit permittenda, nec fieri poterit cumulatio talium actionum ex interuallo, seu in diuersis libellis. quia tunc essent diuersæ instantiæ, & diuersæ sententiæ suis diuersis temporibus ferendæ. & sic posset fieri præiudicium de vna in aliam, quod esse non debet. & sic posset intelligi ff. de exceptio. l. fundum. & l. fundi. cum similibus. Sed si quis vellet tales actiones intentare, vel cumulare in eodem libello, & ita fieret vna instantia seu vnum iudicium: tunc posset admitti talis cumulatio, sub protestatione quadam. Et quia tunc deberet totum vna sententia decidi, nullum fieret præiudicium de vna in aliam, quod solum videtur in talibus considerãdum & euitandum. vt arg. ff. de excep. l. sed si ante. & sic posset intelligi prędictus §. sed neque. in cor. de fideiuss. & mand. col. j. Item, & sic diminuẽtur lites, quod ad iudicem pertinet: vt ff. de rebus cre. l. quidam existimauerũt. Vel potest dici spe-

 ciale,

ciale, in hypothecaria & personali, quòd possunt insimul intentari, licèt sententia absolutoria super personali, pariat exceptionem in hypothecaria: vt plura alia specialia sunt inducta in illo titulo, in corpo. de fideiusso.

¶Item est notandum, quòd petitori-
30 um † & possessorium recuperandæ, vel adipiscendæ possessionis, possunt similiter intentari seu cumulari. vt ff. de vi & vi ar. l. cùm fundum. §. fi. & not. C. de interdic. l. incerti & ff. de iudi. l. si de vi. & sic eorum cumulatio videtur cadere sub prima specie cumulationis superiùs posita: non enim agitur ad idem, nec ex eadem causa. vt ff. de acquiren. pos. l. naturaliter. §. nihil. nec sententia lata in vna actione, præiudicat in alia. vt notatur C.
31 de interdic. l. incerti. ¶Petitorium † autem & possessorium retinendæ possessionis non posset cumulare. quia in petitorio dicerem alium possidere: vt C. de ali. iudi. mutan. causa fac. l. vna. sed in possessorio retinendæ, dicerem me possidere: vt Insti. de interdi. §. retinendæ. & sic tanquam cõtrarius essem repellẽdus: vt ff. quando ap. fit. l. ij. §. sed si alius. & C. de mu. patrimoniorum. l. professio. lib.
32 x. Sed fallit † in tribus casibus, s. quibus possum agere insimul petitorio & possessorio retinendæ. Primus est, quando ago contra detentatorem rei meæ, cuius possessionem ego habeo naturalem & ciuilem, quod potest esse. vt ff. de rei vendi. l. officium. in fi. Secũdus casus est, quando ego possideo ciuiliter, & alter naturaliter: quia tunc ego possum agere actione in rem, & etiam interdicto Vti possidetis, ratione ciuilis possessionis: vt ff. de acqu. pos. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. Tertius casus est, in seruitutibus, in quibus possum agere actione in rem confessoria, & vtili interdicto Vti possidetis: vt ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. & facit ff. de serui. l. pe.

¶Nunc dico, quòd, cumulationem
33 † actionum fieri posse, in penitus separatis, colligitur ff. de iuris. om. iu. l. si idem in eodẽ. & C. de an. exceptio. l. fi. In actionibus autem, quæ se contingunt in aliquo, inuenitur posse fieri cumulationem specialiter, ff. quorũ lega. l. j. §. quia autem. Item in cor. de fideiuss. & manda. t. §. sed neq; col. j. Item ff. de vi & vi ar. l. cùm fundum. §. fi. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil. Aliàs cumulationes † actio- 34
num, dicunt quidam, esse ex subtilitatibus quibusdam, & quasi ex quadam permissione. sed credo, quòd nõ sunt ex subtilitatibus, sed ex grosso iure & communi magis. Sed dominus Ber. voluit concedere, cumulationem posse fieri in secunda specie superiùs posita, s. ad eandem rem, licèt ex alia causa, per iura superiùs allegata, s. ff. de reg. iur. l. nemo ex his. §. quoties. & de leg. ij. l. cùm filius. §. varijs. nisi incertũ esset, quòd actio teneret &c. vt ff. quor. leg. l. j. §. quia autem.

¶Quæ dicta sunt de cumulatiõe actionum, habent locum, quando vtraque actione agitur ciuiliter. sed quid, si vna † actio est ciuilis, & alia criminalis, nun- 35
quam permittetur tunc cumulationem fieri posse? Dico, quòd si competunt ex eodem facto: vt quia volo agere contra Martinum actione furti ad duplum, vel quadruplũ, & volo cumulare actionem furti ad pœnam extraordinariam, s. ad castigationem: vt C. de serui. fugi. auth. sed nouo iure. certè non permittitur mihi. Interim enim pendente causa super vna, præiudicabitur alteri: vt ff. de public. iudic. l. interdum. & de vi bo. rap. l. ij. § hoc edicto. & no. C. quando ciui. ac. cri. præiudicet. in rubrica. Si autem ciuilis actio & criminalis competant ex diuersis factis: vt accuso Martinũ de homicidio, & volo cumulare certi condictionem ex mutuo ad decẽ, quæ sibi mutuaui: certè non potero hoc facere in eodem libello, nec in eadem instantia. Et hoc propter diuersitatem libellorũ. aliter enim formatur libellus in ciuilibus, & aliter in criminalibus: vt in auth. offeratur. & ff. de accu. l. libellorum. Item, propter diuersitatem instantiarum. In ciuilibus enim durat instantia causæ triennio: vt C. de iudi. l. properandum. in criminalibus verò solùm durat biennio: vt C. vt infra certum tempus cri. quæstio

ter.

ter.l.fi. Item, propter diuersitatem dilationum ad probandum, quæ est ff. de ferijs.l.fi. Sed in alio libello seu in alia instantia benè permittetur, vtraque experiri, & eas cumulare, & benè possunt cõcurrere: vt ff. de ac. re. amo. l. rerum amotarũ actio. ij. & facit ff. de polli. l. de pollicitationibus. & C. de bo. proscrip. l. j.

¶Si autem velim cumulare criminalem criminali: si sunt ex eodem facto, tunc non possum: vt C. de accusation. l. qui de crimine. in secundo responso, à contrario sensu. Si autem sunt de diuersis factis, tunc potero ea cumulare: vt ff. e. l. libellorum. §. sed & si aliud crimen.

SENTENTIA.

36 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum Reum, ob prædictam rapinã, in quadruplum, re in quadruplo computata. s. condemnamus eum, ad restituendũ dictum equum dicto Actori, & in triplum æstimationis dicti equi, s. in xx. lib. Tur. dandis & soluẽdis dicto Actori. & nihilominùs, cùm victus victori condemnandus sit in expensis, condemnamus dictũ Reum in c. sol. Tur. dandis dicto Actori pro expensis, quas dictus Actor fecit occasione pręsentis causę, quos c. solidos dictus Actor, delato ei à nobis iuramento, taxatione nostra præcedente, iurauit se expendisse in præsenti causa seu occasione præsentis causæ.

37 ¶Super prædicta rapina † lite mota, vel etiam nõ mota: vel lite mota, sententia nulla secuta: vel sententia secuta, sed per appellationẽ legitimè interpositam extincta: Actor cõsiderans, ꝙ fortè rapinã dicti equi plenè probare nõ possit per testes, ipse poterit recurrere ad probationẽ per duellum seu per pugnam. Super

38 quã † frustra inuocabit nomẽ dñi: ad mala enim opera Deus non accedit, nisi ad

Psal. 33. puniendũ, propheta Dauid dicẽte: Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. & tunc Deo non habito præ oculis, dictus Petrus, cui raptus fuit equus prædictus, poterit formare libellum suum, & agere condictione ex malis moribus, vel ex mala consuetudine: & ita dicere, vt sequitur.

RVBRICA XCVIII.
De duello seu pugna.

SVMMARIVM.

1 *Libellus duelli, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Duellum, quibus casibus permittatur, de iure Longobardorum.*

4 *Duellum, vt locum habet quãdoque in ciuilibus quæstionibus, & in minoribus delictis: ita etiam circa maiora crimina.*

5 *Duellum in quibus casibus specialibus locum habeat, cùm de homicidio contentio est.*

6 *Duellum, an & quando fieri possit pro adulterio. Item, super periurijs; & quibusdam alijs. nu. 7.*

8 *Duellum vt offerri possit, rapinã, vel quid simile factum esse, poni debet. Et hoc negato, an negatiua simplex per duellũ probari possit. Excipiendo, quid Reus ponere debeat, vt duellum obtineat.*

9 *Raptum equum incontinenti recuperare possum, etiam per vim, sine metu criminis. Secus, si ex interuallo.*

10 *Duellum, paribus armis sumi debet.*

11 *Duello, vltra confessionem non inquiritur.*

12 *In oratione disiunctiua, alteram euenire, ad obtinendum, an sufficiat.*

13 *Ad duellum prouocanti consultum est, plures ponere disiunctiuas, & quare.*

14 *Ad duellum prouocans, quando ab armis abstinere debeat.*

15 *Pro duello prosequendo vsque ad finem, & pro expensis & damnis Reo refundendis, si se in pugna succumbere contingat, an se & sua bona obligare videatur, qui pignus, licèt parui valoris, realiter offert.*

16 *Ad duellum prouocans; an iurare debeat; quòd nõ sit vsurus herbis, nec breuibus coniuratorijs, vel alijs, quæ ad maleficia vel fachi-*

fascinat quoquo modo pertinent.

17 *Duelli executio an fieri possit, antequàm per Iudicem pugna declarata vel iudicatà sit.*

18 *Ad duellũ prouocatus, quomodo se ad defensionem offerre possit & debeat.*

19 *Clausula, Saluo honore &c. est honoris iudicis conseruatiua. Et an sit necessaria.*

20 *Ad duellũ prouocatus, an & quando campionem pro se dare possit, aut per se pugnare teneatur.*

21 *Cautela pro Reo ad duellum prouocato, vt non nisi ad solam defensionem teneatur. Et quando vterque, prouocãs & prouocatus, Actor & Reus sit. Et Reus quomodo pugnã effugere possit. nu. 22. & 25.*

23 *Mala pati melius est, quàm malo consentire.*

24 *In duello hominem interficere, an sit peccatum mortale homicidij.*

25 *Clericus coram iudice seculari respondere non tenetur. Et an saltem respondere teneatur in actione reali.*

26 *Vniuersitate ad pœnam pecuniariam condemnata, ob superioritatem Regi denegatam, an clerici in collecta, saltem pro rebus immobilibus, contribuere debeant. nu. 27.*

27 *Bonifacius Papa circa annum 1299. declarauit, clericos, qui cum vnica & virgine contraxerunt, nullum clericale priuilegium habere, nisi tonsuram & vestes clericales deferant. Et hæc vbi deferunt, in duobus tantùm clericale priuilegium habent, & quibus. Et quòd decretalis Bonifacij reparatione indigeat, & quare. nume. 31.*

28 *Communitas si vocaret ad exercitum clericos coniugatos, tonsuram & vestes clericales deferentes, an ire, aut mittere teneantur.*

29 *Communitas si pecuniam daret, vt ad exercitum non iret, & exinde collecta fieret, an clerici coniugati in ea conferre teneantur.*

30 *Clericus prouocatus ad duellum, an & quando pugnam, etiam si est coniugatus, euadere possit.*

32 *Ad duellum prouocatus, si est laicus, suas exceptiones dilatorias & peremptorias, si quas habet, proponere debet, de calumnia iurabitur. Et oblato duello super crimine, non ex suspicione, sed verè commisso, illud verum esse iurari debet.*

33 *Ad duellum prouocatus, si sit miles, an cogatur pugnam suscipere à prouocãte non milite.*

34 *Ad duellum prouocatus, an pugnam suscipere cogatur, si actioni, vel accusationi, propter qua pugna offertur, præscriptum sit.*

35 *Ad duellum prouocatus, an pugnam effugiat, si probet contrarium eius, quod sibi imponitur.*

36 *In duello appellatus de pugna, si libello nõ respondeat, nec pugnam recipiat, nec exceptiones opponat: an pro confesso habeatur, aut in causa pugna procedere cogi debeat.*

37 *In duello appellatus de pugna, an se per iuramentum purgare sufficiat, aut se per pugnam defendere teneatur.*

38 *Duellum committentibus duobus, an curandum sit, si Reus sit fortior alio, vel maior scrimator. Et quid, si dentur campiones. Aut alteri tantùm hoc concessum sit, qui fortiorem altero constituat.*

39 *In duello, minor octodecim annis, & mulier, per se non pugnant, cum alijs. Et an mulieres inter se pugnent.*

40 *Duelli arma, quæ & qualia esse debeant.*

41 *Duelli aggressor, si in pugna victus fuerit, quomodo puniendus sit. Item defensor, si succumbat, quomodo, & an & quando morte naturali puniri possit. nume. 42. 44. 46.*

43 *In delictũ quot & quæ consideranda sint.*

45 *Mors, per quam separatur anima à corpore, multùm vitanda, & nemini temerè inferenda est.*

47 Duel-

47 *Duellū, si pro causa pecuniaria, nullo crimine obiecto, vel super crimine quocunque fieri contingat, victo Actore, vel Reo, quomodo in eorum bonis executio fieri debeat. Et altero mortuo, an & vbi corpus sepeliri debeat.*

48 *De duello Legista se intromittere non debet, nec per eum tractari, sed per consuetudinarios. Et quid hi ab illis differant.*

49 *In duello, quis de duobus pugnatoribus vinci, aut vincere debeat, an cognosci & presciri possit. Et an huic cognitioni, quæ numero literarum proprij nominis vtriusq; tribuitur, fides adhibenda sit nu. 50.*

51 *Duellum non est, nisi quædam crudelitas & inhumanitas hominum, Deum præ oculis non habentium. Et quibus rationibus infirmetur, & contra quæ iura peccet. Et an consuetudo, quæ duellum introducit, valeat. Et quid de lege principali. nu. 52. 53.*

54 *Duella, an reges, eorum consiliarij & iudices, deliberato consilio admittere, & iudicari facere, & dum fiunt, videre & interesse possint.*

55 *Hæreticus an sit, & velut hæreticus puniri possit, qui pertinaciter affirmare præsumit, in duello peccatum mortale non committi, cùm aliquis in pugna aduersariū realiter interficit, vel ad aliquem actum propinquum interficiendi venit, vel eum interficere cogitauit.*

56 *Ad duellū prouocatus laicus, qua exceptione se ab illo eximere possit.*

57 *Iudex, exceptionem legitimam in iure diuino fundatam non admittens contra duellum, ius illud cum iactura infelicis animæ abnegare videtur.*

1 Domine Iudex, ego † Petrus dico, ꝙ Martinus hic præsens, est falsus & proditor. quia proditionaliter rapuit mihi quendam equum pili mauri, stellatum in fronte. Quod si ipse confiteatur, peto ipsum condemnari super prædicta rapina, vt raptorem. Si autem hoc neget, ego per pugnam, armis paribus sumptis à me & ab eo, faciam sibi confiteri prædictam rapinam per os suum, in campo nobis per vos assignando: vel reddam eum victum, vel mortuum, in dicto cāpo. Et super dicta pugna pignus meum, s. has chirothecas meas, hîc in medio in præsentia vestra offero, & reddo. & promitto me per iuramentū, introitu campi per vos nobis ad certamen seu ad dictam pugnam assignandi, quòd ego nō habebo herbas, nec breues coniuratorios, vel alia, quæ ad maleficia, vel fachinas pertineāt quoquo modo: & quòd tunc Martinus iuret similiter illud idem. Et peto per vos, domine iudex, si Martinus prædictam rapinā neget, declarari & iudicari, pugnam prędictam posse & debere esse & fieri ex prædicta causa, inter me & eū, & ipsum sententialiter condemnari ad subeundum pugnam mecum ex prędicta causa, vt super prædicta rapina possit per pugnam veritas inueniri.

¶Probatur † quia facultas probationum non debet angustari: vt C. de hęreti. l. quoniam multi. in fi. Item, probatur in Lombarda, qualiter quis se defendere debeat. & in quibus causis pugna prohibeatur, vel fieri debeat. l. de furto. & l. de facto. Potest au:ē esse † duellum, etiam si ciuilis sit cōtentio inter aliquos de debito patris: vt eo. titu. l. si quis post mortem. vbi propter pecuniarium debitum permittitur duellum. Quidam tamē notauerunt ibi, quòd propter pecuniarium debitum non vendicat sibi locum duellum: nisi illa pecuniaria obligatio diceretur venire ex maleficio, vel quasi. quod tamē illi non benè probant. Item fit duellum, si de inuestitura sit contentio: vt eo. ti. l. de inuestitura. Item fit duellum, propter depositum denegatum: vt eo. ti. l. si quis per seipsum. Item fit duellum, in causa liberali: vt eo. ti. l. si seruus. Item fit duellum, si sit contentio de re mobili vel immobili, malo ordine possessa: vt in Lombarda, de præscrip. l. ij. Item fit duellum, pro iniuria seu pro opprobrioso verbo cucurbitæ: vt in Lombarda, de

conuicijs.l.j. Item fit pugna,de infidelitate: vt in lib.feu. de alie.feu. paterni.c. non est cõsuetudo. Item & de incendio. vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de.l.si quis alium. Item,si quis infra pacis edictum alium vulnerauit, debet sibi manus amputari:nisi vitam suam defendendo hoc fecerit. super qua exceptione poterit habere locum duellum: vt de pace tenenda, & eius violatoribus. §. si quis alium.

4 ¶Et est notandum,quòd sicut † duellum habet locum quandoque in ciuilibus quæstionibus, & quandoque in minoribus delictis,vt suprà allegatum est: sic & duellum quandoque habet locum circa maiora crimina, s. in crimine læsæ maiestatis. vt in Lombarda, de pub. criminibus.l. fi. Item, cùm est contentio

5 † de homicidio,habet locum duellum, s. in casibus specialibus. Primò,si infra pacis edictum aliquis fuerit interfectus, & Reus confiteatur se hoc fecisse: opponit tamen,quòd vitam suam defendendo illud fecit, tunc super illa sua defensione poterit habere locum duellum: vt de pa. te.& eius vio.§.si quis hominem. Secundò, si infra pacis edictum aliquis fuerit interfectus, & Reus neget se hoc fecisse, poterit cõuinci per pugnam vt in Lombarda, de homicidijs liberorum hominum.l.qui verò post treugam.tamen ille sic conuictus per pugnam, non punietur capitaliter, vt homicida: sed solũ amittet manum: vt ibi.quia pugna non habet plenum iudicium: vt eo. ti.l. recolimus. Tertiò fit pugna super homicidio,si quis dicatur interfectus veneno, vel alia furtiua morte: vt eo.ti.l.fin. Quartò, si quis dicatur interfecisse aliquẽ propinquum suum, cupiditate rerum seu hæreditatis eius,& hoc neget, habebit locũ duellum: vt in Lombarda, de paricidijs. l. fi. nec ille poterit pugnare per campionem, sed per se, nisi decrepita ætas, vel iuuenilis, vel infirmitas, ipsum pugnare prohibeat: vt ibi. Quintò, si mulier consiliata in morte mariti fuerit, & mors secuta non fuit, maritus de ea, & de rebus eius faciet,quod voluerit. ipsa tamen componet cum curia in xx. soli. Sed si ipsa neget, & dicat se non consiliatam in mortem mariti, nec per se, nec per suppositam personam: tunc licebit parentibus eius,eam purificare per campionẽ. vt in Lombarda, de consilio mortis.l. ij. & l. fin. aliàs, nisi in prædictis casibus, non inuenitur, quòd super homicidio habeat locũ pugna. ¶Item & pro adulterio † potest fieri 6
duellum, s. si maritus imponat alicui, quòd cum vxore sua fornicatus sit. vt in Lombarda, de adul. l. iij. Item, si maritus aliquem suspectum habuerit de vxore sua, quòd turpiter cõuersatus fuerit cum ea, ponendo sibi manũ in sinu, vel in alium locũ, vbi turpius esse potest. vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de.l. si quis amodo. Item, si maritus criminatus fuerit vxorem suam, quòd ipsa sit adultera, ipsa poterit se mundare per pugnam: vt eo.tit.l.si quis vxorem. ¶Item,super † periurijs,& super quibusdam alijs, habet locum pugna seu duellum, de iure 7
irrationabili & feudo Lombardorum.

¶Rectè dicitur, ab offerente † pugnã, 8
quòd rapina facta est per eum. & sic ponitur aliquod ens, seu aliquid probabile per rerum naturam. Secus ergo, si aliquis negans se rapuisse, velit simplicem negatiuã probare per pugnam seu duellum: quia tunc non deberet audiri. Negatiua enim simplex non probatur, cùm non habeat species neque differentias: vt C.de proba.l.actor. ¶Si ergo aliquis Reus, cui imponitur rapina, & cõtra quem agitur actione vi bonorum raptorum ad quadruplum, vel ad pœnam extraordinariam, vellet admitti ad pugnam offerendã, ipse debebit aliquod ens seu probabile excipiendo ponere: & tunc poterit ita dicere, si velit: Domine iudex, verum est, quòd ego Martinus rapui Petro dictum equum. Attamen dictus Petrus rapuerat eum mihi, proditionaliter seu dolo malo, & statim ego insecutus fui eum, & recuperaui dictũ equum, quod mihi licitũ fuit. Et si dictus Petrus confiteatur prædicta, dimittat me in pace, & pronũciet eum vt raptorem. Si autem Petrus neget prędicta, ego Martinus, per

pugnam

pugnam, armis paribus sumptis, &c. vt suprà. Probatur in libro feu. de pace tenenda, & eius viola. §. si quis hominem. & §. si quis alium. s. quòd Reus offerens duellum, debet aliquid ponere probabile. & sic efficietur Actor in probando: vt ff. de excep. l. j. Quòd autẽ Martinus po-
9 tuerit † incontinenti recuperare equum, etiam per vim, sine metu criminis, probatur ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. & de vi & vi ar. l. iij. §. cum igitur. Secus, si ex interuallo: quia tunc secunda violentia per Martinum factá punietur, & prima violentia per Petrum commissa, esset ex toto per secũdam absorpta: vt C. ad leg. Iuliá de vi pub. vel pri. l. si quis ad se fundum. quod videtur mirabile specialissimum, quòd crimen crimine sic tollatur.

10 ¶Item, rectè dicitur, paribus † armis sumptis, &c. vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de. l. mentio. & argu. C. de postu. l. prouidendum. ¶Item, rectè di-
11 citur, faciam sibi † confiteri per os &c. Sic enim Petrus habebit optatum, & nõ erit vltrà aliquid inquirendum: vt ff. de confes. l. j. & C. e. l. vna. ¶Item, rectè dicitur, vel reddam eum victum, vel mortuum.
12 & sic sunt orationes † disiunctiuę, & sufficiet Petro, alteram euenire ad obtinendum. ar. ff. de iure do. l. plerunque. in fi. & de condi. insti. l. si hæredi. & de verbo. oblig. l. si ita quis stipuletur. Item, esset
13 † periculosum Petro, si solùm dixisset: faciam sibi confiteri per os. quia si Martinus esset tam mali cordis, quòd nollet confiteri rapinam, vel fortè, quia nõ erat verum: sed magis vellet interfici: fortè Petrus non esset ausus eum interficere in campo, quia hoc non dixerat: à verbis enim in dubio non est recedendum: vt ff. de exerci. ac. l. j. in vers. in re igitur dubia. & sic si fortè eum interficeret, fortè caderet à pugna, & reputaretur homicida. Bonum est ergo sibi, ponere plures disiunctiuas. Item, in prædictis disiuncti-
14 uis † est quidam ordo, non scripturæ, sed mortis, postponere, de qua, si Martinus confiteatur in campo rapinam, Petrus non debet vltrà procedere, sufficit enim ibi confessio. Vel si nollet confiteri rapinam expresse, diceret se tamen victum, & sic deponeret arma sua: tunc etiam Petrus nullo modo deberet eum interficere, aliàs videretur homicida. argu. ff. ad leg. Aquil. l. sed & si quemcunque. in principio. ¶Item, rectè dicitur, & super dicta pugna pignus meum, scilicet has chirothecas meas &c. Eo enim ipso, quòd pignus, † licèt parui valoris, offert 15
realiter, videtur idem Petrus de cõsuetudine se & bona sua obligare, pro prosequenda pugna vsque ad finem, & pro expensis & damnis Martino refundendis, si contingat eundem Petrum in pugna succumbere. ¶Item, rectè dicitur, quòd in campo † non habebo herbas &c. 16
vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de. l. nullus campio. & facit C. de malefi. & mathemat. quasi per totum. ¶Item, rectè petitur † declarari, pugnam esse 17
posse & debere ibi esse. debet enim pugna iudicari: vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de. l. quibuscunque. & aliàs, nisi esset iudicatum, executionem pugnæ non debere fieri. argu. C. de execu. rei iudi. l. j. & facit ff. de reg. iur. l. non est singulis. in prin.

¶Martinus † verò, auditis verbis il- 18
lis dicti Petri, & pignore prædicto pro pugna porrecto, poterit ita dicere: Domine iudex, de his, quæ mihi Petrus imponit, dico, saluo honore curiæ, & vestro, quòd ipse mentitur per gulam. & defendam me, per me, vel per alium, in campo ad certamen per vos super hoc assignando. ¶Rectè dicitur, mentitur. argu. ff. de procura. l. quæ omnia. §. j. ¶Item, rectè dicitur, saluo † honore &c. 19
argu. ff. quibus modis pignus vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. Omnis enim honor debet saluus iudicibus reseruari: vt C. quando prouo. non est neces. l. fi. Attamen, non est necesse, verba illa, saluo honore &c. adijcere, quia dolo caret, qui suo iure vtitur: vt ff. de regulis iuris. l. nullus videtur dolo facere. & facit ff. de iniur. l. iniuriarum. j. §. j. & l. penul. ¶Item, rectè dicitur, per me, vel per alium: quia ita se habet † consuetu- 20

Vide Guidonẽ Papæ q. 618.

Vide Guidonẽ Papæ q. 621.

Vide in additionibus Guidonis Papae q. 618.

do, quòd defensor possit dare campio-
nem pro se. & argu. ff. de procurato. l. j.
§. penul. & de regulis iuris. l. fauorabi-
liores. Vel fortè, nisi dixerit, vel per ali-
um, ipse etiam de consuetudine campi-
onem dare non poterit. potissimè, si pu-
gna sit super crimine publico. argu. ff.
de pub. iudi. l. pen. §. ad crimen. & an
per alium causæ appel. l. j. nisi ætas iu-
uenilis, vel decrepita, vel infirmitas
eum excusaret: tunc enim liceret ei pu-
gnatorem ponere pro se, & alteri simi-
liter: vt in Lombar. qualiter quis se de-
fende. de. l. si quacunque. Item est cau-
21 tela, quòd Martinus † nihil plus dicat,
nisi vt suprà dictum est. & sic non habe-
bit facere in campo, nisi se defendere,
nec debebit primò inuadere. Si autem
dicat Martinus, addendo in illa responsione
sione sua: Et ego etiam Martinus dico,
dictum Petrum esse falsum & prodito-
rem de dicto suo prædicto: quia tale
crimen mihi imponit, super quo sum
innocens. & reddam eum victum, vel
mortuum. certè tunc habebit plus fa-
cere Martinus: vt apparet ex superio-
ribus. & fortè erit sibi magis pericu-
losum, esse in campo, & magis pericu-
losa pugna. Erit enim tunc vterque
Actor, & Reus. attamen Petrus vide-
bitur magis Actor: quia primò pugnam
obtulit. argu. ff. de iudic. l. in tribus.
22 ¶ Si autem † Martinus velit effugere
23 pugnam, cogitãs, quòd melius † est ma-
la pati, quàm malo consentire: vt xxxij.
q. v. c. ita ne aliquem. arg. ff. quod me.
cau. l. isti quidem. §. quòd si dederit. &
C. de spectaculis. l. fina. lib. xj. est enim
† peccatum mortale homicidij, homi-
24 nem interficere in duello: vt extrà de
cle. pug. in duello. c. ij. & anima præfer-
tur alijs rebus: C. de sacrosanctis eccle-
sijs. l. sancimus. j. in fine. cogitans etiam,
quòd pugna est incertum Dei iudici-
um: & multos audiuimus, per pugnam
sine iustitia suam causam perdere: vt in
Lombar. de homici. li. ho. l. recolimus.
in fi. tunc nõ faciat Martinus prædictam
responsionem.
25 ¶ Sed si clericus † est, proponat, quòd

non tenetur coram iudice seculari re-
spondere: vt C. de episco. & cleri. auth.
statuimus. nec in ciuili causa: vt ibi.
Quidam tamen dixerunt, quòd cleri-
cus tenetur respondere coram iudice
seculari, saltem in actione reali. Et in-
ducunt pro se: quia tunc res, & non per-
sonæ conueniuntur: vt ff. de pub. vec.
& commissis. l. Imperatores. in princi.

Vide Guidonem Papae q. 77. nu. 2. in decisionib.

Item, quia in actione in rem, nulla est
obligatio: vt Institu. de actio. §. j. Item
inducunt C. vbi in rem actio. l. fi. in fi.
vbi dicitur, quòd in locis, in quibus res
constitutæ sunt, ibi potest actio in rem
contra possidentes moueri. sed res, po-
tissimè prophanæ, sunt in locis seu ter-
ritorio iurisdictionis temporalis, seu
iudicis secularis. ergo &c. ¶ Sed contra-
rium debet dici, quòd in actione in rem
persona conuenitur possidens. vt ff. de
rei vendi. l. qui petitorio. §. j. & Institu.
de pœna temerè lit. §. fi. & C. vbi in rem.
actio. l. ij. sed in authent. statuimus. in-
distinctè, & sub pœna statuitur, ne cle-
ricus conueniatur seu trahatur coram
iudice seculari. ergo &c. Item, ibi in
authenti. statuimus. ciuilis, & crimi-
nalis causa seu quæstio debet accipi, vt
comprehendatur omnis causa seu quæ-
stio, propter quam aliquis potest co-
ram iudice conueniri: vt & aliàs est, C.
de ordine. iudic. l. fin. & quando ciuilis
actio criminali præiudicet. l. vna. & fa-
cit C. de episcop. & cleric. authent. cle-
ricus quoque. vbi super hoc notatur,
quòd causa pecuniaria largè debeat ac-
cipi, ad differentiam criminalis: vt ff.
de verborum significatione. l. pecuniæ,
& l. rei. ij. & idem notatur in cor. vt cle-
rici apud proprios episcopos. in prin-
cip. collat. vj. Item, nomine ciuilis a-
ctionis comprehenditur actio in rem:
vt notatur ff. de verborum signifi. l. pe-
cuniæ verbum. §. fina. Et sic apparet,
quòd nec in actione reali clericus debet
trahi coram iudice seculari. & ita audi-
ui teneri in cathedra à domino Petro de
Ferrarijs Tholosæ, & posteà à domino
Bermundo de Monte Ferrario hîc, cùm
fui scholaris eorum. & notatur in cor.
vt

vt omnes obediant. iudi. prouin. §. hæc considerantes. collat. v. Nec obstat prædicta l. Imperatores. quia licèt pro tributis & reliquis præteriti temporis magis videantur conueniri prædia, tamen & personæ, scilicet possessores prædiorum, impetuntur & coguntur soluere. vt C. sine cen. vel reliquis. l. fi. cum similib. sic & aliàs actio in rem, nedum sequitur fundum, imò & fundi possessorem: quia possessio parit in rem actionem: vt C. de ali. iudi. mu. cau. fac. l. vna. & ff. de iudi. l. non aliàs. §. sed si postuletur. & sic persona, quæ possidet, debet conueniri, alioquin nec processus, nec sententia teneret. Clericus autem prohibetur trahi seu cõueniri coram iudice seculari: vt dictum est. ergo &c. Item non obstat, quod dicitur, quòd in actione in rem non est aliqua obligatio. Quia de obligatione nõ est curandum. indistinctè enim prohibetur clericus trahi coram iudice seculari. ergo & indistinctè debet intelligi: vt ff. de Publi. in rem act. l. de precio. Item, à quo remouetur genus, & omnes eius species remouentur: vt vt no. ff. de suis & legi. hæredi. l. j. in fi. Item, generaliter dictum, generaliter debet intelligi & accipi: vt ff. de leg. præstan. l. j. §. generaliter. & de transac. l. non est ferendus. in prin. Item, non obstat C. vbi in rem actio. l. fi. in fine. quia in quolibet loco seu territorio, est duplex iurisdictio, scilicet spiritualis, & temporalis. & statim † cùm laicus factus est clericus, ipse est de loco & foro episcopi: vt no. ff. de leg. j. l. nemo. Si ergo clericus possideat aliquam rem in aliquo loco, in quo domicilium non habet, ipse poterit conueniri super actione in rem pro illa re, coram episcopo illius loci, per legem illam, in fi. vel coram episcopo illius loci, in quo habet domicilium, per principium legis. Item facit ad hoc, quòd clerici non teneantur in aliquo coram iudice seculari respondere: quia clerici lege Dei defenduntur, quæ dicit: Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. vt in psalmo Dauid. vt no. in cor. de non ali. aut permutandis reb. eccles. §. œconomum. collat. ij. Item, Constantinus Imperator dixit, quòd clerici vocati erant dij, & ideo ab hominibus eos iudicari non debere. vt xij. q. j. c. futuram. & facit xj. q. j. c. sacerdotibus. Itẽ, Imperator Leo vocauit clericos, beatissimos viros. vt C. de epis. & cleri. l. omnes. §. priuilegijs. Itẽ, clerici sunt reges laicorum: vt xij. q. j. c. duo sunt genera. & sic apparet, quòd laici eorum iudices esse nõ debent, nec in personis eorum, nec in rebus eorum: rerum enim qualitas mutatur ex qualitate personæ, & res cõditionem personæ sequuntur: vt ff. de acqui. hæredi. l. per procuratorem. in fi. & de publi. vec. & commissis. l. licitatio. §. fi. & C. de inof. test. l. fi. in fi. & facit ff. de iure fisci. l. fiscus. & ad mu. l. incola iam muneribus. Item, & in prædicta authen. statuimus. indistinctè prohibetur, vt dictum est. intantũ, quòd nec clericus debet trahi coram iudice seculari, vt testis, seu causa ferendi testimonij in aliqua causa. vt xiiij. q. ij. c. quãquam. Item facit, quòd res sequuntur conditionem personæ. vt C. de epis. & cleri. authen. item nulla communitas. & quòd no. extrà de vita & hone. cle. c. fin.

Et recordor, quòd † anno Domini M. ccxcj. locus iste erat suppositus ecclesiastico interdicto per officialem Magalonen. quia cùm consules indixissent collectam, pro soluẽdis decem millibus libris Turon. in quibus vniuersitas fuerat Parisijs condemnata, quia regi Franciæ superioritatem denegauerat. quæ x. millia lib. rex Franciæ postmodum donauerat regi Maioricarum auunculo suo. Consules volebant, quòd clerici & sacerdotes contribuerent in collecta, saltem pro rebus immobilibus, quæ habebant: & multa damna inferebant clericis. Primò, faciendo remoueri & deportari ostia domorum. Secundò, fenestras. Tertio, discoperiendo domos, cum magna ruptura tegularum. quæ ego vidi, & peiora. Et super prædicta collecta, quidam consuluerunt officiali, quòd defenderet clericos clericaliter viuentes, & alios non. ar. ff. de iure immu. l. semper. §. negociatores. & §. nec omnibus. & C. de epi. & cle. 26

Vide Gui. de Cumen Papa q. 83.

Psal. 104.

 l. ge-

l.generaliter.ipse tamen defendebat oēs. Sed consiliarij consulum indistinctè dicebant, nullum debere excusari: quia prædicta collecta habebat ortum à defensione patriæ:& ideo tangebat clericos,sicut & laicos, & omnes tenebantur ad hoc naturaliter. arg. ff. de iusti.& iure.l.ij. & de ven.in pos.mit.l.j. §. & generaliter.ij. & de captu.& postli. re. l. postliminium. §.filius.& C.de decu.l.quidam.& l.in filijs.& si curialis. relic.ciuit. l. vna. & de mu.& ori.l.fi.lib.x.Ego audiui,quòd dominus Bermundus dixit semel,quòd clerici non debebant cogi ad contribuendum in prędicta collecta.·& allegabat C. de epi.& cleri.authen. item nulla cōmunitas.adiuncta authen.statuimus. Sed & finaliter consules nihil potuerunt obtinere.Et archiepiscopus Narbonensis,declinans ad locum istum,arbitrator à partibus electus,arbitratus fuit, quòd restituerentur damna illata clericis. quod & consules promiserunt facere.& sic interdictum fuit amotum,sed non omnia damna fuerunt plenè resarcita.Postmodum quasi per viij.annos pòst, Papa Bonifaci-
27 us † declarauit, clericos, qui cùm vnica & virgine contraxerunt, nullum habere priuilegium clericale, nisi tonsuram.& vestes deferrent clericales. sed si tonsuram & vestes clericales deferrent, quia tunc haberent priuilegium clericale solùm in duobus. Primò, quòd inijciens manus in eos, est excommunicatus. Secundò, quòd non tenentur coram iudice seculari respondere, super delictis, criminaliter, vel ciuiliter intentatis. vt extrà de cleri. coniu. c. vno. lib. vj. Et sic hodiè clerici coniugati tenentur contribuere in collectis. Dico tamen, quòd si
28 communitas † vocaret ad exercitum tales clericos coniugatos, tonsuram & vestes clericales deferentes, non tenentur ire, aut mittere: quia si ibi committerent homicidium, ipsi essent irregulares, & inhabiles facti ad sacros ordines, vxore mortua. Tales,etiam clerici sunt. clerici autem prohibētur arma portare. vt xxiij. q.vlt.c.quicunque.& c.seq. Item, si cō-
29 munitas † pecuniam daret, vt non iret ad exercitum, & exinde fieret collecta, tales clerici coniugati non tenentur conferre in ea: quia subrogatum sapit naturam eius,in cuius locum subrogatur.& accessorium, debet sequi naturam sui principalis. Ex prædictis apparet,quòd si Martinus † est clericus, ipse poterit euadere 30
pugnam seu duellum prædictum, etiam si est coniugatus, dum tamen contraxit cum vnica & virgine, & tonsuram & vestes deferat clericales. & facit xvij.q.iiij. c.si quis suadente. Vnū tamen nō omitto,
† q. decre. illa, de cler.cōiu. indigeret ali- 31
qua reparatione. Ludibriosum enim videtur, quòd aliquis homo septies in die possit esse clericus, & septies eadem die laicus. fiunt enim fraudes, & deperit iustitia, & parit discordiam inter iudicem ecclesiasticum & iudicem secularem.

¶ Si autem Martinus † sit laicus, pro- 32
ponat suas exceptiones dilatorias & peremptorias, si quas habet. & iurabitur de calumnia.ar. C.de iur. calu.l.j.in prin.& in Lombar.qualiter quis se defen. de.l.si quis alium. Attamen, qui super crimine alium appellat de pugna, si non offert pugnam ex sola suspicione,sed asserat aduersarium commisisse illud crimen: tūc debet iurare,illud verum esse,vt ibi quidam recolligunt. ¶ Item,si Martinus † sit 33
miles, non cogetur pugnam suscipere à Petro non milite.pugna enim non imponitur militi, nisi à milite.arg. de pa.te.& eius viola. §. si miles aduersus. & not. in lib.feu.de capi. Corradi.c. vno. in princip. ¶ Item, non cogitur † suscipere pu- 34
gnam, si præscriptum sit actioni, vel accusationi, propter quæ pugna offertur. ar.ff. si quis cau.l. si eum. §. qui iniuriarum. ¶ Item effugit † pugnam, si probet 35
contrarium eius, quod sibi imponitur. vt satis colligitur de pa.te.& eius viola. §.si quis hominem. verbi gratia: Offero pugnam Martino, super rapina dicti equi facta mense Martij. si ipse velit probare & probet, quòd ille equus erat tunc mortuus & excoriatus, vel probet similia: ipse non cogetur recipere pugnā. quia in incertis, non certis, locus est coniecturis. vt ff. de verbo, ob.l. continuus. §. cùm ita.

in fi,

36 in fi. ¶ Item, si Martinus † sit appellatus de pugna, & non respondeat libello, nec pugnam recipiat, nec exceptiones opponat: finaliter cogitur in causa pugnę procedere. arg. ff. de verb. obli. l. inter stipulantem. §. si Stichum. & fortè erit periculosum sibi, vt quia non respődebit, quòd habeatur pro confesso. ar. ff. de interro. ac. l. de ætate. §. qui tacuit. melius est ergo sibi, quo ad mundum, quòd pugnam recipiat: vel saltem, quòd opponat exceptiones suas legitimas, si quas habet.

37 ¶ Item est notandum, quòd leges † in Lombarda loquẽtes de duello, vt in pluribus videntur dicere, quòd Reus tenetur se per pugnam defendere, vel secreto modo per iuramentum purgare. & sic videtur in electione Rei appellati de pugna, an purget se per iuramentum, an per pugnam. vt ff. de iure do. l. plerunque. in fi. & de condi. insti. l. si hæredi. & de eo quod certo loco. l. non vtique. in prin. & §. j. Idem dicerem in alijs legibus Lombardæ, in quibus permittitur duellum, non tamen ibi prohibetur purgatio sacramentalis: scilicet, quòd sufficiat Reo, se purgare per sacramentum. ar. aliarum legum: & vt, quod in pluribus legibus dicitur, in alijs suppleatur. Item, quia odia restringenda, & fauores ampliandi: vt ff. de libe. & post. l. cùm quidã. ¶ Item

38 est notandum, quòd si Petrus † & Martinus, qui sunt principales, pugnant inter se, non est curandum, si vnus sit fortior alio, vel maior scrimator: sed si dent campiones, debent eos dare consimiles. vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de l. vlt. Item, si Martinus debeat pugnare per se, & Petrus possit dare campionem: & cùm Martinus sit homo debilis virtutis, Petrus det sibi calcadellum in campionem, qui est valde fortis, & magnus scrimator: non debebit permitti, per eandem legem. ¶ Item est notandum, quòd

39 minor † xviij. annorum non pugnat per se: vt no. ar. de pa. iur. fir. circa princip. ¶ Item, mulier non pugnat per se: vt in Lombarda, qualiter quis se defen. de. l. si quis vxorem. & l. fi. & ar. ff. de mu. & ho. l. iij. §. corporalia. mulieres tamen inter se pugnant, secundùm prauam consuetudinem, quæ etiam in omnibus est praua.

¶ Item est notandum, quòd arma † duelli sunt, scuta & fustes. vt in Lombar. de testi. l. si quis cum altero. & qualiter quis se defen. de. l. mercio. & l. quibuscunque. nisi pro infidelitate pugna fiat: vt ibi. & tunc fiet armis militaribus: vt not. in feu. de ali. feu. paterni. c. non est consuetudo. sic & hodiè regulariter generosi & milites vtuntur in duello armis militaribus. 40

41 ¶ Item est notandum, quòd si aggressor † fuerit victus in pugna, ipse debebit puniri, sicut puniretur Reus, si in iudicio fuisset conuictus: vt ar. C. de calum. l. j. & etiam in casibus, in quibus aliquis non præsumitur calumniari, eo ipso, quòd non probat. quod enim potissimè extra ordinem volebat in pugna à Reo consequi, illud omnimodo expectet: & sic tenebitur ad pœnam talionis semper, prout de iure ciuili facienda fuisset condemnatio contra eum. 42 Si autem † defensor succumbat, punietur iuxta qualitatem criminis sibi impositi, iuxta l. ff. de pœnis. l. respiciendum. in prin. 43 Et sunt † in delictis septem inspicienda & cősideranda, scilicet causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus: vt no. e. ti. l. aut facta. 44 Credo tamen esse † verum, quòd Reus conuictus per pugnam, nunquam debeat puniri morte naturali: licèt crimen, super quo cõuictus est, morte naturali deberet puniri: vt in Lombar. de homi. li. ho. l. qui verò infra treugam. vbi conuictus pro homicidio, non punitur naturali, sed solùm manum amittit. Et est ratio, quia pugna non habet certam probationem: vt in e. ti. l. recolimus. in fi. & not. de pa. te. & eius viola. §. si quis hominem. In criminibus enim probationes debent esse luce clariores: vt C. de proba. l. fi. Sed est arg. contrà, in Lombar. de testib. l. si quis cum altero. vbi dicitur, quòd testis per pugnam conuictus de falso, amittit manum dextram: nec poterit eam redimere pro pecunia, licèt alij falsi testes consocij sui possint manum redimere. & sic apparet, quòd grauiùs

uiùs punitur conuictus per pugnam, quàm alij. Sed ibi ille, qui pugnauit, pugnauit pro se & alijs socijs suis. & sic alij fuerunt conuicti per pugnam illius, qui pugnauit pro se & alijs. Sed ille, qui pugnauit, grauiùs punitur: quia pugnare præsumpsit. scilicet, quia manum nō potest redimere, sed alij sic. Item illud in mutilatione membri. sed nunquam defensor per pugnam conuictus, deberet mori morte naturali, ex quocunque crimine esset cōuictus, propter incertā pro-
45 bationem, vt dictum est. Mors† enim, per quā separatur anima à corpore, multùm est vitanda. Aristoteles etiam recitat in libro Secretorum, ꝙ Hymogines egregius doctor scripsit, dicens: quòd quando creatura interficit creaturam sibi similem sine causa legitima, virtutes cælorū clamant ad diuinam maiestatem &c. Credo
46 tamen, quòd licèt conuictus† per pugnā, nunquam debeat pati pœnam mortis naturalis, vt dictum est: tamen si posteà gratis perseueret in sua confessione, ipse non poterit effugere pœnam mortis naturalis, si crimen, in quo perseuerat, talem pœnam mereatur habere. iuxta illud, quod no. ff. de quæstio. l. j. §. diuus Seuerus. & de appel. l. non tantùm. in fi. Et consulerem sibi, ne perseueret, postꝗ exiuerit de campo. nec enim cogitur respondere posteà alicui interrogatorio super crimine. Item facit arg. bonum, in Lombarda de testi. l. si quis cum altero. quòd si aliquis dedit campionem, & campio in pugna victus est, quòd cum eius domino, pro quo pugnauit, mitiùs agendum sit in aliquo ad pœnam. ¶ Item, si
47 pro causa † pecuniaria, nullo crimine obiecto, contingat fieri pugnam: Reus conuictus condemnabitur in re petita: & Actore victo, absoluetur Reus: & victus victori condemnabitur in expensis. nec video, quòd pugna talis possit se ad plus extendere. Et si alter eorum in pugna moriatur, corpus eius sepelietur alicubi: & in eo, in quo tenebitur alteri, fiet executio in bonis eius, ad instar rei iudicatæ. Idem credo etiam, si in pugna aliquis cōuictus & mortuus fuerit, super crimine quocunque facta fuerit pugna. Si enim victus in pugna, super nullo crimine debet pati pœnam mortis naturalis: ergo si ibi mortuus fuerit, corpus eius non debet furca suspendi, nec aliàs malè tractari, eadem ratione, sed quòd sepeliatur alicubi in campis, non tamen in loco sacro.

¶ Nunc, cùm satis vel fortè nimis locutus sum, cōsulerem, quòd Legista† non 48
intromitteret se de duello, quantumcunque fulgeret scientia. quia tales causæ nō consueuerunt tractari per Iurisperitos, sed per consuetudinarios, qui quadam sua ratione bursali, & non legali, & suis formulis quibusdam, & suo pulchriloquio limitata verba sua fulcire conantur, quæ non cadunt in Iurista: vt arg. ff. de ori. iuris. l. ij. §. eodem tempore. & C. de for. l. j. & qui admit. ad bono. pos. l. fi. & communia de le. l. ij. in fi. Attamen, eloquentia cum sciētia est multùm commendanda. vt C. de vete. iur. enu. l. ij. §. quæ omnia. & aliquando eloquentia seu facundia est necessaria: vt C. de profes. qui in vrbe Constan. l. vna. lib. xij. scilicet ad hoc, vt aliquis professor, possit dici Comes in sua scientia.

¶ Circa duellum † dicunt quidam, 49
quòd cognosci & præsciri potest, de duobus pugnatoribus, quis eorum debeat vinci. & hoc ex numero literarum proprij nominis vtriusque. Quia si literæ proprij nominis vtriusque sint pares, vel sint vtriusque impares: tunc debet vinci ille, qui pugnam obtulit. si autem literæ proprij nominis vnius sint pares, & alterius impares: tunc debet vinci ille, qui pugnam recepit. Et super hoc sunt tales versus: Si paribus, vel disparibus constent elementis Nomina pugnantū, pars vincitur aggredientis. Imparitas autem paritati si societur, Hoc tibi sit certū, quòd defensor superetur. Et secundùm hoc in casu nostro, quòd offerens pugnam vocatur proprio nomine Petrus, & defensor proprio suo nomine vocatur Martinus, & sic vtriusque proprij nominis literæ sunt pares: Petrus, qui pugnam obtulit, deberet vinci. Sed in prædictis versibus

Versus. Vide in additionibus Gui. donis Pape, q. 623. in decisio. vbi repetuntur.

50 sibus † non posset assignari aliqua ratio naturalis, vel ciuilis, nec etiam possunt continere veritatem. Primò, quia ambigua sunt fata causarum. vt C. de aduoc. di. iudici. l. aduocati. Item, præterita & præsentia scire possumus: sed futura non. vt ff. de rebus credi. l. respiciendũ. Item, omnibus debet silere curiositas diuinandi. vt C. de male. & ma. l. nemo aruspicem consulat. Item, dicitur in sacra pagina: Non est enim vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater &c. vt ibi no. per quod dicimus, quòd non possumus scire tempus certum aduentus Antichristi: licèt in Daniele dicatur, quòd regnabit per tempus & tempora & per dimidium temporis. vt no. C. de vsuris. l. vsuræ. Et sic illis versibus non est fides adhibenda. & qui fidem adhibet, seu reddit se diuinatorem, incidit in illam l. nemo aruspicem. C. de malefi. & ma. Facit ff. de iniur. l. item apud. §. si quis Astrologus. vbi habetur, quòd licèt illicitus diuinator, qui pro sua arte dicit aliquem esse furem, qui non est, non teneatur actione iniuriarum: ipsum tamen tenerent constitutiones imperiales. & intelligitur, gladio vltore, per prædictam l. nemo. vt ibi no. Item & punitur, qui dicit, quo tempore seu quo puncto aliquid est inchoandũ. vt C. de male. l. iij. Nec debet esse aliquis momentorum inspector, vel horarum. vt ibi. Dixit etiam Cato: Quid Deus intendat, noli perquirere sorte. Quod statuit de te, sine te deliberat ipse. Dixit etiam propheta: Dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

Act. 1. *Dan. 12.* *Versus.* *Psal. 30.*

¶ Nunc dico, quòd quicquid dictum est suprà, super duello admittendo vel faciendo, non est † nisi quædam crudelitas, & inhumanitas hominum, non habentium Deum præ oculis. Duellum enim nõ habet probationem veram, propter terrorem armorum. vt C. de ac. & ob. l. negantes. Item, quod metu confessum est, prætor ratũ habere non debet: vt ff. quod metus causa. l. j. Item, confessiones reorũ ꝑ exploratis criminibus haberi nõ oportet. vt ff. de quæstio. l. j. §. diuus. Quomodo ergo confessio in pugna, facta sub manu armata aduersarij, poterit valere, non video. probationes enim in criminibus debent esse luce clariores. vt C. de proba. l. fi. Item, duellum est contra ius ciuile Romanorum. vt de hoc habetur & no. ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. si in colluctatione. & de leg. ij. l. cùm filius. §. fi. & ad leg. Iuli. ma. l. fi. & C. de gladiatoribus penitus tollen. l. vna. lib. xj. licèt contrà notetur, & malè, Institu. de hære. quæ ab intesta. §. per contrarium. glo. tamen non firmat se ibi. Item, duellum est contra ius canonicum. vt extrà de cleri. pug. in duello. c. j. & ij. & de pur. vulg. c. j. Item, duellum est contra legem diuinam seu contra ius Euangeliorum. Dixit enim Iesus diabolo: Scriptum est enim, Non tentabis Dominum Deum tuum. Item, licèt Carolus Magnus, qui fuit rex Franciæ & Lombardiæ, & etiam Imperator: vt no. de pace iura. fir. §. iniuria. quandoque permiserit & indixit duellum, & etiam Federicus Imperator illud idem fecit: attamen in hoc sequendi non sunt, quia cùm duellum sit contra ius diuinum, & contra ius canonicum & ciuile, vt dictum est: ideo non potest habere titulum, nisi malum & reprehensibilem, postquàm illa tria, quibus omnis fidelis Christianus debet viuere, ipsum reprobant & detestantur. ¶ Item, cùm duellum sit contra ius diuinum seu Euangeliorum, & inducat & habet in se peccatum mortale, & pugnans in duello occidens aduersarium, iudicatur in Ecclesia Dei homicida: vt extrà de cleri. pug. in duello. c. ij. & ipsum † non potest longa consuetudine, vel longo tempore induci, nec firmari, vt valeat, vel fiat licitum. mala enim consuetudo, non est consuetudo: vt in cor. vt nulli iudicum. §. nulli verò liceat. col. ix. & per cõsequens, ex ea quis non potest agere seu experiri in iudicio. ¶ Itẽ, nec aliqua lex † principalis posset facere duellum: quia est contra legem Dei, vt dictum est. inferior autem non potest tollere legem superioris. ar. ff. de arbi l. nam magistratus. & not. C. si contra ius vel vtili. pu. l. fi. Item est valde mirandum, quid cogitent reges † & eorum con-

Matth. 4. 52 53 54

51

fessores, dum ipsi reges deliberato consilio taliter qualiter admittunt & iudicari faciunt duella, & dum fiunt, realiter ipsi volunt videre, & intersunt in re tam damnata & prohibita, vt dictum est. ¶ Item, consiliarij regum, & iudices, sciunt, vel scire debent: (scire autem vel scire debere æquiparantur: vt ff. de rebus credi. l.
55 quod te.) quòd si quis in illum † errorem inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, in duello non committi peccatum mortale, cùm aliquis in pugna realiter aduersarium interficiat: quod est contra doctrinam Ecclesiæ; vt extrà de clericis pug. in duello. c. ij. vel nō interficit eum realiter, sed venit ad aliquem actum propinquum, quod idem reputatur, ac si ipsum interfecisset realiter, quia per ipsum non stetit. vt C. ad leg. Cor. de sic. l. is, qui cum telo. & de epi. & cle. l. si quis non dicam rapere. vel etiam, si nec interfecit aduersarium realiter, nec etiam peruenit ad aliquem actum, sed solùm cogitauit eum interficere, persistendo tamen in illa cogitatione & voluntate sua, vltra primum motum & vltra subsequens oblectamentum. de quo habetur ff. de iusti. & iu. l. j. §. ius naturale. quia & tunc idem peccatum mortale committitur, quantum ad pœnam infernalem: vt ff. de verbo. sig. l. fugitiuus. licèt tunc nullū committatur crimen, quantum ad pœnam iuris ciuilis: vt ff. de pœnis. l. cogitationis. certè talis pertinax affirmator, est velut hæreticus puniendus. iuxta ea, quę habentur extrà de vsuris. c. ex graui. in fi. in Cle.

56 ¶ Consulerem, si Martinus † est laicus, quòd oblata sibi prædicta pugna coram iudice diceret ita: Et dictus Martinus, de his, quæ Petrus sibi imponit, & sibi pugnam offert, dicit, quòd saluo honore curiæ, & iudicis, ipse mentitur. Item dicit dictus Martinus, quòd saluo sibi iure ciuili Romanorum scripto, & etiam saluo sibi iure canonico, & maximè saluo sibi iure diuino & Euangeliorum, quibus idem Martinus suppositus est & suppositus esse vult, & ab eis nunquam fuit nec est nec erit intentionis recedere; ipse paratus est se defendere, per se, vel per alium, si & quando & nisi specialiter de iure canonico & diuino seu Euangeliorum tenebitur & debebit. Item dicit & proponit, quòd talis pugna seu duellum est contra ius Dei & Euangeliorum, & ideo talis pugna non potest aliqua lege humana induci, nec licita fieri, nec etiam aliqua consuetudine confirmari. Quare dicit dictus Martinus, dictum Petrum non debere audiri, nec esse admittendum ad dictam pugnam offerendam, nec ipsum Martinum debere cogi ad pugnam recipiendam. Et super prædictis dictus Martinus petit sibi ius dici, & fieri, & iustitiam ministrari. alioquin protestatur de defectu iuris & iustitiæ. & de prædictis petit sibi fieri publicum instrumentum per te talem Notarium &c. ¶ Nunc dico, quòd si prædicto modo fuerit † dictum, 57 propositum & requisitum, iudex habebit infelicem animam, si prædictam pugnam, admittendam esse iudicet: quia, vt apparet ex superioribus, ipse tunc pugnam debere fieri iudicādo, ius diuinum seu Euangeliorum quodammodo videbitur abnegare.

RVBRICA XCIX.

De actione legis Aquiliæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis legis Aquiliæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *Legis Aquiliæ caput primum pro quibus rebus locum habeat.*

4 *Legis aquiliæ actioni vt locus sit, an necessarius sit dolus.*

5 *Adulterantem seruum cum vxore sua si quis inuenit: an iustè eum occidere possit.*

6 *Occidere an seruum quis possit, qui sibi vt latro insidiatur.*

7 *Seruum volentem me interficere, an & quando interficere possim, aut fugere teneat.*

8 *Seruum an iustè interficere possim, deprehensum*

bensum in furto rerum mearum. Et an fugere teneat. nu. 9.

10 *Occidens nunquid trahi possit ad inquestam.*

11 *Accusari nunquid criminaliter poterit, si aliquis alium occiderit.*

12 *Condemnari criminaliter nunquid quis ex eisdem actis ciuilibus possit.*

13 *Acta facta in causa ciuili, nunquid fidem faciant in causa criminali, & ex eisdem actis criminaliter quis condemnari possit.*

14 *Actio legis Aquiliæ directa, & vtilis, quibus competat.*

15 *Actio de pauperie datur cuique, cuius interest.*

16 *In actione legis Aquiliæ communis æstimatio quando & quomodo locum habeat.*

17 *Legis Aquiliæ primum caput respicit annum retrò: in tertio capite non respicitur pluris valor per annum retrò, sed solùm per triginta dies.*

18 *Actio legis Aquiliæ datur contra negantem in duplum.*

19 *In actione legis Aquiliæ in eodem libello duplum qualiter peti debeat.*

20 *In actione legis Aquiliæ, si seruus post vulnerationem vixit per aliquot dies, veniunt expensæ in medicos facta, & etiam damna & interesse. Et an & quando ex inflictis vulneribus mortuus præsumatur.*

21 *Actio legis Aquiliæ datur ciuiliter ad damnum, damno priuato cõsiderato. Et eadem consideratione, quia priuatum est delictum, ei, cuius interest, criminaliter accusare permittitur, ad pœnam extraordinariam imponendam. Et quando & à quibus de crimine publico, vt homicida, accusari possit.*

22 *Homicida punitur, non habita differentia conditionis personæ hominis occisi, sed benè ipsius occidentis: licèt aliàs dupliciter in pœnis persona spectetur.*

23 *Causa ciuili pendente, interim dormit criminalis, & econtrà.*

24 *Seruus vulneratus si surrexerit post triduum, & super baculum suum ambulauerit, an vulnerans teneatur de occiso.*

25 *Cautela pro vulnerante, vt de occiso nõ teneatur.*

26 *Credendum an & quando sit chirurgis, medicis, & alijs in sua arte. Et an contrarium probare liceat.*

27 *Vulnerans vel percutiens alium animo interficiendi, vel ad actum propinquum occidendi veniens, vt homicida an lege Cornelia de sicarijs teneatur. Et animo interficiendi an percusserit, num præsumatur, & quid attendi debeat.*

28 *In homicidio voluntas inspicienda de iure. & quid de generali consuetudine.*

29 *De homicidio tenentur omnes, qui animo interficiendi interfuerunt, siue omnes percusserint, siue vnus tantùm, siue plures de illis. Secus, si non ex proposito occidendi, sed casu, vel rixa facta, aliquis occisus inuentus sit. Nam tunc distinguendum, vt ibi.*

30 *Rixantes, si clament, moriatur, moriatur ille seruus: an eo percusso, teneatur omnes de homicidio. Et ibi de quæstionibus similibus nu. 31.*

32 *Homicida an reputari debeat, quòd teneatur lege Cornelia de sicarijs, qui cùm rixaretur cum quodam in via publica, & potuisset ei malitiosè gladium ad gulam scindendam, cùm posset, noluit eum occidere, sed elegit eum cum gladio in tibijs vulnerare, & illo cum manu tibijs occurrente, manum ei abscidit. Paulò pòst moritur, quia vulneratus stupefactus subitò cecidit supra lapidem scindentem, & caput sibi rupit, vel ex alijs accidentibus ibi enumeratis.*

33 *Vulneranti an imputabitur casus mortis, si ex medici negligentia mortuus sit vulneratus, aut dolo. Et quid, si vulneratus ex malo suo regimine, aut dolo moriatur. nume. 34.*

35 *Vulnerans an teneatur de occiso, si vulneratus perijt incendio, vel ruina, vel fulgure, vel*

re, vel aliâs ab aliquo occisus fuit.

36 Vulnerans aliquem, nunquid teneatur lege Iulia de vi publica. nu. 41.

37 Lege Iulia de vi publica eo ipso regulariter tenetur de iure, qui in domo sua arma tenet. Secus de consuetudine. nu. 40.

38 Lege Iulia an teneatur, qui in publico fuit cum armis. Et quid de consuetudine. nume. 40.

39 Legis Iuliæ de vi publica pœna quæ sit.

41 Vulnerans aliquem in loco publico, vbi quis cum armis in publico esse potest, qua lege accusari, & quomodo puniri debeat.

42 Sententiæ formula in actione legis Aquiliæ, contra negantem.

43 In actione legis Aquiliæ, Reus negans se occidisse seruũ, quamdiu in infitiatione persistere possit, & dupli condemnationem euitare.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus per iniuriã occidit quendam seruum nomine Stichum, ad dictum Actorem iure dominij pertinentem: qui seruus valuit communi æstimatione retrorsum infra annum, ab occisione seu à vulneratione, ex qua mors dicti serui secuta fuit, computandum, x. lib. Turon. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi dictas x. lib. Turon. det pro æstimatione dicti serui, si confiteatur dictum seruum occidisse: vel si diffiteatur, quòd sibi xx. lib. Turo: det, scilicet æstimatione serui duplicata. & petit à vobis dicto domino iudice, vt prædictum Reum in prædictis x. libris Turonen. dandis & soluendis dicto Actori, si idem Reus confiteatur, dictum seruum se occidisse: vel in duplum, scilicet in xx. lib. Turonen. dandis & soluendis dicto Actori, si idem Reus negauerit se dictum seruum occidisse, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de act. §. ex maleficijs. Rectè dicitur, occidit quendam seruum &c. quia primum † caput legis Aquiliæ, ex qua hîc agitur, habet locum pro homine occiso. & etiam habet locum 3
pro morte quadrupedum, quæ numero pecudum habentur, & gregatim pascuntur, vt sunt boues, & similes. vel eorum, quæ iumentorum operam nobis præstant, licèt gregatim non pascantur. vt sunt elephantes, & cameli: vt ff. ad leg. Aquil. l. ij.

¶ Item, rectè dicitur, per iniuriam, id est, iniustè, seu nullo iure permittente. vt Institu. eo. §. iniuria. nec enim † necessa- 4
rius est dolus, imò sufficit culpa: vt ff. e. l. in lege Aquilia. ij. ¶ Iustè aũt † potuit 5
Martinus illum seruum interficere, si inuenit eum adulterantem cum vxore sua: vt ff. e. l. qui occidit. in princi. ¶ Item, si insidiabatur † ei, vt latro: vt ff. e. l. itaque. 6
in prin. & C. quando licet vnicuique sine iudi. vindi. l. j. & ff. de iustit. & iure. l. vt vim. ¶ Item, si dictus seruus † conabatur 7
Martinum interficere, Martinus debuit fugere, si commodè potuit, nec tunc debuit dictum seruum interficere. vt ar. ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cùm aliter. Sed si seruus volebat eum de possessione sui fundi expellere, tunc Martinus non habuit necessariò fugere, sed suam possessionem potuit defendere, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ: vt C. vnde vi. l. j. & ad leg. Iuliam de vi pub. vel pri. l. quoniam. & ff. de vi & vi ar. l. iij. §. eum igitur. In primo tamen casu, scilicet quando ille seruus conabatur Martinum interficere, si erant in platea dominæ nostræ de tabulis, cùm Martinus esset consul, vel aliâs nobilis homo reputatus, & sic esset sibi dedecus, si fugeret: tunc non debuit fugere, nec se retrahere, sed licitè potuit tunc illum seruum interficere, vt quidam dicunt. argumen. ff. ex quibus causis ma. l. in eadem causa. in fin. Quod non credo verum: quia non est dedecus, euitare homicidium. potissimè, vbi quis non sentit damnum in rebus suis. immò est virtus humilitatis, quæ maior est in maioribus. Item, se retrahere, si potuit, non repu-

reputo humilitatem: sed magis debitum, postquàm in rebus damnum non timet. per prædictam l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. Nec per ar. l. debilia debemus determinare, permitti, aliquẽ interficere, de quo expressè cau-
7 tam non inuenitur. ¶Item, potuit † eum iustè interficere, si deprehendit eum in furto rerum suarum. Et si fuerit fur nocturnus, potuit eum interficere, duobus interuenientibus: s. si fugiebat cũ rebus furatis. Item, si Martinus altè clamabat, Als layros als layros. vel, alamort alamort, als layros. qui est clamor consuetus fieri vulgò in talibus. Si autem fur fuit diurnus, potuit occidi, tribus interuenientibus: s. si fugiebat cum rebus furatis, & quòd telo se defendebat, item quod clamor prædictus ibi factus fuit per Martinum: vt ff. ad leg. Aquil. l. itaque. §. lex xij. tabularum. & l. si ex plagis. §. tabernarius. & ad leg. Cor. de sica. l. furem.
9 ¶An quis † debeat fugere, vel nõ. Tu dic, quòd sufficit terror armorum: vt l. iij. §. qui armati. & §. eum igitur. & §. armis deiectum. ff. de vi & vi ar.
10 QVAESTIO. Quæro, nũquid † occidens possit trahi ad inquæstam? Dico, quòd sic, pro morte hominis: & hoc, si dolosè facit. Sed quid, si est in lata culpa, nunquid poterit trahi ad inquęstam? Videtur quòd non: quia lata culpa in delictis dolo non æquiparatur. Dico, quòd opinio Doctorum est, quòd sic. Sed si sit in leui vel leuissima culpa, tunc est communis opinio Doctorum, quòd nõ possit trahi ad inquæstam.

Commun. opinio.

QVAESTIO. Quæro, nunquid si
11 † aliquis occiderit alium, poterit accusari criminaliter? Et dic, quòd sic. & per consequens posset trahi ad inquæstam. glo. tenet, quòd sic, in l. fi. de priua. delic. Doctores sic modificant illam glossam, s. quòd si quis interfecerit dolosè, puta quia reperit in campo suo: & tunc poterit accusari criminaliter, & per consequens trahi ad inquæstam. non quòd teneatur lege Cornelia de sicarijs, sed arbitrio iudicis. Sin autem nõ dolosè, sed culpabiliter: & tunc non potest accusari criminaliter, nec per consequens trahi ad inquæstã. & id practicatur sæpè: quia quando curia procedit cõtra delinquentes ex officio, vel sine aliqua accusatione, vt in Authen. de colla. §. pe. colla. ix. sic semper trahit delinquentes ad inquæstam.

QVAESTIO. Quæro, nunquid ex eisdem † actis ciuilibus possit quis condemnari criminaliter? Videtur, quòd 12
non. quia sententia debet esse conformis libello. quod non esset, si ex actis ciuilibus condemnaretur quis criminaliter. Contrà, ff. de varijs & extraord. cog. l. si medicus. & in Authen. de man. prin. col. iij. in §. quòd si delinquentes. & l. quod euitandi. C. de condic. ob tur. cau. Dico, quòd non, communiter, si pars hoc non dicat, ita loquuntur iura allegata in contrarium: sed seruatur in practica, quòd facta condemnatione, iudex inquirat ex officio suo: & ista est conclusio.

QVAESTIO. Quæro, nunquid acta † facta in causa ciuili, fidem faciãt in cau- 13
sa criminali, & ex eisdẽ actis possit quis condemnari criminaliter? Distinguendum est. nam quãdoque agitur criminaliter ad instantiam partis, & tunc acta facta in causa ciuili, non faciunt fidem in causa criminali. & probatur, quia in criminalibus probationes debent esse &c. l. sciant. C. de proba. cum si. Si autem curia vult procedere ex officio, & eisdem actis condemnare, cùm hodiè curia ex officio procedere possit per viam inquisitionis: vt l. congruit. ff. de offi. præsi. & in §. ad hæc prohibemus. in Auth. de colla. coll. ix. & tunc dicunt quidam idem, per iura allegata, & per l. denunciasse. §. pe. in fi. ff. de adul. Quod non credo verum, quia immò si ad instantiam partis esset probatum crimen ciuiliter, quòd etiam iudex posset eũ punire ex eisdem actis criminaliter. quia iudex quandoque super eo, quod est diuersum, pronunciat. ergo multò magis, quando est idem. vt l. ij. §. si publico de adulte. & l. bouem. §. aliquando. ff. de ædi. edic. & hoc videtur expressum ff. de offic. præsi. l. fi. & de publican. l. licitatio. §. quod illicitè. & de

fur.l.interdum.ij.§. qui furem. & est casus C.de condic.ob tur.cau.l. quod euitandi. Econtrà autem non est dubium, quod acta facta in criminali faciũt fidem in ciuili, quo ad hoc, vt fiat restitutio damnũ passo, ex officio iudicis, ad partis requisitionem: vt in §. quòd si delinquentes. in Auth. de man.prin.col.iij.& in l.si medicus.ff.de var.& extraordi.cog.

¶Item, rectè dicitur, quòd seruus erat
14 Actoris: quia actio † directa legis Aquiliç competit domino. vt ff.ad leg. Aquiliã. l.item Mela.§. legis autem Aquiliæ. licèt & vtilis detur vsufructuario. vt e.l.§.fi.
15 Sed actio † de pauperie largiùs patet, & datur cuique, cuius interfit: vt ff. si qua. pau. fe.di.l.ij. ¶Item, rectè dicitur, quòd ille seruus valuit x. communi æstimati-
16 one. Communis † enim æstimatio habet locum in hac actione: vt ff.ad leg. Aquil. l.si seruum meum. Attamen, si esset bos, vel aliud animal, cuius partes post occisionem valerent, & essent vtiles ad aliquem vsum, vt corium & caro bouis, & corium asini, & ossa elephantis: illud deduceretur de totali æstimatione, si dominus haberet ea. vt ff.de condic.fur.l.si seruus.§.boue subrepto. Sic & si amphora, quæ valebat iiij. deñ. esset ab aliquo per iniuriam rupta, & dominus haberet petias vitri, quæ valerent vnum deñ. dominus non petit nisi tres deñ. Sed in prædicto seruo mortuo nihil posset deduci de tali æstimatione: quia homo mortuus ad nullũ vsum valet. ¶Item dicitur,
17 retrò infra annum: quia † lex Aquilia in primo capite respicit annum retrò. vt ff. ad leg.Aquil.l.ij.& Insti.e.in princ. In tertio autẽ capite legis Aquiliæ, in quo veniunt cætera damna data in prædictis, s. in homine, & animalibus sub primo capite repositis, & cætera dãna data in cæteris rebus omnibus, non respicitur pluris valor per annum retrò, sed solùm per xxx. dies retrò. vt ff. e.l. si seruus seruũ. §.tertio autem capite. ¶Item dicitur, ab occisione vel vulneratione, vnde mors secuta est, retrorsum computãdum &c.
18 vt ff.e.l. ait lex. ¶Item, rectè † dicitur, quod si negauerit &c. vt ff. e.l.ij.& l.inde Neratius.§.hæc actio. & C. e. l. contra negantem.& ff.de seruo cor.l.doli.§.hæc actio. Item, rectè petitur † duplum in eodẽ libello sub conditione, si negauerit se occidisse dictum seruum. vt simile no. C. loca. & conduc. l. conductores. Item est notandum, quòd si ille seruus † post vulnerationem vixit per aliquos dies, & expensæ factæ fuerunt in eo curando, fortè in medicis, & nihilominùs mortuus est ex illis vulneribus: illud veniet in hac actione. veniunt etiam in ea, cætera damna & interesse. vt ff. ad leg. Aquil.l. qua actione.§. si in colluctatione. & facit eo. ti.l. ait lex. in fi.& si quadru.pau.fe. di.l. ex hac lege.& de his qui deie.l.fi.& de pecul.l. sed si damnum.§. sed si à se vulneratũ. Et duplicabitur, quod est simplandum: si tamen petatur: vt ff. quod me. causa.l. si cùm exceptione.§. j. & de seruo cor.l.in hoc iudiciũ. ¶Sed an ex istis vulneribus præsumatur mortuus, ex infrà scriptis potest apparere. & licèt non appareat benè, tamen videtur esse determinatum in l. huic scripturæ.§.si seruus. ibi, hæc ita tam variè. ibi, quod mortuo eo apparuit, s. si vulneratus mortiferè ibi demum decesserit. 19 20

¶Item est notandum, quòd considerato † damno meo priuato, datur mihi 21
actio legis Aquiliæ ad damnum, & sic ciuiliter. & ex eadem consideratione, quia priuatum est delictum, ego, cuius interest, & non alter, potero Martinum accusare criminaliter, vt pœna extraordinaria imponatur ei: vt ff.de pri.deli.l.fi.cũ ibi no. Sed considerato, quòd seruus erat homo, & fuerit dolo occisus: poterit Martinus à me, vel ab alio quocũque de populo, accusari de crimine publico, vt homicida, s. lege Cornelia de sicarijs. vt ff.ad leg.Aquil.l.inde Neratius.§.si dolo. & Instit.e.§.liberũ. Homicida enim † puni- 22
nitur, non habita differentia conditionis personæ hominis occisi. vt ff.ad leg Cor. de sic.l.j.§.& qui hominem. sed benè habetur differentia personę ipsius occidentis. vt eo.ti.l.iij.§. pe. licèt & aliàs spectetur dupliciter persona in pœnis: vt ff.de pœn.l.aut facta.§.persona.& de iniu.l.fi.

Causa

23 Causa tamen † ciuili pendente, interim dormiet criminalis, & econtrà: vt C. quando ciuilis actio criminali præiu. l. vna. cum ibi notatis.

24 ¶Item dicunt quidam, quòd si prædictus seruus † vulneratus surrexit post triduum, & super baculum suum ambulauerit: non tenebitur aliquis de occiso. iuxta illud, quod not. C. de emen. seruorum. l. vna. Sed illud nõ est verum. multos enim audiuimus mortiferè vulneratos, vel potionatos, eũtes post triduum, etiam sine baculo, & tamen sanari non poterant, sed ex illis vulneribus moriebantur, vel ex illa potione mala eis dolo malo data. non dico, quin multùm possit operari breuitas, vel longinquitas temporis seu spatij, ad præsumptionem inducendam: vt arg. ff. de priui. cre. l. si ventri. in fi. & de diuor. l. iij. in fi. & facit extrà de cler. percus. c. ij. Item esset bo-
25 na † cautela, cùm aliquis est vulneratus, quòd authoritate curię amici vulnerantis facerent inspici & iudicari vulnera per chirurgos: qui si deponerẽt, vulnera non esse mortalia, & posteà vulneratus moreretur: præsumeretur mortuus ex alia causa, fortè ex incuria seu negligentia seruitorum, vel ex eius malo regimine: & sic qui vulnera intulit, non teneretur de occiso: vt ff. ad leg. Aquil. l. qui oc-
26 cidit. in fi. & l. si ex plagis. in princ. Crederetur † enim chirurgis seu medicis. vt C. de re mili. l. semel. lib. xij. & argu. in cor. de non alie. aut permut. reb. ecclesiast. §. quod autem dictum est. colla. ij. & Institu. de re. diuis. §. præterea. & C. de proxi. sac. scri. l. in sacris. iij. lib. xij. Et sufficiet, eos iurare de credulitate secũdùm artem medicinæ. arg. ff. de statu ho. l. septimo mense. & de ven. inspi. l. j. §. j. & quod no. C. de testi. l. testium. Item, debebunt adhiberi duo vel tres: vni enim non crederetur. vt C. e. l. iurisiurandi. & ff. e. l. vbi numerus. Item, debebunt eligi tales chirurgi seu medici, qui secundùm suam artem non fallant, nec fallantur. argu. C. de pondera. & auri illatio. l. ij. lib. x. Posset tamen probari in contrarium, per alios medicos, arg. ff. de mu. & honorib. l. vt gradatim. §. reprobari.

¶Nunc restat notandum, quia de homicidio & de vulneratione facta est mẽtio, quòd si aliquis † vulnerauit seu per- 27
cussit alium animo interficiendi: siue posteà ille vulneratus exinde moriatur, siue non, ille vulnerans tenebitur vt homicida lege Cor. de sic. Idem, si nec vulnerauerit, nec percusserit, sed ad aliquẽ actum propinquũ venit, & fecit, quod potuit, vt occideret. voluntas enim, non exitus, spectatur. vt ff. ad leg. Cor. de sic. l. diuus Adrianus. & C. e. l. is quis cũ telo. Animus autẽ interficiendi præsumitur in eo, qui nõ percussit, sed insecutus fuerit alium cum telo, & fecit quod potuit, vt ibi. Sed in eo, qui percussit, an animo interficiendi percusserit, attenditur: quia si percutiens, dum percutiebat, posset percutere de cuspide gladij, magis voluit percutere de plato: vel cùm posset percutere de cuspide in ventre, elegit percutere in pede: tũc licèt exinde mors fuerit insecuta, non tamen præsumitur, quòd fuerit animus interficiendi, sed solùm vulnerãdi: vt ff. e. l. j. §. diuus. & ideo ita talis percussor non est homicida tunc hodiè. Et licèt in homicidio † voluntas 28
multùm debeat inspici: attamẽ & euentus spectatur de consuetudine generali. quia licèt quis animum interficiendi habuit, & percusserit, vt peiùs potuerit: si tamen mors non fuerit subsecuta, ipse non puniretur vt homicida: licèt aliàs puniatur de vulnerato.

Sequitur Guido Papa tract. de præsumptionibus. nu. 54. vbi concord. allegat.

¶Item est notandum, quòd si plures, † fortè decem, interfuerunt, dum ille ser- 29
uus interficiebatur: si omnes venerunt vel fuerunt ibi animo interficiẽdi eum, siue omnes percusserint, siue vnus tantũ, siue plures de illis: tũc omnes decem tenebuntur de homicidio: vt ff. ad leg. Cor. de sic. l. j. in prin. Si autem illi decem non venerunt, nec erant ibi ex proposito occidendi illum seruum, nec vulnerandi eum, nec animo in corpore eius aliquod damnum inferendi: sed rixa facta inter eos, ille seruus inuentus est occisus. & est rixa, exempli gratia. si illi decem non ex proposito malũ faciendi, sed fortè vnus modò,

modò, deinde alter, & sic de singulis, intrauerunt tabernã de Risiuada causa potandi: & ille seruus etiam intrauit ibi. & cùm potassent, quidam de illis rupit vitrum vel amphoram, & ignorabant quis erat ille, & rixa facta seruus inuentus est occisus. Vel illi decem homines venerũt à casu in herbaria, vnus post alium, & ille seruus etiam: & cùm emerent aliquid de incãtu, qui ibi fiebat, rixa facta est inter eos super quadam mappa, quam quilibet intẽdebat se debere habere pro precio, ad quod incãtor eam deliberauerat, ille seruus inuentus est occisus: tunc dico, quòd aut omnes decem percusserunt dictum seruum, aut non. Si omnes rixantes gladio percusserunt eum, & apparet, cuius ictu perijt, seu quis eorum animo occidendi percussit eum: ille solus tenebitur de occiso, & alij solùm de vulnerato. Si autem nõ apparet, cuius ictu perijt, seu non apparet, quis est ille, qui ictũ fecit, vnde perijt: tunc, quia omnes gladio percusserunt, omnes tenentur de occiso: vt ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. & ad leg. Cor. de sic. l. fi. Si autem non percusserunt omnes rixantes, & fortè tria vulnera inuenta sunt in dicto seruo: tunc si apparet, qui sunt illi tres, qui percusserunt, alij, qui non percusserunt, non tenebuntur de occiso, nec de vulnerato. sed de illis tribus qui percusserunt, si appareat, cuius ictu eorũ perijt dictus seruus: ille solus tenebitur de occiso, & alij duo de vulnerato. Si autem non appareat, cuius ictu illorum trium seruus perijt: tunc omnes illi tres, qui percusserunt, tenebuntur de occiso. per ll. superiùs allegatas. Ex prædictis dico, quòd si homo inuẽtus fuerit occisus in rixa, nec inueniatur in eo, nisi vnum vulnus, vel duo, & sic certum est, quòd non fuit percussus ab omnibus rixantibus: si nõ apparet, à quibus fuit percussus, non dico, quin aliquis eorum teneatur de occiso, s. ille qui illum hominem occidit. Attamen, quia non probatur, quis est ille: & quia fuerũt plures, nec apparet, quis eorum occidit: & quia illi non erant ibi ex proposito occidendi seu vulnerandi, sed à casu venit inter eos rixa: certè omnes debebunt absolui in dubio. vt ff. de pœnis. l. absentẽ. C. de proba. l. fi. Sed quod dictum est suprà, s. quòd omnes tenentur in dubio, quando nõ apparet, cuius ictu in rixa perijt ille seruus: certè illud est speciale, ex eo, quòd cõstabat ibi omnes rixantes gladio percussisse, & sic debent teneri. vel constat, qui erant illi, qui percusserant: & illi etiam omnes in dubio tenentur, & non alij. Hîc autẽ nec omnes percusserũt, nec apparebat, quis, vel qui de illis percusserunt: & sic omnes in dubio absoluentur. Quidã tamen dicunt, quòd si pluribus rixantibus vnus inueniatur occisus, non habens nisi vnũ vulnus, seu vnum ictũ: si appareat, quis est ille, qui percussit, ille solus tenebitur de occiso, & alij non. & in hoc benè dicunt. Si autem non potest inueniri, quis est ille, qui percussit, seu illum ictum seu vulnus fecit: tunc in illo dubio omnes tenebuntur de occiso. Sed istud vltimũ non credo verum. quia sic sequeretur, quòd vnus in rixa percutiens & occidens, faceret teneri de homicidio suo omnes alios, fortè x. vel xx. qui licèt rixarẽtur, & verba iniuriosa inter se dicerent, & fortè rixando gladios in manibus tenerent, timentes quilibet ab altero offendi in persona, tamen ipsi non percusserunt: quia noluerunt, nec percutere mãdauerunt, nec fortè vnquàm magis insimul fuerũt, nec fortè se inuicem cognoscebãt. quod non est dicendum. Sed quando omnes percusserunt, nec inuenitur, cuius ictu seruus perijt: tunc percussio illa, ex qua perijt, damnat quẽlibet, & eos teneri facit in dubio de homicidio: quia omnes percusserunt, & ne maleficia remaneant impunita. & sic intelligitur ff. ad leg. Aquil. l. item Mela. §. sed si plures. & ad leg. Cor. de sic. l. fi. & facit xxiij. q. vlti. c. fi.

Sed fortè opinio illorum quorundam posset habere locum, s. quãdo plures singulariter rixantur contra vnum, & quilibet pro iure suo, vt sibi videtur. vt quia cùm ille seruus teneret mappam, dicens eam sibi deliberatam ab incantore, & alij fortè tres, vel quatuor eodem modo dicerent,

cerent, quilibet pro se eam sibi deliberatam: & per quemlibet eorum rixa facta cũ seruo, ille seruus mortuus est, habens solùm vnũ ictum cum gladio ad gulam, sed nescitur à quo fuit percussus: quia sic omnes debebũt teneri de homicidio. Sed illud non videtur placere de iure, vt dictum est. Vel posset habere locũ eorum opinio, s. si cùm rixaretur Martinus cum illo seruo pro prædicta mappa, tres, vel quatuor immiscuerunt se in rixa prędicta, iuuando Martinum, & seruus inuentus est mortuus, solũ percussus vno ictu, & animo occidendi, sed nescitur, qs percussit: & sic omnes teneantur de homicidio. Sed nec istud cadit benè in animo meo, licèt videatur habere colorem, ex eo, quòd tunc illi omnes, vt vnus, seu vnam partẽ facientes, fuerunt in rixa contra illum seruum. ¶Sed quid, si rixantes

30 †clamabant, moriatur, moriatur ille seruus? Credo, quòd tunc omnes clamãtes, appareat, vel non appareat, qui percussit, videntur mandasse: & sic tenentur de homicidio. vt C. de accu. l. nõ ideo. ¶Itẽ,

31 prædicta omnia faciunt ad multas †quæstiones, s. si plures vadant spatiatum, & rixa facta, vnus est mortuus: vel pluribus ludentibus ad ludum alearum, rixa facta, vnus est mortuus: vel si inter plures alio modo rixãtes, rixa facta, vnus fit mortuus, & sic de similibus. & facit ad materiam rixæ, ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. §. tabernarius. & l. scientiam. §. cùm stramenta. & si quadru. pau. fe. di. l. j. §. cùm arietes. & ad leg. Cor. de sic. l. j. §. diuus. in fi.

32 QVAESTIO. Martinus † cùm rixaretur cum quodã hodiè in via publica, & posuisset ei malitiosè gladiũ ad gulam scindendam, cùm posset, noluit eum occidere, sed elegit eum cũ gladio in tibijs vulnerare: & cùm ille homo cum manu occurreret tibijs, abscidit ei manum, & paulò posteà mortuus est ille homo, ꝓ eo, quia statim vulneratus stupefactus subitò cecidit supra lapidem scindẽtem, & rupit sibi caput, vel quia erat ebrius, vel propter dolorem turbatus, nesciuit sibi prouidere de aliquo adiutorio. vel erat in nemore Valenæ, & nõ fuit qui sedaret ei fluxum sanguinis. vel si erat hîc in villa, erat in media nocte, & antequàm veniret medicus, amisit totum sanguinẽ. vel ex summa paupertate non habuerit necessaria pro consolidandis plagis. vl erat homo multùm debilis complexionis, intãtum, quòd beneficio medicinæ iuuari non potuit, quin exinde moreretur, licèt exinde aliquis alter mortuus non fuisset. vel erat in mense Augusti, in feruore caloris æstiui, & propter plagas arripuit eum febris cõtinua, & mortuus est exinde, quod non euenisset in alio tẽpore. vel sacer ignis arripuit eum in plagis, & exinde mortuus est. Quæritur, an Martinus debeat reputari homicida, s. ꝙ teneatur lege Cor. de sicarijs? Et dico, ꝙ non. cùm nõ videatur habuisse animum occidẽdi: vt dictum est. vt ff. ad leg. Cor. de sic. l. j. §. diuus. Attamen debebit puniri extra ordinem officio iudicis: vt ff. de iniu. l. fi. & Instit. e. §. in summa. & facit eo. ti. §. pœna. & §. atrox & ff. eo. l. vulneris. & de pœnis. l. respiciendum. in prin. & punietur magis propter casum mortis subsecutæ. licèt enim in lege Cor. de sic. spectetur voluntas, non exitus: tamen in talibus vulneribus iniuriosis inspiciendus est euentus mortis, & etiam puniendus, propter culpam præcedẽtem, ad casum mortis, quæ postmodum subsecuta est, ordinatam. argu. ff. de pœnis. l. aut facta. §. euentus. & ad lege Cor. de sic. l. j. §. diuus. in fi. & l. lege Cornelia. §. j. ad leg. Aquil. l. qua actione. §. sed si quis seruum ægrotum. & l. qui occidit. §. in hac. & l. si putator. cum similibus. & facit ff. de pœnis. l. respiciendum. §. delinquunt.

QVAESTIO. Sed quid, si ille † homo mortuus est ex medici negligentia? 33
Potest dici, quòd Martino nõ imputabitur casus illius mortis: vt ff. ad leg. Aqui. l. qui occidit. in fi. & l. si ex plagis. in prin. Sed ibi loquitur, quando agitur ad damnum seu ad interesse, quod citò potest tolli: quia & si plures fuerint, tamen vnus soluendo liberat alios. quod nõ esset ita in pœna: vt eo. tit. l. item Mela. §. sed si plures. Posset ergo probabiliter dici, ꝙ

 si ex

si ex negligentia, vel culpa medici mortuus est, quòd medicus ille puniatur extra ordinem de culpa sua: vt ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. sicuti medico. & ad le. Aquil. l. qua actione. in fi. & l. sequen. in princ. & nihilominùs pœna Martini grauabitur, qui primus occasionem mortis præstitit. Duo enim teneri possunt de morte alterius: licèt in ea operam dederint separatim diuersis temporibus: vt ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. §. rursus.

Item, si ex dolo medici mortuus sit, vt quia animo occidēdi posuit ei venenum in plagis, quia etiam mors imputabitur ex culpa ipsi Martino: quia culpa vulnerū, in qua ipse est, fuit ordinata ad casum mortis, qui posteà accidit, nisi enim fuissent vulnera, medicus non posuisset ibi venenum. Medicus tamen punietur tunc lege Corne. de veneficijs, vt homicida: vt ff. ad leg. Cor. de sic. l. j. & l. iij. §. legis Corneliæ. & C. de maleficis. l. j. Si
34 autē † mortuus sit ille homo ex malo regimine suo: quia affectauit & comedit de anguillis & de boue plenum ventrem: tunc nihilominùs mors imputabitur Martino, qui fuit in maiori culpa. Si autem ille homo fuit in dolo: quia cùm diceretur ei, ne comederet bouem, nec anguillas, quia medicus prohibuerat illud: ipse dixit, non curo. quia si ego morior, Martinus suspendetur: tunc satis videretur, ꝙ mors non deberet grauare Martinus, propter dolum illius hominis. qui dolus videtur præponderare.

35 QVAESTIO. Sed quid si ille † sic vulneratus perijt incēdio, vel ruina, vel fulgure, vel aliàs fuit occisus ab aliquo? Dico, quòd pœna Martini non erit grauior in aliquo ex illa morte: quia culpa eius, quæ fuit in vulnerando, nō fuit ordinata ad illum casum mortis: vt apparet ex supradictis. & facit ff. ad leg. Aqui. l. item Mela. §. Celsus. & ad leg. Rho. de iactu. l. fi. §. fi. & penult.

36 QVAESTIO. Sed nunquid † Martinus tenebitur lege Iulia de vi publica?
Circa quod est aduertendum, quòd qui
37 tenet † arma in domo sua, tenetur eo ipso
regulariter lege Iulia de vi publica. vt ff. ad leg. Iuliam de vi publi. l. j. Item, & qui
† fuerit in publico cum armis: vt eo. ti. l. 38
iij. §. j. excepto, quòd permittitur priuatis portare paruos cutellos, ad reparandum pennam, seu ad scindēdum panem. vt in corpo. de armis. §. solos. col. vj. & multò fortiùs permittitur portare fustes & lapides: vt no. C. de fabricen. in rub. lib. xj. Cùm ergo Martinus fecerit illa vulnera cū gladio magno: ergo portabat arma in publico. ergo &c. & est † pœ 39
na legis Iuliæ de vi publica, deportatio: vt C. ad leg. Iuli. de vi publi. vel priua. l. quoniam. & not. eo. titu. l. ij. & ff. de regulis iur. l. hoc iure. Hodiè vero † ces-
sat lex Iulia de vi publi. in villa ista, in 40
prædictis duobus capitulis. Primum capitulum cessat hìc: quia ad magnum honorem reputatur in villa ista alicui, si habeat aulam domus suæ ornatā diuersis generibus armorū, & cum eis ornant carrerias circunquaque, quando cōtingit Regem vel Papam facere transitum per locum istum. Item cessat secundum capitulum: quia cùm aliquis vadit hic in publico cum armis, nō punitur aliàs, nisi quòd si curia inueniat eū ea portantem, statim aufert ea sibi, & sunt ipsius curiæ sine aliqua sententia, & aliqua ponit in pertica, & aliqua in arca quadam, & computantur inter alia emolumenta curiæ. Et ita per desuetudinē sublata est hìc lex Iulia de vi publica, & eius pœna in illis duobus capitulis, quod & potest esse: vt Insti. in proœmio. §. igitur. Non
ergo † tenetur Martinus, secundùm the- 41
ma propositum, lege Iulia de vi pub. nec lege Cor. de sic. sed accusabitur leg. Cor. de iniur. & punietur extra ordinem. & iudex arbitrabitur pœnam corporalem, ex causa, ex persona, ex tēpore, & ex loco, & ex re ipsa: vt ff. de iniu. l. fi. & l. prętor edixit. §. atrocem. cum l. seq. & Insti. e. §. atrox. Vel ex causa, si iudici videatur, poterit condemnari pecuniariter in fiscum: vt no. Instit. e. §. in summa. & facit quod no. ff. de pu. vectig. & commiss. l. licitatio. §. quod illicitè. Non tamen abscindetur ei membrum. arg. Insti. de iniu. §. pœna. & multò minùs infligetur ei pœna

Huc se remittit Guido Papa q. 422. circa mediū. & q. 437 in fi. in decisionib.

Sequitur Guido Papa q. 423. nu. 4. in fi.

pœna mortis naturalis. & facit ff. ad leg. Cor. de sic. l. j. §. diuus. in fi. ibi, dũ dicit, leuiandam pœnã &c. Ibi enim ex ictu seu percussione secuta fuit mors: & quia non fuit animus occidendi, ideo dicitur ibi leuiandam pœnam. Non ergo erit pœna mortis naturalis.

SENTENTIA.

41 CVM dictus † Reus negauerit se occidisse dictum seruũ Stichum, & ipso negante, & in sua inficiatione existente, dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & specialiter ꝓbauerit per testes idoneos, dictum Reum occidisse dictum seruũ: idcirco per sententiã in his scriptis condemnamus dictum Reum in duplũ æstimationis prædicti serui quondã, s. in xx lib. Tur. in dicta petitione contentis, dandis & soluẽdis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus eũ in c. sol. Turo. dandis dicto Actori ꝓ expensis &c.

¶Probatur C. de le. Aquil. l. contra negantem. Rectè dicitur, ꝙ Reus † negauit se occidisse, & eo in sua inficiatione persistente, Actor probauit per testes: quia si post negationem, & ante probationẽ per Actorem inductã, Reus confessus fuit se occidisse dictum seruũ, vel detulisset iuramentum dicto Actori, & Actor iurasset dictum Reum occidisse dictum seruum: tunc Reus tantùm cõdemnabitur in simplum, s. in x. lib. Tur. vt ff. de iniur. l. eum qui. in prin. & in cor. de trien. & se. §. hæc aũt dicimus. col. iij. & facit quod no. in l. illa, cõtra negantẽ. & ff. de rei ven. l. fi. licèt aliter no. ff. ad le. Aq. l. inde Neratius. §. hæc actio. vbi no. ꝙ vsq; ad litem contestatã est licitũ pœnitere, & cõfiteri. vel vsq; ad publicationẽ testiũ, & ꝙ satisfaciat tũc expẽsis refusis: vt in cor. de tri. & se. §. studiu. in ver. hęc aũt dicim⁹. col. iij.

43

RVBRICA C.
De actione ex testamento.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex testamento, pro relictis ecclesiæ, vel pio loco, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Probare quæ oporteat eum, qui agit actione ex testamento, nomine ecclesiæ, vel alterius venerabilis loci. nu. 4. 6. 13. 15. 17. 26*

5 *Prælati ecclesiarũ, & priores, nomine ecclesiæ agẽtes, num & quãdo ante litẽ contestatam, procuratorem cõstituere poßint, & personas suas qualificare teneantur.*

7 *Testamentum nuncupatiuum, quot & quæ necessaria requirat, vt valeat.*

8 *Testamẽtum in scriptis, quot & quæ necessaria requirat, vt valeat.*

9 *Vltima voluntas alia, præter testamentum nuncupatiuum, & in scriptis, quot testes requirat.*

10 *Vltima volũtas per quos testes probetur, & eorum depositiones quomodo publicari debeant. Et an & quando probari poßit per instrumentum.*

11 *Legata adimuntur nuda & tacita volũtate testatoris, & multò fortiùs expressa.*

12 *In vltima volũtate inter liberos, sufficiunt duo testes, mares, vel fœminæ, rogati vel non rogati. Et an hæc voluntas extendatur ad extraneos institutos, & ad legata extraneis relicta. Et an in testamẽto in scriptis*

14 *Viuẽtis nulla hæreditas, nec legata cedunt, nisi post mortem testatoris.*

16 *Hæres vt quis sit, non est satis aliquem res hæreditarias tenere, sed oportet, quòd hæreditas ex testamento, vel ab intestato delata sit.*

18 *Aditione hæreditatis, cum legatarijs quasi contrahi videtur.*

19 *Ex testamento, ex quo hæreditas non aditur, an legata debeantur. & quid, si ab intestato.*

20 *Donatio causa mortis, facta per traditionem, vel per stipulationem, vel sine, an valeat hæreditate non adita. nu. 21.*

21 *Donatio causa mortis an propriè sit, quæ facta est sine traditione, & sine stipulatione, vel fideicommissum.*

22 *Donatio causa mortis facta à filiofamiliàs, patre permittente, absenti, sine stipulatione vel traditione, an valeat: cùm nec legare, nec fideicõmittere, nec testari poßit. & nu. 24.*

23 *Donatio causa mortis, ad hoc, vt valeat, an aditionem hæreditatis requirat. Et quid in donatione inter viuos.*

25 *Legatum purum, vel in diem certum relictum, quando fictione iuris, quando verè, & quando incommutabiliter & irrepudiabiliter cedat. Item quando legatum conditionale.*

27 *Cognitio ad Episcopum an pertineat, super relictis ad pias causas. Et an tunc necessarius sit libellus. Et an duo testes ad probandum legatum sufficiant. Episcopus contumacem Reum excommunicare, nu. 29. & brachium seculare, si sibi necesse fuerit, inuocare possit. nu. 32.*

28 *In vltimis voluntatibus, leges quando contenta sint numero duorum testium.*

30 *Excõmunicatus quomodo assimiletur deportato & bannito, & in quibus ab his differat. nu. 31.*

33 *Sententiæ formula in actione ex testamento, pro relictis ad pias causas.*

34 *Testator, cùm deberentur sibi decem libræ Turonẽses ex causa mutui, dixit ita in sua vltima voluntate: Item omnia bona mea mobilia lego ecclesiæ sancti Firmini. Quæritur, an prædicta pecunia debita, & omnia alia nomina debitorum in prædicto legato venire debeant. Pro, & contrà. Solutio, nu. 35. & 36. Responsio ad argumenta contraria. nu. 39.*

35 *Nomina debitorum, non sunt mobilia, nec immobilia, sed tertium genus bonorũ constituunt.*

37 *Pronomen, mea, continet solùm ea mobilia, quæ per testatorem vendicari possunt*

38 *Pronomen, mea, ostendit tempus præsens, non futurum.*

40 *Actionẽ qui habet, rem habere videri, quomodo intelligendum.*

41 *Legato Calendario, an debita sint legata.*

42 *In fideicommisso generali an actiones veniant.*

43 *Chirographa esse mobilia, quomodo intelligendum.*

44 *Nomen debitum ecclesiæ, an sequatur naturam immobilium, vt alienari non possit.*

45 *Legatis omnibus bonis suis mobilibus, vel immobilibus, an actiones personales, seu nomina debitorum veniant.*

46 *Testator, si instituerit duos hæredes solũ: primum, in omnibus bonis suis mobilibus: alterum, in omnibus immobilibus: & nullo alio hærede instituto decedat. Actiones personales, seu nomina, ad quem illorum, & an ad vtrunque æquis portionibus pertinere debeant.*

47 *Hæredem quidam instituens, eum tantum diligit, quòd testamẽtum dictari velit ita, vt posteà mutari non possit, quin ex illo testamẽto bona sua habeat: Quæritur, quomodo hoc fieri possit. & nu. 55. 56. 57.*

48 *Cautela, vt testamentum factum mutari non possit, quòd hæredi instituto, in euentũ mutationis, inter viuos omnia bona præsẽtia & futura donẽtur, reprobata. nu. 49*

50 *Cautela, vt testamentum factum mutari non possit, quòd posteriori voluntati derogetur ita, Nisi in illa testes fuerint rogati rex Franciæ, & rex Aragonum, reprobata. nu. 52. & 53.*

51 *Cautela, vt testamentum factum mutari non possit, quòd dicatur, Nolo posterius aliquod valere, nisi sint ibi scripta de verbo ad verbum, Aue Maria, & Pater noster, & totum Psalterium. & sic de similibus, reprobata. nu. 53.*

54 *Testator, si non faciat mẽtionem in secundo testamento de derogatorijs, quid erit? Vel quid, si de derogatorijs faciat mentionem, & pœnitet de eis, sed pœnitendo de qualitate derogatoriorum nullam mentionem facit?*

55 *Cautela, vt testamentum factum mutari non possit, quòd testator iuret, quòd nunquam aliquem alium hæredem sibi instituet, & quòd nũquam magis testamentum mutabit, nec reuocabit: an hæredem securum faciat.*

56 *Iuramentum, propter salutem animæ, & periculi animæ euitationem, multa valere facit, quæ iure ciuili, reiectò etiam iuramento,*

mento, probibita erant.

57 Iuramentum præstitum, & obseruandum, non obseruare, sine dubio peccatum mortale est. Et quicquam contra id statuere, credere, & pertinaciter affirmare, erroneum & hæreticum videtur.

58 Ciuitati, vel alteri loco publico relictum, ad aliquid certum faciendum, an in alios vsus mutari poßit. Negatiuè. Sed fallit in casibus ibi notatis.

59 Testator si reliquit prædia, vt ex annuis fructibus certi annui ludi fierent, & executor recepit fructus: an ludis non factis, fructus hæredi restituentur.

60 Executor si pecuniam relictam ad certum opus vel vsum, & in aliud opus vel vsum conuertit, an de suo voluntatem defuncti complere teneatur, vel apud hæredem remaneat.

61 Executorum duo genera. & qui ex legato vtilitatem percipiant, qui non. & nu. 62.

63 Executor vltimæ voluntatis, an cautionem præstare teneatur. negatiuè. Sed fallit in multis casibus ibi notatis.

64 Executor, si aliquis sit non nudus minister, & moriatur viuo testatore, vel viuens testatore mortuo legatum repudiet: fideicommissarius contra hæredem ad fideicommissum aget, nec primus legatarius viuens legatũ agnoscere cogeretur. Et quid, si primus agnoscat legatum, sed contra hæredem agere non velit, vel legatum exigat. Item quid, si secundus fideicommissum repudiet, vel moriatur, antequàm dies fideicommißi cedat. Vel si ex alijs causis, legatum primo legatario relictum non valeat, an fideicommissum valeat. Vel si fideicommissum secundo relictum legatario non valeat, an lucro primi legatarij cedat, remißiuè.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio dominus Ioannes de Monte Lauro, Prior sancti Firmini, contra Martinum, quòd Belinus decessit, relicto sibi hærede vnico, & vniuersali prædicto Martino. qui Belinus in sua vltima voluntate reliquerat ecclesiæ sancti Firmini x. lib. Turon. Item dicit & proponit, ꝙ adita hæreditate dicti Belini per Martinum, dictus Prior in tempore rogauit dictum Martinum, vt sibi prædictas x. lib. solueret, in quibus soluendis dictus Martinus moram adhibuit, & adhuc moram adhibet, intantum, quòd pro eis soluendis passus est se coram vobis in iudicium euocari. Quare agit dictus Prior contra dictum Reum, vt sibi duplum dicti legati det. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in duplum dicti legati, scilicet in xx. lib. Turon. dandis dicto Priori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. ¶ Probatur † Insti. de ac. §. item mixta est actio. 2
Item ad hoc, quòd dictus Prior † in causa obtineat, oportebit eum probare quinque, vel sex: vt sequitur. 3

POSITIONES ACTORIS.

PONIT & probare intendit dictus Actor, ꝙ ipse est Prior † ecclesię sancti Firmini. Effectus: quia agere nõ posset aliàs, nisi probaret se Priorem in dicta ecclesia, per Papam, vel per alium legitimè institutum. argu. C. de manda. prin. l. vna. nec sufficiet ei sua quasi possesio, percipiendi decimas in hortis Montis Pessulani, vel alios redditus ecclesiæ. argu. ff. de decu. l. Herennius Modestinus. Itẽ cùm hodiè † videamus, quòd Priores, & Prælati ecclesiarum, disponunt de mobilibus, scilicet de fructibus & obuentionibus, & donant amicis, & parentibus, & alijs pro voluntate: & sic non gerunt se in talibus vt administratores, sed vt veri domini, & nullam reddunt rationem, nisi Deo, & sic tolerat vniuersalis Ecclesia: ideo dico, quòd dictus Prior, agens pro prædictis xx. lib. Turon. quas iam, si vellet, posset donare dicto Martino, vel alij, vt dominus, ipse poterit ante litem contestatam constituere procuratorem: nec ante litem contestatam habet se necessariò probare Priorem, sed sufficiet post litem contestatam. ar. C. de dona. l. illam. Secus, si ageret ad immobilia, vel ad ciuiles annonas, seu ad ius decimandi: quia de

 illis

illis non posset facere, vt verus dominus: & sic non posset in illa causa ante litem contestatam procuratorem constituere. & fortè tunc cogeretur ante litem contestatam se probare Priorem. & sic potest intelligi, quod no. ff. de procu. l. j. &. C. eo. l. neque tutores. Sed in multis de prędictis, est fortè aliud de iure canonico.

¶ Secundò ponit dictus Prior, quòd
6 dictus Belinus legauit † in sua vltima voluntate prædictas x. lib. Turon. ecclesiæ sancti Firmini. Effectus: quia sic loquitur Insti. de acti. §. item mixta. ¶ Nunc circa vltimas voluntates dico, quòd si fit
7 testamentum † nuncupatiuum, tria sunt necessaria regulariter, ad hoc, vt valeat. Requiritur enim hæredis institutio: vt Insti. de leg. §. ante hæredis. & C. de testa. l. non codicillum. & ff. de hære. insti. l. j. in prin. Item requiruntur septem testes idonei & rogati: vt ff. de testa. l. hæredes palàm. §. in testamentis. & l. qui testamento. §. ne furiosus. vsque in finem legis. & C. e. tit. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. Item requiritur vnus cõtextus: vt ff. eod. l. hæredes palàm. §. fin. ¶ Si
8 autem fuerit testamentum † in scriptis: tunc sunt septem necessaria, ad hoc, vt valeat. Requiruntur enim ibi prædicta tria. Item quartum requiritur, scilicet scriptura: vt C. de testa. l. hac consultissima. in prin. nec curatur, an in Græca litera, vel alia scribatur: vt e. l. in fi. nec curatur, sit scriptum in cera, vel in lapide, vel in alia materia, dũ tamen sigilla possint ibi apponi. de quo habetur ff. de bo. pos. sec. tab. l. j. in prin. & posset etiã scribi in charta rasa: vt e. tit. l. chartę. Item quintum est, quod requiritur, scilicet sigilla dictorum septem testium: vt C. de testa. l. hac consultissima. in prin. & ff. eo. l. ad testium. §. signum. Item sextum est, quod requiritur, scilicet septem subscriptiones dictorum septem testiũ. & quòd quilibet testis subscribat manu propria: vt C. de testa. l. hac consultissima. in prin. & ff. eo. l. singulos. Item septimum est, quod requiritur, scilicet quòd testator manu sua propria subscribat, vel quòd octauum subscriptorem adhibeat: vt in l. hac consultissima. circa prin. & ita in testamento in scriptis sunt necessaria septem sigilla, & octo subscriptiones. Hodiè verò, si testator scribat manu sua testamentum suum in scriptis, & hoc specialiter expresserit, quòd ipse manu sua illud scripsit: ipse tunc non habebit necesse subscribere, nec octauum subscriptorem adhibere, & ita sufficient tunc septem subscriptiones septem testium: vt C. de testa. l. cùm antiquitas. §. fi. in quo corrigitur l. hac consultissima. in principio. Si ergo testator nõ scripsit testamentum prędictum manu propria, vel si scripsit manu propria, non tamen specialiter expressit, se sua manu illud scripsisse: tũc ipse debebit subscribere, vel octauum subscriptorem adhibere: quia tunc in hoc non est correcta l. illa, hac consultissima. in prin. Item in subscriptionibus, quando sunt necessariæ, non est necesse ponere nomen hæredis hodiè: vt C. de testa. auth. & non obseruato. licèt esset secus, secundùm l. iubemus. super qua dicta authen. corrigendo est posita. licèt gl. ff. de testa. l. singulos. dicat, quandoque nomen hæredis debere apponi in subscriptione. Si autem fuerit † aliqua alia 9
vltima voluntas, sufficient quinque testes: vt C. de codi. l. fi. in fine. ¶ Item est notandum, quòd vltima voluntas † pro- 10
batur per testes, qui interfuerunt, & de depositionibus eorum debet fieri publicatio ad æternam rei memoriam. vt C. de testa. l. ij. Item, poterit probari per instrumentum manu publica scriptum, sine aliqua alia publicatione. vt de hoc. C. de fideicommis. l. fi. & ff. de testa. l. hæredes palàm. in princi. & quemadmodum tes. aperi. l. ij. excepto testamento in scriptis. quia in casu, in quo testator noluit, quòd testes scirent ea, quæ in testamento scripta sunt, tunc non posset dici instrumentum manu publica scriptum: quia nec protocollum præcessisset, nec etiam fuisset testibus lectum. quod deberet esse in instrumento publico, si fieret per tabellionem. vt ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. j. ¶ Item est notandum, quòd in legatis, licèt ad hoc, vt valeant, requiratur nume-

numerus septem testium, si fiant in testamento: & in alia quacunque voluntate vltima quinque, vt apparet ex superiori-
11 bus: Attamen legata † adimuntur nuda & tacita voluntate testatoris: vt ff. de adimen.le.l.iij.§.fi. multò ergo fortiùs possunt adimi & expressa voluntate, scilicet si testator dicat coram testibus duobus, Nolo legata deberi. vel, Nolo testamentum valere: vt ff. de mili.te.l.militis. §. veteranus. & facit, quod not. ff. de testa. l.hæredes palàm. §. si quid post. ¶ Item est aduertendum, quòd quædam est alia
12 vltima † voluntas, in qua sufficiunt duo testes, mares, vel fœminæ, rogati, vel non rogati: scilicet, quando parens facit partitionem seu diuisionem rerum suarum inter suos liberos plures, vel omnes, seu prælegationes eis facit, seu testatur inter eos. Attamen talis voluntas pro nihilo habetur quantum ad extraneos institutos, & quantum ad legata extraneis relicta. vt C. fami. hercis. l. fi. & de testa. l.hac consultissima. §. ex imperfecto. Sed illa iura remanent, & habent locum in vltima voluntate nuncupatiua. Hodiè autem, si parens velit facere inter liberos prædictam dispositionem & in scriptis, ad hoc, vt valeat, requiritur solennitas, quę habetur C. fa. hercis. authen. si modò subijciatur. & de testamen. authen. quod sine subscriptione. & tunc in tali voluntate vltima in scriptis, & cum prædicta solennitate facta, licèt non intersint nisi duo testes, poterit parens libertates relinquere, & fidei committere extraneis, cum solennitate tamen, quæ quantum ad extraneos, traditur in cor. de test. imper. §.j. col. viij.

¶ Tertiò ponit dictus Prior, quòd di-
13 ctus Belinus † decessit seu mortuus est.
14 Effectus: quia viuentis † nulla est hæreditas: vt ff. de hære. vel ac. ven. l.j. & de acqui. hæred. l. neminem. nec legata cedunt, donec post mortem testatoris. vt C. de caduc. tollendis. l. vna. §. cùm igitur.

¶ Quartò ponit dictus Prior, quòd
15 dicto † Martino delata fuit hæreditas dicti Belini. Effectus: quia oportet, quòd delata † fuerit ei hæreditas, ex testamento, vel ab intestato: vt ff. de petitio. hæredit. l.j. ij. & iij. & de acquirenda hære. l. is qui hæres. & de verbo. signifi. l. delata. nec enim eo ipso, quòd quis tenet res hæreditarias, est hæres: vt C. vnde legitimi. l. non hoc. nisi & hæreditas sit ei delata. 16

¶ Quintò ponit dictus Prior, quòd Martinus † adiuit hæreditatem dicti Be- 17
lini. Effectus: quia sic † videtur quasi 18
contraxisse cum legatarijs. vt ff. ex quibus causis in possess. ea. l. iij. in fi. & de actio. & obli. l. ex maleficijs. §. hæres. & etiam † ex testamento, ex quo non adi- 19
tur hæreditas, non debentur legata. vt C. de fideicommis. l. eam, quam. Idem, si ab intestato fuerunt legata prædicta decem, fortè in codicillis, nullo facto testamento: oporteret etiam tunc hæreditatem adiri à venientibus ab intestato, aliàs non deberentur legata: vt ff. de iure codicillorum. l. conficiuntur. in princip. & l. ab intestato. & de hæredib. instituen. l. qui filio. §. j. Si autem esset donatio † causa mortis, facta per tradi- 20
tionem, vel per stipulationem: tunc fortè benè valeret, dato, quòd non adiretur hæreditas: & si non interuenisset traditio, sed stipulatio, daretur curator bonis: vt ff. de curatore bonis dan. l.j. quia tunc saperet ad contractum inter viuos. Si autem donatio causa † mor- 21
tis esset facta sine traditione, & sine stipulatione: tunc propriè non esset donatio causa mortis, sed esset fideicommissum: vt ff. de legat. ij. l. miles ad sororem. & l. cùm pater. §. donationis. & de dote prælegata. l. Seia. in fine. & C. de donationib. causa mortis. l. j. in quibus legibus videtur textus, quòd donatio causa mortis, quando fit sine traditione, vel stipulatione, quòd tunc fit fideicommissum: & tunc sine dubio non valeret, nisi esset ab aliquo adita hæreditas donatoris. Propriè enim est donatio causa mortis, quando fit per traditionem, vel per stipulationem: vt ff. de leg. ij. l. vt hæredibus. & no. ff. de donation. causa mortis. l. j. Et si à

22 si à filiofamiliâs fieret † donatio causa mortis, patre permittente, quod facere potest: vt ff. e. l. tam is. §. j. si fieret per traditionem, vel per stipulationem, benè valeret. aliâs si faceret eam absenti, sine traditione, vel stipulatione, non valeret vt donatio causa mortis, quia tunc esset fideicommissum: quia filiusfamiliâs non potest legare, nec fideicommittere, quia nec testari potest: vt ff. de leg. j. l. ij. Vel potest dici probabiliter, & benè, quòd
23 donatio † causa mortis, facta per traditionem, aliâs per promissionem, requirit, ad hoc, quòd valeat, aditionem hæreditatis. Cedit enim ad instar legati vel fideicommissi: vt ff. de dona. cau. mor. l. fi. & facit C. e. l. ij. & ad leg. Falcidi. l. si mortis causa & l. in donationibus. sed donatio inter viuos confirmatur morte, etiam patris hæreditate non adita: vt no. C. fami. hercis. l. filiæ. Item potest dici, quòd si fi-
24 at † donatio causa mortis absenti, & sic sine traditione, & stipulatione: nihilominùs est donatio causa mortis: vt no. C. de dona. cau. mor. l. j. & ff. de leg. ij. l. vt hæredibus. & sic filiusfamiliâs, patre permittente, poterit facere donationem causa mortis absenti, & valebit de iure. & ita tenebat dominus Ber. licèt alij Doctores clamarent contrarium, non tamen in præsentia sua. ¶ Item est notandum, quòd
25 legatum † purum, vel in diem certum relictum, cedit à morte testatoris, fictione iuris, scilicet quantum ad transmissionem: vt C. de cadu. tol. l. vna. §. cùm igitur. & ff. de furtis. l. à Titio. Idem in donatione causa mortis. vt ff. de dona. cau. mor. l. fin. Sed prædicta cedunt verè à tempore aditæ hæreditatis, commutabiliter tamen: vt ff. de rebus credi. l. proinde. §. j. & de leg. ij. l. cùm pater. §. surdo. Sed incommutabiliter & irrepudiabiliter cedunt ab agnitione facta per legatarium, post aditam hæreditatem: vt ff. de condi. insti. l. ei, qui ita hæreditatem. Sed conditionale legatum non cedit, donec venerit conditio: vt C. de cadu. tollen. l. vna. §. sin autem. & ff. de actio. & obli. l. is cui. in princip.

¶ Sextò ponit dominus Prior, quòd dictus † Martinus fuit in mora soluen- 26
di prædicta decem, vsqueadeò, quòd in iudicium passus est se vocari. Super ista positione satis habetur Institu. de actio. §. item mixta. & ff. de vsur. l. mora.

¶ Consulerem, quòd dictus Martinus
† pro prædicto legato conueniretur co- 27
ram Officiali Magalonensi: quia super relictis ad pias causas pertinet cognitio ad Episcopum: vt extrà de testa. c. tua nobis. nec erit tunc necessarius libellus: sed poterit procedi per viam monitionis: vt ibi. Item ad probandum prædictum legatum coram Officiali, sufficerent duo testes: vt eodem tit. c. cùm esses. & c. sequenti. Leges † etiam quan- 28
doque sunt contentæ, in vltimis voluntatibus, numero duorum testium, scilicet cùm miles armatæ militiæ testatur: vt ff. de militari testa. l. Lucius. & C. eo. l. milites. Item & quando parens testatur inter liberos: vt C. de testamen. l. hac consultissima. §. ex imperfecto.

Item, Episcopus † seu Officialis eius 29
poterit excommunicare contumacem: vt C. de sacrosanctis ecclesi. l. placet. in fi. & de episco. & cleri. authen. item nulla communitas. & in corpo. de sanc. episco. §. omnibus autem episcopis. collat. ix. Et talis excommunicatus † assimila- 30
bitur illi, cui aquæ & igni interdictum est, seu solebat interdici: vt notatur ff. de testamen. l. eius, qui. §. j. loco cuius interdictionis successit hodiè deportatio: vt ff. ad leg. Iuliam pecul. l. iij. & de pœnis. l. ij. §. j. Sed quòd ille excommunicatus assimiletur illi, cui aquæ & igni interdici solet, est intelligendum, quòd nullus debet cum eo participare. & sic nullus debet ei dare aquam, nec de igne, nec alia, nec etiam debet eum aliquis salutare, nec sibi dicere Aue: vt xj. q. iij. c. excommunicatos. Aequiparantur enim, excommunicatus, & bannitus: vt in lib. feudor. hic finitur lex. c. vno. circa princip. Attamen, testamentum
† per excommunicatum factum valet: 31
quia & ea, quæ per eum in iudicijs fiunt seu aguntur, valent: vt extrà de except. c. pia. lib. vj. Item & ille, cui est interdictum

ctum aquæ & igni, seu est deportatus, amittit ciuitatem, seu ea, quæ sunt de iure ciuili: vt ff. de var. & extraor. cognitio. l. penul. §. consumitur. & Institu. quibus mo. ius pa. po. sol. §. cùm autem is, qui. nec habet hæredem, nisi fiscum : vt C. de bo. proscrip. l. ij. quæ in excommunicato locum non habent. Item, si Episcopus

32 † cognoscat de causa, ipse poterit inuocare brachiũ seculare, si sibi necesse fuerit: vt C. de relig. & sump. fune. in l. Græca, alearum ludus.

SENTENTIA.

33 CVM dictus dñs Prior † sufficienter ꝓbauerit intentionem suã, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum in duplum dicti legati, scilicet in xx. lib. Turonen. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto domino Priori. & nihilominùs condemnamus dictum Martinum in c. solidis Turonen. dandis dicto Priori domino pro expensis, quos c. solidos dictus dominus Prior, delato sibi à nobis iuramento, taxatione nostra præcedente, iurauit se expendisse occasione præsentis causæ.

QVAESTIO notabilis. Belinus,

34 † cùm deberentur sibi x. lib. Turonen. ex causa mutui, dixit ita in sua vltima voluntate: Item omnia bona mea mobilia lego ecclesiæ sancti Firmini. Quæritur, an prædicta pecunia debita, & omnia alia nomina debitorum, debeant venire in prædicto legato? Et videtur, quòd sic, pluribus rationibus. Primò, quia ille, cui aliquid debetur, videtur illud habere: vt ff. de reg. iur. l. qui actionem. & de verb. signi. l. id apud se. ergo &c. Secundò, quia illud, quod sibi debetur, videtur quis habere in bonis. vt ff. eo. l. bonorum. §. in bonis. Tertiò, quòd meorum appellatione, etiam actiones continentur: vt ff. ad Trebel. l. si legatus. §. j. & de verbo. signifi. l. meorum. Quartò, quia non videtur differre, habeat quis pecuniam in numerato, vel in nominibus. & idem ius ibi statuit: vt C. de rei vxo. ac. l. vna. §. exactio. & quando & quib. quarta pars. l. ij. §. mobiles. lib. x. & ff. de rebus eo. qui sub tute. sunt. l. magis. §. non passim. Quintò, quia testator, legando quicquid habet in certa regione, videtur legasse debita: vt ff. de fundo instructo leg. l. nepoti. Sextò, quia si hęres rogatus fuerit restituere bona, vel vniuersam pecuniam, ipse cogetur adire, & restituere per Trebellianum : & sic venient ibi nomina debitorum: vt ff. ad Trebelli. l. nam quod ad ius. in fi. Septimò, quia exempta de ædificio, ea mente, vt ibi reducantur, videntur esse ipsius ædificij. vt ff. de actionib. empti. l. fundi nihil est. §. fi. & sic, quia ille, qui mutuat pecuniam, gerit in mente, quòd eam recuperet, ipse videtur eam habere, & inter mobilia sua debere eam computari. Octauò, quia à pannicularibus, quæ sine dubio sunt mobilia, excipitur chirographum magnæ quantitatis: vt ff. de bo. dam. l. diuus. & sic chirographum, & per consequens nomen debitoris ibi contentum, debet computari inter mobilia. Nonò fit tale argu. supposito, quòd de debitis extent chirographa. Qui legat mobilia, legat chirographa. sed qui legat chirographa, legat nomina debitorum. ergo qui legat mobilia, legat nomina debitorum. Maior probatur : quia chirographum potest furto contrectari: vt ff. ad leg. Aquil. l. si quis testamentum. & de fur. l. quidam tabularum. & sic postquàm contrectatur, est corporale & mobile: vt ff. de fur. l. j. §. furtum. & Institu. de rebus cor. & incorpo. circa princip. Minor probatur ff. de leg. j. l. seruum filij. §. eum, qui. & de leg. iij. l. qui chirographum. Decimò inducitur glo. in cor. de non alie. aut permutan. reb. ecclesiasti. §. vult enim. col. ij. vbi videtur innuere, quòd actio competens pro re mobili sequitur formam & qualitatem rei mobilis. ¶ Sed econtrà videtur, quòd nomina debitorum non veniant in legato mobilium : quia nec nomina debitorum sunt mobilia. Et inducitur pro ista parte, ff. de leg. ij. l. Gaius. & de leg. iij. l. si mihi Mæuia. in quibus habetur, ꝙ legato facto de domib. vel de fundis, cum omnibus, quæ ibi sunt, non viden-

Vide Gaio donem Pac pag. 291. in prim. v. hic lectorem remittit. & q. 499 num. 1. in decisio. & consil. 52. 215. & 214. & 218. n. 11.

videntur legata nomina debitorum, quæ ibi erant in chirographis. Item, inducitur ff. de leg iij. l. vxorem. §. legauerat. ibi legato facto de omnibus, quæ Actor posside bat in quadam patria, non venerunt nomina debitorum. Item inducitur ff. de acqui. re. do. l. seruus. §. incorporales. ex quibus colligitur, quòd nomina debitorum, quia moueri non possunt, sub legato mobilium contineri non possunt, nec debent. A significatione enim verborum non est recedendum: vt ff. de lega. iij. l. non aliter. in principio. Inducuntur etiam duæ glossæ. & prima est C. in quibus causis in integrum restitutio non est necessa. l. fin. vbi dicitur, quòd actiones personales loco immobilium computantur. secunda glossa est ff. de verborum significatione. l. mouentium. vbi dicitur, quòd nomina debitorum non sunt immobilia. ¶ Sed ad prædictam quæstio-
35 nem est dicendum, quòd nomina † debitorum non sunt mobilia, nec immobilia: sed sunt tertium genus bonorum, seu patrimonij alicuius. Et hoc dico tribus rationibus. Prima ratio est, quia ipsa expressè separantur à rebus mobilibus, & ab immobilibus: vt ff. de re iudica. l. à diuo Pio. §. j. & de pecu. l. quàm Tuberonis. §. in peculio. & facit ff. rem pupilli sal. fo. l. cùm pupillus. & pro socio. l. j. in fi. & l. iij. in princip. & C. fam. hercis. l. ea quæ in nominibus. Secunda ratio est: quia actiones, seu nomina debitorum, non concernunt aliquas certas res, sed vniuersitatem iuris seu vniuersum patrimonium: vt ff. de iudi. l. si fideicommissum. §. tractatum. & Institu. de fideicommis. hære. §. si quis vna aliqua re deducta. Legatum verò mobilium, vel immobilium, non habet in se iura vniuersitatis: sed solùm habet congregationem plurium rerum, vt aceruus lapidum. Vniuersitas autem iuris, est hæreditas: vt ff. de verborum significatione. l. nihil aliud est hæreditas. vt ff. de regu. iur. l. hæreditas. quod est, siue hæreditas veniat directò, vel per fideicommissum, in totum, vel in partem quotam. vt in prædictis ll. & C. de hæredib. institu. l. quoties. & ff. cod. l. ex facto proponebatur. circa princip. & §. vnde scio quæsitū. Tertia ratio est: quia omnia mobilia, & immobilia, sunt corporalia, quia natura sua tangi possunt: vt Institu. de rebus corpo. & incorpora. in principio. Cùm enim dicitur ibi, veluti fundus, tunc ponitur exemplum de immobilibus. & cùm dicitur ibi, homo, vestis, aurum &c. tunc est exemplum de mobilibus. sed nomina debitorum non sunt corporalia: quia sui natura tangi non possunt: vt eo. tit. §. incorporales. nec separantur à nobis, vt res corporales: vt ff. pro socio. l. ij. in princip. & C. de noua. l. iij. ergo ipsa nomina, non sunt mobilia, nec immobilia: sed sunt penitus separata ab appellatione mobilium & immobilium. Ex prædictis tribus di-
co, quòd nomina † debitorum non debent, nec possunt venire in prædicto legato, de bonis mobilibus facto. Item est & alia ratio: quia in prædicto legato dicitur, Item omnia bona mea mobilia lego &c. Pronomen † verò, mea, continet 36
solùm ea mobilia, quæ vendicari possent per testatorem: vt ff. de auro & argen. le. l. Quintus Mutius. ij. §. argento. & l. scribit Quintus. circa princip. & de rei vendicat. l. solùm. §. meum ... m pronomen † mea, 37
habet ostendere tempus præsens, & non futurum. ff. de auro & argento lega. l. si ita legatum esset. Sic ergo in prædicto legato non veniunt nisi mobilia, quæ erant testatoris, dum illa verba protulit, & quę tunc posset iure dominij vendicare, si ea posideret: vt in prædictis legibus. Item licèt, vbi est pronomen, meum, vel tuum, vel suum, aliquando si substantia legati super dominio protrahatur, & aliquando ex interpretatione restringatur: vt ff. de lega. iij. l. cùm suæ. cum tribus ll. sequentibus, & l. si chorus. §. j. & de leg. ij. l. Imperator. tamen super tempore, legatum non protrahitur ad futurum. Prædicta enim pronomina præsentis temporis ostensionem retinent: vt ff. de auro & argento leg. l. si ita legatum esset. & l. medico suo contubernali. & facit, quod no. C. quæ res pig. ob. pos. l. fi. ¶ Nunc restat 38
† respondere ad iura superiùs per partem 39
prio-

prioris allegata. Ad primum argumentum, & secundum, respondeo per iura, scilicet ff. de reg. iur. l. minus. & qui satis. cog. l. sciendum. §. diuersa. Cùm enim di-
40 citur, quòd qui actionem † habet, rem habere videatur, est verum spe: vt ibi no. Aliàs etiam aliquid videtur, & nõ est: vt ff. de rebus du. l. vtrùm. circa princ. Ad tertium dico, quòd licèt meorum appellatione contineantur nomina: non tamen sequitur, quòd nomina sint mobilia, seu quòd nomine mobilium contineantur. Ad quartum dico, quòd quia nomina debitorum non sunt mobilia, ideo ll. illæ, cùm in quibusdam casibus specialibus loquerentur de mobilibus, addiderunt de nominibus, specialiter de eis faciendo mentionem, quasi non sufficeret dixisse seu expressisse de mobilibus simpliciter: & sic faciunt magis cõtra priorem, quam pro eo. Ad quintum dico, quòd Ca-
41 lendarium † fuit ibi legatum: & sic debita fuerunt legata: vt ff. de legat. iij. l. nomen debitoris. §. filio. & l. qui filium. Ad sextum dico, quòd ibi loqui-
42 tur in † generali fideicommisso, in quo veniunt actiones: vt suprà dictum est. Ad septimum dico, quòd est argumen. l. a balista. Ad octauum dico, quòd ibi impropriè excipit de chirographo. Oportuit tamen, postquàm ille damnatus habebat in sinu chirographum, quòd lex de illo chirographo disponeret, scilicet cuius esset, an fisci, vel militum. Ad nonum dico, quòd Maior propositio falsa est. quia licèt negari non posit, quin
43 † chirographa sint mobilia, quia tangi, & moueri possunt de loco ad locum: Attamen ipsa non sequuntur mobilia, sub generalitate seu sub appellatione mobilium, sed sequuntur ius vniuersum, seu vniuersitatem iuris: vt suprà dictum est. & facit ff. de leg. ij. l. Gaius. & de legat. j. l. seruum filij. §. eum qui. cum ibi notatis. Ad decimum dico, quòd in illa glossa non dicitur, nec quæritur, an actiones sint mobilia vel immobilia: sed an actiones, quæ competunt ecclesiæ, possint cedi vel alienari per archiepiscopum, vel patriarcham, vel œconomum. & sic non obstat. Item, ibi est specialis prohibitio † in fauorem & 44
in priuilegium ecclesiæ, scilicet quòd res ecclesiasticæ immobiles non alienentur, sed quòd custodiantur, & maneant firmæ & simplices. Et ideo, quia fauores ampliandi & priuilegia plenissimè sunt interpretanda: potest dici fauore ecclesiæ, quòd si debeatur ecclesiæ res immobilis, quòd illud debitum seu nomen non possit alienari: sed quòd sequatur modum seu conditionem rei immobilis, super alienatione. Sed res mobilis ecclesiæ non prohibetur alienari, nec actio seu nomen competens pro re mobili. & hoc de iure communi. Et sic glossa illa est valde bona in suo casu, scilicet super illa alienatione, de qua ibi loquitur. Aliàs autem nomen debitoris, non concernit mobilia, nec immobilia, nec res certas, sed solùm vniuersitatem patrimonij: vt apparet ex superioribus.
¶ In summa, dico ex prædictis, quòd si aliquis leget † omnia bona sua mobilia, 45
vel leget omnia bona sua immobilia: actiones personales, seu nomina debitorum, non venient in prædicto legato, sed remanebunt penès hæredem vniuersalem. Item, si testator † instituerit duos 46
hæredes solùm, scilicet primum, & secundum, dicendo sic: Primum mihi hæredem instituo in omnibus bonis meis mobilibus. Item secundum mihi hæredem instituo in omnibus bonis meis immobilibus. & nullo alio hærede instituto decedat. certè quia actiones personales seu nomina debitorum non concernunt certas res, & sic nec bona mobilia, nec immobilia concernere debent, ipsa pertinebunt æquis portionibus ad ambos, tanquam sine partibus quotis institutos, licèt in certis rebus, scilicet vnus in rebus mobilibus, & alter in rebus immobilibus, fuerunt, vt dictum est, instituti.

¶ Quidam instituens † Martinum hæ- 47
redem, diligit eum tantum, quòd vult, quod dicetur taliter, quod posteà mutari nõ pos- *Vide Guidonem Pape q. 100. in decis.*
sit, quin ex illo testamento habeat bona. Quæritur, quomodo possit hoc fieri?

Quidam dicunt, quòd poteſt adhiberi talis cautela, ſcilicet ſic dicendo: Marti-
48 num † mihi hæredem inſtituo: & ſi contingat me mutare præſens teſtamentum, & alium facere hæredem, ex nunc prout extunc, dono eidem Martino donatione inter viuos omnia bona mea præſentia & futura. Poteſt enim fieri donatio inter viuos in teſtamento: vt nota. ff. de teſta. l. hæredes palàm. §. fi. Fit etiam aſsignatio libertorum in teſtamento: vt ff. de aſsig. lib. l. j. §. aſsignare. Item, dicuntur in teſtamento aliquando verba iniurioſa: vt ff. de leg. ij. l. codicillis. §. mater. & de leg. j. l. turpia. & de lib. & poſthu. l. iij. in principio. & de adimen. leg. l. diui. & exinde poteſt oriri actio iniuriarum. vt ff. de iniurijs. l. item apud. §. conuicium.

Item, in teſtamento purgatur officium ſeruorum, vel increpatur: vt ff. ad Silla. l. ij. & iij. §. j. & C. fami. hercif. l. in ipſius. Item, verba enunciatiua ponuntur aliquando in teſtamento. vt C. de teſtamen. l. verba. Item, in teſtamento mittitur ſalus: vt ff. de legat. ij. l. Titia. §. j. Prędicta autem non ſunt legata, nec fideicommiſſa &c. nec tamen vitiant teſtamentum. nec ergo donatio talis vitiet teſtamentum. Nec prædicta videntur eſſe penitus actus alieni, ſeu extranei: vt apparet ex legibus allegatis. Aliàs autem, ſi in teſtamento immiſcerentur actus extranei, vitiaretur teſtamentum: vt ff. de teſtamen. l. hæredes palàm. §. fin. niſi in quibuſdam neceſſarijs: vt C. eo. l. cùm antiquitas. Oporteret autem, quòd ille hæres, cui fieret talis donatio, eſſet ibi præſens, & quòd reciperet talem donationem: vt notatur C. de ſacroſanctis eccleſ. l. illud. vel quòd ſaltem quidam alter ſtipularetur nomine hæredis, cui poſteà fieret ceſsio actionis. iuxta id, quod nota. ff. de leg. j. l. huiuſmodi. in princip. vel quòd tabellio ſtipularetur nomine hæredis. vt not. Inſtitu. de inutilib. ſtipu. §. ſi quis alij. Oporteret etiam, ad hoc, quòd talis donatio non vitiaret teſtamentum, quòd fieret cum breui temporis interuallo. Si enim, cùm teſtator teſtabatur, dixit: Ego volo donare Martino hæredi meo bona mea, quæratis eum. & cùm non inueniretur in domo, dixit: Quæratis eũ aduerſus dominas de prolha, vbi iuit ſpatiatum. certè longi temporis interuallum vitiaret teſtamentum: vt argu. C. de teſta. l. cùm antiquitas. Sed dico, quòd prædicta cautela † non eſt bo- 49
na, nec valet: quia licèt donatio ſimplex poſsit fieri in teſtamento, vt dictum eſt: Attamen donatio prædicto modo facta ſeu formata, de iure non deberet valere: cũ videatur pœnalis circa hæredis inſtitutionẽ. & ideò non debet valere. ar. ff. de verb. ob. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta.

¶ Alij dicunt, quod dicetur ita: Martinum hæredem † mihi inſtituo, & ſi con- 50
tingat me alium hæredem inſtituere, ſeu aliud teſtamentum facere, nolo illud valere: niſi in illo teſtamento teſtes fuerunt rogati Rex Franciæ, & Rex Aragonum. Et quia vix poterit accidere, quòd illi duo reges præſentes fuerint, primum teſtamentum ſemper remanebit firmum: vt ff. de leg. j. l. ſi mihi & tibi. §. fi. Vel dicatur † ita: Nolo illud valere, niſi ſint ibi 51
ſcripta de verbo ad verbum, Aue Maria, & Pater noſter, & totum Pſalterium. & ſic de ſimilibus. quæ erunt valde difficilia ad ponendum in teſtamento ſecundo. Sed iſtud conſilium non eſt multùm efficax: quia nihilominùs † teſta- 52
tor, prædicto conſilio ſcripto, & non obſeruato, poterit cancellare nomen hæredis Martini: & ſic Martinus nihil habebit: vt ff. de his quæ in teſtamen. delentur. l. ij. & l. fin. Item, linum, vel ſigilla incidendo, reuocatum erit teſtamentum: vt C. de teſtam. l. noſtram. Item, ſi lapſis decem annis dicat teſtator coram tribus teſtibus, vel apud acta manifeſtauerit, ſe nolle prædictum teſtamentum ſtare: tunc illud teſtamentum non valebit: vt C. eod. l. ſancimus. Item, & ille teſtator † poterit facere ali- 53
ud teſtamentum, dato, quòd in ſecundo teſtamento non ſint teſtes illi duo reges. vel dato, quòd nòn ſcribatur ibi, Aue Maria, nec Pater noſter, nec Pſalterium, ſcilicet dicendo ſic in ſecundo teſtamento: Item aliud teſtamentum, quod feci, valere

re nolo, & ipsum reuoco: & cùm in illo testamento dixerim, quòd si aliud testamentum facerē, nolebā illud valere, nisi rex Franciæ, & Aragonum, essent ibi testes: vel nolebā illud valere, nisi de verbo ad verbum esset ibi scripta, Aue maria, & Pater noster, & Psalterium. ego de illis verbis derogatorijs pœniteo, & ipsa reuoco. Et sufficiet prędicta dicere, ad hoc, vt secundum testamentum valeat, & erit primum reuocatum. vt ff. de leg. iij. l. si qs in principio testamēti. in princ. Cauēdum est tamē valdè, ꝙ oportebit expressè pœnitere de derogatorijs, & quòd exprimatur qualitas derogatoriorum, vt dictum est: aliàs primum remaneret, & secūdum nihil valeret. & no. ff. de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fi. ¶ Sed quid erit, si prędictus † testator nō faciat aliquam mentionem de derogatorijs prædictis in secundo testamento? Vel quid erit, si de derogatorijs faciat mentionem, & pœnitet de eis, sed pœnitendo nullam facit mentionem de qualitate derogatoriorum? Dico, quòd in in vanum facit secundum testamentum, & primum remanet firmum, per leges suprà allegatas. Attamē, si prædictus testator non recordetur de qualitate derogatoriorū, nec potest habere illud testamentum ad videndū derogatoria: qa fortè Martinus hæres procurauit ipsum abscondi, & sic testator non potest se certificare de qualitate derogatoriorum, cōsilium est, quòd testator dicat ita in secundo testamēto: Item, cùm sim certus me fecisse aliud testamētū, ipsum reuoco, nec ipsum valere volo. & quia derogatoria aliqua in eo feci & apposui, in quibus continetur, quòd si aliquod aliud testamentum in futurum facerem, illud esset nullum, nec ipsum valere volebam, nisi aliqua fierēt, vel dicerentur: nunc dico & protestor ego testator prędictus, quòd de illis derogatorijs expressè non recordor, de quo doleo, ea tamen, quęcunque sint, reuoco, ac ea dixisse me pœniteo: & si de qualitate eorū recordarer, ea qualitatiuè & mentionem de eorum qualitate expressè faciendo reuocarem. Et si prædicto modo

54 Vide Guidonē Papæ cons. 64. & 65 nume. 20.

dixerit testator, sufficiet, & valebit secūdum testamentum, non obstantibus derogatorijs in primo testamento positis. & ita dixit dominus Bermundus semel in cathedra, dum audiebam eum. Et hoc propter generalitatem verborum: quia ambulatoria est voluntas defuncti &c. vt ff. de adimen. le. l. iiij. & de do. inter virum & vxo. l. cùm hic status. §. j. Item, quia supremę voluntatis liber debet esse stilus: vt C. de sacrosanc. ecc. l. j. Itē, quia nemo potest sibi legem imponere, &c. vt ff. de leg. l. iij. l. si qs in principio testamēti. cuius opinio est multùm iusta & ęqua.

¶ Tertij dicūt, quòd ad hoc, quòd testator † non possit mutare testamentum 55
aliquo modo, est cōsilium, quòd ipse iuret ad sancta Dei Euangelia, quòd nunquam aliquem alium hęredem sibi instituet, & quòd nūquam magis prædictum testamentum mutabit, nec reuocabit. & sic securus erit hæres: quia testator decętero aliud testamentum facere non poterit, nec illud primum poterit reuocare. Et istud alterum consilium credo verum: quia omne iuramentum est seruādum &c. vt extrà de iureiuran. c. cùm contingat. Itē, licèt de iure ciuili, prout scriptum est, sit contrà, C. de legib. l. non dubium. in fi. attamē ius ciuile succumbit canoni, in his, quæ tangunt salutē & statum animæ. vt in cor. de monachis. §. fi. col. j. & vt cleri. ap. proprios episcopos. §. si verò ecclesiasticum. col. vj. & de ecclesiasti. titu. §. j. colla. ix. & facit, quod no. C. de vsur. auth. ad hæc qui fructus. & de sacrosanc. ec. l. priuilegia. & ff. de offi. præsi. l. illud. & Instit. de nup. in princ.

Item, licèt testator faciēdo tunc secundum testamentum sit periurus, tamen primum testamentum erit validum, & habebit effectum. per iura præallegata. ex iuramento enim prędicto acquisitum fuit ius Martino hæredi, licèt absenti. per eadem iura, quæ nō distinguunt. Sed contrà, ff. de confes. l. certum. §. si quis absente. vbi dicitur, quòd iuramentum non proficit absenti. Sed dico, quòd est
† aliud hodiè, propter periculum animæ 56
euitandum, & salutis eius, per iura superiùs

periùs allegata, quod apparet, quòd si minor pubes iure: hodiè, quòd non veniet contra aliquem contractum, quem facturus sit: prædictum iuramentũ proficiet etiam absentibus, qui posteà cũ eo contrahent: vt not. C. si aduersus venditionem. auth. sacramenta. Item prædicta, quę pro iuramento obseruando sunt allegata, possunt induci, quòd de iure ciuili iuramentũ est obseruandum, si cum iuramento fundus dotalis alienetur, vel filia pactum fecerit patri de non habendo regressum ad bona paterna. Et ad illud, quod dicitur C. de legib. l. non dubium. in fi. de iuramento non obseruando. & etiam ff. de pac. l. iuris gentium. §. & generaliter. & de leg. j. l. si quis inquilinos. §. fi. potest dici, quòd hodiè illud sit sublatum, eadem ratione, qua & vsuræ sunt hodiè sublatæ, s. quia sunt contra quatuor sancta Dei concilia. vt not. C. de vsur. authen. ad hæc qui fructus aridos. Vel dicatur, quòd illud non potuit lege humana statui, s. quòd iuramentum non obseruetur: cùm tale statutum, seu lex, sit contra canones, & cõtra legem Dei, & per consequens contra salutem animæ. Vel potest dici, quòd ll. illæ, quæ de non obseruando iuramento loquuntur, intelligantur, & benè, quando iuramẽtum esset tale, quod quidem obseruatũ vergeret in detrimentum salutis æternæ. illud enim seruandum non esset. vt C. de nup. auth. quod eis. Licèt contrà no. C. de col. l. pactum. & de rei vx. ac. l. vna. §. & cùm lex Iulia. & de agri. & censi. l. ij. lib. xj. Sed ibi locuta est gl. pro voluntate sua, & non iure poli, sed iure fori, correcti tamen, & stare non valentis: quia durum est, contra stimulum calcitrare. nec inferior potest tollere legem superioris, & multò minùs legẽ Dei. & de hoc tactum est suprà, in titu. de condic. ex l. omnimodo. actione ex testamẽto cumulata. Doctor autem, qui sequens glossas illas glossatur, tenendo & dicendo, quòd ius ciuile parum curat in talibus de iuramento, malè dicit, nec est verus Doctor. nec iudex secularis, tenendo & seruãdo idem, est verus iudex, & tales parum curant de anima. Sed Deus curabit de eis secundùm demeritum eorum. ¶ Et in summa, non obseruare sacramentũ † pręstitũ, videlicet illud, quod est obseruandum: de quo habetur & prout intelligitur extrà de iureiuran. c. cùm contingat, est sine dubio peccatum mortale, scilicet, statuere cõntra doctrinam Ecclesiæ, vel legem humanam condere, quòd illud sacramentum nõ sit obligatorium, & quòd nõ debeat obseruari: vel credere & pertinaciter affirmare, quòd tale statutum seu talis lex valeat & debeat obseruari, seu quòd non sit peccatum, periurium incurrere, est erroneũ, & etiam videtur hæreticum. 57

¶ Relictum est † aliquid in publico, 58
fortè ciuitati, ad aliquod certum faciendum, quod potest esse: vt ff. de leg. j. l. ciuitatibus. in prin. quæritur, an illud possit mutari in alios vsus? Et est dicendum, quòd non: vt ff. de admi. re. ad ci. perti. l. j. & facit C. de epis. & cleri. l. nulli licere. immò & pro illo implendo debet caueri hæredi, per legatarium, si sit ibi legatarius ad hoc, licèt hæredis non intersit, cùm sit modus. vt ff. de leg. iij. l. si tibi legatũ. & facit ff. de condit. & demonstra. l. demonstratio. §. fi. ¶ Sed fallit de conuersione in alios vsus. Primò, si authoritas principis interueniat. vt ff. de admi. rer. ad ci. pertinẽ. l. legatam. in prin. Secundò, quando illa pecunia nõ sufficit ad illud opus faciendum: quia tunc poterit conuerti in alios vsus: vt e. l. in fi. & de vsufru. le. l. legatum ciuitati. & conuertetur in aliud opus, vt ibi. & facit C. de pollici. l. Imperatores. §. j. Tertiò fallit, si muri ciuitatis indigeãt refectione: vt C. de expen. public. ludorum. l. vna. lib. xj. Et facit in ar. quòd Episcopus possit cõuertere relicta aliqua ad pias causas, in refectionem necessariam ecclesiæ. Item fallit, quando ciuitas habet multa opera, & facilè non potest inuenire pecuniam: quia tunc relictum ad noua opera, poterit conuerti in illis operibus reficiendis: vt ff. de operib. pub. l. ti. in princ. & facit in cor. vt nullus fabricet oratori. domos. §. sin autem non sufficiat. col. v.

59 ¶Item est notãdum, quòd si testator †reliquit prædia, vt ex annuis fructibus certi annui ludi fierent, & executor recepit fructus, ludi autẽ non fuerunt facti: tunc illi fructus restituentur hæredi. vt ff. de vsufru. leg. l. quidam prædia. & facit de an. leg. l. liberto. §. Lucius. ¶Item est no-
60 tandũ, quòd si executor † pecuniam relictam ad certum opus, conuertit in aliud opus sine iussu præsidis, ipse cogetur eam de suo soluere, pro implẽda voluntate defuncti: vt C. de aquæduc. l. hac lege. lib. xj. Item, si testator dixerit expressè, ne in alium vsum conuerteretur: tunc etiam si iussu præsidis in alium vsum fuerit erogata, nihilominùs executor cogetur de suo complere voluntatem defuncti, eadem ratione. Item, si testator cauerit, quòd si relictum conuertatur in alium vsum, quòd vult illud relictũ remanere penès hæredem: tunc iussus præsidis non excusabit, quin remaneat penès hæredem. vt ff. de an. leg. l. liberto. §. Lucius. & facit in cor. de nup. §. disponat. col. iiij. & ff. de hæredi. insti. l. ex facto proponebatur. §. rerum. & de leg. j. l. si mihi & tibi. §. fin. & de condi. & demon. l. in conditionibus. in prin. licèt sit ar. contrà, C. de epis. & cleric. auth. licèt testator.

¶ Item, quia in testamentis quandoque dantur executores, est notandum,
61 quòd quidam est † executor, qui est nudus minister. quidam autem alter est, qui nõ est nudus minister, sed magis potest dici legatarius, quàm executor. Nudus est ille, in cuius persona non est formatum legatum. verbi gratia: Titio lego tales res, & volo, quòd Martinus sit super hoc executor. tunc enim legatum non est formatum in personam Martini, & sic est nudus minister. & talis nudus minister nullam vtilitatem habere poterit ex illo legato. Idem esset, si legatum esset formatum in personam Martini, si aliàs cõstaret, quòd testator elegit eum, vt nudum ministrum. verbi gratia: Martino lego tales res, & volo, quòd eas restituat Titio. quia tunc, si apparet ex aliquibus cõiecturis, quòd testator voluit Martinum esse nudum ministrum, ipse erit nudus, & nullam vtilitatem poterit consequi ex illo legato. Si verò est in dubio ille, in cuius persona formatum fuerit legatum. vt, Lego Martino tales res, & volo, quòd eas restituat Titio. Martinus enim tunc nõ erit nudus minister seu nudus executor, sed erit legatarius. & ideò poterit exinde habere vtilitatem, si fortè Titius repudiet legatũ. & prædicta colliguntur ff. si cui plus, quàm per leg. Fal. l. diuus. & ad Trebel. l. Lucius. §. j. & de leg. j. l. quidam. §. si scriptus. & de leg. ij. l. si quis Titio. cum legibus ibi allegatis. Et est tamen notandum, ꝙ si testator † dixe- 62
rit, Lego Martino tales res pro Titio. tũc Martinus erit nudus minister, nec aliquã vtilitatem poterit habere exinde. vt ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. interdum. quod est mirum: quia legatum videtur tunc formatũ in personam Martini. Sed tunc nõ est verè formatum in personam Martini, immò perinde est, ac si testator dixisset, Lego Martino tales res nomine Titij, vel ad opus Titij. & sic non est mirandum, si Martinus sit nudus minister.
¶Sed an executor † vltimæ voluntatis te- 63
neatur cautionẽ præstare? Et dico, quòd non: vt ff. si cui plus, quàm per leg. Fal. l. diuus. iurabit tamen, quòd benè exequetur: vt ibi no. & C. de donat. l. penul. Sed fallit, quod dictum est de cautione. Primò, si cohæres à cohæredibus sit electus ad exequendum. vt ff. de ali. & ciba. leg. l. iij. §. debebit. Item secundò, vbi vnus de hæredibus à testatore fuerit electus: vt ff. de lega. j. l. si à pluribus. in princip. Item tertiò, si testator iussit caueri. vt ff. si cui plus, quàm per legem Falcid. l. diuus.

Item quartò, si tempore testamenti executor erat soluendo, & posteà factus fuerit non soluendo: quia tunc imputabitur hæredi, si non fecerit sibi caueri. vt ff. de annu. lega. li. liberto. §. largius. Item quintò fallit, si executor non est nudus minister. vt ff. de leg. iij. l. si tibi legatum. & de condit. & demonstrat. l. Titio. circa princ. Item sextò fallit, si executor iussus est facere aliquid, quod nisi fieret, redundaret in damnum hæredis.

redis.ar.ff.de lega.j.l.seruo legato.§.si testator. & ff.de relig.& sump.fu.l.si quis sepulchrum.§.funus.quod nō credo verū,per l.superiùs alle. Nec ob.ff.de condi.& demon.l.quibus diebus.§.si.quia credo, quòd ibi nō fuit nudus minister, sed magis legatarius, qui debet cauere. vt ff.de leg.iij.l.si tibi legatum. ¶Item est
64 notandum,quòd si aliquis sit †executor, non nudus minister,qui magis legatarius debet dici. verbi gratia, testator dixit ita: Tales res lego Titio, & volo, quòd dictus Titius det seu restituat eas Martino.certè si prædictus Titius moriatur viuo testatore, vel viuēs testatore mortuo repudiet legatum:tunc fideicommissarius Martinus aget ad fideicōmissum contra hæredem testatoris:remansit enim legatum seu prædictæ res penès eum cum suo onere.vt C.de ca.tol.l.vna. §.pro secundo.& ff.de leg.ij.l. pater meus. aliàs incipit,Celsus.in prin.nec primus legatarius viuēs cogeretur agnoscere legatū. vt ff.ad Treb.l.mulier.j.in fi. & l.nam quod.§.non omnis. Si verò ille primus agnouit legatū,non tñ velit agere contra hæredem: tunc secundus aget cōtra primum ad fideicommissùm,&liberabitur primus cedendo actionem ex testamēto contra hæredem. vt ff. de leg.ij.l.Imperator.in prin.& ff.de lega.j.l.si seruus legatus.§.cùm quid. & de leg.iij.l.si legatarius. si verò primus agnouit, & exegit legatum: & tunc tenebitur ille primus restituere secundo.vt ff. de leg.ij.l.Imperator.§.sed & si legatum.& de leg.iij.l.si legatarius.& de cōdi.& demon.l.Titio fundus. Item est notandum, quòd si secundus repudiet fideicommissum, vel moriatur, antequàm cedat dies fideicōmissi: tunc remanebit legatum, & cedit lucro primi.vt ff.de leg.ij.l.si quis Titio. quod non esset, si ille primus esset nudus minister: vt ibi. ¶Item,si ex alijs causis, quàm suprà dictum sit, non valeat legatum relictum Titio primo legatario, an valeat fideicommissum relictum Martino? Item, si fideicommissum relictum Martino secundo legatario, non valeat, ex alijs causis quàm suprà dictum est, an cedat lucro Titij primi legatarij? habetur ff.de leg.ij.l.codicillis.in princ.

RVBRICA CI.

De actione familiæ erciscundæ.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis familiæ erciscundæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, num.2.*

3 *Agentem actione familiæ erciscundæ, oportet, quòd possideat partem suam, vel quòd Reus ipsum esse cohæredem suum confiteatur, aliàs Actor ab agendo excludi poterit.*

4 *Actione familiæ erciscundæ, pro vna hæreditate, non nisi semel agitur. Et si quid remanserit, ad id posteà communi diuidundo agi debebit.*

5 *Sententiæ formula in actione familiæ erciscundæ,*

6 *Iudex in iudicio familiæ erciscundæ, an adiudicando vni res hæreditarias, necesse habeat adijcere, cum iuribus & pertinentijs suis.*

7 *Fratres fuerunt inuicem rogati ab eorum patre per fideicōmissum, quòd si alter eorum decederet, alteri partem suam restitueret. Modò post sententiam in iudicio familiæ erciscundæ latam mortuus est alter ex fratribus sine liberis. Quæritur, an frater superstes possit agere cōtra alterius hæredes ex causa prædicti fideicommissi, non obstante prædicta sententia, vel alia simili diuisione, si quam inter se fratres sine sententia fecerunt. & nu.8.*

9 *Ex transactionis causa fundum dans, an & quando de euictione teneatur.*

In transactione si Martinus dixit, Ego protestor, quòd nullo modo volo teneri ad tale fideicommissum, præsens, vel futurum, quid iuris. ibidem in additione.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd ipse & dictus Reus successerunt in bonis

bonis & in hæreditate Gaij æquis portionibus, & prædictam hæreditatem possident pro indiuiso. Vndè cùm dictus Actor velit à prædicta communione recedere, & velit suam partem de dicta hęreditate pro diuiso habere, agit contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt prędictam hęreditatem seu res hæreditarias inter eos æquis portionibus per vestram sententiam diuidatis, & distribuatis, & cuilibet eorum partem suam pro diuiso adiudicetis. & si in alterius persona prægrauare videatur adiudicatio, ipsum alteri prægrauato in pecunia condemnetis. &, quòd pro adiudicatis alter alteri debitè de euictione caueat, alterum alteri cōdemnetis, & condemnatum ad prædicta obseruanda & facienda iuris remedijs, compellatis &c.

2 ¶Probatur † Institu. de actio. §. quædam actiones. & de offi. iudi. §. si familiæ herciscundæ. & ff. fa. hercis. l. Mæuius. §. arbiter. & l. hæredes. §. iudex familię herciscundæ. ¶Et est notandum, quòd ille, 3 qui agit † actione familiæ herciscundæ, oportet, quòd possideat partē suam, vel quòd Reus confiteatur ipsum esse cohæredem suum. aliàs poterit excludi Actor ab agēdo: vt ff. e. l. j. ¶Item est notādum, 4 quòd actione † familiæ herciscundæ non agitur, nisi semel, pro vna hæreditate: & si aliquid remanserit ad diuidēdum, debebit agi posteà actione communi diuidundo. vt ff. e. l. si filia. §. familiæ herciscundæ iudicium.

SENTENTIA.

5 CVM dictus † Petrus sufficiēter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis, prædictam hæreditatem diuidentes, adiudicamus dicto Petro in solidum turrim de Bilho sitam in Monte Pessulano, & dicto Martino adiudicauimus vineam, vocatam muscatellam, sic & sic confrontatam. Et quia tale molendinum, sic & sic confrontatū, non potest commodè diuidi, ipsum dicto Petro insolidum adiudicamus: & cùm dictum molendinum valeat communi æstimatione c. lib. Turo. condemnamus dictum Petrum in l. lib. Tur. dādis dicto Martino pro medietate, quam habet dictus Martinus in dicto molendino. Item, quòd pro ad iudicatis quilibet eorum alter alteri de euictione, debitè, prout de iure est, caueat, alterum alteri cōdemnamus &c.

¶Et cùm iudex † prædictas res adiudicat, non est necesse ibi adijcere, cum iuribus & pertinentijs suis. quia quod subintelligitur, non deest. vt ff. de rebus cre. l. cùm quid. Seruitutes enim, etiam si illa verba dicta non sint, sequūtur rem immobilem, quocunque titulo acquiratur. vt ff. de contrahen. emp. l. si aquæductus. & l. alienatio. & de acqui. re. do. l. traditio. §. j. Item, quædam mobilia, attamen pauca, sequuntur rem immobilem: vt ff. de ac. emp. l. Iulianus. in fi. cum quinque ll. sequentibus. & de diuer. & tempo. præscrip. l. iij. & de agrico. & cen. l. quemadmodum. lib. xj. & ff. de fun. instru. & instru. leg. l. cùm fundus. & de supellec. leg. l. fi. in prin. Item, aliquando mobilia sequūtur rem mobilem: vt pullus equam. vt ff. fa. her. l. quæ pater. in fi. & auiaria siue gabiæ sequuntur aues: vt ff. de leg. iij. l. auibus. Item & quædā immobilia sequuntur rem immobilem: vt ff. de ac. emp. l. creditor. §. ante domum. & de leg. iij. l. prædijs. §. balneas. vsque in finem l. & de acqui. re. do. l. ergo. in prin. & facit, quod no. C. de bo. vac. l. ij. lib. x. 6

QVAESTIO. Prædicti † fratres fuerunt rogati inuicem per fideicommissum à Gaio patre eorū, quòd si alter eorum decederet, alteri partem suam restitueret: modò post sententiam prędictam latam mortuus est Martinus sine liberis. quæritur, an Petrus possit agere contra hæredes Martini ex causa prædicti fideicommissi, non obstante prædicta sententia, vel non obstante alia simili diuisione, si quam fecerunt inter se prędicti fratres sine sententia? Et potest dici, quòd non: quia ipse tenetur de euictione. & quem de euictione tenet actio, ipsum agentem repellit exceptio: vt ff. de euictionibus. l. vendicantem. Quòd autem habeat ibi locum euictio, dato, quòd de ea 7

nihil dictum fit: apparet, quòd diuisio, & permutatio, similes sunt emptioni & venditioni. & de hoc satis habetur C. fa. her. l. si familiæ hercifcundæ. & commu. vtriusq; iudi. l. j. & de rer. permu. l. ij. Sed si esset transactio, tunc Petrus posset agere ad fideicommissum: quia in transactione non habet locũ euictio: vt C. de transac. l. si pro fundo. & ita no. ff. e. l. qui cũ tutorib. in princ. ibi, dũ dicit gl. & est hæc solutio, ipsa veritas. sed illa gl. videtur valdè confusa & cruda, vt statim apparebit. Et quia glossa illa fundat se super euictione, est aduertendum, quòd ex illa diuisione Martinus habuit in illa vinea dimidiam partẽ pro indiuiso ex persona Petri: & sic Petrus ad illã dimidiam nõ potest agere, duabus rationibus. Primò, quia ipse tenetur de euictione pro illa dimidia: & quem de euictione tenet actio, &c. vt statim dictum est. Secundò, quia Martinus non fuit rogatus de restituendo partẽ Petri, sed solùm de sua, vt apparet ex themate. à verbis enim nõ est recedendũ. vt ff. de leg. iij. l. non aliter. in princ. & facit e. tit. l. pater. §. quindecim.

Ad aliam autem dimidiam illius vineę, quã habuit ibi Martinus ex persona sua, poterit Petrus agere ex causa prædicti fideicommissi: quia illam dimidiam rogatus fuit Martinus restituere. Item, quia super illa dimidia nulla permutatio facta fuit, sed Martini erat, & penès eũ remansit: & sic non habet locum in ea euictio: quia nec Martinus habuit in eã causam, nec titulũ à Petro. Item & quia diuisio simplex nõ impedit fideicõmissum futurum: vt ff. de leg. ij. l. cùm pater. §. hæreditatem. licèt clarè illud ibi non dicat. licèt etiam faciat ar. contrà, ff. quib. modis pig. vel hypo. sol. l. Titius. Sed & propter dimidiã turris de Bilho, quam habuit Petrus à Martino ex prædicta diuisione, poterit agere Petrus actiõe præscriptis verbis ad æstimationẽ eius: quia non licet eam modò ei habere ex diuisione, sed ex causa fideicõmissi: quia iam aduenit eius cõditio, & sic videtur ipse eam à se quasi euincere. vt ff. de euic. l. si emptori. & l. non tamen. & prædicta quasi omnia continentur & sunt in effectu in quarta solutione seu opinione eorũ, quę notantur ff. de verb. obli. l. qui Romę. §. duo fratres. & etiã credo ea esse vera, hoc adiecto, quòd propter illam dimidiam turris, quæ fuit Martini, & quæ nunc est quasi euicta à Petro, vt dictũ est, Petrus poterit eligere, an quasi ea euicta agat ad interesse contra hęredes Martini pręscriptis verbis actione, vel in factum ciuili, quæ idẽ videtur in hoc casu: vt ff. de præscrip. verb. l. j. in fi. & l. seq. vel an agat, & petat cõdictione ob causam illã dimidiam partem vineæ, quã habuit Martinus ab eo ex diuisione: vt ff. de rer. permu. l. j. licèt Paulus penè turbauerit nos, ponẽdo ibi quædam verba, seu opinionem Pædij. Item etiam prædicta sunt vera, supposito, quòd hęredes Martini taceãt de quarta iure naturæ debita, & de Trebellianica. duæ enim illę quartæ possunt detrahi: vt no. ff. de inoffic. te. l. Papinianus. §. meminisse. & in cor. de hæredi. & Fal. §. si quis autẽ non implens. col. j. ¶Et in summa, si Petrus agat actione ex testamento ad illam dimidiã vineæ, quam habuit Martinus ab eo, ipse cadet ab actione tanq̃ inepta: quia Martinus non fuit rogatus restituere partẽ Petri, sed suam. Item & super alia dimidia vineæ succũbet pro dimidia, sed excipiatur de prædictis duabus quartis. Item in summa, Petrus poterit agere pręscriptis verbis actione ad interesse, propter illã dimidiam partem turris, quam habuit à Martino, quasi ea nũc euicta. vel si vult, poterit agere cõdictione ob causam ad illam dimidiam vineæ, quam habuit Martinus ab eo ex diuisione prædicta, & altero debebit esse contẽtus. Caueat tamẽ Petrus, quòd si agat præscriptis verbis actiõe ad interesse, propter illam totam dimidiam turris, ipse succũbet ꝓ dimidia illius dimidiæ. vel si agat condictione ob causam ad illã totam dimidiam vineæ, ipse succumbet pro dimidia illius dimidiæ: quia prędicta dimidia turris nõ videtur euicta in totum, sed pro dimidia. alia enim dimidia dimidię remanet, propter quartas, quæ possunt detrahi. Melius ergo erit

Petro,

Petro, quòd agat pro dimidia dimidiæ, potissimè propter expensas litis. ¶ Item

8 † de molédino, quod habuit Petrus, datis quinquaginta, satis apparet, quid iuris. quia Petrus habet ibi medietatē à seipso: nec ergo de ea potest conqueri. alia verò medietas molendini, quā habuit à Martino, videtur quasi euicta ꝓ dimidia parte illius dimidiæ: & ideò pro sola illa dimidia poterit agere præscriptis verbis actione ad interesse, quasi ea euicta. vel si vult, poterit agere condictione ob causam ad xxv. de quinquaginta, quæ dedit Martino pro illa tota dimidia, & altero debebit esse contentus. Et prędicta quasi in omnibus credo esse vera, etiā si transigendo fuerit hæreditas diuisa prædicto modo: cùm sit eadem ratio: quia tunc licèt sit transactio, est tamen in ea tunc diuisio, permutatio, & euictio, & ob causam datio.

9 ¶Sed circa † transactionē, in qua non est diuisio, est notandum, ꝙ qui ex causa transactionis dat fundum, ipse recipiēti fundum tribuit titulū vocatū pro transactione, & recipiēs, re euicta, agit de euictione. sed ille, qui rem apud se constitutam ex causa transactionis retinet, ipse ex hoc nullum titulum acquirit, nec re illa euicta potest agere de euictione cōtra illum, cum quo transegit. vt prædicta distinctio colligitur C. de transac. l. si pro fundo. & de vsuca. pro empt. l. ex causa.

Modò post prędictā distinctionē dico, ꝙ si cùm Petrus possideret prędictā hęreditatē, & Martinus ageret cōtra eū petitione hęreditatis, vel actione in rem ad prædicta, s. ad turrim, vineā, & molendinum, transegerunt ita, s. ꝙ datis Petro c. lib. ipse in Martinum transtulit ea: tunc Martino pręmortuo sine liberis, Petrus in nihilū potest agere cōtra hæredes Martini: quia tunc ipse plenè tenetur de euictione pro illis rebus: vt in d. l. si pro fundo. & si Petrus res prędictas apud se constitutas retinuerit ex causa transactionis, datis c. Martino, tunc etiā Petrus nō poterit agere: qa illas res habet, & quia pro illis rebus non habuit obligatum Martinum de euictione, nec ab eo causam, nec titulū habuit: & sic illę res non videntur euictæ Petro, tunc Martino sine liberis mortuo. Sed si cùm Martinus possideret hęreditatē, & Petrus ageret cōtra eū ad turrim, vineam, vel molendinū, trāsegerūt inuicem ita, s. ꝙ datis c. Martino, ipse illas res transtulit in Petrum: tunc pręmortuo Martino, Petrus poterit agere contra hęredes eius pręscriptis verbis actione ad interesse, pro dimidia illarum rerum, quasi non liceat Petro eam nunc habere ex causa illius transactionis. vel si vult, poterit agere condictione ob causam ad quinquaginta de illis c. quę dedit Martino, & debebit esse cōtentus altero. habebit tū locum detractio pro quartis. Sed & si Martinus prædictas res apud se cōstitutas ex causa trāsactionis retinuit, datis c. Petro, tunc pręmortuo Martino, poterit agere Petrus ad fideicommissum actione ex testamēto, s. ad dimidiā illarū rerum: qa Petrus tunc non inuenitur obligatus de euictione ex illa tali transactione. vt in l. si pro fundo. erit tñ locus detractioni quartarum. ¶Et in summa, aut tempore trāsactionis prædictæ res erant constitutæ apud Petrum, aut apud Martinum. Si apud Petrum, tunc siue Petrus receptis c. eas in Martinum transtulit, siue datis c. eas sibi retinuit, ipse non poterit tunc agere contra hæredes Martini. Si autem, cùm essent apud Martinum, receptis c. eas in Petrum transtulit, tunc Petrus non poterit agere ex testamento ad fideicommissum: quia res illas habet. sed quia medietas illarum rerum videtur ab eo quasi euicta, ipse poterit agere contra hæredes Martini præscriptis verbis actione ad interesse. vel si vult, poterit agere condictione ob causam, ad quinquaginta de illis c. quę dedit Martino, & altero sit cōtentus. erit tamē locus detractioni quartarū: qa hęredes Martini poterūt retinere xxv. si Petrus agat condictione ob causam ad quinquaginta. sed si agat pręscriptis verbis ad interesse, poterunt retinere dimidium illius interesse pro duabus quartis. Melius, vt credo, faceret Petrus, si solùm ageret ad dimidiā dimidiæ partis. Sed si Martinus, datis c.

illas res sibi retinuerit, Petrus non habebit præscriptis verbis actionem, nec condictionem ob causam: quia non est ab eo euictum. sed recta via, poterit agere actione ex testamento ad medietatẽ illarum rerum ex causa fideicõmissi. retinebunt tamẽ hæredes duas quartas. Et sic potest intelligi & palliari glo. in l. qui cum tutoribus. Sed in illa l. non erat magnum dubium, nec erat contrarietas ad §. duo fratres. quia ibi super vna re fuit transactum, & posteà super alia re agebatur: vt ibi apparet. & sic meritò nõ debebat nocere: vt ff. de pac. l. si vnus. in vers. ante omnia. Et ideò quidam colorando gl. vt appareat dubiũ, & cõtrarietas ad §. duo fratres. ponendo ibi casum intelligunt, quòd cùm vnus de fratribus ageret contra tutores suos quondam de sola portione administratę tutelæ suæ, transegerunt ita: s. quòd tutores ex causa transactionis dederunt illi fratri c. & retinuerunt sibi quendam fundum de communi hæreditate fratrum, quem fundum ipsi tutores tunc in solidum possidebant. & certè respõdetur in l. illa, quòd præmortuo alio fratre, frater superstes, nõ obstante prædicta transactione, poterit agere actione ex testamento ex causa fideicommissi, ad medietatem illius fundi, quã habuit ibi frater eius, s. pręmortuus. Et tũc illi, qui ita casum ponunt, reddunt rationẽ: quia ille frater superstes nõ fuit in aliquo obligatus de euictione ꝑ prædicto fundo: vt in d. l. si pro fundo. & in illa l. qui cum tutoribus. ibi, dum dicitur, hæres extiterat. exponunt, s. fideicommissarius. Item eadem ratione dico, si frater superstes esset hæres fratris præmortui, quia ipse tunc, etiam non obstante prædicta transactione, poterit agere petitione hæreditatis, vel actione in rem cõtra tutores ad illam medietatem fundi, si eam tenerent. & tũc intelligetur ibi propriè, hæres extiterat. scilicet verè, ex testamento, vel abintestato.

ADDIT. Sed quid, si Martinus dixit in transactione, Ego protestor, ꝙ nullo modo volo teneri ad tale fideicommissum, pręsens, vel futurum? Dico, ꝙ si Petrus tacuit, nec reclamauit: ipse videtur consensisse. quia postquàm placuit sibi principale, s. transactio: ergo & illud accessoriũ. & facit, quod no. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. in prin. Ex prædictis satis apparet, esse aduertendum, an vltra diuisionem simplicẽ, vel vltra transactionem simplicẽ, aliquid fuerit protestatum, dictum, vel saluatum, vel conuentum inter partes: fortè, nihil ampliùs peti, vel nihil se contra prædicta facturos, & sic de similibus. Pacta enim sunt seruãda. vt ff. de pac. l. j. & l. iuris gẽtiũ. §. prętor ait. quilibet etiam potest renunciare iuri suo: vt C. e. l. si quis in conscribẽdo. vel saluare ius suum, vel super eo protestari: vt ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. & de relig. & sump. fu. l. & si qs impediat. §. oportebit. & de neg. gest. l. Nesennius. & de acqu. hę. l. pro hærede. §. j. & contractus ex conuentione legem accipiunt. vt ff. de posi. l. j. §. si cõueniat. & de ædi. edic. l. quæritur. §. si venditor. Et certè tunc esset recurrendũ ad prædicta iura. & C. de pac. l. j. & de transac. l. si de certa. & l. si quis maior. & ff. de pactis. l. tres fratres. & de trãsac. l. cũ Aquiliana. & l. de his. & l. qui cum tutoribus. in fi. & de verb. obli. l. qui Romæ. §. duo fratres. cum similibus. Et prædicta omnia quotidiana sunt, & ideo tractanda, & pleniùs attingẽda: vt & aliàs dicitur ff. de lib. leg. l. legaui. in princip.

RVBRICA CII.
De actione communi diuidundo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis communi diuidundo quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Agens cõmuni diuidundo, oportet, ꝙ possideat rem, quã petit diuidi: vel quòd Reus confiteatur, ipsum esse consocium suum in illa re, aliàs exceptione excluditur.*

4 *Emphyteuticarius fundus inter partes cõmuni diuidundo iudicio diuidi an possit.*

5 *Communis fundus diuidi qua destinatione debeat.*

6 *In*

6 *In communione nullus inuitus detineri debet. & quare.*
7 *Sententiæ formula in actione communi diuidundo.*
8 *In iudicijs, familiæ ercifcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, quando re tradita post adiudicationem per sententiam factã, quis fiat dominus, aut quasi dominus.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor & Reus habent quendam fundum communem, situm in territorio sancti Martini de Primeto, sic & sic confrontatum, quem etiam communiter posside nt. Vndè cùm dictus Actor velit à prædicta communione discedere, agit contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum inter eos per vestram sententiam diuidatis, & cuilibet eorum partem dimidiam pro diuiso adiudicetis: & si in alterius persona prægrauare videatur adiudicatio, ipsum inuicem alteri certam pecuniam dare & soluere condemnetis: & quòd pro adiudicatis alter alteri de euictione debitè caueat, alterum condemnetis: & si fundus commodè diuidi non possit, vel nullo modo diuidi possit, totum eum alteri adiudicetis, & eum, cui totum fundum adiudicaueritis, vt pro medietate certam pecuniæ quantitatem alteri det, condemnetis. & illum, cui pecunia adiudicata fuerit, vt de euictione pro medietate fundi alteri caueat, condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis &c.

2 ¶ Probatur † Instit. de ac. §. quædam actiones. & de offi. iudi. §. eadem interueniunt. & ff. communi di. l. j. & ij. & l. item quanuis. in fi.

¶ Et est notandũ, quòd oportet, quòd
3 agens † communi diuidundo possideat rem, quam petit diuidi, vel quòd Reus confiteatur ipsum esse consocium suum in illa re. aliâs Actor excluderetur exceptione: scilicet ne fiat præiudicium rei vendicationi: vt ff. de excepti. l. fundi. Item eodem modo excipitur in actione familiæ hercifcundæ, scilicet ne fiat præiudicium petitioni hęreditatis. vt ff. fa. hercif. l. j. ¶ Item est notandum, quòd si fundus † est emphyteuticarius, ipse non 4 potest diuidi in partes: vt ff. communi di. l. communi diuidũdo. in prin. ¶ Item est notandum, quòd fundus † non tan- 5 tùm diuiditur nostra destinatione: vt ff. de leg. j. l. quod in rerum natura. §. si quis. sed & domus diuiditur nostra destinatione, & pariete interiecto. vt ff. communia prædio. l. si quis duas ædes. §. si quis partem. ¶ Item, nullus † debet detineri in- 6 uitus in communione: vt ff. communi di. l. fi. Communio enim parit discordiam: vt ff. de leg. ij. l. cùm pater. §. dulcissimis. & habet in se negligentiam, & per consequens rei deteriorationem. vt C. quando & quib. quarta pars. l. ij. §. hęres autem. lib. x.

SENTENTIA.

CVM dictus † Petrus sufficienter pro- 7 bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: attendentes, quòd dictus fundus non potest commodè diuidi: Idcirco per sententiam in his scriptis dictum fundum totum dicto Petro adiudicamus, & condemnamus eum in xl. sol. dandis dicto Martino pro medietate, quam dictus Martinus habet in dicto fundo: & dictum Martinum condemnamus, vt pro illa medietate fundi dicto Petro de euictione caueat &c. ¶ Et est notandum, quòd in † adiudicationibus, 8 quæ fiunt in familiæ hercifcũdæ, & communi diuidundo, & finium regundorum iudicijs, si ille, à quo res adiudicatur, est dominus, & post adiudicationẽ factam, per sententiam res tradatur illi, cui adiudicata est, statim ille efficitur dominus: vt Insti. de offi. iudi. §. fi. si non est dominus ille, à quo adiudicatur, alter, cui ex adiudicatione traditur, efficitur Publicianista. ff. de publi. in rem act. l. iij. in fi. Idem est in actione in rem: vt no. & Insti. de of. iu. §. fi. licèt no. contrà, ff. de excep. rei iudi. l. exceptio. & de vsucap. l. non solùm. §. si mihi Titius.

RVBRICA CIII.
De actione finium regundorum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis finium regundorum quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume 2.*
3 *In iudicijs tribus, finium regundorum, familiæ erciscundæ, & communi diuidundo, vterque Actor est, & Reus.*
4 *Lapis non dicitur communis, sed est inter nos pro diuiso, si in finibus sit, & per vtrunque agrum extendatur. Secus, si lapis exemptus fuerit, sine aliqua partium designatione. Et quid in arbore. nu. 5.*
6 *Flumina quatenus iuxta fines fiant, remissiuè.*
7 *Passus, & pes, quales sint mensuræ.*
8 *Sententiæ formula in actione finium regundorum.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quod dictus Actor & dictus Reus habēt duos agros cōtines in territorio sancti Martini de Primeto, sic & sic confrontatos. Item, quòd dictus Martinus arando & fodiendo agrum suum prædictum, facit controuersiam dicto Petro super finibus dictorum agrorum, accipiendo de agro dicti Petri quasi quatuor pedes. Quare agit dictus Petrus contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt si veteres fines inter dictos agros, ex his, quæ coram vobis agentur, inuenire poteritis, illos veteres fines sequendo, per vestram sententiam eos stare & obseruari pronuncietis. & si veteres fines non inueneritis, prædictos agros euidentibus terminis specialiter distinguatis. & si cōmodè prædicta distinctio fieri non possit, nisi de vno agro aliquid detrahatur, & alteri adiungatur: tunc de vno agro aliquam partem detrahendo, alterius agri domino illam partem adiudicetis, & illum, cuius agro partem adiudicaueritis, ad dandum alteri certam pecuniam pro valore partis adiudicatæ sententialiter condemnetis. & illum, cui pecuniam dari adiudicata fuerit, vt alteri de euictione pro illa parte caueat, condemnetis. & prædictos condemnatos ad prædicta obseruanda iuris remedijs compellatis &c.

¶ Probatur † Institu. de act. §. quædam actiones. & de offi. iudi. §. si finium regundorum. & ff. fini. regund. l. ij. in fi. & l. in finalibus. & C. e. l. quinque pedum. 2

¶ Et est notandum, quòd in prædictis † tribus iudicijs vterque est Actor, & Reus: vt ff. de iud. l. in tribus. & ff. fi. regun. l. iudicium. §. ij. sic & quædam animalia agunt, & patiuntur, id est, habent vtrunque sexum, sicut lepus: vt ff. de verborum significatione. l. hæc verba, ille aut ille. in fi. 3

¶ Nunc est notandum, quòd si in finibus † agrorum, mei & Martini, sit lapis 4 quidam, qui per vtrunque agrum extendatur: ille lapis non est communis, sed est pro diuiso inter nos pro regione vtriusque agri. sed si ille lapis exinde fuerit exemptus, sine aliqua diuisione seu sine aliqua partium designatione: tunc propter difficilem discretionem partium, quas habuimus in dicto lapide, & ex quadam quasi confusione, lapis ille factus erit communis: & tantam partem habebo in eo, quantam partem habebam antè, tunc pro diuiso, nunc tamen pro indiuiso. Et sic si duæ partes illius lapidis erant infra agrū meū, & tertia pars infra agrū Martini: duę partes lapidis, quę erant in agro meo, erant meæ pro diuiso, & tertia pars lapidis, quę erat in fundo Martini, erat dicti Martini pro diuiso. posteà verò lapide exempto confusione partium facta, duæ partes lapidis erunt meæ pro indiuiso, & tertia ipsius Martini. Et idem † est in 5 arbore: vt ff. cōmuni di. l. arbor. in prin. & pro socio. l. illud. & de acquiren. re. do. l. adeò. in fi. & l. se. & Insti. de rerum di. §. si Titius. Et facit ad prædictam difficilem discretionem, ff. de vsufru. l. vsufructuariū. in fi. & de his qui deie. vel effu. l. cùm sanè. Si autem arbor sit ex toto in agro Martini cum radicibus, ex quibus potest

ibi viuere, si aliquas radices porrexerit in agro meo, non licebit mihi eas excidere: sed agam ius non esse Martino, prædictas radices ibi habere: vt ff. arbo. fur. cę. l. si plures. §. j. & C. de interdic. l. j. Si autem illa arbor aliqua ex causa inclinata fuerit in agrum meum, agam cõtra Martinum ius sibi non esse, ita arborem suam habere: vt ff. de arbo. cæ. l. fi. Si autem arbor illa non fuerit inclinata, sed aliâs rami eius seu frondes impendent in meum agrum: tunc Martinus debebit excidere seu coercere ramos, à pede arboris, siue à terra vsq; ad xv. pedes suprà. & si in mora fuerit, potero agere contra eum, vt mihi volenti coercere, & volenti mihi ligna habere, vim non faciat: vt ff. e. l. j. §. deinde ait prætor.

6 ¶ Item est † notandum, quòd super fluminibus, quæ fiunt iuxta fines, habet locum ff. fi. reg. l. fi. licèt eam non vide-
7 rim obseruari. Passus † autem, de quo fit ibi mentio, est mensura quinque pedum. & pes, est mensura seu spatium quindecim digitorum: vt no. xvij. q. iiij. c. sicut antiquitus.

SENTENTIA.

8 CVM dictus † Petrus sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & per agrimensores in prædictis agris per nos missos inuenti fuerint veteres fines seu termini subtus terram inter prædictos agros, scilicet duo lapides magni erecti ad instar finium, secundùm consuetudinem regionis positi ab Oriente, & alter ab Occidente: Idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, dictis veteribus finibus seu terminis esse standum. & condemnamus vtrunque litigantium ad prædictos terminos obseruandos. & decernimus, vt iuxta illos duos terminos ponantur alij duo lapides erecti, qui euidenter supra terram appareant, & alios veteres terminos habeant perpetuò demonstrare.

RVBRICA CIIII.
De actione depositi propter incendium.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis depositi propter incendiũ, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Furtum committi non facit sola inficiatio, sed contrectatio animo lucrandi facta, ante vel post inficiationem.

4 Furti actioni si præter inficiationem locus sit, an possit cumulari cum hac depositi actione, in eo, quod plus est in actione furti, & vna tollat aliam in pœna perceptione vsque ad concurrentem quantitatem. Et in quam speciem cumulationis cadat.

5 Sententiæ formula in actione depositi propter incendium.

6 In libello actionis depositi propter incendium, restitutio Codicis peti potest, & sub cõditione pœna inficiationis.

7 Condemnatus in actione depositi propter incendium, si rem restituere, aut ob inopiam æstimationem eius soluere non possit, quando in corpore luere debeat, aut bonorum cessione liberetur.

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm incendium esset in domo domini Berengarij de Fabrica in fabraria, propter imminens periculum incendij & metu eius, quia flammæ ignis intrabant domum proximam, in qua habitabat dictus Actor & adhuc habitat: idem Actor deposuit penès dictum Reum quendam suum Codicem, cum apparatu ordinario, scriptum in pergamenis hœdulinis, valentem communi æstimatione quindecim libris Turonensibus. Vndè cùm dictus Reus dictum Codicem restituere contradicat, agit contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad restituendum prædictum Codicem dicto Actori, si Reus inficiatus non fuerit depositum: vel si inficiatus fuerit, tunc in du-

in duplum, scilicet ad restituendum dictum Codicem, necnon & in xv. lib. Turonen. dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. planè si depositi. & §. in duplum. & §. sed furti quidem. & ff. deposi. l. j. §. j. & §. meritò. & ad leg. Aquil. l. si quis fumo. circa fi.

3 ¶ Et est notandum, quòd si Reus † post inficiationem, vel ante, dictum Codicem contrectauerit animo lucrandi, ipse erit fur, & furtum tunc committet. inficiatio sola non facit committi furtum, nisi & aliqua contrectatio animo lucrandi sequatur: vt ff. de acqui. pos. l. iij. §. si rem apud te depositam. & de fur. l. inficiando. circa prin. & C. depo. l. iij. ¶ Item est notandum, quòd si præter inficiationem locus sit † actioni furti, iam poterit cumulari actio furti isti actioni depositi, ad id, quod plus est in actione furti. cùm non sit prohibitum. & erit cumulatio actionum, & rerum, & causarum. vna tamen tollit aliam in pœnæ perceptione vsque ad concurrentem quantitatem. & sic est in quarta specie cumulationis: vt apparet suprà in tractatu de cumulatione actionum. Vel est dicendum, quòd quia sunt pœnales, & ex diuersis factis oriuntur, vna non tollit aliam, etiam perceptione: vt ff. de priua. delic. l. nunquam. in prin. de ac. & ob. l. nunquam. & Institu. si quadru. pau. fe. di. in fi. & sic cadunt in prima specie cumulationis.

4

SENTENTIA.

5 CVM dictus Reus † negauerit prædictum depositum, & ipso negante & in sua inficiatione persistente, dictus Actor probauerit per testes se prædictum Codicem propter imminens prædicti incendij periculum deposuisse penès dictum Reum, qui Codex valebat communi æstimatione xv. lib. Turon. Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus prædictum Reum in duplum prædicti depositi, scilicet vt dictum Codicem dicto Actori restituat, & quòd eidem Actori xv. lib. Turonen. det & soluat in pœnam prædictæ inficiationis suæ. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. solid. dandis dicto Actori pro expensis &c. ¶ Et quòd in prædicto libello † possit peti restitutio Codicis, & sub conditione possit peti pœna inficiationis. & quòd prædicto modo formetur sententia, videatur suprà, in tit. de lege Aquil. 6

¶ Item est notandum, quòd si Martinus non possit † restituere Codicem, & sit ita pauper, quòd nec eius æstimationem posset soluere, ipse non luet in corpore: quia hoc lege cautum non est. sed si sit ita pauper, quòd non possit soluere xv. lib. Turonen. in quibus condemnatus est in pœnam inficiationis suæ prædictæ, ipse tūc luet in corpore: vt ff. de pœ. l. j. §. generaliter. iuxta id, quod no. de simili inficiatione, Insti. de ac. §. itē mixta. non tamen esset idem in pœna, quæ ex promissione hominis deberetur, cùm lege cautum non sit: sed sufficeret tunc debitori, quòd cederet bonis. 7

RVBRICA CV.

De actione in factum vtili de seruo corrupto.

SVMMARIVM.

1 *Libellus in factum vtilis de seruo corrupto, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Sententiæ formula in actione in factum vtili de seruo corrupto.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & pponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor habet quendam filium nomine Petronetum, quem dictus Reus dolo corrupit, ducendo eum in carreria calida, & eum fecit lusorem, & meretricatorem seu meretricum amatorem. Vnde cùm intersit parentum, animum liberorum suorum non corrumpi, & idem Actor sit paratus iurare, se nolle dictum filium suum sic fuisse corruptum seu deterioratum à dicto Reo pro xxv. lib. Turonen. agit dictus Actor contra dictum 1

Reum,

Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in duplum prædictæ deteriorationis per dictum Actorem in litem iurantem, scilicet in l. lib. Turo. salua vestra taxatione, dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. in duplũ. & §. sed furti. & ff. de seruo. cor. l. j. in fi. & l. ij. & iij. in prin. & l. vt tantum. §. j.

SENTENTIA.

3 CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, & delato ei à nobis iuramento in litem, æstimatione nostra præhabita, iurauerit in litem, se nolle dictum filium suum sic fuisse corruptum seu deterioratum per dictum Reum pro xxv. lib. Turonen. Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in l. lib. Turo. dandis & soluendis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. solid. Tur. dandis dicto Actori, quos c. sol. Turo. dictus Actor, delato ei à nobis iuramento, taxatione nostra precedente, iurauit se expendisse occasione præsentis causæ.

RVBRICA CVI.

De condictione ex lege, Instit. de acti. §. tripli.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex lege, Inst. de action. §. tripli. quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Condictioni ex §. tripli. Instit. de act. vt locus sit, an referat, dolo, an sine dolo maior quantitas inserta sit. nu. 5.*

4 *Verba hac, vt ex hac causa viatores &c. posita in §. tripli. Instit. de act. quomodo accipienda sint.*

6 *Condictio ex §. tripli. Instit. de act. an hodiè correcta sit.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Petrus debet tantùm x. lib. Tur. dicto Martino, dictus Martinus in libello suo petijt à dicto Petro xx. lib. Tur. coram iudice: & ex hoc executores seu viatores litium curiæ ampliorẽ summam exegerunt à Petro prædicto nomine sportularũ. Vnde cùm dictus Petrus ex hoc damnificatus fuerit in sportulis, scilicet in x. sol. Turo. agit contra dictum Martinum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Martinum ad triplum eius, in quo damnum passus est dictus Petrus ratione prædictarum sportularum, scilicet in xxx. sol. Tur. dandis dicto Petro, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de acti. §. tripli. Nec
3 † refert, an dolo, an sine dolo Martinus in dicto libello maiorem quantitatem inseruit. Ille enim, qui agit, certus debet esse, & sibi priùs explorare, quantum sibi debetur: vt ff. de reg. iu. l. qui in alterius.
in fi. & secundùm hæc † verba, vt ex hac 4
causa viatores &c. posita ibi in §. tripli. debent intelligi consecutiuè, & non causatiuè: vt & aliàs C. de obse. patrono prestandis. l. si manumissori. & ibi, Et malum coram te feci, vt iustificeris &c. in psalmo, Miserere mei Deus. vt ff. de do. cau. Psal. 50.
mor. l. senatus. circa princ. Nec obstat † in 5
cor. de defen. ci. §. & iudicare. collat. iij. vbi exigitur dolus. quia ibi est alius casus, & alia pœna. ¶ Item glo. dicit, quòd
ista † actio non habet hodiè locum, per l. 6
in cor. de execu. & de his qui conueniuntur & re. col. vij. quod non credo: quia legum correctio est vitanda. Vel posset dici, quòd in §. tripli. fit mentio de quibusdam legibus, quas non habemus, & eas ignoramus: & sic debet cessare hæc actio. C. de eden. authen. si quis in aliquo documento. sed illud argumentum videtur multùm extraneum: quia in §. tripli. conditor iuris statuit legem. & licèt de alia lege, quam non habemus, faciat ibi mentionem, non est curandum: dum tamen intelligatur, quid est illud, quod intendit statuere. est enim durum à lege recedere. Potest tamen dici, hanc actionem non habere locum hîc in Monte Pessulano: quia tales sportulæ execu-

toribus seu nuncijs curiæ hîc hodiè non prĕstantur.

RVBRICA CVII.
De actione quod metus causa.

SVMMARIVM.

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & 1
pponit in iudicio Petrus contra Martinum, ꝙ dictus Martinus cõpulit eum per metũ, ponendo ei gladium ad gulam, ꝙ donaret sibi quandam vineam suã, sitam in territorio de Coldesi, sic & sic cõfrontatam, valentem c. lib. Tur. quam vineã ibidem dictus Actor sola vi coactus, donauit & tradidit dicto Reo. Vnde cùm dictus Reus eidẽ Actori dictam vineam restituere contradicat, agit contra eum, vt eam sibi restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reũ ad restituendum dicto Actori prædictam vineam, cũ fructibus perceptis & percipiendis, seu quos dictus Actor percipere potuisset, quos æstimat x. lib. Tur. necnon & ꝙ de dolo repromittat, ne dicta vinea deterior facta sit, per vestram sententiam condemnetis. & si post vestram sententiã, infra tempus arbitrio vestro statuendum, prædictã vineã cum fructibus restituere distulerit, ipsum ad quadruplum omnium prædictorum, s. ad restitutionẽ prędictæ vineæ, & in x. lib. Tur. pro fructibus, & etiam in triplũ eorũ ob contumaciã eius, s. in ccc. & xxx. lib. Tur. dandis dicto Actori, per vestrã sententiã condẽnetis, & cõdemnatũ ad pdicta iuris remedijs cõpellatis &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. quadrupli. 2
& §. item actio. & §. prætereà. & ff. quod me. cau. l. j. in prin. ¶ Rectè dicitur, quòd compulit. actio † enim ista, quod metus 3
causa, competit pro vi cõpulsiua. Secus, si esset alia violentia. & de hoc C. e. l. j. ¶ Itẽ rectè dicitur, ponendo gladium &c. Est enim † iustus metus, mors: vt ff. e. l. iij. in 4
fi. & C. de transac. l. interpositas. ¶ Item dicitur, vineam suam. aliàs † non æstimaretur in triplo dominium vineæ: sed so- 5
lùm alia, quæ abessent vim passo: vt ff. quod me. cau. l. si mulier. §. qui possessionem. ¶ Item rectè † dicitur, valentem c. 6
lib. Tur. s. ad sciendum & declarandũ triplum æstimationis dictæ vineæ, quod est necesse in sententia: vt Insti. de ac. §. curare. & C. de sen. quę sine cer. quanti. quasi per totũ. ¶ Item rectè dicitur, ꝙ ibidem

vineam

7 vineam tradidit. Si enim † ex internallo, cessante metu, eam tradidisset, ipse non posset agere: vt C. de his quæ vi me. cau.
8 l. ij. ¶ Item rectè petitur † restitui vinea: licèt translatum fuerit dominium vineæ in Martinum. & sic videtur, debere agi ad dandum seu ad reddendum. tamen sufficienter petitur restitui: vt ff. e. l. putat. in prin. aliàs l. metũ autem. §. itẽ Iulianus. & §. ex hoc edicto. & l. si cùm exceptione. §. j. & sic verbum, restituere, habet significationem reddendi, & vnũ ponitur pro reliquo. ar. ff. de au. & argen. le. l. species auri. & dicetur infrà in tit. de ac. de dolo.
9 ¶ Item rectè dicitur, cum fructibus † perceptis & percipiendis: quia ad percipiendos tenetur, qui vim intulit: vt ff. quod me. cau. l. sed & partus. in princ. & sic titulus donationis eum non excusat à percipiendis: licèt quendam alium titulus excusaret: vt C. de rei ven. l. si fundum.
10 ¶ Item rectè dicitur, quòd de † dolo repromittat. vt ff. quod me. cau. l. metum. §. ex hoc edicto. ¶ Itẽ rectè petitur, quòd
11 si † restituere recusauerit, quòd in quadruplum fiat condemnatio: vt ff. e. l. si cùm exceptione. §. j. & §. hæc aũt actio. Videmus enim, quòd in eodem libello potest agi ad exhibendum, & rei vendicatione. vt C. ad exhi. l. fi. Item petitorio & possessorio: vt no. C. de interdi. l. incerti. Item querela inofficiosi testamenti & petitione hereditatis. vt ff. de inof. tes. l. qui de inofficioso. & facit meliùs C. lo. & conduc. l. conductores. vbi agitur insimul ad restitutionem rei petitæ, & sub conditione, Si Reus distulerit rem restituere, petitur, quòd etiam det rei æstimationem.
12 ¶ Item est notandum, quòd duæ † feruntur sententiæ in hac actione. Prima super re & fructibus restituendis. & in ea habet ille condemnatus quadrimestre
13 tempus ad restituendum, cùm sit † actio personalis: vt Institu. de ac. §. prætereà. In actione enim personali habet locum quadrimestre tempus, pro executione facienda, licèt per eam quis petat aliquando rem suam sibi restitui: vt ff. de vsur. l. iij. in prin. sic & in actione quod metus cau. vt no. C. de excep. rei iudi. l. fin. quod fortè non esset malè dictum.
Sed dicamus, sicut † maiores nostri dixerunt, quòd quia ista est in rem scripta: vt ff. quod me. cau. l. metum. §. cùm autem. certè Martinus in prima sententia † non habebit tempus quadrimestre: vt 14 in hoc magis sapiat naturam realis, quàm personalis. Fiet ergo statim executio: vt 15 Instit. de offi. iudi. §. j. habebit tamen ille condemnatus decem dies ad appellandum, infra quos cessabit executio sententiæ: vt ff. nihil nouari ap. interposita. l. vna. in princ. & not. ff. quod me. cau. l. si cùm exceptione. §. hæc autem actio. & §. quòd si homo. Sed & secunda sententia fertur: quia si iussu iudicis nõ restituatur res, condemnabitur tunc Reus in quadruplum: vt e. l. §. j. & hæc autem actio. & quadruplabitur, quod erat simplandum: vt e. l. §. quadruplatur. Et in ista secunda sententia habebit condemnatus quadrimestre tempus. tunc enim propter triplum, ipsa actio magis sapit ad personalem. Itẽ à prima sentẽtia poterit appellari infra x. dies: vt C. de ap. auth. hodiè. Item à secunda sententia poterit appellari, si lata fuerit infra tẽpus, quo potuit appellari à prima. & aliàs non: quia cùm ipsa sit quasi executio primæ sententiæ, non debet nec potest posteà appellari: vt ff. de ap. l. ab executore. nisi excederetur modus: vt C. quorum ap. non re. l. ab executione. & facit, quod no. ff. quod me. cau. l. si cùm exceptione. §. hæc autem actio. & §. quòd si homo.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta 16 in dicta petitione sua: Idcirco per sententiã in his scriptis condẽnamus dictũ Reũ, vt infra xv. dies dictã vineã dicto Actori restituat, & ꝗ det & soluat eidem Actori x. lib. Tur. pro fructibus perceptis, & qui percipi poterunt. Itẽ, si dictus Reus prædicta distulerit, seu infra prædictos quindecim dies restitutionem eorum non fecerit, ex nũc vt ex tunc condemnamus eũ in quadruplum, scilicet vt dictam vineam dicto Actori restituat, & vt præ-

dictas x. lib. Turo. pro fructibus ei det & soluat: vt suprà dictum est, & in triplum prædictorũ nomine pœnæ & ob eiusdem Rei contumaciam, scilicet in ccc. & xxx. lib. Turo. dandis & soluendis ab eodem Reo dicto Actori. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. solid. Turo. dandis dicto Actori, pro expensis &c.

¶ Quidam dicunt, quòd super re & fructibus infra certum tempus restituendis est ferenda sententia per se vna, & postmodum transacto illo certo tempore, Actor faciat euocare Reum coram iudice: & tunc iudex ad requestam Actoris interrogabit eum, si restituit vineam, & prædictas x. lib. Turon. & si non restituit, quare non restituit. & tũc, si Reus iustam causam proponat, audiat eũ: & si iustam causam nõ habeat, iudex dicet ita: QVIA arbitrio nostro iuxta sententiam nostram infra tempus à nobis taxatum vineam prædictam & dictas x. lib. Turo. pro fructibus non restituisti, condemnamus te in quadruplum &c. Sed illud non est reprobandum. Attamen credo, quòd sen-
17 tentia superiùs † formata procedit de iure. & sic, vt lata est, fuit de iure necessariò formanda: quia sententia ferenda est iuxta petitionẽ: vt ff. de neg. gest. l. Pomponius. ij. in fi. Cùm ergò in libello petitum fuit purè simplum restitui, & sub conditione, si Reus distulerit restitutionem facere, petitum fuerit accessoriè triplum: rectè de vtroque simul petitio fieri debet, insimul sua quæque sententia, sicut de vtroque insimul facta fuit petitio. & sic erunt duæ sententiæ. Prima erit super principali, s. super simplo, seu super re restituenda, cum fructibus, seu cum sua causa. Secunda sententia erit super quadruplo, id est, super re restituenda, cum sua causa, vt dictum est: & accessoriè super triplo. Cuius sententiæ secundæ effectus debet differri, vsque transactis prædictis xv. diebus in sententia per iudicem statutis. quod apparet, propter verbum, si distulerit, quod est cõditionale. & propter verbum, ex nunc vt ex tunc, ibi adiunctum, quæ suspendunt vigorem sententiæ secundæ, vsque ad extremũ tempus prædictorum xv. dierum: vt ff. de ver. ob. l. huiusmodi stipulatio. & de cõdi. & demon. l. iiij. in fi. Item & † ad iudi- 18
cem pertinet, lites dirimere. vt ff. de reb. cre. l. quidam existimauerunt. in fi. Et de verbo, † ex nunc vt ex tunc, habetur C. 19
de codicil. l. j. in glo. ¶ Item est notandũ, quòd si Actor † non curauerit de quadru- 20
plo in libello, nec post primam sententiam, nec Reus velit rem restituere: tunc si Actor velit eligere iurare in litem, ipse poterit illud facere: vt ff. de dolo. l. arbitrio. circa principium.

RVBRICA CVIII.

De actione in factum de calumniatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factũ de calumniatoribus, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *In actione in factum de calumniatoribus non curatur, an Reus vexauerit Actorem calumniosè, aut non: sed sola pactio sufficit, quòd ob hoc aliquid datum vel promissum fuerit.*

4 *Sententiæ formula in actione in factum de calumniatoribus.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus habuit à Gaio x. solid. Turon. vt dictum Actorem traheret & vexaret calumniosè in iudiciũ. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in quadruplum prædictorum x. sol. Tur. s. in xl. soli. Turon. dandis dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. quadrupli. & 2
ff. de calum. l. j. in prin. Nec curatur, an Martinus vexauerit † dictũ Petrum, aut 3
nõ. Sufficit enim sola pactio de vexando calũniosè, & quòd ob hoc aliquid fuerit datum, vel promissum: vt eo. ti. l. & generaliter. §. j. & §. hoc edicto.

SEN-

SENTENTIA.

4 CVM dictus† Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sentētiā in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis xl. soli. Turonen. in prædicta petitione contentis, dandis dicto Actori &c.

RVBRICA CIX.

De condictione ex lege, Insti. de action. §. quadrupli.

SVMMARIVM.

1 Libellus condictionis ex lege, Inst. de actio. §. quadrupli. quomodo formetur, & quibus alijs iuribus probetur. nu. 2.

3 In casu §. quadrupli. Inst. de actio. an triplum fisco dandum, priuato consultum sit petere, aut de simplo saltem conqueri.

4 Baiulus, vel iudex Montis Pessulani, an possint & debeant punire seruientes sua curia, in suis officijs delinquentes.

5 Seruientes, executores, & nuncij, si delinquūt in suis officijs, & aliqui de subditis ex illo delicto damnificati inueniātur, an prasidis, Baronis, vel alterius iurisdictionē habentis periculum sit.

6 Iurisdictio Comitum, Baronū, & aliorum iurisdictionem habentium, in quibus hodiè per Regem turbetur & derogetur. nu. 7. 8. 10. 11. 12. 13.

9 Fiscum, prater Imperatorem, vel Reges, quomodo habeant alij, merum imperium habentes. Et an priuilegium habeant in tacitis hypothecis, vel alijs similibus.

10 Priuilegia seu honores aliorum, alijs occasionem damnorum fieri non oportet.

12 Legū occasio ad crudelitatem adducenda non est.

13 Possessio clandestina, vel quasi violenta, alicui proficere non debet.

14 Litigare cum Rege, vel Principe, graue est, quòd potentioribus pares esse non possumus.

15 Iurisdictioni aliorum quando detrahitur per Curiales Regis, licèt illis resisti possit de iure, nisi de expresso mandato Regis seu Principis constet: tamen hoc ex causis consultum non est. Et ibi multa de Principum abusibus, quibus per Principes prouidendum erat.

16 Iniuriarum occasio nasci non debet, vnde iura nascuntur.

17 Principem cur Deus humanis rebus praposuerit.

18 Imperialis maiestatis proprium non est, auferre concessa.

Princeps, cui Deus plurima dedit, facilè dare debet.

19 Princeps sibi cauere debet, ne alios ladat sub coloribus quasitis, & per curiales suos adinuentis.

20 Res quauis, colore quasito colorari & palliari potest: vnde malum est, quarere colores, ad damnificandum alios. & quibus bi assimilentur.

21 Princeps vult, quod leges volunt. Et imperiū suscepit, vt secundùm leges viueret.

22 Iustitia, quacuique ius suum tribuit, perfectissima omnium virtutum est, ideóque appetenda & amplectenda.

23 In dubijs quastionibus, contra fiscum respondendum est.

24 Princeps non debet velle, iura clara subditorum, per curiales suos occupari.

25 Princeps magis debet velle & eligere diminutionem quastus sui, quàm detrimentum subditorum suorum. Et à quibus alijs se Principes abstinere debeant. nu. 27.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 11
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Petrus esset citatus vel citaretur, vt compareret coram vobis, & dictus Martinus esset executor litiū curiæ, dictus Martinus executor cùm de citatione seu pro citando secundùm consuetudinem istius villæ diutiùs obseruatam non deberet habere nisi duos paruos Turo. nomine sportularum, ipse vltra.

tra illos duos denarios exigit à dicto Petro vnum Turo. grossum argenteũ. Quare agit contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in quadruplum dicti Tur. argẽtei, s. in vno Turo. argenteo eidẽ Actori dando, & in tribus fisco dandis, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † Insti. de ac. §. quadrupli. & in cor. vt liti. iurent. §. & hoc quoque præcipimus. colla. ix. & de iudi. §. nullo. collat. vj.

¶Non multùm placet, quòd priuatus 3 † imbriget se, & petat illud triplũ fisco dandum: sed procurator fisci petat iura fisci, si vult. Item consulerem, quòd ille pro vno Turon. argenteo non conqueratur: quia hodiè in curijs Aduocati, & Procuratores, & Notarij, & seruientes excoriant hominem, & iudex erit fauorabilis executori prædicto. Melius est ergo tacere, quàm conqueri. De duobus enim malis minus malum est eligẽdum: vt ff. de reg. iur. l. quoties nihil. & si serui. ven. l. sicuti. in princ.

4 ¶Quæritur, an † baiulus, vel iudex Montis Pessulani possunt & debeant punire seruientes suæ curiæ, in suis officijs delinquentes? Et videtur, quòd non. arg. ff. de iur. om. iu. l. qui iurisdictioni præest. & C. de spor. l. ij. & de of. præfe. Augustalis. l. ij. Sed contrarium est dicendum, quod apparet: quia proconsul punit, & de iure punire potest suos comites & officiales. vt ff. de pœ. l. si quis fortè. §. si quos comitum. Item, si officialis delinquat in suo officio, & fuerit per suum iudicem condemnatus, ipse non audietur appellans: vt C. quorum ap. non re. l. iij. ergo apparet, quòd iudex punit officiales suos, in suis officijs delinquẽtes. & potest eos etiam absentes condemnare: vt C. de pœ. l. ne diu. Item, præsides prouinciarum puniũt milites & officiales suos, vt in cor. de man. princip. §. quòd si delinquentes. col. iij. Nec obstat C. de spor. l. ij. vbi dicitur, quòd amplissimi iudices, id est, superillustres, puniunt executores causarum corporaliter, cùm malè versati sunt circa lites. alij verò iudices non possunt eos punire, nisi in certa pecuniæ quantitate. Quia illa l. loquitur, quãdo iudices illi cognoscebant ex delegatione. & fortè iudices delegantes, & non ipsi delegati elegerant ibi illos executores. alia ergo iura loquuntur in iudicibus ordinariè cognoscentibus. Itẽ nec obstat, C. de of. præfec. Augustalis. l. ij. vbi dicitur, quòd præfectus Augustalis iudices ordinarios sub se existentes non potest amouere, nec punire: sed eorum flagitia benè potest examinare, & referre. Quia potest responderi: quia illa l. loquitur in iudicibus ordinarijs puniendis. sed quæstio nostra est de officialibus curiæ. Item fortè ille præfectus non creauerat illos iudices ordinarios. & ideo eos remouere, vel punire non poterat. Sic etiam præses prouinciæ remouere nõ potest defensorem ciuitatis: sed si quis non rectè egit, debet illud nunciare ad præfectum pretorio, qui dictũ defensorem creauit seu dedit per suã confirmationem. vt in cor. de defen. ciui. §. non habente. colla. iij. Item glo. intelligit ibi in illa l. ij. quòd præfectus Augustalis non habet ius gladij, vel saltem non habet ius gladij in prædictos iudices ordinarios. Et prędicta alia iura remaneant in suo esse, s. quòd regulare est, quòd iudices ordinarij debent & possunt punire seruientes & officiales suos, in suis officijs delinquẽtes. Item est mirum, quòd de hoc, quãtum est de iure, referatur aliqua quæstio. quia postquàm præsides prouinciarũ puniunt seruientes suos & officiales: vt in cor. de man. prin. §. quòd si delinquentes. colla. iij. & sic etiam obseruatur, nec eis referatur quæstio: ergo Comites, & Barones, & alij domini terrarum omnimodã iurisdictionem habentes, qui quodammodo possunt dici præsides sui territorij, possunt & debent facere illud idem. cùm ratio diuersitatis reddi non possit. ergo sit idem ius: vt ff. ad leg. Aquil. l. illud. & de fonte. l. vna. §. hoc interdictum. & de ver. ob. l. à Titio. & C. de palatinis sacra. largit. l. fi. lib. xij. & ad leg. Falc. l. fi. ¶Est autem notandum, quòd si prædicti seruientes † delin-

5 † delinquunt in suis officijs, & aliqui de subditis inueniantur damnificati ex illo delicto: periculum erit præsidis, vel Baronis, vel alterius iurisdictionem habentis. Mala enim electio est in culpa: vt ff. commo. l. eum qui. in fi. & l. seq. cum similibus. & sic ipsi debebunt emendare damnum pacis de suo proprio, si illi seruientes non sunt soluendo. & facit C. de condi. in publi. horreis. l. ij. lib. x. & in cor. vt iudi. sine quoquo suf. §. eos. col. ij. Item, ad emendandum tenebuntur ex quasi delicto, quia vsi sunt opera malorum hominum: vt Instit. de ob. quæ ex quasi delicto. circa fi. & facit ad prædicta, in cor. de iudi. §. vnoquoque. aliàs incipit, his qui causas. collat. vj. cum ibi no. & ibi habetur meliùs, quàm alibi.

¶Hodiè verò in multis turbatur iu-
6 risdictio † Comitũ, & Baronũ, & aliorum iurisdictionem habentiũ. Præsides enim, & alij, missi per Principem, sine iure & sine bona ratione dicunt, se debere cognoscere de seruiẽtibus prædictis in suis officijs delinquentibus, nedum de suis,
7 immò & de alijs. ¶Secũdò derogant † iurisdictioni inferiorum dominorũ, prætextu cuiusdã saluægardiæ. quod nõ deberet fieri: dum tamen ille inferior esset satis potens ad gardiendum, nec esset in defectu. Item gardia specialis, de qua habetur in iure, datur solùm à Principe, & cum magna causa, & tempore guerrę seu belli. vt satis colligitur C. de eroga. mili. an. l. cùm sæpe. lib. xij. Nunc autẽ, cùm sit tempus pacis, deberet cessare concessio talis guardiæ: quia cessante causa &c. arg. C. de epis. & cleri. l. generaliter. Item prohibitum est ad statuas confugere. vt ff. de pœnis. l. capitalium. §. ad statuas. leges etiam omnibus hominibus securitatem æqualiter tribuunt: vt ibi. & facit in cor. de manda. prin. §. patrocinia. colla. iij. Nec obstat. C. de Nili agge. nõ rumpendis. l. vna. vbi dicitur, quòd qui facit contra vetustatis reuerentiam, & imperij securitatem, flammis eo loco est consumendus. quia illa l. est localis, & ibi ex quadam necessitate statuta. & dicerem, quòd si Comes aliquis, vel Baro, haberet ibi merum imperium ex præscriptione, vel alio modo, certè ad eum spectaret cognitio, & punitio illius rupturæ.
8 ¶Item dicũt † præsides, & alij regales, se debere cognoscere de deportatione armorum, facta infra iurisdictionem Comitum & Baronum. quod non est de iure: quia portatio armorum habet in se pœnam capitalem: vt C. ad leg. Iul. de vi pu. vel priua. l. quoniam. & sic est de mero imperio: vt ff. de iu. om. iu. l. imperiũ. nec debet Princeps iuri cuiusquam detrahere: vt ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. l. si dominus. Item licèt † videatur, 9 quòd non sit, nisi vnus fiscus: vt C. de bo. va. l. j. lib. x. Attamen, quilibet habens merum imperium habet fiscum ex quadam consequentia, quãtum ad confiscationem, & annotationem bonorum, vel ex sententia contra criminosos lata, vel alio modo. & sic intelligitur C. de bon. proscrip. auth. bona damnatorum. & vt armo. vsus inscio Princ. interdict. sit. l. vna. lib. xj. & ff. de iure fisci. l. j. §. quòd quilibet habens merum imperium confiscat. & sic etiam est de cõsuetudine, quæ pro lege debet obseruari: vt ff. de leg. l. de quibus. etiã super iurisdictione: vt C. de eman. lib. l. j. Non tamen dico, quòd fiscus dominorum merum imperiũ habentium, habeat priuilegium in tacitis hypothecis, vel in alijs similibus, sicut habet fiscus Imperatoris: quia ille, qui habet merum imperiũ, potest illud exercere sine talibus priuilegijs. ¶Itẽ quartò nituntur † regales sibi attrahere iuris- 10 dictionem, prætextu sigilli regij, dantes illi sigillo multa priuilegia. quod nõ deberet fieri: quia aliorũ honores seu priuilegia, alijs occasionem damnorum fieri non oportet: vt C. de sta. & ima. l. fi. & ff. de mili. testa. l. cùm filius. in fi. Itẽ, ratio motiua & finalis priuilegiorũ illius sigilli, nõ est iustitia, sed cupiditas lucri. & sic auaritia, quæ est radix omniũ malorum. si enim fieret amore iustitiæ, deberet sigillis aliorum iurisdictionem habentium similis fauor dari. ¶Item quintò † nituntur sibi attrahere iurisdictio- 11 nem, prætextu prorogationis. quod non debet

Sequitur Guido Pape q. 437. num. 7.

debet velle Princeps: quia licèt de persona ad personam prorogatio valeat fieri: vt C. de iurisdi. om. iu. l. j. ipse tamen non debet hoc velle in curialibus suis: quia sic faciendo vsurpabunt iurisdictionem aliorum subditorum, nec finaliter inspicient, nec inspicere curabũt ea, quæ in prorogatione requiruntur, ad hoc, vt valeat. Itẽ & finaliter dicent, se illud iure suo facere, & non ex prorogatione. & sic
12 licitum † legis seu occasionem ad quandam crudelitatem adducẽt. quod tamen est vitandum: vt in cor. de trien. & se. §. prohibemus. col. iij. Item, Princeps debet sibi cauere magis à talibus, quàm alij: nec enim debet facere quædam, quæ in alijs hominibus sunt licita: vt arg. ff. de hære. insti. l. Imperatorem. quæ l. cum sua glo. licèt sit parua, est optima ad inducẽdum Regem, vt talia & similia cessare faceret. Item facit ad prędicta: quia iudices expresſè prohibentur habere loci seruatores: vt in cor. vt nulli iudi. in rubro & nigro. colla. ix. Item interdicitur defensori ciuitatis, facere vices gerentẽ: vt in cor. de defen. ciui. §. nulla. colla. iij. & facit in cor. de collationib. §. iubemus. in penul. columna, col. ix. Item nec curiales debẽt talem consuetudinem quærere, quam forsitan propter lucrum proprium adinueniunt: nec talis cõsuetudo longo tempore firmatur: vt hæc habẽtur in cor. vt nulli iudi. §. nulli verò liceat.
13 col. ix. ¶ Item sextò derogant † alijs, prętextu possesiionis talis qualis. Cùm enim cognouerunt aliquando infra territorium alicuius Baronis, fortè eo inscio, & sic de similibus, quæ quotidiè facere satagunt in periculum animarum suarum: posteà volunt illud continuare, dicẽtes, Regem esse in quasi possessione illa faciendi. Sed illud allegare, non est sine rubore verecundiæ, si verecũdiam vellent seruare. talis enim quasi possessio est clãdestina, vel quasi violenta, & non deberet proficere: vt C. vti pos. l. vna. Item
14 super hoc litigare † cum regalibus, est graue: quia potentioribus pares esse non possumus: vt ff. de ali. mu. iudi. cau. facta. l. iij. in prin. Item, curiales regij sunt citò quasi possessionem talem quærere: vel per impressionem sui officij, vt & aliàs C. de his quæ vi, me. cau. l. si per impressionem. vel minaci feruore, vel alio metu, vel nimia reuerẽtia. quod non deberet eis proficere. ar. eius, quod not. ff. quarum rerum actio non datur. l j. §. quæ onerandæ. ¶ Item & in multis alijs detrahitur iurisdictioni † aliorum per regales seu curiales, & si quis teneret palũ 15
in manu, vt ita loquar, non posset se defendere ab eis. nec est palus ibi inquirendus, nec pertica: quia etiam si iustè & licitè de iure posset eis resisti, s. cùm euidenter contra ius faciunt: vt C. de meta. & epidemet. l. deuotum. & de execut. & exac. l. contra. lib. xij. & in cor. vt liti. iurent. §. ex hoc. col. ix. nisi ex mandato expresso Principis seu regis hoc fieret: quia tunc esset acquiescẽdum, licèt esset contra ius: vt C. de iure fisci. l. prohibitum. lib. x. Attamen non consulo eis resisti: quia statim sunt indignati, & arrestant, capiunt, mulctant, & ad manum suã totam iurisdictionem ponunt: & quòd minimum vel nihil est, ponũt in summum, & accipiunt occasionem, vt fecit lupus agno de perturbatione aquæ. de quo notatur in corpo. de defen. ciui. circa prin. col. iij. ¶ Et circa prędicta deberet prouidere dominus Rex: quia non † debet nasci iniuriarũ occasio, vnde iura nascuntur: vt C. vnde vi. l. meminerint. Item, 16
quia Deus ideo Principem † humanis rebus præposuit, vt posset omnia, quæ de nouo emergunt, emendare, componere & moderare: vt C. de ve. iu. enu. l. ij. §. sed quia diuinæ quidem res. Item, non 17
est proprium † imperialis maiestatis, auferre concessa: vt in corpo. de referendarijs. collat. ij. immò Princeps, cui Deus plurima dedit, facilè dat: vt in cor. de nõ alie. aut permut. reb. ecclesi. §. finimus. colla. ij. & ff. ad Trebel. l. si legatus. §. fi. 18

Sequitur Gaud. Pau pa consil. 151. nu. 1.

Item, inter alia præcepta iuris est, alterum non lædere: vt ff. de iusti. & iu. l. iustitia. §. j. Princeps † ergo debet sibi cauere, ne alios lædat sub coloribus quæsitis, & per curiales suos adinuẽtis. Quia licèt Princeps sit solutus legibus: vt ff. de legi. 19
l. prin-

l. princeps. tamen dignum est sibi profiteri, secundùm leges viuere: vt C.e.l. digna vox. & idem dicitur de Papa, xij.q.ij. c.non liceat Papæ. Item malũ est, quærere colores, ad damnificandũ alios: quia
20 quæuis † res potest colorari & palliari colore quæsito, & malè fit: vt ff. ad leg. Iul. de ambi. l. j. §. fi. & ad Velle. l. vir vxori. §. fi. & in constitutione imperialem. §. callidis. de prohibita feu. alienat. per Frid. Item de talibus, qui colores & occasiones quærunt ad damnificandũ subditos deuotos, potest dici, quòd ipsi veniunt in
Matth. 7. vestimentis ouium, & intus sunt lupi rapaces: vt ff. de of. præsi. l. illicitas. §. illicita. & tamẽ curiales per Regem missi deberent exhibere paternam prouidẽtiam omnibus deuotis subditis: vt in cor. de man. prin. §. talem. col. iij. & vt iudi. fine quoquo suf. §. eos. col. iij. Item & Prin-
21 ceps † vult, quod leges volunt. & imperium suscepit, vt secundùm leges viueret: vt in cor. in medio litis non fieri sa. for. circa prin. & in fi. col. viij. Itẽ cùm
22 iustitia †, quæ cuique ius suum tribuit: vt Insti. de iusti. & iure. in prin. sit perfectissima omniũ virtutũ: vt in cor. vt omnes obe. iudi. prouin. in princ. col. v. & sic est maior inter cæteras virtutes: vt nota. in cor. de referen. colla. ij. ideo Rex deberet multũ eam appetere, & amplecti. Item attendant curiales prædicti, quòd in du-
23 bijs † quæstionibus, contra fiscum est respondendum: vt ff. de iure fisci. l. nõ pu-
24 to. Non ergo debet velle † Princeps, iura clara subditorũ per curiales suos occupari: cùm nec dubia debeat appetere, nec etiam coram iudice obtinere: vt ibidem colligitur. Itẽ licèt ex prædictis, quando fiunt per curiales, vltra commodum proprium eorum, magna vtilitas pecuniaria possit euenire ad fiscum, seu ad ca-
25 meram computorum. quia tamẽ † videntur & sunt in detrimentum subditorum, Rex debet magis velle & eligere diminutionem talis quæstus sui, quàm detrimentum subditorum suorum. Princeps
26 enim & fiscus † abundabit, vtens subiectis locupletibus: vt hæc colliguntur in cor. vt iudi. fine quoquo suf. §. cogitatio. col. ij. Nunc † dico, quòd tam super prę- 27
dictis, quàm super inconstantia & mutatione monetarum auri & argenti, & super subsidio pro filia maritãda, & pro filio militaturo, quòd licèt in Comite vel Barone aliquando locum habeat, f. si ita vsitatum sit, aliàs nõ: in Principe tamen, vel Rege, non benè de iure stat, sed magis honori & dignitati eius derogat. licèt no. cõtrà, C. de sacrosan. ec. l. placet. Itẽ tam super vexatione ecclesiarũ, quæ coguntur se redimere super acquisitis rebus, quàm super vexatione clericorum, & sacerdotum, & religiosorum, qui quandoque coguntur respondere in questis, & potissimè super gardia brisata, vt ita loquar, quod est contra legem Dei, quæ dicit: Nolite tangere christos meos: vt Psal. 104.
nota. in cor. de non alie. aut per mut. reb. ecclesiast. §. œconomum. col. ij. miror de consiliarijs, & potissimè de fatuis Abbatibus, Episcopis, & Archiepiscopis ibi assistentibus, expressè vel tacitè consentientibus. & si durat, magis poterit dici cõsilium pro tyrannizando, quàm pro benè regendo. & ego potero dicere, Vocaui te, & retinuisti me: clamaui, & fauces meæ raucæ factæ sunt.

RVBRICA CX.

De statu curiarum.

SVMMARIVM.

1 *Tria sunt, quæ statum curiarum euertunt, & quæ sint illa.*
2 *Iudices, an & quando esculenta & poculenta recipere possint.*
3 *Notariorum, & illorum, qui in curijs acta conscribunt, officia emi & vendi non debent. Et quæ vitia ex huiusmodi emptione & venditione, quam accensationẽ vocant, oriantur. nu. 5. & 6.*
4 *Accensatio, est velut quædam iustitiæ colorata venditio.*
6 *Accensa, est occasio prædæ, quæ vitanda est.*
7 *Ex consistorijs seu curijs, vbi iustitia administratur, an emolumentum quærendum.*

Auaritiæ malum iustitiæ contrarium, nec bonor seu virtus cū studio cupiditatis stare potest, nu. 8.

9 *Principes, iustitiarij & iudices, res, super quibus controuersia vertitur, ad manum curiæ suæ nimis citò ponere non debent.*

10 *Inuentarium de bonis alicuius, sine iusta causa fieri non debet.*

11 *Seruientes sine iusta causa in domibus subditorum illos, quos comestiores vocant, ponere non debent. Et quàm hoc ius sit iniquum.*

12 *Rescripta iuri contraria refutari debent, nisi Princeps aliquid mandet cōtra legem, Non obstante tali lege, & ex certa scientia.*

CVM satis circa statū curiarum
1 cogitauerim, tria sunt† ibi hodiè, q̄ summè mihi displicent: & vt de secretis taceā, illa tria sunt magis manifesta. Primū est, circa iudices, s. esculentorū & poculentorum receptio. Secundum est, circa papyros & chartularia curiæ adinuenta accensatio. Tertium est, circa iustitiam reddendam, auaritiæ, & non virtutis amplectendæ generalis & communis praua intentio. ¶ Primum est hodiè expresse
2 contra ius ciuile †scriptum, saltem in administratoribus: vt in præside, & procōsule, & similibus, si sufficiens salarium de publico habeant: vt in cor. vt iud. sine quo. suffra. §. scriptum exemplar. col. ij. & no. ff. de offi. præsi. l. plebiscito. & in cor. iusiu. quod præstatur. circa medium. col. ij. & de man. princ. §. oportet igitur. col. iij. Idem in iudicibus ordinarijs, & in quibusdam delegatis à Principe: cùm sit eadem ratio. Quando autem, & quantum possint recipere, est dictum suprà in ti. de acti. manda. contraria. Sed audiui, quòd secundùm ius canonicum, & secundùm statuta regia Franciæ permittitur, esculenta & poculēta quodammodo & quasi indistinctè recipere, per iudices ordinarios, vel delegatos, si eis offerantur à partibus. & malè. Præsumi enim potest, quòd talia esculenta & poculenta facient iudicem claudicare. secundùm Philosophos enim, potentię animę, sunt intellectus, & memoria, & volūtas. Prædicta autem non sunt in anima sine corpore: quia intelligentem saltem cum discursu necesse est phantasmata speculari. Cùm ergo vinum lætificet cor hominis: vt habetur in psalmo Dauid, Benedic anima mea Domino. & no. ff. de pericu. & commo. rei ven. l. ij. in prin. si ipsum vinum datū fuerit iudici, vltrà quàm exposcat salarium suum, certè cor eius seu corpus lætificatum habebit animam ad se trahere. Mores enim trahuntur à coniuncto: vt ff. de ędil. edic. l. ædiles. §. quid ergo. & C. de numerar. l. ne diutiùs. lib. xij. Et sic libra iustitiæ oblita & omissa erit: quia complexiones animæ, sequūtur complexiones corporum. & sic naturaliter inclinabitur iudex ad illū, qui vinum dederit, vel aliquid aliud, quod gaudiū afferat capiēti. Sed si esset possibile, quòd vtraque pars daret æqualiter & insimul, fortè par affectionis causa suspicionem amoueret: vt arg. ff. de ritu nup. l. nō solùm. §. j. Itē, non credat quis prędictum vitium palliare: quia si totus mūdus veniret, vt ita loquar, dico, si vna pars det, & alia non, certè iudex erit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur in aliquali odio. & si aliud non faciat iudex, saltem aliquando diu stabit, & instruet dantem, & ei dabit gratiosas dilationes, & parti non danti nociuas. Iudex enim erit dāti naturaliter obligatus ad antidora: vt ff. de peti. hære. l. sed & si lege commissoria. §. consuluit. Item facit ad prædicta: quia contractus sunt prohibiti iudicibus cum subditis: vt C. de contractibus iudi. l. vna. Ideo prohibitum est, nè accusator, vel Reus, pendente accusatione intrēt domum iudicis, vt iudex intranti faueat, & est pœna cētum aureorū: vt ff. ad leg Iul. de ambi. l. vna. in fi. ¶ Secundum vitium, s. accensatio †papyrorum curiæ, est valde magnum: 3
quia in papyris prædictis, seu in his, quæ ibi scribuntur, quæ acta dicuntur: vt ff. de re iudi. l. acta. in princ. & l. sequenti, & C. de dona. l. in donationibus. consistit, & scri-

Psal. 103.

scribitur per Notarium prædictum accensatorem, tota vis iuris dicendi, & sententiæ ferendæ per iudicem: vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. & C. de re iudi. l. fi. & qui benè vult cōsiderare, prædicta
4 accensatio † est velut quædā iustitiæ colorata venditio. Cùm enim accensator
5 † cogitat se dedisse vel ꝓmisisse magnam pecuniam, ipse procurabit per omnem modū, fauore, vel odio, vel per impressionem sui officij, fortè reddendo se difficilem in copiādo acta, vel in examinando testes, quomodo possit ille pecuniam datam vel promissam à litigantibus extorquere, & etiam aliquid plus, vt lucretur. & sic rectè habet locum, quod scribitur de iudicibus, qui pecuniam dant pro cingulo suæ administrationis, in corpo. vt iudices sine quo. suffragio. §. cogitatio. col. ij. Item, accensator timens perdere in accensa, procurabit, quomodo multæ causæ, tam ciuiles, quàm criminales, per fas vel per nefas veniāt coram iudice. Et si sit causa appellationis, quam iudex respuit audire: fortè, quia constat sibi, quòd contumax talis, qui non auditur appellans, appellauit: vel quia à possessorio est appellatū: vel omisso medio, fortè illo, à quo illa iurisdictio tenetur in feudum. dicet ille Notarius accēsator: Domine iudex, paucæ sunt causæ modò in curia ista. & ego ex facto vestro amittam in ista accensatione, nec inuenietur in sequenti, qui velit tantum dare, sicut ego do. & sic finaliter iudicem in totum, vel in partem, à suo bono & iusto proposito
6 amouebit. Item, talis accēsa † est occasio prædæ, quæ vitāda est: vt C. de fru. Alex. l. j. lib. xj. Nullus enim studio cupiditatis lucri debet teneri, seu admitti, ad officium alicuius militiæ: vt C. de cohortalibus. l. per Illyricum. & de diuersis officijs. l. ad splendidioris. lib. xij. Itē, si talis accensator delinquat in prędictis, curia supportabit eum, propter suum officium, licèt accēsatum, nec punietur: & sic errabit clauis iustitiæ: vt ibi not. Item, plures substitutos habebit, & lucri participes. & sic maius periculum, & maior præda. ¶ Tertium vitium, s. de intentione † auaritiæ, est magnum & virtuti iustitiæ contrarium: quia Baro, vel alter, cuius sunt emolumenta curiæ, non curat de amore iustitiæ, sed quærit, quātū valent emolumēta, deductis expensis: de quibus expēsis malā faciē facit. Item, receptor emolumētorū est in eodē vitio: quia timēs dnm suum, cuius sunt emolumenta, conqueritur de administratore seu de iudice, quia non facit plus valere curiam in pecunia: & tūc administrator seu iudex, timens priuari ab officio, facit eam plus valere, quàm prædecessor suus fecerat: & quia ita faciunt ipsi, non colunt iustitiam, prout est virtus, quia intentio eorū est auaritia, quæ est omnium malorū mater: & maximè in iudicibus: vt in cor. vt iudi. sine quoquo suf. §. cogitatio. col. ij. Honor † autem seu virtus, non stat cum studio cupiditatis seu auaritiæ. ar. C. de cohortalibus. l. per Illyricum. & de diuersis officijs. l. ad splēdidioris. lib. xij. Et facit ad hoc, quia reprehenditur auaritia: vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. fi. & honor præferendus est lucro. vt ff. si quis omissa causa testamenti. l. Iulianus. Item sola intētio auaritiæ meretur pœnam, quantum ad Deum: vt ff. de verbo. sig. l. fugitiuus. & sic meritum iustitiæ, prout est virtus, deperit. quia vnde quis pœnā meretur, non debet meritum seu præmium reportare: vt ff. de nego. gef. l. siue hęreditaria. Valde est ergo in pręsidibus, & Baronibus, & in eorū iudicibus increpandum, & inhonestum censendum, quòd ipsi vocentur iustitiarij, & tamen iustitiam non habent, nec eam colūt, nec eam amant, prout est virtus, & per consequens, non debent habere iustitiæ meritum, quæ tamē est perfectissima omnium virtutum: vt in cor. vt ob. iudi. prouin. in prin. col. v. nec etiam debent vocari iustitiarij: sed magis auaritiarij. arg. C. de sum. Trin. l. j.

7

8

¶ Item est aduertendum, quòd Regales, & Barones, & eorum iudices nimis
9 † citò ponunt ad manum curiæ suæ res, super quibus vertitur controuersia, non benè considerato, ff. de vsufruc. l. æquissimum. aliàs l. si vsusfructus. §. sed si

inter. & Insti. de interdic. §. cōmodum. & C. de rei ven. l. fi. ¶Item nimis citò & sine iusta causa prosiliunt ad faciendum
10 inuentarium † de bonis alicuius, non inspecta l. C. quādo & quibus quarta pars. l. ij. §. mobiles. lib. x. nec inspecto, nec attento ff. de req ui. reis. l. fi. ¶Item quan-
11 doque seruientes † sine iusta causa in domibus subditorum ponūt, quos vocant comestiores. quod ius venit à dæmone meridiano, vel fortè magis ab Aquilone. Ipsi verò deberent sibi cauere, ne facerent contra ius: quia nec à Principe sunt iuri contraria postulanda: vt C. de preci. Impera. offe. l. nec damnosa. Item, rescripta contra ius elicita debēt ab omnibus iudicibus refutari: vt eo. tit. l. rescripta. Item, rescripta, quæ aduersantur iuri communi, non debēt in causis proferri. sed iura communia debent omnimodè obseruari: vt C. si contra ius, vel vti. pu. l. j. Postquàm ergo Princeps ita præcepit iura obseruari: multò fortiùs inferiores deberent sibi cauere, nè de capite suo iuri contraria facerent, nec admitterent, maxime, cùm ipsi iurauerint se iudicaturos, secūdùm quod eis iustum visum fuerit secundùm leges: vt in cor. iusiuran. quod præstatur. §. & æquus in causis. & C. de iudi. auth. hodiè.

¶Sumpta occasione ex prædictis, circa rescripta est aduertendum, quòd licèt
12 rescripta † debeant refutari, quādo sunt iuri cōtraria: Attamen, si Princeps mandet aliquid contra legem, s. dicēdo, Non obstante lege. tunc erit obediendum: vt arg. ff. de leg. iij. l. si quis in principio testamenti. in princ. & ibi no. & in cor. de testa. imperfec. §. pen. collat. viij. & C. de testa. auth. hoc inter liberos. & l. si non speciali. & ff. quod quisque iur. l. si quis iniquum. §. si is, pro quo. & C. si contra ius, vel vti. pu. l. fi. & de transf. l. causas vel lites. Quidam tamen dicūt, quòd non oportet dicere, Non obstante tali lege. sed sufficit, quòd Princeps mandet illud ex certa scientia. ar. ff. de excu. tu. l. idem Vlpianus. in fi. & de testa. l. si mutus. & de mili. testa. l. ex militari. in prin. & de re iudi. l. quidam consulebant. &

Vide Guidonem Pap. q. 280. infi in decisionibus. & consil. 65. nu. 16. consf. 125. num. 3.

C. de iure fis. l. prohibitū. in fi. lib. x. & facit, quod not. in cor. de iudi. in princ. colla. vj. & C. de preci. Imper. offe. l. quoties. & l. vniuersis. Sed primum est verius de iure ciuili scripto, s. quòd requiratur sciētia Principis, & quòd etiam appositum sit ibi, Non obstante tali lege. & hoc not. ff. quod quisque iur. l. si quis iniquum. §. si is, pro quo. verbi gratia: Imperator statuit, quòd testamenta impuberum non valeant: vt Instit. quibus non est permiss. facere testa. §. prætereà. Item & Imperator statuit, quòd si ipse rescribat aliquid contra iura, quòd illud rescriptum debeat refutari. Ponamus ergo, Imperator rescribit ita: Volumus & concedimus valere testamentū Martini, licèt impuberis. Dico, quòd tale rescriptum debet refutari: quia licèt ex verbis prædictis satis cōstat, quòd Imperator sciebat Martinum esse impuberem, & ipse etiam recordaretur de lege dicente, quòd testamenta impuberum non valeant: arg. C. de testa. l. omnium. Attamen, propter statutum seu legem derogatoriam ipsius Imperatoris, in qua continetur, quòd rescripta contra ius elicita debeant refutari, vt suprà dictum est: non sufficit scientia Imperatoris, nec valet illud rescriptum, nisi Imperator specialiter pœniteat (vt ita loquar) de statuto suo seu de lege sua derogatoria: & sic apponat, Non obstante l. rescripta. C. de precibus Imperatori offeren. vel saltem dicat in genere, Non obstante aliqua lege. Scientia enim Imperatoris scientis Martinum impuberem, non sufficeret, nec faceret valere rescriptum: nisi de derogatorio Imperator in rescripto suo specialiter faceret mentionem. arg. ff. de leg. iij. l. si quis in principio testamenti. in prin. Dicatur ergo in rescripto, Volumus & concedimus testamentum Martini, licèt impuberis, valere, non obstante l. rescripta. C. de preci. Impera. offeren. vel credo, quòd sufficeret, si diceretur, Volumus & cōcedimus, testamentum Martini valere, licèt impuberis, nō obstante aliqua lege contraria. Quia satis apparet de scientia Imperatoris, cū dicit, impu-

impuberis. & etiã satis apparet de amotione seu de pœnitẽtia legis derogatoriæ, quia dicit, Non obstante aliqua lege. Si autem diceretur, Volumus & concedimus testamentum Martini valere, non obstante lege Institu. quibus non est permis. facere test. §. prætereà. & non obstante l. rescripta. C. de precibus Impera. offeren. crederem, tale rescriptum refutari debere: quia non apparet, quòd Imperator sciret Martinum fuisse impuberem. & verba, Non obstante aliqua lege, vel non obstante l. rescripta. essent tunc nimis obscura.

RVBRICA CXL.

De statu curiæ Romanæ.

SVMMARIVM.

1 *Causa in curia Romana nimis prolongantur, & sunt quasi immortales. Et quæ iura ibi potißimum tractentur, nu. 2.*

3 *Causa beneficiorum citò & grosso modo expediri & terminari debent. & quare.*

4 *In iudices impetrari non debent Priores Conuentuales, & Canonici ecclesiarum cathedralium, qui scientiam & experientiam causarum non habent. Et cùm hodiè sæpè contrà fiat, quid inde sequatur incommodi.*

5 *Abbates corrigere debent monachos suos, & vagabundos ad monasterium reducere.*

Monachi & moniales precio non recipiendi. Et in hoc frequens abusus taxatur.

6 *Episcopi examinationem eorum, qui ad sacros ordines promoueri desiderant, committere non debent: sed aut ipsi eos in propria persona examinare, aut examinationi interesse. Et qui in hoc sint abusus.*

7 *Ordines paupertatis absorbent ecclesias parochiales, & earum iura. Multa fatua in eorum sermonibus concinnant. Et vnde ille abusus.*

8 *Permutationes beneficiorum fieri non debent, nisi ex certa & legitima causa proposita & probata. Et qualiter ha hodiè malè fiant.*

9 *Curam animarum habentes, in ecclesijs suis residere debent. Et quare minores ætate ad talia beneficia admitti non debeant, & quibus conferenda.*

10 *Dies Dominicus quomodo feriandus, & quid in eo fieri prohibeatur.*

11 *Festa indicta ab Ecclesia, an laicis pauperibus, ob pluralitatem sint onerosa. Et qui inde abusus oriantur.*

12 *Crux, signum Saluatoris Iesu Christi, in cœmiterijs, vbi calcari poßit, aut in parietibus, vbi fœdari, poni non debet. In quo hodierni taxamur abusus.*

13 *Decretalis Bonifaciana in c. vno: de clericis coniuga. lib. 6. cur reparatione indigeat.*

14 *Clem. quanuis rigor. de appellat. facta est consecutiuè, non causatiuè, ad imbringandum & impediendum appellantes, plusquàm esset antè de iure seu de consuetudine.*

15 *Decretorum iura, & sanctorum patrum dicta, quibus sanctè & honestè viuere poteramus, ex subtilitatibus & adinuentionibus nostris dimittuntur.*

16 *Prælati cum Capitulis & Conuentibus pacem non habent, subditos in via mandatorum non dirigunt. Et nedum Prælati, sed & Papa thesaurum congregat, suum genus exaltat, & parum super prædictis reformandis studet.*

17 *Cardinales, pensionarij prælatorum, & aliorum esse non debent. & quare. Sed domino Papa in negocijs emergentibus salubre consilium dare. Et quatenus alijs beneficia procurare poßint.*

18 *Status ecclesiasticus & secularis quomodo pro recuperanda terra sancta solicitus esse debeat. Quid in hunc vsum conseruari, quidque hos conatus impediat.*

19 *Imperator Romanus habet ius subdendi Imperio, nedum regnum Hierusalem, sed*

& omnes nationes, & omnia regna mundi. Quod tamen alij reges sine mandato Imperatoris, vel domini Papæ, facere non possunt. Et quid in Roberto Comite Prouinciæ. nume. 20.

21 Dona Dei maxima hominibus collata, Sacerdotium, & Imperium.

22 Ecclesiarum vnitas vt seruari debet inturbata, erga Sedem Apostolicam: ita debet esse vnitas in regibus & temporalitate erga Imperatorem.

23 Ecclesiæ vniuersalis gubernatores parum curant Imperium Romanum, & illius vnionem, sed eam semper impediunt, & Imperatorem quasi in omnibus postponunt. Et quid inde mali omnibus Christianis hodiè proueniat. nu. 24.

1 CAVSAE † in curia Romana nimis prolongantur & sunt quasi immortales. & in iure
2 † condendo multùm voluuntur & reuoluuntur quatuor iura, scilicet, de electione, & de rescriptis, & de appellationibus, & de præbendis. nec propter hoc abbreuiãtur lites, immò magis prolongantur, tot sunt ibi tortuositates & anfractus, & aduocati exinde magis lucrantur, & ecclesiæ quodammo-
3 do damnificantur. Deberet † ergo causa beneficiorum citò & grosso modo expediri & terminari, potissimè, quia pars, quæ beneficium non obtinebit, magis videbitur exonerata, quàm damnum passa. iuxta illud, quod no. ff. de mi. l. ait prętor. in prin. & ideo quilibet deberet esse contentus breui & grossa diffinitione. Et si beatus Petrus veniret, credo, quòd ipse non sustineret tot litigia tam longa, sicut
4 ibi sunt. ¶ Item Priores † conuentuales, & Canonici ecclesiarum cathedralium impetrantur hodiè in iudices, qui pro maiori parte nunquam experientiam causarum habuerunt, nec habent scientiam. Et multi sunt, qui nescirent legere literam rescripti, & audiunt causas in domibus suis. & citò fit, quòd eorum familia fauet alteri parti. Et ideo bonum esset statuere, quòd nullus impetraretur iudex, nisi esset Officialis episcopi, vel archiepiscopi: & quòd non cognosceret in domo sua priuata, sed in curia officialatus. ¶ Abbates non corrigunt † monachos 5
suos, nec vagabundos curant ad monasterium reducere. & vt in pluribus monachos recipiunt precio: & indistinctè Abbatissæ moniales suas. Et super hoc dominus Papa deberet remedium apponere. Ipsi sunt nimis molesti subditis suis. potissimè super emolumento sigilli. & magis super hoc diligunt Cancellarium, quàm Officialem. ¶ Item Episcopi
† examinationem eorum, qui ad sacros 6
ordines promoueri desiderant, committunt: & ideo multi transeunt, qui nesciunt legere perfectè, Hoc est enim corpus meum. nec sciunt infantes baptizare, super quibus quantum est periculum, cogitet quilibet. Deberent ergo Episcopi in propria persona eos examinare, vel interesse examinationi. Attamen ipsi intersunt in computo receptorum, & expensarum domorum: & intrant stabulum, ad videndum, si equi sunt benè estrolhaci, vel si flent. vt no. de Cæsare, qui intrauit hippodromum, ff. de ac. emp. l. pen.
¶ Ordines † paupertatis absorbent eccle- 7
sias parochiales, super sepulturis, & multis alijs. & multa fatua & inconuenientia immiscent in sermonibus, quæ non dixerunt, nisi quia sunt nimis priuilegiati, & exempti à iurisdictione Episcoporum.
¶ Permutationes † beneficiorum fiunt 8
hodiè, sicut de iure ciuili quandoque permutatur asinus xxx. solid. cum capra v. sol. & malè. Deberet ergo statui, quòd permutationes beneficiorum non fierent, nisi ex certa & legitima causa proposita & probata. ¶ Item, habentes † cu- 9
ram animarum non faciunt residentiam in ecclesijs suis, & malè. Item, ad curam animarum admittuntur adolescẽtes. cuius ætatis inter omnes constat fragile esse, & infirmum esse consilium, & multis captionibus suppositum: vt ff. de mino. l. j. in princip. Non ergo deberent admitti seu eligi ad alios regendos. argumen. C. de legitima tu. l. fi. Et videretur expediens, statuere cum effectu, quòd nullus ado-

adolescens admitteretur ad sacerdotium. Item, quòd nulli conferretur beneficium ecclesiasticum habens curam animarum, nisi & tunc esset sacerdos, & quòd etiam plures Missas celebrasset. & quòd aliàs collatio non teneret. ¶ Item, in diebus
10 † Dominicis fiunt nundinæ & mercata in aliquibus locis, & in quibusdam ecclesijs, etiam in cathedralibus, ad ianuam die Dominico venduntur perdrices, & merces, & panni, & vitra, & sotulares, & fructus. intantum, quòd aliquando impediunt liberum introitum ecclesiæ. Et exinde si nos non colimus Sabbatum, sic nec colimus diem Dominicum, qui est loco Sabbati subrogatus. quæ subrogatio potuit fieri, vt colligitur in Melchisedech. Iudæi poterunt dicere, quòd Christiani non seruant tertium mandatum, quod est in lege Dei: nec recipiunt, nisi nouem mandata, sicut & de choris Angelorum proportionaliter cecidit vnus
11 chorus. Festa † sunt tot indicta ab Ecclesia, quòd laici, qui habent lucrari panem suum, fortè meritò conqueruntur, & malè ea colunt. & in malè colendo associant diem Dominicum. Sed quicquid in prædictis toleret vniuersalis Ecclesia in festis ab ea indictis, illud nullo modo debet tolerare de die Dominico, qui à Deo est indictus. Esset ergo necessarium super prædictis prouidere, & etiam ad maiorem obseruantiam, & vt apparet, quòd Ecclesia habet istud cordi, adijcere, quod vinũ non præconizaretur in die Dominico. & quod nunquam aliquid venderetur infra ecclesiam, nec candelæ, nec imagines cereæ.
12 ¶ Item in cœmiterijs † insculpuntur cruces, ita quod gẽtes eas pedibus calcant. Item ad pedes parietum in carerijs lutosis & fœtidis impinguntur cruces, ne gentes ibidem mingant. Cogitet quisque, quantus honor fertur in prædictis signo Saluatoris nostri Iesu Christi. prouideatur ergo. deberet enim illud grauissima pœna mulctari. vt C. nemini licere signum
13 Saluatoris. l. vna. ¶ Item † decre. domini Bonifa. extrà de cleri. coniug. c. vno. lib. vj. indigeret reparatione: quia secundùm eam, quis potest esse in die septies & pluries clericus, & septies & pluries laicus. Et talis inconstantia nõ est bona. sic etenim dixit lupus: Et mòdò sim monachus, & modò canonicus. & exinde etiam paratur & oritur materia dissensionis inter iudicẽ ecclesiasticũ, & iudicem secularẽ. proprium aũt legũ est claritas. vt in cor. de testa. imperfe. §. nos igitur. colla.
viij. ¶ Item †. decre. Clementina, quamuis 14
rigor. extrà de ap. est facta nõ causatiuè, sed cõsecutiuè, vt credo, qui benè eam respiciat, ad imbringandũ & impediendum appellantes, plusquàm esset antè de iure
seu de consuetudine. ¶ Item, iura † decre- 15
torum, & dicta sanctorum patrum, quibus sanctè & honestè poteramus viuere, dimittuntur ex subtilitatibus & ex quibusdam adinuentionibus nostris. Et con-ditæ sunt plures decretales, & litigia mul-
tiplicata. ¶ Prælati † cum Capitulis & 16
Conuentibus pacem non habent, nec subditos in via mandatorum dirigunt. & nedum Prælati, sed & dominus noster Papa congregat thesaurum, & suum genus exaltat, & parum super prædictis reformandis studet. Et timeo, quòd bastardisemus in multis. iuxta illud, quod di-
xit propheta Dauid, Et claudicauerunt *Psal. 17.*
in semitis suis. & alibi: Fornicati sunt in *Psal. 105.*
adinuentionibus suis. & alibi: Et irrita- *Psal. 105.*
uerunt Dominum in adinuentionibus suis. Et timeo, quòd iam aduenerit in nobis, quod dictum est à Domino populo suo non audienti vocem eius,
propheta Dauid dicente: Et dimisi eos *Psal. 80.*
secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis. & sine dubio esset nobis melius, corrigi, quàm nos à Deo in adinuentionibus nostris dimitti. ¶ Item domini Cardinales
† non deberent esse pensionarij Præla- 17
torum, nec aliorum: quia exinde ex dulcedine pensionum, seu munerum, & ex obligatione naturali, qua tenentur eis ad antidora, dignitati Cardinalatus detrahendo, reddunt se quasi illorum aduocati. Et forefacta eorum coram domino Papa palliant, & colorant, & quandoque ea, vt non introducantur, procurant. Qui tamen deberent stare

æqua

æqua lance, & dare consilium domino Papæ, quid esset in negocijs emergentibus salubriter faciendum. aliàs si inter Papam & Cardinales, vnus construat, & alter destruat, finaliter parum aut nihil inuenietur ędificatum. Item, si Cardinales quibusdam beneficia ecclesiastica ꝓcurant, bonum est, si sufficientes & idonei sint: sed si ipsis ea procurare & plura conculcare, videtur inconueniens. ¶ Itē,
18 super terra† sancta vltramarina, in qua Iesus Christus pro nobis passus fuit mortem crucis, quòd reducetur ad manum Christianitatis & ad cultum diuinum, dominus Papa Clemens quintus, qui hodiè pręsidet, deberet monere Robertum Comitem Prouinciæ, & Regem Hierusalem, vt super hoc præpararent se. terra enim illa non semper fuit hostium. Deus enim tradidit omnem Africam Imperatori Iustiniano, qui & ibi septem prouincias disposuit. vt C. de offi. præfecti præto. Africæ. l. j. §. Deo itaque. & postmodum fuit ibi creatus Christianus in regem Hierusalem, vbi est illa terra sancta, quo rege expulso seu non admisso per hostes Sarracenos, multi gradatim successerunt in iure prædicti regni. Et modò ex succesisone pertinet ad dictum Robertum, qui dicitur rex Hierusalem. Et licèt verè ipse non sit rex Hierusalem, rex tamen Hierusalem potest dici propter spem postliminij. ar. ff. fami. hercis. l. propter spem. tali enim iure postliminij in suspenso retinetur. ar. ff. de hæredi. insti. l. illa institutio. §. j. & facit ff. de lega. j. l. id, quod apud hostes. cum ibi notatis. Cùm ergo ad eum deuenire posit regnum illud, & eius emolumentum: ergo & onus sentire debet. Vel quia fortè ille rex Hierusalem non est satis potens, ad tantum negocium perficiendum, & potest timeri, quòd Soldanus, qui illud regnum tenet, alliget sibi omnes potentes Africæ: deberet moneri Imperator Romanus, vt faceret passagium generale, & quòd alij reges Christiani ei assisterent, & eum iuuarent, & potissimè rex Hierusalem, quem magis tangit, quàm reges alios: & quòd Sedes Apostolica nihil teneret ibi carum, sed quasi omnia bona ecclesiastica in hoc exponeret. Et si sic fieret, pro certo recuperaretur terra sancta, & domino concedente, omnia euenirent feliciter. Sed cor videtur deficere. & dominus Papa magis tractat & intendit circa vendenda beneficia, & circa exaltationem sui generis, & circa tenenda sua consistoria super litigijs beneficiorum ecclesiasticorum. confundantur tot litigia.

Item est notandum, quòd Imperator
† Romanus habet ius subdendi Imperio, 19
nedum regnum Hierusalem, immò & omnes nationes, & omnia regna huius mundi: sed alij Reges non habent ius acquirendi seu occupandi seu auferendi terram seu regna hostium, sine mandato Imperatoris, vel domini Papæ. Sublimatum est enim hodiè cornu Christi: vt in 1. Reg. 2. psalmo Annæ, Exultauit cor meum. ibi, cùm dicitur, Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. & de hoc satis est dictum suprà, in tit. de præiudiciali actione in rem, per quam quæritur, an aliquis sit seruus. Credo † tamen, quòd 20
rex Robertus, si sufficienter haberet gentes ad præliandum, ipse posset acquirere seu debellare per se regnum Hierusalem, nec oporteret eum petere necessariò licentiam ab Imperatore, vel à domino Papa. ¶ Cum satis circa passagium cogitaui, dico, quòd maxima dona † Dei hominibus à superna collata clementia 21
sunt, Sacerdotium, & Imperium. vt in corpo. quomodo oportet episcopos. in princip. collat. j. Cùm autem † ecclesiarum vnitas debeat seruari inturbata erga 22
Sedem Apostolicam: vt in epistola inter claras. C. de sum. Trinit. & fide catho. sic eadem ratione debet esse vnitas in regibus & temporalitate erga Imperatorem. & si reges Christiani essent vniti per aliqualem obedientiam Romano Imperio, ad arbitrium tamen Sedis Apostolicæ, quod esse deberet: tunc communitates Lombardiæ citò subderentur Imperio: & sic esset vnus pastor, & vnum ouile, sub correctione semper Sedis Apostolicæ. & sic tota Africa posset reduci sub imperio Ro-

Romano. virtus enim vnita fortior est
23 seipsa dispersa. Sed gubernatores † Ecclesiæ vniuersalis licèt passagium prædicent, ipsi de secundo dono Dei, scilicet de imperio Romano, parum curant. & illam vnionem, & quòd Imperator imperet, non tolerant, & directò vel obliquè impediunt, & Imperatorem postponunt quasi in omnibus. & tamen dicitur, quòd imperium Romanorum durabit vsque in finem mundi, & quòd in aduentu Antichristi, rex Romanorum erit necessarius Christianitati, & pugnabit fortiter contra Ismaeliticos, qui Christianitatem
24 conabuntur confundere. Hodiè † verò, quia non est vnitas, nec amor charitatiuus inter reges Christianos, nec inter communitates Lombardiæ erga Imperium, nec est, qui eos compescat, & eos reuocet à suis bursalibus & voluntarijs opinionibus, & factis iniuriosis & indebitis: & inter se discrepant & debellant, & quot capita, tot sententiæ, nec ex toto obediunt Ecclesiæ in spiritualibus: & etiam hodiè reges in actibus suis, ex auaritia, quam quandoque excolut, plùs quærunt vtilitatem suã pecuniariã, q̃ Reipublicæ: in vanum mittet Ecclesia vnũ de regibus, qa licèt vocabitur passagiũ generale, ipsum tamẽ reuera erit singulare, & per consequens periculosum & infructuosum. erit enim, sicut quando faber spargit parum de aqua in fornace ignis, quia tunc fortificatur ignis. & sic fient expensæ Christianitati damnosæ, & ditabutur hostes, & exinde alij reges & communitates ridebunt. Et in summa, non perpendo posse fieri passagium fructuosum, nisi interueniat aliqualis & condecens vnio regum, & communitatum, vel maioris partis cum rege Romanorum.

RVBRICA CXII.
De actione negociorum gestorum directa.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis negociorum gestorum directe, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Negociorum gestorũ actio nascitur, quando sine mandato quis se alienis negocijs obtulit. aliàs mandati actio competeret.

4 Mandati actio locum habet, quando Reus gerit negocia præsentis & scientis, quasi tacitè ei mandasse videatur.

5 Negociorum gestor ex spontanea gestione tenetur, & se ex quasi contractu obligat: tutor & curator necessitate officij obligantur.

6 Negociorum gestor rationem reddere tenetur. Et quatenus illa facienda & exploranda sit. nu. 7. vt in reliquis & interesse malè gestorum condemnari possit. Et quomodo hæc fiant in Monte Pessulano, in actione pro socio, & tutelæ. nu. 8. Et quomodo ille formare libellum debeat, qui velit petere & consequi reliqua & interesse malè administratorum. nu. 9.

10 Negociorum gestorum actio generalis est, & libellus procedit, nulla specie administrationis specificata. Et iudex certificabitur, super reliquis & interesse malè administratorum, vt certam sententiam ferre possit.

11 In actione negociorum gestorum, habens operarium multarum specierum, si tantùm duas administrationis species prosequatur, quomodo ferenda sententia. Et quòd tunc in illis tantum duabus speciebus sententia proficiat & noceat. nume 12. Et quid, si in sententia subiunctum sit, A cæteris verò administratis per Reum, ipsum absoluimus. ibidem.

13 In actione negociorum gestorum, si petitio fuit specialis super certis speciebus, siue in processu causæ de eis specialis prosecutio facta fuerit, vel non: iudex de omnibus specialiter vel generaliter debebit diffinire absoluendo vel condemnando, aliàs sententia non tenebit. Et quid, si petitio fuit generalis, & prosecutio specialis. nu. 14.

15 In libello specificata finguntur & videntur, quæ specificantur in processu causæ iudicij generalis generaliter propositi.

1 CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor nemini mãdasset sua negocia gerere, & subitò recessisset apud Aureliacum, dictus Reus venit in domum dicti Actoris in fabraria, & gessit negocia dicti Actoris. Vnde cùm dictus Reus malè administrauerit, & plura reliqua penès eum extent, agit dictus Actor contra eum, & petit ab eo, vt sibi rationem reddat & reliqua præstet, & de his, quæ malè administrauit, sibi satisfaciat, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, reddita priùs per eum ratione de gestis, ipsum ad reliqua & ad interesse eorum, in quibus dictus Actor damnificatus inuenietur ex eius mala administratione, dicto Actori præstanda, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. actionum. & ff. de neg. gest. l. ij. Rectè dicitur, ne-
3 mini † mandasset &c. vt Instit. de ob. quæ ex quasi contractu. §. quippe. aliàs si mandasset dicto Reo, haberet locum mandati actio. vt C. de nego. gest. l. si mandatum. ff. de ac. & ob. l. ex maleficijs. §. j. ¶ Item rectè dicitur, & recessisset: quia
4 si esset præsens † & sciens, quòd ille Reus gereret sua negocia, tacitè videretur ei mandasse, & haberet locum actio mandati: vt ff. man. l. si remunerandi. §. si passus. & l. qui fide. & no. ff. de neg. gest. l. j. ¶ Item rectè dicitur, quòd Reus gessit
5 † negocia &c. aliàs enim non cogebatur gerere, cùm non esset tutor, nec curator. vt C. e. l. tutori. in prin. & ff. de admi. tu. l. tutores qui post. §. qui se negocijs. sed quia gessit, vel incepit gerere, obligauit se ex quasi contractu. vt Insti. de ob. quæ ex quasi contractu. in prin. §. j. & necessariò habuit consummare. vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut. & C. de ac. & ob. l. sicut. ¶ Item rectè dicitur, vt rationẽ
6 † reddat. vt ff. de neg. ge. l. ij. ¶ Item rectè
7 dicitur, vt ratione † per eum priùs reddita condemnetur in reliquis & interesse malè gestorum. nec enim debet Petrus condemnari, vt rationes reddat, quatenus in facto consistit: quia sic parum expediuisset Actor, si Reus condemnaretur sibi ad talem rationem reddendam, nec esset verè diffinitiua sententia, quia non diffiniret verè totam controuersiam: vt ff. de re iudi. l. j. postea enim reddita tali ratione, oporteret sequi aliam sententiam, scilicet super reliquis, & super malè administratis, quæ maiori & altiori inquisitione indigerent. In causa ergo præsenti, si Actor vult consequi reliqua, debebit reddi ratio per Reum, prout in facto consistit: & sic Reus debebit computare, & Actor singulas species prosequi. vt C. de iudi. l. licèt. & debebit insistere Reo in computatione: quia merita causarum partium assertione panduntur. vt C. si per vim vel alio modo. l. fi. & sic iudex explorabit, an probè, vel improbè referãtur computationes. prædicta enim facti sunt, & debent præcedere, & fieri ante reliqua: vt ff. de condi. & demon. l. cùm seruus. & postmodum iudex poterit ferre sententiam super reliquis & interesse malè administratorũ: quia nec ante redditam rationẽ iudex potuit scire reliqua. ¶ Glo. aũt ff. de eden. l. j. in prin. format ita libellum: Peto à te, vt rationem tuæ generalis administrationis reddas, & reliqua præstes: quia negocia mea administrasti. & ita statim petitum est in libello superiùs formato, & benè. Sed dico, quòd si peteretur condemnationem fieri, ad reddendam rationem, & ad reliqua præstanda, & ad interesse super malè gestis: licèt rationem reddi contineat alia duo, attamen, quia omnia illa tria essent expressata, vnum contineret aliud. ar. ff. de vul. & pu. l. cùm ex filio. & sic oporteret, quòd iudex super omnibus tribus ferret sententiam. quod fieri non posset: quia si fieret condemnatio ad reddendam rationem, non posset iam ferri tunc sententia super alijs, quia adhuc apparere non possent. nec etiã poterit ferri sententia super reddenda ratione tantùm, cùm iudex superioribus tribus principaliter petitis & expressatis debeat differre omnimodo. Sed si dicatur, quòd saltem feratur

ratur sententia super reliquis & interesse
per Actorem declaratis: dico, quòd nec
illud potest de iure fieri, nisi & super red-
ditione rationum etiã iudicaretur, post-
quàm & petitum fuit. & si iudex iudicet
eam reddendam, ergo super reliquis non
poterit sententiam ferre: quia de eis non
liquet, nisi reddita illa ratione. & sic ap-
paret manifestè perplexitas, quæ vitiaret
sententiam. & si iudex iudicet, rationem
non esse reddendam, ergo videbitur nihil
esse in reliquis. In summa, si volo agere ad
illa tria, s. ad rationem reddendam, & ad
reliqua, & ad interesse pro malè gestis, nõ
debebo petere condemnationẽ fieri super
reddenda ratione: sed Reus pendẽte cau-
sa cogetur officio iudicis, captis pignori-
bus, vel alio modo rationẽ reddere, put
est in facto seu in computando accepta, &
expensa, & administrata. & iuxta hoc for-
matus est prædictus libellus. ¶ Sed hîc in
8 Monte Pessulano, cùm agitur † actione
pro socio, vel tutelæ, petitur expresse fie-
ri condemnatio in illis tribus. & lite con-
testata, curia committit duobus vel tri-
bus probis hominibus expertis in tali-
bus auditionem rationis seu cõputi inter
partes. & posteà facta relatione iudici per
illos viros, & auditis partibus super illa
ratione reddita, & super alijs hincinde
propositis; iudex fert suam sententiã su-
per reliquis & interesse malè gestorũ, &
tacet iudicare de ratione reddẽda: qa iam
reddita est, siue benè, siue malè, vt dictum
est. & sic videtur sententia nulla: qa nõ iu-
dicat de omnibus petitis. deberet enim iu-
dex Reũ saltẽ absoluere à redditione rati-
onis, quæ in cõputando cõsistit, postq̃ pẽ-
dente causa reddita est. & hoc est, quod
dicitur, ꝙ iudicia sunt absolutoria: vt In-
sti. de perpe. & tẽpo. ac. §. fi. Ex prædictis
9 apparet, ꝙ qui vult † petere reliqua & in-
teresse malè administratorũ, & ea conse-
qui, nõ debet in libello petere cõdemna-
tionem fieri super reddenda ratione, quę
in computando consistit: vt euitetur con-
trarietas, intricatio, & perplexitas supra-
dictæ. Item, de priùs reddenda ratione
prædicta, s. ante sententiam, satis datur
intelligi ff. de neg. ge. l. ij. vbi dicitur, ꝙ e-
quũ est, ꝙ Reus sui actus rationẽ reddat
&c. nec dicit, ꝙ Reus in hoc cõdemnetur.
& posteà in textu seqtur, & eo nomine cõ-
dẽnari, qd' qs vel nõ, vt oportuit, gessit,
vel ex negocijs retinet. & sic apparet ibi,
ꝙ fit condẽnatio in reliqs & interesse ma-
lè administratorũ. Sed videtur, debere
fieri petitionẽ ad reddendã rationem. vt
ff. de tu. & ra. dis. l. j. §. officio. Sed potest
dici, quòd ibi non agebatur ad reliqua,
nec ad interesse malè administratorum:
sed quia tutor non confecerat sui actus
rationes, vel confectas nolebat exhibere:
ideò ob hoc agitur ibi contra eum. & fa-
cit ad hoc ff. de lib. leg. l. non solùm. j. §. si
is, qui. ¶ Item est notandum, quòd præ-
dictus libellus † est generaliter formatus, 10
nulla specie administrationis specificata,
& procedit, quia actio est generalis. vt
no. ff. de eden. l. j. §. j. & certificabitur iu-
dex super reliquis & interesse malè admi-
nistratorum. vt Insti. de ac. §. curare. sine
re enim seu sine certa quantitate, senten-
tia ferri non posset. vt ff. depo. l. j. §. si
quis argentum. C. de sen. quæ sine certa
quantitate. quasi per totum. Modò sup-
ponamus, quòd prædictus Actor † in do- 11
mo prædicta delafabraria tenebat ope-
rarium canapis, & ficuum, & racemo-
rum de melica, & salis, & ferri, & picis, &
chordarum, & habebat vineas in terri-
torio Cellænouæ: si idem Actor prose-
cutus fuerit tantùm duas administratio-
nis species, scilicet canapis, & vinearum,
sequeretur sententia, quæ sic poterit for-
mari.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor sufficienter pro-
bauerit, dictum Reum sine mandato ad-
ministrasse negocia dicti Actoris absen-
tis, & constet nobis de administratione
canapis, per dictum Reum administratæ
& venditæ, remanere penès eum c. solid.
Tur. & constet nobis interesse dicti Acto-
ris in c. solid. Turo. quia dictus Reus ma-
lè coluit, & malè se habuit in admini-
stratione vinearum: idcircò per senten-
tiam in his scriptis condemnamus di-
ctum Reum in x. libris Turon. dandis
& soluendis dicto Actori. & nihilominùs

condemnamus dictum Reum in quinquaginta sol. Turo. dandis dicto Actori pro expensis præsentis causæ, cùm idem Actor, delato à nobis ei iuramento, iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos l. sol. Turon. occasione præsentis causæ.

¶Et cautè est aduertendum, ꝙ secun-
12 dùm hæc, prædicta petitio † fuit generalis, & prosecutio specialis super canape & super vineis, & sententia etiam specialis tantùm super illis duabus speciebus administrationis. & sic prædicta sententia non nocebit, nec proficiet, nisi in illis duabus speciebus, & in illis tantùm. Si autem fuisset subiunctum in prædicta sententia, à cæteris verò administratis per dictum Reum, ipsum absoluimus: benè quidem potuit fieri prædicta talis adiunctio seu absolutio. & tunc quia petitio fuit generalis, sed etiam prosecutio fuisset specialis, nedum super prædicta canape & vineis, sicut fuit iuxta illam sententiam, sed etiam fuisset prosecutio specialis super ficubus & racemis de melica, tunc pro prædictis & racemis nunquam magis aliquid posset peti. obstaret enim in alijs perpetuò exceptio rei iudicatę ex generali absolutionis sententia. Sed si de mala administratione salis, & ferri, & picis, & chordarum nihil actum fuit in processu, sed solùm de canape, & vineis, & de ficubus, & racemis, si sententia prædicta lata Actor vellet agere de mala administratione salis, ferri, picis, & chordarum: tunc propter generalē petitionem, generalem absolutionem prædictam, scilicet quia dictum fuit in sententia, à cęteris non administratis &c. Reus poterit excipere de re pro se iudicata. attamen Actor poterit replicare de dolo, s. dicendo, Dolo facit: quia ex ipsis de speciebus illis, s. salis, ferri, picis, & chordarū, quia de illis nihil actū fuit specialiter in prosecutione causæ: vt de prædictis habetur C. de iudi. l. licèt. & de transac. l. sub prætextu specierum. Item est notandū, ꝙ si in actione negociorum gestorum petitio
13 † fuerit specialis super certis speciebus, fortè super administratione canapis & vinearum, ficuum, racemorum, salis, & ferri: siue in processu causæ de eis specialis prosecutio facta fuerit, vel non: iudex de omnibus specialiter, vel generaliter debebit diffinire, absoluēdo, vel condemnando, aliàs sententia non tenebit: vt ff. de excep. do. l. apud Celsum. §. itē quæritur. nec de alijs speciebus iudex debebit curare, quia nec Actor de illis alijs in suo libello conquestus est. Si autem peti-
tio † fuerit generalis, & prosecutio speci- 14
alis: tunc etiā eadem ratione super omnibus speciebus specialiter prosecutis debebit ferri sententia specialiter, vel generaliter, aliàs sententia non valeret. specifi-
cata † enim in processu causæ iudicij ge- 15
neralis generaliter propositi, fingūtur & videntur specificata in libello.

RVBRICA CXIII.

De actione negociorum gestorum contraria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis negociorum gestorum contrariæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actio negociorum gestorum contraria, generalis est, sicut est directa.*

4 *Actio negociorū gestorum, quadam est directa, quadam contraria.*

5 *Actionū vltrò citroq; nascentiū, quando vtraq; sit directa, quando altera contraria.*

6 *Actionum, quadam directa, quadam vtiles. Et quæ illæ.*

7 *Negociorum gestorum actio, quadam est directa, quadam contraria. Itē quadā directa, quadā vtilis. Et quæ sint illæ, & quomodo ex persona domini & gestoris, attēdi debeāt. Et quomodo diuersitas qualitatis actionis significetur. 8. & ex parte Rei per aduerbia magistraliter attributa qualitas actionis diuersificetur. nu. 9. 11.*

10 *Petitio hæreditatis, quadam est directa, quadam vtilis. & quadam datur directò, quadam vtiliter.*

12 *Actio negociorum gestorum octo modis diuersificata.*

CORAM

1 CORAM vobis domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd dictus Actor spontè gessit negocia dicti Rei absentis, & in negocijs prædictis expendit vtiliter c. sol. Turo. Quare agit dictus Actor contra dictū Reum, & petit ab eo, vt sibi prædictos c. sol. det & soluat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad dandum & soluendum dicto Actori prædictos c. solid. Turo. per vestram sententiam cōdemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † Insti. de ac. §. actionū. & ff. de neg. l. ij. & Insti. de ob. quæ ex quasi contractu. §. j. Et ex illis, quæ dicta sunt in pręcedenti libello, satis potest perpendi, qualiter procedendum est in hac actione contraria, & qualiter formanda
3 sit sententia. est enim ista † actio generalis, sicut est directa.

4 ¶Item, quia actio † negociorum gestorum, quædam est directa, quædam contraria: vt Insti. de ob. ex quasi contractu. §. j. sumpta exinde occasiōe, & ad declarationē gl. positæ C. de neg. ge. l. curatoris. aliqua sunt notanda. Primò, ꝙ cùm
5 vltrò citróque nascuntur † actiones, aut habent diuersa nomina: vt, ex empto, & vendito, & conducto: & tunc nulla est contraria, sed vtraque est directa. aut habent idem nomē: & tunc vtraque est paris dominationis, & tunc quælibet est directa, & nulla est contraria: vt est actio ꝓ socio. aut altera habet quandā dominationem, & altera non: & tunc illa, quæ competit cum quadam dominatione, est directa. vt mandati actio, prout competit mandanti, & depositi deponenti, & commodati commodanti, & pignoratitia rem impignorāti, & sic de similibus. Altera verò actio, quæ cōpetit vice versa, & nō cum dominatione, dicitur contraria: vt actio mandati, prout competit mandatario, & depositi depositario, & commodati commodatario, & pignoratitia creditori, & sic de similibus. Et prędicta possunt colligi ff. de actio. & ob. l. ij. & Insti. de pœna te. liti. §. ex quibusdā.

¶Item secundò est notandum, quòd quædam † actio dicitur directa, quædam 6
dicitur vtilis. Directa est illa, quæ est ex verbis legis & ex mente. Vtilis est actio, quæ non est ex verbis legis, sed ex mente tantùm. vt ff. si quadru. paup. fe. di. l. j. & l. pe. & Insti. de le. Aquil. §. cæterùm placuit. & de hoc e. tit. in fi. & ff. de ac. & ob. l. actionis verbo. in princ. & de iur. om. iu. l. si quis id, quod. §. quòd si dum proponitur.

¶Ex prædictis dico, quòd actio † ne- 7
gociorum gestorum, quædā est directa, quædam est cōtraria. Directa est, quæ datur domino negociorum contra gestorem. Cōtraria est, è conuerso, s. illa, quę datur gestori contra dominum: vt Instit. de ob. quæ ex quasi contractu. §. j. ¶Item ex prædictis etiam dico, quòd actio negociorum gestorum, quędā est directa, quædam est vtilis. Directa est, quæ datur ex verbis & ex mente legis seu edicti prętoris. Quæ qualitas directitudinis quandoque attenditur ex parte domini negociorum, s. in primis duobus casibus edicti, vt quando sunt gesta negocia, quę fuerunt alicuius viuētis, vel alicuius cùm is moreretur. vt ff. de neg. ge. l. iij. in prin. verba enim & mens edicti ponunt ibi illos duos casus. Sed quandoque illa qualitas directitudinis attēditur ex persona gestoris, vt quando ipse gessit negocia spontè. vt Insti. de ob. quæ ex quasi contractu. §. quippe. & ff. de nego. gest. l. iij. in prin. tunc enim competit ex verbis & ex mente edicti prætoris. Vtilis autē actio negociorum gestorum est, quæ datur ex mente legis seu edicti prętoris. Quæ qualitas vtilitudinis, vt ita loquar, quandoque perpenditur ex parte domini negociorum, s. in tertio casu adiecto per Vlpianum, s. quando fuerunt gesta negocia, quæ nō fuerunt alicuius viuētis, nec alicuius cùm is moreretur: vt ff. de neg. gest. l. iij. §. sed si quid. Sed quandoque illa qualitas vtilitudinis perpenditur ex persona gestoris, s. quando ipse gessit negocia non spontè, sed de necessitate, vel ex suspicione necessitatis: vt C. e. l. curatoris. & ff. e. l. iij. §. hac actione. ¶Modò

est aduertendum, quòd ad ostendendum & significandum diuersitatem qualitatis
8 †actionis negociorum gestorum, super hoc, quia quædam dicitur directa, quædam vtilis, quòd prout prædicta qualitas potest diuersificari ex parte Actoris, siue dominus negociorum agat contra gestorem, siue gestor agat contra dominum: tunc attributa sunt nomina, s. nomen directa, & nomen vtilis. verbi gratia: Si dominus agat in primis duobus casibus edicti, tunc actio dicetur directa. sed in tertio casu, adiecto per Vlpianum, si agat dominus, dicetur tūc vtilis actio. Item si spontaneus gestor agat cōtra dominum, tunc actio dicetur directa. sed si gestor non spontaneus agat, tunc dicitur
9 actio vtilis. Sed prout illa eadem † qualitas, s. directitudinis & vtilitudinis, diuersificatur ex parte Rei, contra quē agitur, tunc magistraliter attributa sunt aduerbia, s. directò, & vtiliter, ad cognoscēdum diuersificationem prædictæ qualitatis. verbi gratia: quando agitur contra dominum in primis duobus casibus edicti, tūc dicitur dari gestori actio directò contra dominum. sed in tertio casu adiecto per Vlpianum, si agatur cōtra dominum, dicetur actio dari contra eum vtiliter. Item, si agatur cōtra gestorem, qui fuit spontaneus, tunc dicetur dari contra eum actio negociorū gestorum directò. sed si fuit non spontaneus, tunc dicetur dari cōtra eum actio vtiliter. Sic etiam
10 † in petitione hæreditatis. quia quædā est directa, quædam vtilis: & hoc perpenditur ex parte agentis. Directa est, quę datur illi, qui est hęres de iure ciuili ex testamento, vel ab intestato. vt ff. de peti. hære. l. j. ij. & iij. Sed vtilis est illa, quæ datur illi, qui est hæres de iure prætorio. vt ff. de pos. hære. pe. l. j. & ij. Item, quędam petitio hæreditatis datur directò, quædam vtiliter. & hoc magistraliter, & perpenditur ex parte eorum, cōtra quos agitur. Directò enim datur contra eum, qui possidet pro hærede, vel possessore: vt ff. de pe. hære. l. regulariter. Sed vtiliter dicitur competere cōtra eos, qui non possident ꝓ hærede, vel possessore. quod euenit quandoque. vt ff. de peti. hære. l. nec vllam. in fi. & l. etiam. §. si quis sciēs. & §. non solùm. & §. itē si quis. & l. quòd si in diem. §. sed & is. & §. non solùm. & §. Iulianus. vsque in finem. Et sic nomina habent concernere Actorē, sed aduerbia Reū. & facit ff. de noxa. l. electio. §. item si ex pluribus. vbi per aduerbiū, directò, dicitur agi respectu Rei. & facit, quod no. ff. de rei ven. in rubři. Sed † videtur, 11
quòd inter prædicta nomina & aduerbia non sit differentia. vt C. de nego. gest. l. curatoris. vbi in textu dicitur, vtilis actio. & tamen loquitur respectu Rei, qui conuenitur. Item contrà, C. quorū bono. l. j. vbi gl. dicit, actionem directò per aduerbium, respectu Actoris.

ADDIT. Sed dico, quòd inter prædicta nomina & aduerbia non est differētia propriè loquēdo: sed magistraliter & satis competenter potest fieri & assignari prædicta differentia, ad vberiorē doctrinam & ad clariorem intellectū. Sic etiam dicitur de legibus, quòd propriū legum est claritas. vt in cor. de testa. imperfec. §. nos igitur. col. viij. Item, commodius est, singula singulis appellationibus distingui. vt Insti. quib. mo. testa. infir. §. alio. distincta enim & diuisa dilucidiùs intelligi possunt. vt ff. de exce. doli. l. j. Item & aliquando inuenitur aliàs in iure differentia inter nomē & aduerbium: quia inter stipulationem turpem, & stipulationem turpiter factā, est magna differentia: vt no. C. de his, quę vi metúsve causa. l. ij. & ff. de verb. ob. l. generaliter. & sic negari non potest, quin sit ibi differentia inter nomen turpis, & aduerbium turpiter: vt ibi. Item & quidam sapiens dixit, quòd Deus nō est remunerator nominum, sed aduerbiorum. id est, non remunerat Deus bonū, sed quod benè fit. vt no. extrà de collusione detegen. c. j & sic est ibi differentia, inter bonum, & benè. Ex prędictis concludo, quòd actio negociorum gestorū potest diuersificari octo modis, vt sequitur.

¶Actio † negociorum gestorum, quędam est directa, directa directò. & est illa, quę datur domino. & sic est directa, 12

per

per contrarium ad cõtrariam, pro negocijs, quę sunt alicuius viuentis, vel fuerunt alicuius, cùm is moreretur. & sic est directa, per contrarium ad vtilem, cõtra spontaneum gestorem. & sic datur directò. ¶Itẽ alia est directa, directa vtiliter. & est illa, quæ datur domino. & sic est directa pro negocijs, quæ sunt alicuius viuentis, vel fuerunt alicuius, cùm is moreretur. & sic est directa contra nõ spontaneum gestorem, & sic datur vtiliter. ¶Item alia est directa vtilis directò. & est illa, quę datur domino. & sic est directa pro negocijs, quę non sunt alicuius viuentis, nec fuerunt, dum is moreretur. & sic est vtilis cõtra spontaneum. ¶Item alia est directa vtilis vtiliter. & est illa, quæ datur domino. & sic est directa pro negocijs, quæ nõ fuerunt alicuius viuentis, nec fuerunt alicuius, dum is moreretur. & sic est vtilis contra non spontaneum gestorem. & sic datur vtiliter. ¶Item actio negociorum gestorum, quędam est contraria vtilis vtiliter. & est illa, quæ datur gestori. & sic est contraria, qui gessit nõ spõtè. & sic est vtilis. & gessit negocia, quæ non fuerunt alicuius viuentis, nec alicuius, dum is moreretur. & sic datur vtiliter. ¶Item alia est contraria vtilis directò. & est illa, quæ datur gestori. & sic est contraria, qui gessit non spontè. & sic est vtilis pro negocijs, quę fuerunt alicuius viuentis, vel fuerunt alicuius, dum is moreretur. & sic datur directò. ¶Item alia est contraria directa vtiliter. & est illa, quę datur gestori. & sic est contraria qui gessit spontè. & sic est directa. datur autem pro negocijs, quæ non sunt alicuius viuentis, nec fuerunt alicuius, dum is moreretur. & sic datur vtiliter. ¶Item alia est contraria directa directò. & est illa, quæ datur gestori. & sic est cõtraria, qui gessit spontè, & sic est directa. datur autem pro negocijs, quæ sunt alicuius viuẽtis, vel fuerunt alicuius, dum is moreretur. & sic datur directò.

RVBRICA CXIIII.

De actione tutelæ directa.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis tutelæ directæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2*

3 *In libello actionis tutelæ directæ, an petatur Reus rectè condẽnari ad rationem reddendam. nu. 48.*

4 *Tutela, quædam est testamentaria, quædam legitima, quædã datiua. Est & quædam anomala. nu. 13.*

5 *Tutor datus in codicillis testamento confirmatis, an in testamento datus videatur. Et an & quando testamentaria hac confirmatio hodiè requiratur.*

6 *Tutela testamentaria alias omnes præcedit, & hac existente, alijs locus non est.*

7 *Tutela legitima tunc locum habet, quando nullus tutor datus est in testamento. Et est à l. xij. tabularum. Et hac existente, si iudex det aliquem tutorem, datio non valet. nu. 8.*

9 *Tutor, si datus fuerit in testamento, sub conditione, vel ex die, interim non veniet legitimus, sed tutor à iudice dabitur. Idẽ, si purè datus fuerit tutor, & nemo alter ex testamento sit hæres.*

10 *In hæreditate paterna adeunda an sit pupillo necessaria tutoris authoritas. Et quid in immistione hæreditatis facienda per pupillum.*

11 *Tutor testamentarius, si fuerit excusatus vel remotus, non veniet legitimus, sed datiuo locus erit: secus, si naturaliter, vel ciuiliter mortuus fuerit. nu. 42.*

12 *Tutela testamentaria cessante, si aliquis sit tutor legitimus, & ille quoquo modo definat vel excusetur, veniet sequentis gradus legitimus, & nõ datiuus. Et quid, si legitimus sit insufficiens.*

13 *Tutela anomala est, quæ permittitur matri & auiæ. Præfertur legitimæ & datiuæ, & testamẽtaria sola eam præcedit. Et quomodo hæc vocetur legitima, & à vera legitima quid differat, remißiuè.*

Mulier licèt non poßit esse in iudicio alieno nomine, mater tamẽ, postquàm tutrix est, in

in iudicio pro pupillo esse potest.

14 *Mater, si non vult esse tutrix pupilli, vel esse non potest, vel fuit sed quoquo modo esse desiit: indistinctè veniet auia, si superest, & velit esse tutrix: aliàs veniet legitimus. Et nisi hi insufficientes sint, datiuo locus non est. Et quid, si testamento data tutrix fuerit. nu. 42.*

15 *Tutorem legitimũ si habet pupillus, & mater tutelam à iudice secundùm legem sibi dari non curat, sed tacet, & fortè bona pupilli administrat, quid faciendum.*

16 *Mater si postmodum veniẽs se à iudice tutricem dari petat, an audietur, & legitimum illum repellat.*

17 *Mater, si cùm à iudice se tutricẽ dari non peteret, iudex pupillo tutorem dedit, vel quendam inutiliter datum à patre in testamento confirmauit, valebitne illa tutoris datio seu confirmatio.*

18 *Tutor si nullus est legitimus, qui datum seu confirmatum impediat, sed est mater pupilli, tenebitne datio illius tutoris, seu cõfirmatio tutoris inutiliter dati in testamẽto, facta matre pupilli non vocata, & fortè ea ignorante. nu. 22. 24. 28.*

19 *Tutor datus à iudice, & inutiliter datus in testamento si fuerit confirmatus, matrem vincere debent, nisi mater eos praeueniat. posterior tamen plus iuris habet. nu. 21. 29.*

20 *Tutor omnis confirmatus, est datiuus.*

23 *Tutoris in petitione si quoquo modo in facto erratum fuerit, quòd non valeat datio, quomodo sit intelligendum.*

25 *Mater praeuenta ab alijs in tutela pupilli, an in aliquo damnificetur. nu. 27.*

26 *Ad tutelam & curam difficulter accedũt, qui Dei habent memoriam.*

30 *Differentia sicut hodiè in succedendo non est inter agnatos & cognatos: ita nec in tutela. dum sint masculi & legitima aetatis. Et an idem in cura legitima. nu. 31. 38.*

32 *Mater & auia si volunt subire tutelam filij pupilli vel nepotis, sicut in tutela omnibus tutoribus legitimis, agnatis & cognatis praeferuntur: ita & in cura. nu. 39.*

33 *Mater & auia vt sint tutrices pupilli, quae facere necesse habeant.*

34 *Mater & auia an praeponantur in tutela agnatis & cognatis ascendentibus. Et quid in cura. nu. 35. 40.*

36 *Mater & auia an secundùm ordinẽ ad curam filij vel nepotis adulti admittantur. Et an ad curam furiosorum & prodigorum. num. 37.*

41 *Mater si fuerit tutrix data pupillo in testamento patris sola, vel cum alijs, an ipsa per iudicem cõfirmari debebit. Et erit tunc tutela datiua. Et quid, si ante confirmationem, iudex det alium tutorem pupillo, an datio valeat. nu. 43. 44. 45.*

46 *Mater si tutrix in testamento data fuerit, nõ venit per auth. matri & auiae. C. quando mul. tutelae offi. fungi pot. sed ex prouisione hominis. Et ad quae alia tunc teneatur.*

47 *Sententiae formula in actione tutelae directa, iuxta formatum libellum, reiecta formatione communi aliorum. nu. 48.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinũ, quòd dictus Reus fuerit tutor dicti Actoris. Vnde cùm tutela sit iam finita, agit dictus Actor contra dictum Reum, vt de gestis reddat rationem, & quòd reliqua praestet. & quòd de malè gestis, & de his, quae gerere debuit nec ea gessit, damna resarciat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Reum, reddita per eum priùs ratione eorũ, quae gessit, ipsum ad reliqua pręstanda, & ad interesse eorum, in quibus idem Actor damnificatus est, quia malè gessit, & ad interesse eius, scilicet quantum sua interest, quia quędam omisit gerere, danda & pręstanda dicto Actori, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶Probatur † Insti. de acti. §. actionum. 2 & C. arbi. tu. l. tutorem. & l. quicquid. & de ne. ge. l. tutori. Super isto libello † ero à plu-

à pluribus reprehensus: quia non petitur Reus condemnari ad rationem reddendam, quod dicunt debere fieri. & illo modo regulariter omnes formant libellum in hac actione, & allegant ff. de tu. & ra. di∫t. l. j. §. officio. & dixi de hoc satis suprà, in tit. de ac. neg. ge∫. directa. & ad illa, vt credo, non poterunt sufficienter respondere.

¶ Nunc est notandum, quòd quędam 4 est tutela † testamentaria, quædam est legitima, quædam est datiua. Circa tutelam testamentariam est aduertendum, quòd 5 tutor † videtur datus in testamento, si fuerit datus in codicillis testaméto confirmatis: vt ff. de testamen. tute. l. iij. Hodiè verò facto testamento & codicillis, semper codicilli videntur confirmati. vt Insti. de codi. §. non tantùm. Hodiè etiam potest dari tutor in codicillis, & in vltima voluntate imperfecta per patrẽ: nec indigebit cõfirmatione. & sic correctum est ff. de confir. tu. l. ij. per l. inter omnes. C. fami. her. & de testa. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Item, testamenta- 6 ria † tutela præcedit alias: quia quandiu locus est testamentarię, nõ est locus alijs: vt Insti. de Attil. tu. in prin. Item, circa legitimam & datiuam est notandũ, quòd 7 quando nullus tutor † datus est in testamento, tunc habet locum legitima tutela. & est à l. xij. tabu. & ideo vocatur legitima: vt ff. de legi. tu. l. legitimos. in 8 princ. & præcedit † datiuam. intantùm, quòd si existente legitimo tutore iudex det aliquem in tutorem, non valebit datio: vt C. qui tu. da. po∫. l. si sororis.

¶ Secundò est notandum, quòd si tu- 9 tor † datus fuerit in testamento sub conditione, vel ex die, interim nõ veniet legitimus, sed dabitur tutor à iudice: vt Insti. de Attil. tu. §. j. Idẽ, si purè datus fuerit tutor, & nemo alter ex testamento sit hæres: quia tunc etiam pupillo dabitur tutor à iudice ad adeundam hæreditatem. vel etiam poterit adire cum authoritate iudicis: vt ibi no. Sed videtur, 10 quòd in adeunda hæreditate † paterna non sit necessaria pupillo tutoris authoritas: vt expressè habetur Insti. de hære. quæ ab intes. §. sui autem. Sed illud est de iure ciuili, secundùm quod pupillus est suus hæres & necessarius: sed de iure prætorio potest abstinere ab hæreditate paterna: vt Insti. de hære. quali. & dif. §. sui autẽ. & in immixtione hæreditatis facienda per pupillum est necessaria tutoris authoritas: vt Insti. de authori. tu. §. neque tamen. & no. ff. de acquir. hære. l. necessarius.

¶ Tertiò est, notandum, quòd si testamẽtarius † tutor fuerit excusatus vel remotus: tunc non veniet legitimus, sed locus erit datiuo. Si autem ille testamentarius fuerit mortuus, naturaliter, vel ciuiliter: tũc erit locus tutori legitimo, nisi aliquis alter remansisset tutor testamentarius: quia tunc veniret tutor datiuus, & non legitimus: vt ff. de tu. testa. l. si quis sub conditione. 11

¶ Quartò est notandũ, quòd si cessante † tutela testamentaria, aliquis sit tutor legitimus, & ille quoquo modo desinat vel excusetur: tunc veniet sequẽtis gradus legitimus, & non datiuus: vt ff. de leg. tu. l. tutela. §. non tantùm. Item, si legitimus sit insufficiens: tunc, aut non est spes, quòd fiat sufficiens: vt quia est mulier. & tunc veniet legitimus sequentis gradus. Si autem speraretur effici sufficiens: vt quia tunc est minor xxv. an. qui tutor esse non potest: vt C. de legiti. tu. l. fi. tunc nõ veniet legitimus sequentis gradus: sed dabitur interim tutor à iudice, qui desinet esse tutor, cùm ille legitimus erit effectus sufficiens: vt de hoc ff. de excusatio. tut. l. non solùm. §. si libertus. 12

¶ Nunc restat dicere, quòd quædam est alia tutela † anomala, s. illa, quæ permittitur matri & auiæ. & illa præfertur legitimæ & datiuæ, & sola testamentaria eam præcedit: vt C. quando mulier tu. of. fungi potest. auth. matri & auiæ. & illa tutela vocatur legitima: vt C. ad Tertulli. l. omnem. non quòd sit verè legitima à lege xij. tab. sed ponitur legitima, i. secundùm aliam, s. à iudice datam: vt no. in cor. de hære. ab intes. §. ex his. col. ix. In multis enim à vera legitima differt: vt 13

no. C. quando mulier tu. offi. authent. matri & auiæ. Item, licèt mulier non possit esse in iudicio alieno nomine: vt C. de procurat. l. alienam. tamen talis mater postquàm tutrix erit, poterit esse in iudicio pro pupillo: vt no. eo. tit. l. quia absente. ¶Item est notandũ, quòd si mater
14 ter † nõ vult esse tutrix pupilli, cùm possit: vel non potest esse tutrix, quia sit minor xxv. an. vel fuit tutrix, sed desijt quoquo modo: tunc veniet indistinctè auia, si superest. & hoc, si velit, aliâs veniet legitimus. Nec enim est dicendum, quòd matre volente tutelam, vel quoquo modo desinente tutelam, debeat turbari ius & ordo tutelarum. Sed contrà, C. quando mulier tu. offi. fungi pot. auth. sacramentum. vbi notatur, quòd quando mater vel auia expellitur à tutela, quia conuolauit ad secundas nuptias, tunc habet locum datiua. sed non video benè, quòd tunc debeat excludi legitima. & l. ibi allegata loquitur in testamẽtario remoto. sed videtur contrà adhuc, C. de legi. hære. l. sciant. & ad Tertulli. l. matres. in quib' habetur, quòd mater punitur, nisi petat dari tutorem pupillo. & eo. titu. ad Tertulli. l. omnem. punitur mater, si suscepta tutela liberorum, ad secundas nuptias conuolet, antequàm faciat tutorem alium ordinari. postquàm ergo ipsa debet petere dari tutorem: vt ibi. & in cor. de nup. §. si autem tutelam. col. iiij. satis apparet, quòd tunc debeat venire datiuus, spreta legitima tutela. & ita dicunt quidam. Sed illa iura possunt intelligi, quòd ibi pupillus non habebat aliquem legitimum. vel si habebat, erat insufficiens ad tutelam. Mater enim non habet necesse petere tutorem dari pupillo, quando pupillus legitimum tutorem habet: vt no. ad Tertul. l. matres. licèt enim tunc aliquãdo habeat petere, vt ille legitimus administret. Et eodem modo potest intelligi C. quando mu. tu. offi. authen. matri. super verbo, testamentarijs. in fi. glo. s. quia ibi pupillus nullum tutorem legitimũ habebat. sed & intelligatur ibi, cùm mater non fuit data in testamento tutrix. si autem fuisset data in testamento, dicetur infrà. ¶Quid erit, si
pupillus † habet legitimum tutorem, & 15
mater non curat sibi facere dari tutelam à iudice secundùm legẽ, sed tacet, & fortè administrat bona pupilli? Certè consulerem, quòd ille legitimus requireret matrem, vt admitteret tutelam. & si mater diceret, se nolle eam, vel fortè nollet respondere: quòd tunc ille legitimus acciperet bona pupilli, cum decreto iudicis, & quòd faceret inuẽtarium, & quòd iuraret se omnia rectè agere, & quòd satisdaret, ad quæ ipse tenetur: vt no. ff. de legi. tu. l. legitimos. in prin. & C. de cura. furi. l. fi. §. sed cũ antiquitas. Si enim cesset gerere, postquàm scit se esse tutorẽ, periculo suo cessat. vt ff. de admi. tu. l. j. in prin. & l. quidam decedẽs. §. fi. Mater autem tale periculum non timet: quia ipsa non est tutrix, nisi velit, & petat se dari à
iudice. ¶Sed si postmodum mater † ve- 16
niens petat se dari à iudice in tutricem, an audietur, vt sic repellat illum legitimum? Et credo, quòd non: postquàm decreto iudicis ille legitimus fuit admissus: quia quod ritè factum est, non debet
retractari: vt C. de admi. tu. l. sancimus.
¶Sed quid, si cùm mater † non peteret se 17
dari à iudice, iudex dedit tutorem pupillo, vel quẽdam inutiliter datum à patre in testamento confirmauit: valebitne illa tutoris datio seu confirmatio? Et est dicendum, quòd si pupillus habet legitimum tutorem: tunc datio illius tutoris seu confirmatio non tenet ipso iure: quia tutorẽ habenti, tutorem dari prohibent iura: vt C. qui da. tu. pos. l. si sororis. & legitimus præfertur inutiliter dato in testamento: vt Insti. de tute. §. fi. sed quòd tũc cogatur ille legitimus facere ea, quæ statim dicta sunt, & administrare: nisi mater illum legitimum præueniat, petendo se dari in tutricem: vel nisi insimul veniant coram iudice: quia tunc ipsa præfertur legitimo. Legitimus autem impediuerat eam, & per consequens ipso iure nulla erat datio seu cõfirmatio: & sic tũc mater præponeretur omnibus illis, & veniet sola. per auth. matri & auiæ. ¶Quid,
si nullus est legitimus † qui impediat, da- 18

tum seu confirmatum, sed est mater pupilli: tenebitne datio illius tutoris, seu confirmatio tutoris inutiliter dati in testamento, facta matre pupilli non vocata, & fortè ea ignoráte? Et videtur, quòd non.ar.ff.de adop.l.nam ita.in fi. Gl.tenet in auth.matri & auiæ.quòd datio tutoris tenet.ar.C.de confir.tu.l.si vt proponis. vbi dicitur, quòd si ante cõfirmationem inutiliter dati, iudex dederit alium tutorem, valet datio, nec retractari potest. Multò fortiùs ergo † videtur, ꝙ debet valere datio tutoris facta, anteꝗ̃ mater sit tutrix. Fortius enim ius habet in tutela inutiliter data in testamento, quàm mater: quia ille habet iudiciũ defuncti, & mater non. Item ille confirmatus non satisdat: sed mater sic. & quia datus à iudice vincat inutiliter datum in testamento, vt ibi. multò fortiùs debet
19 vincere matrem. Datus † ergo à iudice, & inutiliter datus in testamento, si fuerit confirmatus, debét vincere matrem, nisi
20 mater preueniat eos. Omnis † autẽ confirmatus est datiuus: vt no. C.de confir. tu.l.ij.& iij.d.auth.matri & auiæ. & In-
21 sti.de tute.§.fi.sed plusculum habet † datus in testamento & confirmatus, quia iudicium defuncti habet: vt C.de confir.
22 tu.l.si vt proponis.in fi. Sed † ad glo.illam, quę dicit, quòd datio tutoris facta ignorante matre, tenet, videtur cõtrà ff. de tu.& cu.da.ab his.l.tutor.cum sua gl. Sed non obstat: quia ibi datus fuit tutor tutorem habenti, & ideo datio fuit nulla: vt ibi dicitur.& cùm subiungitur ibi,
23 quòd quoquo modo in facto † erratum fuerit in petitione tutoris, non valet datio. dico, quòd verum est, si fuerit erratum in qualitate eius, cui datur tutor: vt quia fortè alium tutorẽ habet, vel aliàs est talis, qui nullo modo tutorem habere potest. & ita exẽplificat ibi gl.textum.
24 Sed in casu nostro † non inuenitur talis error: quia pupillus est sui iuris, nec tutorem habet. mater eius non est tutrix, nisi petat se dari à iudice, & cum decreto admissa fuerit. & ideo si interim, antequàm petat, alter fuerit datus à iudice, valet datio. Et istud satis ostendit nobis l.illa, si vt proponis. ibi enim fuit erratum in facto: quia quidam erat ibi datus inutiliter in testamento, & quia iudicium defuncti habebat, debebat confirmari. & tamen non obstante illo errore petitionis: quia pupillus tutorem non habebat, nec prohibebatur habere, quia alter datus fuit ante confirmationem inutiliter dati, datio tenet, nec potest retractari: vt ibi. Sed Odofredus dicitur & videtur à pluribus coloratè loqui, ꝙ si mater fuerit in mora, & iudex sciẽs pupillum habere matrem, dedit tutorẽ pupillo, quòd illa datio teneat, & aliàs non.

Sed credo, quòd glos. melius dixerit, s. quòd datio teneat, & quòd mater, si fuerit præuenta, etiã si fuerit ignorans, non audiatur de cætero. arg. illius l.si vt proponis. Sed videtur contra gl. C.de confir.tu.l.ij. vbi no. quòd mater pręfertur inutiliter dato in testamẽto. Multò fortiùs ergo debet præferri omni alij tutori datiuo. Sed potest dici, quòd mater præfertur illi inutiliter dato in testamento, si pręueniat eum. Vel potest dici, quòd etiam si insimul veniãt, quòd mater pręferatur eo respectu, quia ille confirmatus pro datiuo habetur & reponatur: vt dictum est. sed eo respectu, quòd inutiliter datus habet defuncti iudiciũ, fortè ipse deberet præferri matri. arg. in cor. de hære. ab intesta. §. ex his. col. ix. ibi, dum dicit, defuncti nanque voluntatem &c. & aliàs si datiuus, vel inutiliter datus præuenirent matrem, cum decreto iudicis competentis, datio seu confirmatio tenerent, matre repulsa. & sic potest intelligi gl. illa C.de confir. tu.l.ij. Et si dicatur, quòd licèt mora possit esse nociua alicui, tamẽ ignorantia illa non deberet nocere matri. cõsensum enim, nõ ignorantiam volumus obligari. vt C. de tab. l.generali.lib.x. potest dici, ꝙ nec mora, nec ignorantia possunt esse nociua matri: quia si præuenta † fuerit, & posteà 25
non admittatur, non intererit sua in aliquo pecuniariter, nec propter hoc erit pupillo, nec alicui obligata, nec erit læsa seu damnificata, immò videbitur exonerata: quia tutela est onus: vt ff. de mune.&

ne. & ho. l. munerum. §. j. Item, qui
26 † Dei memoriam habent, ad tutelam & curam difficulter accedent: vt in cor. vt hi qui ob. se habere. §. quoniam au-
27 tem. collat. vj. Attamen, prima † facie videretur iustè conqueri, siue etiam interesse, & petere, quòd obseruetur ei permissio legis, quæ permittit eam esse tutricem, si velit, & petat: nec petendo videbitur suspecta, quia lege permittente illud petere potest: vt in cor. vt fine
28 prohi. ma. debi. colla. vij. Sed hoc † non obstante, in summa dicendum est, quòd quia sua non interest pecuniariter. Item, quia de iure fœmina non potest esse tutrix. Item, quia licèt iure nouo mater possit esse tutrix pupilli filij sui, non tamen est, nisi velit, & petat se dari, & quòd actis interuenientibus coram iudice renunciet Senatusconsulto Velleiano. & si data fuerit, leuiter expellitur, scilicet si contrahat matrimonium. quod in alio tutore nõ inuenitur cautum. Item, quia debile aut nullum ius habet mater in tutela, antequàm petat se dari. Item, quia nec petere cogitur. & si nõn petat, sed taceat, & nihil velit dicere, non timet damnum. Item, quia propter fragilitatem sexus non est sibi fauendum in tutela, anteq̃ petat se dari. Istis cõsideratis, & considerato principaliter, ꝙ ipsa prçuẽta est, & quòd conatur venire contra illud, quod, antequàm ipsa peteret se dari, factum est cum decreto iudicis competentis: ideo non est audienda. arg. illius l. si vt proponis. quæ multùm benè facit pro determinatione illius glos. sed mater sic pręuenta sit solicita, quòd datus tutor fecerit ea, quæ facere debet tutor, & quòd benè administret. Item, quod dictum est de matre, idem dicendum de auia, secũdùm ordinem. Item, quod dictum est, quòd legitimus præfertur inutiliter dato in testamento, est verum. sed si iudex prospexerit esse vtile pupillo, poterit illum confirmare, & quòd concurrat cum legitimo. arg. illius l. si vt proponis. in fi. & hoc tangit Azo in Summa, de confirma. tu. licèt glo. de hoc ibi tacuerit, & etiã Martinus. quòd si mater † præuenit inutiliter datum, 29
quòd iudex, si prospexerit vtilem esse pupillo, possit illũ confirmare: quia iudicium defuncti habet. & quòd concurreret cum matre in tutela, quod satis esse potest. sed secus credo econtrà: quia si inutiliter datus præuenit matrem, mater posteà veniens non admittetur: quia defuncti iudicium nõ habet. & quia tutela est virile officium: vt ff. de tute. l. tutela. & est munus masculorum: vt eo. ti. l. fi. & est extra sexum fœmineæ infirmitatis: vt C. quan. mul. offi. tu. fun. po. l. j.

¶Modò ad declarationem prædictorum, & totius materiæ tutelæ matris & auiæ, est subijciendum, quòd sicut hodiè non est differentia † inter agnatos & co- 30
gnatos in succedendo: vt in cor. de hære. ad intesta. §. nullã. colla. ix. quia omnes, prout sunt proximiores in gradu, insimul succedunt, & vsque ad decimũ gradum, vt no. eodem tit. §. si verò nec fratres. & Inst. de legiti. successio. agna. §. fi. sic nec est differentia in tutela. dum tamen sint masculi, & legitimæ ætatis. vt C. de legiti. tut. auth. sicut hæreditas. Et sic cognati, licèt non sunt legitimi ex l. xij. tabul. sunt tamen verè tutores, & sunt dati & vocati secundùm gradum & ordinem hęreditatis legitimi ex lege noua, in cor. de hæredib. ab intestato. §. ex his. colla. ix. Et ideò idem † in cura le- 31
gitima, cùm sit eadem ratio. & sic ad curam furiosi & prodigi venient cognati hodiè, sicut & agnati veniunt & venire solent, & vsque ad decimum gradum. Mater † autem & auia secundùm 32
ordinem, si volunt subire tutelam filij pupilli vel nepotis, præponuntur omnibus tutoribus legitimis, & sic agnatis & cognatis. Hodiè enim cognati sunt legitimi: vt dictum est. & sicut præponuntur in tutela, sic & in cura: vt ibi nota. & in authent. matri & auiæ. quæ exinde fuit extracta. debebunt † tamen secun- 33
dùm ordinem actis interuenientibus coram iudice renunciare Senatusconsulto Velleiano, vt ibi. & iurare pupilli vtilitatem agere, & renunciare omni auxilio, & inuentarium facere, & fideiusso-

iussores dare rem pupilli saluam fore, & quòd tutelam & res cum decreto recipiant: vt in cor. vt sine prohi. ma. de. §. fi. 34 collat. vij. ¶ Sed an mater † & auia præponantur in tutela agnatis & cognatis ascendentibus? Et videtur, quòd sic. quia in authen. matri & auiæ. dicitur indistinctè, quòd eis permittitur subire tutelam etiam ante agnatos. sed pater & auus paternus, sunt agnati & legitimi tutores. vt ff. de suis & legi. hære. l. filius. & Insti. de legi. agna. tu. in prin. ergo mater & auia debent eis præferri. Item & cognatis, cùm ipsi sint hodiè legitimi ex lege noua, vt dictum est. Item Pla. & Azo dicunt in Summis suis indistinctè, quòd hodiè mater & auia præferũtur in tutela omnibus tutoribus legitimis, & datiuis, sed non testamentarijs. & qui omne dicit, nihil excludit: vt ff. de penu leg. l. fi. & idẽ dicit glo. ff. de leg. tu. l. fi. & sic prædicti omnes prima facie videntur dicere, quòd mater & auia præferãtur in tutela omnibus tutoribus legitimis, & ascendentibus. Sed videtur contrà in corpo. de hęre. ab intesta. §. ex his. collat. ix. vbi dicitur, quòd matri & auiæ secundùm ordinem hæreditatis permittitur subire tutelam, si actis interuenientibus coram iudice renuncient Senatusconsulto Velleiano, & si obseruent prædicta, præponentur in tutela omnibus ex latere cognatis. vt in nouella dicitur, quòd si mater & auia illa fecerint, omnibus ex transuerso venientibus cognatis siue agnatis in tutela præferuntur. Et sic, cùm ibi de ascendentibus nihil dicatur, videtur, quòd nec mater, nec auia debeant præferri ascendentibus, sed solùm ex latere venientibus. & hæc est veritas, nec huic rationi responderi potest. Mirũ fuit ergo de Guarnerio, qui auth. matri & auiæ. reposuit in Codice. & mirum fuit de Placen. & Azo. qui ita generaliter locuti sunt, & non cauerunt sibi de verbo, à latere, quod est in corpore. nec de verbo, ex transuerso, quod est in nouella. Odof. super prædictis facit longa verba in authen. matri. & auiæ. Item glo. ibidem dicit quasi idem, quod Odof. & sub paucis verbis dicit, quòd quidam dicunt, quòd pater & auus paternus præferuntur matri tãquam legitimi. sed si erit pater, & auia materna, vel auus paternus & auia, æqualiter admittuntur: illi, vt legitimi, & auia per auth. nec inuenitur, quòd auia per legitimos repellatur. Item & superiores admittuntur, vt olim. Sed glo. licèt illa recitet, non tamen affirmat ea, nec videntur stare posse: quia quòd pater & auus paternus pręcedant matrem, est correctum: vt no. C. quando mulier tu. officio. l. ij. in fi. Item, quòd auus paternus præcedit matrem, videtur absurdum: quia mater venit ad successionem filij, excluso auo paterno: vt C. ad Tertulli. auth. defuncto. Item, cùm illi dicunt, quòd pater & auia æqualiter admittuntur: non potest stare, quòd vbi est pater, iam repellitur auia ab hæreditate nepotis: vt ibidem habetur. & sic si non admittitur auia ad hæreditatem, nec ad tutelam. sed solus pater debebit esse tutor. Quid ergo dicemus? Potest probabiliter dici, quòd licèt mater & auia præponantur agnatis & cognatis à latere, quod negari non potest, vt dictum est: Attamen non est cautum, an etiam ascendentibus præponantur. Et ideo successio ostendit ibi tutelam. & si est pater & mater pupilli sui, matre existente, ambo æqualiter admittantur ad tutelam: pater, vt legitimus, & mater per auth. ipsi enim æqualiter admittuntur ad hæreditatem: vt in auth. defuncto. Si autem non sit pater, sed auus paternus: tunc præponetur iure ad tutelam: quia tunc auus paternus ad hæreditatem non vocatur. sicut enim hæreditas defertur proximis in gradu, sic & tutela, si idonei sunt, omnibus alijs repulsis: vt in cor. de hæredi. ab intesta. §. ex his. collat. ix. & sic quàm diu est mater, repellitur auus paternus ab hæreditate, & etiam à tutela, si mater velit esse tutrix. Si autem non sit pater, nec mater, sed sit auia materna & auus paternus: ipsi venient insimul. auus paternus, vt legitimus, & auia per auth. Sed si sit auia materna & auus maternus, & auia paterna & auus paternus: ęqualiter venient omnes ad tutelam: auia mater-

materna & paterna, per authen. & auus paternus, vt legitimus ex l. xij. tab. & auus maternus, vt legitimus ex lege noua. Omnes enim illi admittuntur ad hæreditatem, cùm sint in eodem gradu: vt in authen. defuncto.

35 ¶ Item, quod dictum est † de matre & auia in tutela, idem debet dici de cura, cùm sit eadem ratio: vt nota. in corpo. de hær. ab intesta. §. ex his. & in auth. ma-

36 tri & auiæ. ¶ Sed an † ad curam filij vel nepotis adulti admittentur mater & auia secundùm ordinem? Glo. dicit ibi simpliciter, quòd idem est in cura, quod in tutela. sed non exprimit aliquid de cura adulti. Odofre. dicit idem ibi simpliciter, sed tamen videtur loqui specialiter de cura adulti, C. de cura. fu. l. cùm repudiante. Et sic si dicamus, quòd authen. matri & auiæ habeat locum in cura adulti: si adultus non petat curatorem, quia non vult: vel fortè non est sibi necessarius, & mater velit esse curatrix, adultus habebit inuitus curatricem. quod non debet esse, nisi ad litem: vt Institu. de cura, circa princip. Et ideo potest dici probabiliter, quòd lex, quæ admittit matrem & auiam secundùm ordinem ad tutelam, loquitur, vbi tutela de natura sua in agnatis & cognatis est hodiè insimul legitima: vt in cor. de hære. ab intes. §. ex his. collat. ix. ergo ratio illa, quæ habet l. illam trahere de tutela ad curam, debet habere locum, vbi cura potest esse legitima. argu. ad hoc: quia illa, quæ adijciuntur per interpretationem alicui legi, debent valere in illis, in quibus legi interpretatæ locus est. vt in cor. de fil. ante instru. dotal. natis. §. in omni verò. colla. iij. Postquàm ergo adultus nunquam est sub cura legitima: vt Instit. de curato. in prin. sed est sub datiua, vt ibi. ergo nec mater, nec auia, debent præponi nec admitti ad curam filij vel nepotis adulti.

37 Habebit ergo locum, quòd mater † & auia possint esse curatrices secundùm ordinem, scilicet furiosorum & prodigorum: dum tamen egressi fuerint vicesimumquintum annum, illi tantùm sunt sub cura legitima agnatorum. vt Insti. de cu. §. furiosi. & etiam sunt sub cura cognatorum, quia illi hodiè sunt legitimi ex lege noua, vt dictum est. Et sic mater & auia admittuntur & præponuntur secundùm ordinem, si volunt subire curam illorum, omnibus agnatis & cognatis à latere. Item, mater & auia venient ad curam illam cum ascendentibus, vt dictum est statim in tutela, cùm sit eadē ratio. Item, adultus, etiam si sit furiosus, vel prodigus, quàm diu erit in illa ætate, non erit sub cura legitima. vt C de cura. furi. l. j. & ff. de tutel. l. qui habent. & donec factus fuerit maior xxv. an. cessabit cura legitima. & sic cessabunt à cura agnati, & cognati, & mater & auia, & solùm habebit locum cura datiua. Sed videtur, quòd mater non possit esse curatrix filij furiosi: vt C. de cura. fu. l. cùm repudiante. vbi dicitur, quòd ad matrem non pertinet defensio filiæ furiosæ, & per consequens videtur, quòd non possit esse eius curatrix. Sed illud est correctum per ius nouum: vt no. in auth. matri & auiæ.

¶ Et in summa, cognati † sunt hodiè legitimati, id est, tutores legitimi facti pupillorum, & curatores legitimi furiosorum, & prodigorum, maiorum xxv. an. ex lege noua, sicut agnati sunt legitimi ex l. xij. tab. & cum illis insimul veniunt secundùm gradum & ordinem hæreditatis ad tutelam & curam, & vsque ad x. gradum. & adultus, licèt sit furiosus, vel prodigus, non est sub cura legitima: sed in illa ætate habet locū solùm cura datiua. ¶ Item in summa, in tutela † filiorum & nepotum pupillorum sui iuris existentium, & in cura filiorum & nepotum furiosorum & prodigorum maiorum xxv. an. sui iuris existentium, mater & auia secundùm ordinem, si petant, & obseruent ea, quæ iura dicunt eas debere obseruare, præponuntur omnibus legitimis, s. agnatis à latere. ¶ Item in summa, si loquamur † de ascendentibus, in tutela prædictorum pupillorum sui iuris existentium, & in cura prædictorum furiosorum & prodigorum maiorum xxv. an. sui iuris existentium, mater venit ad tutelam pupillorum, & ad curam furiosorum & prodigorum

38 39 40

gorum

gorum insimul cum patre, si pater superest. & si pater non superest, mater veniet sola ad tutelam & curam, si vult, repulsis omnibus alijs ascendentibus. Sed si mater non superstit, & pater superest, ille pater veniet solus ad tutelam & curam, auia & omnibus alijs ascẽdentibus exclusis. sed si nec sit mater, nec pater, tũc veniet auia, si vult, cum omnibus ascendentibus, qui cum ea in eodem gradu erunt pupillo, vel furioso, vel prodigo. & sic si erit auia materna & paterna. i. auus paternus & maternus, tunc venient illi ad tutelam pupilli, & ad curam furiosi, & prodigi insimul, scilicet auia materna & paterna per auth. si voluerint: & auus paternus coactus, vt legitimus, datus ex l. xij. tabu. & auus maternus coactus, vt legitimus, datus ex lege noua.

¶ Nunc est notandum, quòd si mater
41 † fuerit tutrix data pupillo in testamento patris sola, vel cum alijs: ipsa debebit confirmari per iudicem. vt nota. in authen. matri & auiæ. C. quando mu. tu. officio. & erit tunc datiua. quod apparet, quia sine confirmatione non erit tutrix ex testamento. intantum, quòd si sola fuerit data tutrix in testamento, & iudex ante confirmationem dederit alium tutorem pupillo, iam valebit datio, & mater excludetur. vt C. de confir. tuto. l. si vt proponis. Vel potest dici, illud fore verum, in alio tutore testamentario confirmando: & secus in matre tutrice data in testamento. Quia licèt non sit tutrix, nisi confirmetur, tamen ipsa debet omnimodo confirmari. vt in corpo. de hæred ab intesta. §. ex his. colla. ix. ibi, dum dicit, defuncti namque voluntatem & electionem præponi volumus. & sic videtur, quòd si antequàm confirmetur mater in tutricem ex testamento, alius tutor fuerit à iudice datus, fortè datio non valebit: & mater ipsa, quando fuerit confirmata ex testamento in tutricem, poterit quodammodo dici testamentaria, vt ibi. ¶ Item est notandum, quòd si
42 mater † data fuerit sola tutrix in testamento, & non fuit tutrix, quia non potuit, cùm esset minor xxv. an. vel fuit tutrix cõfirmata, sed desijt esse tutrix quoquo modo: tunc indistinctè veniet auia, si superest, & se offerat, tutela legitima & datiua exclusis: quia secundùm ordinem veniunt mater & auia, vt dictum est. Sed si mater data fuit tutrix cum alijs, tunc non veniet auia: quia alij testamentarij habent eam præcedere. Item, si auia non superstit, & mater fuit data tutrix in testamẽto, sed fuit excusata de facto: q̃a dixit se nolle, vel fortè erat minor, vel fuit amota: tũc veniet datiuus tutor. Si autem fuit mortua, naturaliter, vel ciuiliter: veniet tũc legitimus, nisi essent ibi aliqui alij testamẽtarij: quia tũc esset locus datiuo. ar. ff. de tu. testa. l. si quis sub conditione. licèt ibi in vero testamentario loquatur.

Sed ad prædicta † videtur contrà, ff. de 43
testa. tu. l. iure nostro. vbi dicitur, ꝙ frustra mater datur tutrix pupillo in testamento per patrẽ, & si confirmatio subsecuta fuerit per iudicẽ, nõ tenebit. & sic videretur ꝓbabiliter posse dici, ꝙ si mater sola data fuerit, nõ debebit cõfirmari: vt ibi. sed ꝙ tunc veniat, si velit, per auth. matri & auiæ. Itẽ, si cũ alijs data fuerit in testamẽto, illi alij præcedãt eam, nec ipsa poterit tũc venire per auth. illã: vt apparet ex superioribus. Sed ad illud videtur cõtrà, in cor. de hære. ab intesta. §. ex his. col. ix. vbi dicitur, defuncti namq; voluntatem & electionẽ præponi volumus &c. & sic videtur indistinctè, ꝙ mater debeat cõfirmari, postq̃ apparet de volũtate & electione defuncti patris, q eã dedit in testamẽto tutricẽ. Sed ꝓdicta ratio nõ videtur obstare: q̃a qui benè vult ibi inspicere, solùm ibi dicitur, ꝙ mater & auia secũdùm ordinẽ omnibus agnatis & cognatis à latere præponũtur ad tutelã, testamẽtarijs solùm tutoribus eas præcedentibus. & quare testamẽtarij debeãt eis ꝓferri, subiugit ibi lex rationẽ, s. defuncti nanq; voluntatẽ & electionẽ &c. nõ quia lex velit ibi per illa verba ius nouum statuere, nec vetus corrigere: sed solùm rationem reddere, quare testamentarij debent eas præcedere. nec ibi loquitur, quòd mater data fuit in testamento tutrix, nec cui potuerit dari, nec de eius confirmatione. &c.

ne. & erubescimus, cùm sine lege loquimur: vt in corpo. de trien. & se. §. consideremus, collat. iij. Item si l. illa permittit matri subire tutelam filij pupilli, non tamen dicit, nec sequitur ob hoc, quòd mater possit dari tutrix in testamento: immò expressè & indistinctè dicit, quòd testamentarij præcedunt eam. ergo ipsa præcedet seipsam, si dicatur, quòd ipsa possit dari in testamento. & ita esset perplexitas seu impossibilitas. Item, cùm dicitur ibi, defuncti namque voluntatē &c. si quis velit illa verba generaliùs accipere, quòd ibi dicatur, iam deberet intelligi de voluntate defuncti legitima. ar. C. de inoffi. testa. l. si quando. in prin. non tamen est legitima voluntas, quòd mater detur tutrix in testamento: immò est expressè contra l. prædictam, iure nostro. Item, si lex in cor. illud voluisset, fuisset sibi facile illud dicere. ergo quia non dixit, haberi debet pro omisso. arg. ff. solu. ma. l. si verò. §. de viro. & de verbo. obli. l. quicquid astringendæ. & C. de caduc. tol. l. vna. §. sed & varietatis. Item, si mater data confirmaretur, esset datiua, quod esse non potest: quia fœmina, nec datiua, nec testamentaria tutrix esse potest: vt ff. de tutelis. l. fi. nisi à Principe impetraretur: vt ibi. Potest ergo dici, quòd mater non potest esse tutrix ex testamento, etiam cum confirmatione: quia erubescimus &c. & legum correctio est euitanda: quia quod non mutatur, stare non prohibetur. Stet ergo & remaneat l. illa, iure nostro. in suo esse. & istud fortè posset sustineri de iure, prout textus iacet in corpo. & in nouellis. Sed Doctores nostri magnę authoritatis,

44 & glossator, dicunt, quòd mater † potest dari tutrix filij sui pupilli in testamento per patrem, cum alijs, vel sola. & quòd tunc confirmari debeat per iudicem. Et ita videtur dicere Azo in Summa C. de tute. testamentaria. Et licèt aliqua lex noua illud expressè non dicat, fortè ratio eorū potest esse: quia lex illa permittit matrē esse tutricē, si voluntas patris non repugnet, s. dando aliquem aliū tutorem in testamento. Sed cùm pater dat eam in testamento, licèt inutiliter, quia fœmina est: tunc cùm voluntas patris non repugnat, quin sit tutrix, immò de voluntate eius apparet expressè, quia eam dat in testamento in tutricem. & sic voluntas legis & defuncti satis videntur concurrere in hoc, quòd ipsa sit & esse possit tutrix, si in testamento data fuerit tutrix per patrem. Item lex, quæ dicit testamentarios præcedere matrem, non ex alia causa mota fuit, nisi quia credidit, quòd pater meliùs prouideret pupillo, si daret ei aliquem in testamento tutorem, & quòd melior esset eius prouisio. Postquàm ergo prouidit de matre in testamento, ergo & mater admittatur in tutricem, ex confirmatione per iudicem subsecuta. Et fortè ex illa ratione seu subintellectu potest dici, quòd lex illa, iure nostro. sit correcta. & quòd sit correcta, no. in auth. matri & auiæ. & istud obtineret in iudicijs.

Sed si mater † data fuerit tutrix cū alijs 45 in testamento, glo. tacet ibi, si indigebit confirmatione. Sed credo, quòd indigeat. Ipsa autem si data non fuerit in testamento, non est tutrix: nisi velit, & nisi petat à iudice se dari tutricem: vt in corpo. vt sine prohi. ma. de. §. j. collat. vij. & satis no. in corpo. de hæred. ab intesta. §. ex his. colla. ix. Sic & eadem ratione, si mater data fuerit in testamēto sola, vel cum alijs, non erit tutrix: nisi velit, & nisi petat se confirmari per iudicem directò. aliàs seu recta via, seu ipso iure tutrix esse non potest, licèt data fuerit in testamento: quia fœmina est. ¶ Modò vltra prædicta dico & addo, quòd si mater † data 46 fuerit in testamento tutrix, ipsa non poterit venire ad tutelam per auth. matri & auiæ. quasi prouisio legis debeat quiescere propter prouisionem patris, qui eam dedit in testamento. non tamen cogetur mater, se petere confirmari, nec esse tutrix, nec habebit necesse se excusare.

Item credo, quòd si petat se confirmari, ipsa tenebitur renūciare Senatusconsulto Velleiano, & omni auxilio. Item, quia confirmata erit, & iudicium patris pupilli habet, non tenebitur dare fideiussores rem pupilli saluam fore. Item, si con-

confirmata posteà conuolet ad secundas nuptias, repelletur à tutela. & ad ista adducantur rationes iuris.

SENTENTIA.

47 CVM dictus Actor† sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in x.lib. Turon. quæ restant & sunt reliqua penès eum ex administratione salis. Item in alijs x.lib.Tur. in quibus Actor damnificatus est ex mala administratione vini. Item in alijs x.lib.Turo. in quibus Actor damnificatus est, quod dictus Reus fundos & vineas quondam pupillares, sic & sic confrontatos, administrare omisit, dandis & soluendis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in quadraginta solidis Turonen. dandis dicto Actori pro expensis &c.

¶ Sententia ista formata est iuxta libellum prædictum. sed si libellus fuisset

48 † formatus, prout alij communiter eum formauerunt, s.quia petunt Reum condemnari ad rationem reddendam, & ad reliqua præstanda insimul seu coniunctiuè: certè tunc deberet etiam fieri condemnatio ad rationem reddendam, & ad reliqua insimul. quæ tamen insimul stare non possunt: quia reliqua sciri non possunt benè, nisi dicta ratione reddita, prout ratio in facto consistit. & super hoc cogitet quilibet. Redditio enim rationum incipit à facto, s. à computando, & exinde peruenitur ad dandum seu præstandum, s. reliqua & interesse. vt ff. de condi. & demon. l. cùm seruus.

RVBRICA CXV.

De actione de rationibus distrahendis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis de rationibus distrahendis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, nu. 2.*

3 *Tutorem fuisse, & tutelam gessisse, necesse est, & res de bonis ablatas esse, vt actioni de rationibus distrahendis locus sit.*

4 *Actione de rationibus distrahendis demùm finita tutela agitur.*

5 *In actione de rationibus distrahendis petitur duplum, & quid in eo dupletur. nume. 11.*

6 *In iudicio actionis de rationibus distrahendis, an res ablatæ non extantes sint in obligatione & in petitione.*

7 *Tutor, si res pupilli abstulit animo furandi, tenetur actione furti, & condictione furtiua. & vna alteram non tollit. Et quid in actione tutelæ. Et an in dubio animo furandi fecisse præsumatur. nu. 9.*

8 *Tutor, siue res pupilli abstulerit animo furandi, siue non, actione de rationibus distrahendis conueniri potest ad duplum, & si concurrat cum actione furti, in eo quod plus est, vna alteram non tollit. Secus in actione tutelæ.*

9 *Tutor res pupilli in suos vsus conuertendo, an in dubio à furto excusetur. & nume. 10.11.*

11 *Actio de rationibus distrahendis necessariò dolùm non requirit. & an sit ex maleficio.*

12 *Actio de rationibus distrahendis an pro reliquatis non consumptis contra tutorem finita tutela ad duplum detur.*

13 *Sententiæ formula in actione de rationibus distrahendis.*

CORAM vobis domino† iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quod cùm dictus Reus esset quondam tutor dicti Actoris, & eius tutelam gereret, ipse quasdam res ex bonis dicti Actoris tunc pupilli abstulit, scilicet sarmentum vinearum pupillarium in suos vsus comburendo, vsque ad valorem x.lib. Turo. Item fœnum pratorum pupillarium in vsus suos conuertendo, scilicet equos suos exinde pabulando, vsque ad valorem aliarum x.lib.Turo. Item pecuniam tunc pupillarem, s.xxx.lib.Tur. sumpsit, & exinde scholas regias, sitas in podio arqui- 1

 uello,

uello, sibi comparauit. Vndè cùm tutela prædicta sit iam finita, agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi dictum sarmentum, & dictum fœnum, & prædictas xxx.lib.Turo. præstet seu restituat in duplum, rebus prædictis in duplum computatis. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad præstandum & soluendum dicto Actori prædictum duplum, scilicet ad restituendum prædictum sarmentum, & fœnum, & prędictas xxx.lib.Turo. seu l.lib.Turo. pro valore & æstimatione prędictarum rerum, postquàm consumptæ sunt, vt dictum est: necnon & ad dandum alias quinquaginta lib. Turo. pro pœna & in pœnam eiusdem Rei, per vestram sententiam cõdemnetis, & condemnatum &c. ¶Probatur
2 †ff.de tute. & ra. dis.l. ij. Rectè dicitur,
3 cùm dictus † Reus esset tutor, & tutelam gereret: illa enim sunt necessaria in hac actione: vt eo. tit. l. j. §. de rationibus. ¶Item rectè dicitur, quasdam res de bonis abstulit: illud enim etiam est necessarium: vt eo. ti.l.ij. in principio. ¶Item
4 rectè dicitur, Vnde cùm tutela † sit finita: quia aliàs hac actione agi non potest: vt
5 e.tit. l. j. in fi. ¶Item rectè petitur † duplum: vt eo. ti.l.ij.in fi.nec duplicabitur interesse, sed res, communi æstimatione habita: vt e.tit.l.j.§.de rationibus. ¶Item rectè petitur sarmentũ & fœnum ablata,
6 & pecunia intercepta: quia illa † licèt non extent, sunt tamen in obligatione & in petitione: vt de hoc suprà in ti. de condictione furtiua.

¶Et est notandum, quòd si dictus tu-
7 tor † fecisset prædicta animo furandi, iam posset agi contra eum actione furti, & condictione furtiua. & vna earum alteram non tolleret: vt ff. de condi.fur.l. si pro fure. §.j. Sed actio tutelæ benè tolleret condictionem furtiuã pro illis speciebus, & econtrà: quia bona fides non patitur &c. vt ff.de reg.iur. l. bona fides. ¶Item est notandum, quòd siue prædicta
8 facta † fuerunt animo furandi, siue non: rectè potest agi ad duplum ista actione, vocata de rationibus distrahendis. Quæ actio quãdo concurrit cum actione furti, vna non tolleret alteram, in eo quod plus est: vt ff.de tu. & ra. dis.l. j. §. hunc tamen tutorem. sed si actum fuerit actione tutelæ, vel condictione furtiua ad illas species, vel aliàs pupillus quondam eas recuperauerit: tunc benè tolletur actio ista etiam in eo, quod est ibi pœna: vt e.l. §.in tutela. Et est ratio: qa licèt ista actio sit pœnalis in vno simplo, tamen de natura sua dolum necessariò non requirit. & ideo citiùs tollitur illa pœna, quàm in actione furti, in qua dolus requiritur: vt Insti.de ob.quæ ex ma.nas.§.j. ¶Sed nunquid dictus † tutor prædictum sarmen- 9
tum, vel pecuniam in vsus suos conuertendo, vt dictum est, præsumetur semper animo furandi facere, vt sic possit conueniri actione furti? Dicendũ est, quòd aliquis excusatur à furto, licèt cõtrectet rem alienam inuito domino: vt Insti. de ob.quæ ex ma.nas.§.placuit. & vi bo. rap. §.ita tamen. sic & ille tutor possit excusari multò fortiùs, cùm ipse bona pupilli teneat, & necessariò administret: vt C. de neg.ges.l.tutori. & sic citiùs potuit credere, sibi licere aliqua consumere, æstimans se tantundem restituturum de suo, quando vtilitas pupilli se offerret. Quid etiam, si pater † pupilli emancipati erat 10
tutor eius, vel auus, vel patruus. vel qd, si erat alius tutor legitimus & ditissimus, cui sperabatur verisimiliter pupillũ succedere. vel quid, si erat tutor testamentarius, vel datiuus, & cùm vigeret frigus, venit sibi ad manum sarmentum pupilli, & combussit de eo vnam asinatam, vel in Septembri comedit de ficubus, vel de malis granatis hòrti dicti pupilli? fortè non esset imputandum ad furtum: licèt aliàs pro modico agatur actione furti: vt Insti.de re. di.§. gallinarum. Iudex ergo habeat Deũ præ oculis, ex qualitate personæ & temporis, & ex qualitate & quantitate rerũ, vt & in funeraria actione aliquando illa inspiciuntur: vt ff. de reli.& sump.fu.l. & si quis.§.hæc actio. cum similibus. Attamen licèt talis † tutor excu- 11
setur fortè à furto, tamen nihilominùs malè & perfidè se habuit in vsus suos prędicta conuertendo. & ideò nullo modo excu-

excusatur ab ista actione de rationibus distrahendis ad duplum, in re duplo computata. Dolum enim non requirit hæc actio necessariò: vt dictum est. ipsa tamen est ex maleficio: vt notauit Placen. in Summa sua, Institu. de ob. quæ ex quasi contractu. ¶ Sed an pro reliquatis

12 †non consumptis dabitur hæc actio contra tutorem ad duplum finita tutela? Et videtur hoc velle glo. ff. de tu. & ra. dis. in rubrica, quæ de reliquatis indistinctè loquitur. Sed illud debet intelligi, si tutor malè & perfidè ea reliquauit. & hoc sonant verba illa, ex bonis pupilli abstulerit. quæ verba sunt in l. ij. in princi. Tutor enim licitè potest retinere & reliquare sarmentum, & fœnum, & pecuniam, & similia, si ei debeatur aliquid à pupillo: vt ff. de condi. inde. l. si non sortem. §. si centum. tunc non tenebitur hac actione: nisi aliàs prædicta reliqua, ea durante tutela inficietur, vel aliàs in vsus suos consumpserit.

SENTENTIA.

13 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad dandum & soluendum dicto Actori c. libras Turonen. scilicet quinquaginta lib. Turonen. pro valore prædictarum rerum ablatarum seu interceptarum, quia constat eas non extare: & alias quinquaginta lib. Turon. pro pœna. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in quinquaginta solid. Turonen. dandis dicto Actori pro expensis &c.

RVBRICA CXVI.

De actione tutelæ contraria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis tutelæ contrariæ, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *Minor vigintiquinque annis in actione tutelæ, vel in alia quacunque actione, regulariter in iudicio sine consensu curatoris esse non potest. Et quid, si curatorem non habet, nec eum habere velit. Aut contra illum agatur. nu. 4. 5. & minor, aut eius curator in vno aut pluribus actibus in iudicio non fuerint. nume. 6. Aut ex fatuitate cum minore sine curatore litigetur. nu. 7.*

8 *Minor xxv. annis præsens litē suscipere & peragere cum consensu curatoris potest. Et an curator id sine adulto possit. Et an ex minoris parte sit electio, ipse, an curator litem suscipiat. & vtroque casu libellus quomodo formari debeat. nu. 9. & 12. Et quid, si minor sit absens. nu. 10.*

11 *De monacho & Abbate, de filiofamiliâs & patre, in cuius persona libellus formari seu concipi debeat.*

13 *Minor xxv. annis iuramentum calumniæ præstare non potest.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor fuit tutor dicti Rei, & eius tutelam administrauit. Vnde cùm dicta tutela sit finita, & dictus Actor impenderit de suo in negocijs tutelaribus decem libras Turonenses, agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi prædictas decem libras Turonen. det & soluat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum & soluendum dicto Actori prædictas decem libras Turonen. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatū &c. ¶ Probatur † ff. de contraria ac. tutelæ. l. j. circa 2 princi. & §. finita. & §. à tutela. ¶ Circa formam libellorum in actione tutelæ faciunt ea, quæ dicta sunt suprà in actione negociorum gestorum. fraternisant enim in multis prædictæ actiones in forma libellorum, & sententiæ: vt apparet ex superioribus.

¶ Item, circa prædictos tres præcedentes libellos est aduertendum, quòd minor † vigintiquinque annis in actione 3 tutelæ, vel in alia quacunque actione, non potest esse regulariter in iudicio, agendo, vel defendendo, sine consen-

su curatoris sui: vt C. si aduersus rem iudi. l. cùm & minores. & qui legitimam
4 personã. l. ij. Item, si curatorem † non habet, nec eum habere velit, repelletur ab agendo, per prædictas leges, donec veni-
5 at cum curatore suo. Si autem quis † velit agere contra eum, ipse tunc cogetur habere curatorem saltem ad litem. vt Instit. de curatoribus. §. item inuiti. & C. qui petant tuto. l. j. Iudicium enim redditur in inuitum: vt ff. de verborum obligat. l. inter stipulantem. §. j. Item, si
6 minor † fuit in exordio litis in iudicio cum curatore, sed postmodum fuit ibi sine curatore, non valebit iudicium seu sententia. sed si curator non interfuit in exordio, licèt posteà interuenerit, idem erit: quia nec valebit iudicium. vt C. qui dare tutor. vel curat. pos. l. in vniuersis. & qui legiti. perso. l. si. Et facit C. de bo. quæ lib. l. cùm non solùm. §. necessitate. vbi notatur, quòd consensus patris ex postfacto superueniens non proficit, vt valeat, quod actum est in iudicio cum filiofamiliâs. Item facit argu. ff. de authorit. tu. l. obligari. §. tutor. licèt contrà no. C. si aduersus rem iu. l. cùm & minores. Credo enim, quòd in his, quæ sunt de ordine & essentia processus iudiciorum, & quæ possunt annullare processum inter maiores: si minor fuerit vna die sine curatore in iudicio, processus non tenebit, nec sententia. Secus, si illa die nõ fuit processũ in causa super essentialibus, sed vel recesserunt partes, quia curator non erat præsens, vel fuit assignata alia dies, ad idem, vel ad faciendum, quod esset rationis: quia tunc propter illam diem, non vitiaretur processus, nec sententia. Attamen, si aduersari-
7 us † ex fatuitate sua litiget cum minore sine curatore, siue in tota causa, siue in parte, si antequàm exceptum vel oppositum fuerit de minori ætate, lata fuerit sententia, si illa sententia faciat pro minore, benè valebit: sed si contra eum fit, non valebit: vt C. de procu. l. non eo minùs. sed si partim faciat pro minore, & partim contra eum, talis sententia vel in totum non valebit. quod & erit in optione minoris. Et si ante sententiam opponatur de minori ætate, iudex abstinebit à sententia: sed pronunciabit processum esse nullum. ¶Item circa prædicta est notandum, quòd aut † minor xxv. an. est 8
præsens, aut est absens. & si est præsens, tunc licentia datur ei tam in agendo, quàm in defendendo, quòd ipse litem suscipiat, & eam contestetur, & eam ad finem perducat. semper tamen debebit esse in iudicio cum consensu curatoris ibidem præsentis, & curator debebit iurare de calumnia. sed si curator velit suscipere iudicium seu litem, ipse poterit hoc facere, tam in agendo, quàm in defendendo, & litem contestabitur sine adulto, & totam causam habebit ad finem perducere. vt hæc colliguntur ff. de admi. tu. l. j. §. in causis autem adultorum. vbi loquitur in defendendo, & §. si. vbi loquitur in agendo. Item, cùm ex parte † mi- 9
noris sit electio, an ipse suscipiat litem, vel an curator eam suscipiat, vt ibidem habetur: dico, quòd si in agendo eligat suscipere litem, ipse formabit libellum in persona sua. Si aũt curator in agendo velit suscipere litẽ, ipse formabit libellũ in persona sua curatorio nomine. Sed si ille minor sit Reus, esset bona cautela, quòd aduersarius, volens agere, formaret duos libellos: vnum, agendo contra minorem: & alium, agendo contra curatorem curatorio nomine. Et si ipse minor elegerit suscipere litem, quòd tunc offerretur ei libellus contra eum formatus: sed si curator eligeret suscipere litem, quòd tunc offerretur ei libellus contra eum formatus curatorio nomine.
Si autem ille minor † esset absens, tunc 10
omnimodo curator debebit suscipere litem curatorio nomine, tam in agendo, quàm in defendendo: vt e. l. §. in causis. in fi. & §. seq. & per consequens formabuntur libelli in personam suam curatorio nomine. De monacho autem † & Abbate, item de filiofamiliâs & patre, in cuius persona debet formari libellus seu concipi, no. C. de epi. & cle. auth. causa quæ fit cum monacho. & de bo. ma. l. j. & de bo. quæ lib. l. cùm nõ solùm. §. vbi aũt

11 in vnum. ¶ Nunc restat † videre de forma prædictorũ libellorum. & dico, quod si minor velit suscipere, & sit Actor, ipse formabit libellum, sicut quidam alter maior. Si autem sit Reus, tunc aduersarius eius debebit formare libellum contra eum, sicut contra alium maiorem. & sic formati sunt tres præcedentes libelli. sed adhuc, vt processus tunc valeat, debebit curator interuenire in iudicio ipsi minori consentiens, & nihilominùs iurabit de
13 calumnia semper: quia iuramentum † calumniæ non cadit in personam minoris. Si autem curator velit suscipere litem in agendo, tunc ipse formabit ita libellũ.

RVBRICA CXVII.

De actione tutelæ directa, quando in agendo curator suscipit litem adulti.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis tutelæ directa, quando in agendo curator suscipit litem adulti, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2. Et quomodo libellus actionis de rationibus distrahendis nu. 3.*

4 *Actio de rationibus distrahendis competit ad duplum, & in vno simplo est rei persecutoria, in alio pœnalis.*

5 *Curator, si in agendo velit suscipere litem adulti, qualiter in actione personali libellus formari debeat, & qualiter in actione in rem.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus curator talis adulti, contra Martinum, quòd dictus Martinus Reus fuit tutor dicti adulti. Vnde cùm dicta tutela sit finita, agit dictus curator, curatorio nomine suscipiendo litem seu iudicium contra dictum Reum, vt de gestis reddat rationem, & reliqua præstet. & quòd de malè gestis, & de his, quæ gerere debuit, nec ea gessit, damna restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, reddita priùs per eum ratione, ipsum ad reliqua præstanda, & ad interesse eorum, in quibus dictus adultus damnificatus est, quia malè administrauit quædam: & ad interesse, scilicet quanti dicti adulti interest, quia quædam omisit gerere, danda & præstanda dicto curatori curatorio nomine, per vestram sentẽtiam condemnetis, & cõdemnatum &c. ¶ Probatur † per 2
iura suprà allegata, & specialiter ff. de admi. tu. l. j. §. fin. ibi, dum dicit, ex persona sua &c.

¶ Item, in actione † de rationibus dis- 3
trahendis, dicet ita: DOMINE iudex, ego Petrus curator talis adulti conqueror de Martino, quia cùm dictus Reus esset tutor dicti adulti quondam, & eius tutelam gereret, ipse quasdam res ex bonis pupilli tunc, nunc verò adulti, abstulit: s. sarmentum vinearum ad valorem x. lib. Tur. Item fœnum ad valorem aliarum x. lib. Tur. & etiam xxx. lib. Turon. intercepit. Vnde cùm tutela sit finita, ego Petrus curator prædictus, suscipiendo litem curatorio nomine, ago cõtra eum ad duplum. & peto eum per vos, domine iudex, condemnari in prædicto duplo, s. in prædictis rebus restituendis, si extant: vel si non extant, vel non extabunt tempore sententiæ, in l. lib. Turo. pro valore earum. Item & in alijs l. lib. Turon. pro pœna, dandis mihi curatorio nomine prædicto, & cõdemnatum compelli &c. ¶ Probatur, vt suprà. Et † hæc actio, quæ 4
vocatur de rationibus distrahendis, in duplum, in vno simplo est rei persecutoria, & in alio est pœnalis. vt ff. de tu. & ratio. dis. l. ij. §. fi. Ex prædictis satis appa-
ret, qualiter formetur libellus † in qua- 5
libet alia actione personali, si curator in agendo velit suscipere litem adulti.

¶ Itẽ in actione in rem dicit ita: DOMINE iudex, ego Petrus curator talis adulti conqueror de Martino, qui possidet seu facultatem restituendi habet talem fundum, ad dictum adultũ iure dominij vel quasi pertinentem. Quare ego suscipiendo litem ago contra eum curatorio nomine, & peto à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad dictum adultũ pertinere iure dominij vel

quasi, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, ad restituendum mihi curatorio nomine prædicto prædictum fundum, sententialiter condemnetis, & condemnatū &c. ¶ Probatur, vt suprà.

¶ Si autem ille minor sit Reus, & curator velit suscipere litem, vt dictum est suprà eum posse facere, tunc aduersarius debebit ita formare libellum.

RVBRICA CXVIII.

De actione tutelæ cōtraria, quando in defendendo curator suscipit litem adulti.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis tutelæ contrariæ, quando in defendendo curator suscipit litem adulti, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Libellus qualiter formetur contra curatorem suscipientem litem adulti in alia actione personali. Et qualiter in actione in rem.

4 Curator in causis omnibus iurat de calumnia, etiam si minor litem susceperit. Et an & quando minor iuret de veritate.

5 In pupillo, & eius tutore, vel curatore idē est, tam in susceptione litis, in agendo & defendendo, quàm in libellis & alijs. Quod fallit, vt ibi.

6 Pupillo, si sit infans, curator etiam ad litem dari non potest.

7 Pupillus si sit infans, siue præsens sit, siue absens, tutor litem in persona sua suscipiet, tam in agendo, quàm in defendendo.

8 Pupillus si sit infans, de veritate dicēda interrogari non debet.

9 Pupillus infans, si sine tutore in iudicio fuerit, sentētia licèt pro infante lata non valet. Et quid, si sit in iudicio cum tutoris authoritate.

10 Procuratorem an & quando constituere possint pupillus & adultus, ante litem contestatam. Et quid, si pupillus vel adultus, aut eorum tutor vel curator litem contestati sint, an & quando tunc procuratorem constituant. Et quando actorem.

11 Adultus, siue habeat curatorem, siue non, si iuret se non venire cōtra processum causæ ratione minoris ætatis, iudicium quod cum eo agitatum fuerit, valebit, licèt curator non interueniat. Et an à testimonio repellatur.

12 Adultus si curator ad litem datus fuerit, litem suscipere potest, & libellus formabitur, ac si maior esset, nec in libello mentionem facere de curatore necesse erit. Et quid, si curator ipse litem suscipere velit. num. 14.

13 Adultus semper erit in iudicio cum authoritate curatoris, in omnibus illis, quæ sunt de solennitate processus. Et si curator sit præsens in iudicio, an authoritatem suam accommodare videatur.

15 Curator datus ad litem, peracto iudicio, curator esse desinit. & an tutori sit similis.

16 Curatores dantur principaliter rebus, & secundariò personis.

17 Curatores minoribus ratione imperfectæ ætatis dantur, vt cum minore quis legitimè in iudicio esse possit. Et dicitur dari ad lites, & an ad præsentes & futuras.

18 Tutoris datio legitimè facta, est munus publicum. & datur à iudice, omni loco & tempore.

19 Curator iurare debet, circa litem adulti rectè & cum omni fidelitate agere, vtilia non prætermittere, nec inutilia admittere. Item satisdat.

20 Tutor vel curator omnis, an hodiè satisdet.

21 Curator ad lites, an inuentarium conficere teneatur. Et quid de alijs tutoribus & curatoribus. Et quid curator ad lites à procuratore differat.

22 Maritus, an curator ad litem dari possit.

23 Adultus si fuerit in iudicio sine curatore, an sententia contra eum lata valeat. Et quid, si pro adulto lata sit. Item quid, si pro furioso, prodigo, & pupillo qui fari

non

non potest, lata sit.

24 *Curator adulti si litē suscipiat, ipse omnia sine adulto expediet. & lite per eum contestata, solus procuratorem cōstituere potest. & eius confessio licèt in iudicio valet, adultus tamē læsus restituitur. Et iurat de veritate dicenda.*

25 *Adultus si litem suscipiat, ipse eam contestabitur, & omnia cum curatoris sui authoritate publicabit. Non tamen de calumnia iurat, nec procuratorem constituit.*

26 *Per adultum lite contestata, si posteà authoritate tutoris venire desistat, sententia contra eum lata an sit nulla.*

27 *Adultus si sine curatore litem contestatus fuit, & sic curator non fuit in principio, sed posteà citatus, in alijs interuenit, & authoritatem præstitit, an valeat sententia contra adultum lata.*

28 *In actibus iudicialibus sunt tria principalia. & quæ sint illa.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, curatorem talis adulti, quòd dictus Actor fuit tutor dicti adulti, dum erat pupillus, & eius tutelam administrauit, & in negocijs tutelaribus x. lib. Turo. impendit. Vnde cùm tutela sit iam finita, & dictus curator dictum adultum hîc in iudicio non exhibeat, sed magis velit litem suscipere, agit dictus Actor cōtra dictum curatorē curatorio nomine, vt sibi prædicta x. reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum curatorem curatorio nomine ad reddendum dicto Actori prædictas x. lib. Turo. per vestram sententiam condemnetis, & condemna-
2 tum &c. ¶Probatur † per iura superiùs allegata, & specialiter ff. de admi. tu. l. j. §. in causis autem adultorum. ibi, dum dicit, vel curatorem agere &c. Item ex prædictis satis apparet, qualiter formetur libellus † contra curatorem suscipi-
3 entem litem adulti in alia actione personali.

¶Item in actione in rē dicet ita: DOMINE iudex, ego Petrus conqueror de Martino curatore talis adulti. & dico, q̀ dictus adultus possidet seu facultatē restituendi habet talem fundum, ad me iure dominij vel quasi pertinentem. Vnde cùm dictus curator non exhibeat hîc in iudicio dictum adultum, sed magis velit suscipere litem, ago contra eum, & peto à vobis dicto domino iudice, vt dictum fundum ad mè pertinere iure dominij vel quasi per vestram sententiam declaretis, & dictum curatorē curatorio nomine ad restituendum mihi prædictum fundum sententialiter condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur, vt suprà. Semper autem in omnibus prædictis causis curator † iu- 4
rabit de calumnia, etiam si minor susceperit litem. vt C. de iuramen. cal. l. ij. §. quod obseruari. Sed de veritate dicenda benè iurabit minor, si pars aduersa hoc requirat, non prout illud iuramentū veritatis est vnum de capitulis iuramenti de calumnia.

¶ Item est notandum, quòd tam † in 5
susceptione litis seu iudicij, in agendo & defendēdo, quàm in libellis, & in omnibus supradictis, est idem in pupillo, & eius tutore vel curatore. vt colligitur ff. de administra. tuto. l. j. §. j. & §. fi. Excepto, quòd licèt adulto curatorē non habenti, ei inuito datur curator solùm ad litem: tamen † pupillo, si sit infans, non 6
potest dari curator etiam ad litem: quia curatorem postulare infans non potest. ff. de tutē. l. qui habent. §. si pupillus. & qui petan. tu. l. ij. aliàs iij. §. curatores. Item excepto, quòd si pupillus † sit in- 7
fans, siue sit præsens, siue absens, tunc omnimodo tutor suscipiet litem seu iudicium, & in persona sua, s. tutoris, tutorio nomine debebit formari libellus, tam in agendo, quàm in defendendo. vt colligitur ff. de admi. tu. l. j. §. sufficit. in fi. & §. fi. Item excepto, quòd non † de- 8
bet interrogari de veritate dicenda, cùm sit infans. Item excepto, quòd pupillus † sit infans, & in iudicio fuerit sine tuto- 9
re, sententia licèt pro infante lata fuerit,

non

non valebit: cùm infans intellectum non habeat. vt Insti. de inutili. stipu. §. pupillus. ff. de verb. sig. l. coram. vbi æquiparantur infans & furiosus. furioso autem sententia dici non potest. vt ff. de re. iudi. l. furioso. Immò & si infans esset in iudicio, etiam cum authoritate tutoris, fortè, vt credo, processus nō teneret, nec sentētia etiam pro eo lata. quia licèt permissum sit pupillo suscipere litem, cùm est maior infante: vt ff. de admi. tu. l. j. §. sufficit. ibi, dum dicitur, ita tamen &c. tamen si pupillus sit infans, illud ei non conceditur, etiam cum tutore. Sed est arg. contrà, C. de iure deli. l. potuit. & de acq pos. l. donatarum. & ff. de acqui. hære. l. pupillus. & de regulis iuris. l. pupillus, nec velle. Sed illæ leges in alijs casibus loquuntur, & non in iudicijs. nec videtur tutum recedere à l. prædicta, ff. de admi. tu. l. j. §. j. quæ certum quid ordinat, quantum ad iudicij seu litis susceptionem in pupillo, & faciendo differentiam inter infantem & maiorem infante.

¶Item est notādum, quòd ante litem
10 contestatam pupillus, † dum tamen non sit infans: & adultus, cū authoritate tutoris vel curatoris, possunt ordinare seu constituere procuratorem suum, qui & omnia expediet, sicut alius procurator à maiore constitutus. Item, si ille pupillus vel adultus lite à se contestata, quia in persona sua susceperunt litem, velit procuratorem facere, quia tunc etiam cū authoritate tutoris vel curatoris debebunt procuratores facere, eadem ratione. Sed si tutor vel curator fuerunt litem contestati, quod quando hoc est, satis apparet ex supradictis, s. quando ipsi litem susceperunt: tunc ipsi soli, s. tutor vel curator, poterūt dare procuratores. vt colligitur C. de procura. l. neque tutores. Item & ante litem contestatam, & post, possunt constituere actorem: vt ibi. & hoc periculo suo cum decreto iudicis. vt Insti. de cura. §. fi. & ff. de admin. tu. l. decreto. Ipsi tamē nominabunt eum seu eligent. arg. C. de appel. l. si actor. & ff. ad Trebel. l. ita tamen. in princ.

¶Item est notandum, quòd † adultus, 11
siue habeat curatorem, siue non, si iuret *Vide Gaidonem Pap. q. 35.*
se non venire cōtra processum causæ habitum vel habendum in iudicio ratione minoris ætatis, iam valebit iudicium, quod fuerit cum eo exorditū, licèt curator non interueniat. vt C. si aduer. vendi. auth. sacramenta puberum. in iudicijs enim quasi contrahimus: vt ff. de pecul. l. licèt. §. idem scribit. Sed & de iure canonico valet sacramentum impuberis, dum tamen esset grandiusculus seu doli capax. vt extrà de delic. pu. c. j. licèt, vt credo, talis grandiusculus vel doli capax etiam de iure canonico à testimonio repelletur.

¶Nunc est notādum, quòd si adultus
† datus fuerit curator ad litem, poterit 12
suscipere litem: & tūc formabitur libellus, ac si esset maior, nec erit necesse facere mentionē in libello de curatore. Semper autem erit † adultus in iudicio, cum 13
authoritate curatoris, in omnibus illis, vt credo, quæ sunt de solennitate ordinis iudicialis siue processus, nec videbitur præstare authoritatem, si præsens in iudicio etiam loquitur, s. approbando vel agnoscendo, quod agitur, vel per similia verba loquendo. vt ff. de auth. tu. l. j. & ij. & l. seq. Iurabit enim de statu ille tutor, vt dictum est de alijs tutoribus. Sed si curator † datus ad litem velit suscipere li- 14
tem, ipse poterit hoc facere: & tunc formabitur libellus agendo vel defendendo, vt dictum est suprà in duobus libellis præcedentibus. Est enim curator † da- 15
tus ad litem, contra alium tutorem, qui etiam inuito datur: vt Institu. de cura. in princip. ff. de cura. l. quibus. §. si pupillo. & peracto iudicio desinit esse tutor. Insti. de auth. tu. in fine. Quòd autem in tutore dato ad litem, & alio tutore, sit eadem ratio, ergo idem ius debeat esse: apparet satis, quia tit. de in litem dando tutore. non est positus inter tit. de neg. ge. nec de procu. nec mandati. sed est in serie & in materia titulorū ad curatores pertinentium. Item apparet, quòd sint similes, quia curatores dantur † principaliter 16
rebus: vt not. C. de nupt. l. in copulandis.

dis. ff. rem pu. sal. fo. l. non quasi. §. si quis curator. & secundariò dantur personis. vt no. Insti. qui testa. tu. da pos. §. certæ
17 autem rei. Dantur autem † minoribus ratione imperfectæ ętatis, vt cum minore quis possit esse in iudicio legitimè. vt C. qui tu. da. pos. l. in vniuersis. & qui pe. tu. l. ij. & dicitur dari ad litem seu cõtrouersiam, s. super eo, quod est in controuersia. licèt enim litis nomine omnis actus significetur: vt ff. de verb. sig. l. litis nomen. tamen non videtur curator datus ad litem, nisi super actionibus, super quibus est controuersia: sic enim etiam inchoata lis dicitur post controuersiam, & non ante. vt C. de transactionib. l. causas vel lites. & datus simpliciter ad litem, videtur datus ad omnes lites & controuersias præsentes, sed non ad futuras: nisi essent aliæ præsentibus annexæ. vt ff. de tute. l. qui habent. in fi. & l. seq. & in istis potest dici quodammodo vniuersitas. vt ar. ff. de leg. ij. l. debitor. in prin. & potest ibi esse omnimoda substantia adulti. vt in e. l. §. j.

¶ Et sic ex prædictis patet, quòd da-
18 tio † tutoris legitimè facta, est munus publicum: vt Insti. de excu. tu. in princ. & datur à iudice omni loco & tempore. vt C. qui da. tut. pos. l. j. & ff. de tutel. l. qui habent. §. denique Cassius. vbi facit pro prædictis: quia ibi loquitur de curatore ad litem, & tamẽ glo. ibi allegat iura, quæ generaliter de curatore ad litem non loquuntur. ¶ Item, iurare debet, circa li-
19 tem † adulti rectè & cum omni fidelitate agere, non prætermittere vtilia, nec inutilia admittere. vt C. de cura. furio. auth. quod nunc generale est. ¶ Item satisdat. vt C. de tuto. & cura. qui sa. non dedit. l. j & ff. rem. pu. sal. fo. l. & si ad species. licèt glo. in hoc ibi non concordet: non enim improbat. Et circa satisdationem est notandum, quòd videtur, quòd ho-
20 diè omnis tutor † vel curator satisdet etiam datus ex inquisitione. vt C. de tu. & cu. qui sa. non dedit. l. j. Et illud dicit ibi glo. ex Græca consti. quæ refertur Instit. de Attil. tut. §. antepen. & idem videtur dicere ff. de legit. tuto. l. legitimos. §. j. Instit. de satis. tu. §. j. & C. de tuto. & curato. qui sa. non dedit. l. pen. & arg. Pla. in l. fi. ff. rem pu. sal. fo. ibi datiuus. cum si. quòd datus ex inquisitione non satisdat. Sed non credo, illa iura esse correcta, & ideo inueniuntur alicubi. & legum correctio est euitanda. vt C. de appellatio. l. præcipimus. in fi. Item tit. de satisda. tu. est etiam posterior. nec est dicendum, quòd fuit in hoc periculũ eorum, de Attili. tu. qui est in priore. sed posset saluari glos. dicendo, quòd hodiè omnis datiuus, scilicet datus à defensore, satisdat: & tunc esset vera. Et super prædicta satisdatione est notandũ, quòd tutores & curatores dati ex inquisitione à maioribus magistratibus, scilicet à prætore, vt à prætore, non satisdant: sed dati ab eis sine inquisitione satisdant: vt Institu. de satisda. tu. §. j. & de Attili. tu. §. sed hoc iure. inquiritur super facultatibus, & si benè conuersatur: vt not. eodem titu. §. sed ex his. Minores autem magistratus, vt sunt magistratus municipales, vel defensores ciuitatum, non possunt dare tutores vel curatores, nisi facultates pupilli sint paruæ, scilicet quòd valeant vsque ad quingentos solidos: vt ibi. & dati hodiè à minoribus magistratibus satisdant, siue dati fuerint ex inquisitione, siue non. vt notatur ff. qui satisdare cog. l. de die. §. tutor. & in corpo. vt hi, qui obligat. se habe. perhi. §. quòd si. colla. vj. Et idem in tutore ad litem, scilicet quòd si datus fuerit ex inquisitione à minoribus iudicibus, quòd tunc satisdet: si à maiori, tunc non satisdat. Si autem curator fuerit ad litem ex inquisitione à minoribus iudicibus, quod potest hodiè fieri, si lis non transcendat ad quantitatem quingentorum aureorum: tunc indistinctè satisdat, vt dictum est de alijs tutoribus.

Et in summa, cùm satis cogitauerim, si tutores vel curatores dati fuerint ex inquisitione, siue à maioribus magistratibus, illi non satisdant: quia illi idonei electi sunt. vt Institu. de satisda. tuto. §. j. vbi & indistinctè dicitur, quòd non, qui benè vult respicere. & quædam quæstio,

de qua fit mentio Instit. de Attiliano tutore. §. sed hoc iure. quia illam constitutionem non habemus, vt ibi notatur. & sic eius normam, quæ & qualis sit, meritò ignoramus, nec super hoc habemus diuinare. Item, nullo iure ciuili dicitur clarè, quòd dati ex inquisitione debeant satisdare. Illud autem quod non est clarum, nō debet tollere, quod clarum est. Proprium enim legum est claritas. vt in corp. de testa. imperfec. §. nos igitur. collat. viij. Item, cùm ille titulus, de Attiliano tutore, sit prior. & etiam si esset ibi clarè, quòd omnis datiuus satisdaret, quod tamen ibi clarè non est, dicendum, quòd non corrigit legem posteriorem claram, quæ est Institu. de satisda. tuto. vt dictum est. Est igitur dicendum indistinctè, quòd dati à maioribus magistratibus non coguntur satisdare. Et illud fulcitur iure, vt dictum est. & fulcitur ratione: quia facultatibus & moribus idonei electi sunt, vt dictum est. Attamen, quòd datus ex inquisitione à maioribus magistratibus debeat satisdare, obtinetur in iudicio. facit id, quod nota. ff. qui satisda. cog. l. de die. §. tutor. & in cor. vt hi, qui ob. se hab. perhi. §. fi. col. vj. licèt ibi glo. de defensore locuta fuerit, per verbum, fortè: sicut Azo loquēs de magistratu municipali, in Summa C. de tuto. & cura. qui satisda. sed sub verbo, fortè, errant sæpe periti. vt ff. de arbi. l. si duo. Placen. verò, qui primò summauit Codicem, quàm Azo, dixit de defensore, super verbo, fortè extraneū, & videtur ab opinione eorum discedere. quæ dicta competēter dici possunt de
21 curatore ad litem dato. ¶Item facit † inuentarium, si aliqua inuenerit ad litem instituendam facientia, fortè instrumenta ad agendum. licèt glos. in hoc discordet, C. de episco. audien. l. de creationibus. vbi dicit, quòd inuentarium non facit, cùm non possit ei solui. argu. ff. de sol. l. hoc iure. Sed non inuenitur, quòd nō tenetur facere inuentarium: quia fortè omnes veri adulti possunt ibi esse, vt dictum est ibi, ad videndum confectionem inuentarij. Item, tutores & curatores faciunt inuentarium de instrumētis. C. de admi. tuto. l. tutores. ij. Item, tutor bonis datus tenetur facere inuentarium. vt nota. de curato. bonis dando. l. j. in fi. Et potest esse, quòd in bonis illis nō sunt nisi debita, credita, & libri rationū. Item videtur, quòd ante peractum iudicium possit ei solui illud, de quo est cōtrouersia seu lis, ad quam datus est: ipse enim vtitur munere publico sibi iniuncto, & iurat, & satisdat, & inuentarium facit, vt dictum est. quę in procuratore locum non habent, quia satisdare cogitur. Et videtur, quòd quàm diu durat eius officium, ei possit solui illud, de quo est lis seu cōtrouersia, ad quam iam datus est. Sed melius est dicere cum illa glo. quòd non prosit ei pactum: quia cùm adultus non habeat legitimam personam litigādi seu standi in iudicio, ideo curator datur ad litem ei palam ad litigandum, secundùm quod tutor litiget, si curam suscipiat, vel quòd authoritatem præstet adulto, si adultus litem suscipiat. In casu enim speciali potest solui. prout enim potest abijci, & assumi. ff. de procura. l. actoris. Item, potest remoueri vt suspectus. per titulū de suspectis tutoribus, cum titulo de in litem dan. tuto. ¶Item, si succumbat, se obtulisse non videbitur, nec tenebitur actione iudicati. ff. de re iudi. l. si se non obtulit. §. tutor. C. quando ex facto tutoris. l. j. ¶Item, inter dominum & procuratorem datur actio mandati. vt ff. de procura. l. licèt. §. ea obligatio. Sed inter adultum & procuratorem ad litē competit vtilis actio negociorum gestorum. vel adulto cōtraria vtilis, ad recuperandum, si quid impendit in litem. vt satis colligitur C. de neg. ges. l. curatorem.

¶Sed an maritus † poterit dari curator ad litem? Dico, quòd non. vt C. qui da. tuto. pos. l. ij. vbi indistinctè loquitur. Speculator dicit, quòd potest eius dari curator: quia non vniuersalis tutor est, sed specialis. & etiam potest esse eius procurator. vt C. de procura. l. maritus. Et dixit Iohannem illud dixisse C. de curatore furiosi. Odof. in lectura sua, C. qui da. tuto. pos. l. ij. dicit, quòd datio 22
non

non teneret, per illam legem. sed illud est verius. Potest enim, ad litem, dici quodammodo vniuersalis ad litem seu lites: vt suprà dictum est. Item, vxor posset damnificari multùm: quia ibi posset esse tota substantia sua. vt dictum est suprà. Nec posset eum reuocare, ità citò dico, quàm sicut procuratorem reuocat. & si malè ageret, & esset suspectus, ipsa non posset eum reuocare: nisi accusaret eum de suspecto. quod tardè faceret, metu, vel reuerentia, vel propter affectionem. Item Odof. dicit se perquisiisse reportationem Iohannis, & reportationem Nico. furiosi, q reportauit multa post Iohannē, nec potuit inuenire Iohannē hoc dixisse.

¶ Item est notandum, quòd si adultus
23 † fuerit in iudicio sine curatore, sentētia contra eum lata non valet. vt C. si aduersus rem iudi. l. cùm & minores. Sed lata pro eo, valet, non obstante minori ætate indefensa. vt C. de procura. l. non eo minùs. Vel aliàs de iure communi esset nulla, quod posset esse. vt C. de senten. & interlo. om. iudi. l. prolatā. & ff. quę senten. si. appel. rescin. l. j. §. item cùm ex edicto. cùm similibus. Sed pro furioso lata sine curatore, non valet. vt ff. de re iudi. l. furioso. Et idem credo in prodigo, & in pupillo, qui fari nō potest, cùm videtur
24 eadem ratio. ¶ Item, si curator † adulti suscipiat litem, ipse expediet omnia sine adulto. & lite per eum contestata, poterit solus constituere procuratorem, vt dominus litis effectus. vt C. de procura. l. neque tutores. Adultus tamen iurabit de veritate dicenda, si pars aduersa illud petat. & cōfessio eius licèt in iudicio valet: sed restituetur, si inueniatur læsus. vt ff. de confessis. l. certum. in fine. ¶ Si autem
25 † adultus suscipiat litem, ipse contestabitur litem, & publicabit omnia cum authoritate curatoris sui, non tamen iurabit de calumnia, sed ille curator. Nec poterit constituere procuratorem sine curatore, sed ille adultus duplici ratione posit dici dominus litis. Nec etiam potest curator procuratorem constituere: quia litem non est contestatus. Item, si
26 lite † contestata per adultum, adultus authoritate tutoris posteà desistat venire, & sententia lata est contra adultum, sententia erit nulla. vt C. si aduersus rem iudi. l. cùm & minores. ¶ Sed quid, si adultus litem † contestatus fuit sine curato- 27
re, & sic curator non fuit in principio, sed posteà citatus, in alijs interuenit & authoritatem præstitit, an valeat sententia contra adultum lata? Dicit ibi glo. quòd tunc valet sententia: quia tunc curator non desijt adesse adulto in ea, siue in authoritatem dando: quia non fuit in principio. C. quomodo & quando iudex. l. si præses. à contrario sensu. de supposito enim non videtur, quia non incipit. ff. de conditio. & demon. l. Titio vsusfructus. in princip. Sed illud non videtur posse stare. & quia in actibus † iudiciali- 28
bus sunt tria principalia, scilicet litis exordium, & litis contestatio, cum suis adiacentibus seu appenditijs. ante litē enim contestatam quis non videtur agere. vt ff. rem ratam habe. l. ampliùs non peti. Item est ibi medium, causæ cognitio, & probationes, cum suis adiacentibus. Si lis per negationem fuerit contestata, sine causæ cognitione non potest ferri sententia. vt ff. de iudi. l. de qua re. in principio. Item est ibi finis, id est, sententia cum suis adiacentibus, quę finem imponit. vt ff. de re iudi. l. j. Videtur ergo, q si adultus sine curatore fuerit in iudicio, in exordio, vel in medio, vel in fine: sententia esset nulla. indistinctè enim videtur loqui C. si aduer. rem iudi. l. cùm & minores. & qui legitimam perso. stan. in iudi. l. j. & ij. & hoc satis significatur C. qui tut. da. pos. l. in vniuersis litibus. vbi dicit indistinctè, quòd adultus nō videtur habere legitimam personam litigandi, nisi veniam æta is impetrauerit: vel nisi datus fuerit ei curator. & sequitur ibi, vt legitimè initiatæ litis agitata controuersia finiatur. per hoc enim, quod dicitur, initiatæ litis, designat nobis exordium litis. & cùm sequitur ibi, agitata in iudicio controuersia, designat medium, s. causæ cognitionem. & dum dicit, finiatur, designat sententiam. Et sic satis videtur, quòd in omnibus debeat

interuenire curatoris authoritas. & facit C. de auth. præstan. l. clarum. Item fa. C. de bon. quæ libe. l. cùm non solùm. §. necessitate. vbi dicitur, quòd filiusfam. non debet sine patris authoritate in iudicio consistere. & etiam ibi no. quòd si ipse litem cõtestatus fuerit sine voluntate patris, si pater posteà consentiat, non proficit sibi talis consensus: quia filius fuit in iudicio sine voluntate patris. Ex prædictis iuribus apparet, quòd curator debet adulto præstare authoritatem in iudicio, in omnibus & singulis, quæ sunt de essentia & solennitate: vt aliâs dixi superiùs.

RVBRICA CXIX. De pignoratitia actione directa.

SVMMARIVM.

1 *Libellus pignoratitiæ actionis directæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, num. 2.*

3 *Pignori fundus an obligetur, sine personali obligatione.*
Pignoratitia actione aliquando agitur, vbi principalis actio non subsistit.

4 *Pignus non est, si non est traditum, vt possit agi pignoratitia.*

5 *Ius pignoris vel hypothecæ licèt in aliena re constitui non possit, actio tamen pignoratitia competeret, si fundus alienus pignori datus esset.*

6 *In actione pignoratitia fructus veniunt & computantur in ratione debiti exonerandi. Et quid, si creditor Reus nullos fructus habere potuit, in hac actione deduci possu. Et quid, si nec fructus, nec damna essent, nec aliâs satisfactum esset. Et quid, si creditor pecuniam, pro qua se obligauit, recipere nollet.*

7 *Fructus dicuntur, deductis expensis.*

8 *Creditor pignus reddens, de dolo & culpa repromittit.*

9 *Pignorata res possidetur per creditorem. Et creditor fundum pignoratum colere debet.*

10 *Creditor tenetur de dolo, & lata culpa, & leui, & custodiam rei præstat, & præstare debet eam, quam diligens paterfamiliâs in rebus suis præstare solet.*

11 *Creditor fructus recollectos an & quando suos faciat.*

12 *Sententiæ formula in pignoratitia actione directa.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1 proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor obligaret se penès dictum Reum in x. lib. Turon. idem Actor impignorauit & tradidit in pignore dicto Reo pro prædictis x. lib. Turon. quendam fundum suum, situm in territorio castri noui, sic & sic cõfrontatum. Item dicit & proponit, quòd dictus Reus tenuit sic per duos annos continuos posteà dictum fundũ, & quolibet anno percepit exinde fructus ad valorẽ c. sol. Tur. deductis expensis. Item dicit & proponit, quòd dictus Reus scidit quatuor arbores, vel quatuor amigdalarios, qui erant in dicto fundo, & interest eiusdem Actoris, dictas quatuor arbores non fuisse cæsas, in c. sol. Turon. Vnde cùm dicto Reo sit satisfactũ de prædictis x. lib. Tur. quas dict⁹ Actor ei debebat, scilicet facta computatione seu compensatione prædictorum fructuum per eum perceptorum, agit dictus Actor contra dictũ Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum ad restituendum dicto Actori dictum fundum, necnon & in c. sol. Turon. in quibus damnificatus est dictus Actor, propter prædictas arbores cæsas, dãdis dicto Actori, & caueat, quòd aliâs dolum vel culpam in dicto fundo non commiserit, per vestram sentẽtiam condemnetis, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compellatis &c.

¶Probatur † Insti. de ac. §. actionum. 2 & quibus mod. re contrahitur ob. §. fin.
¶Rectè dicitur, cùm obligaret se &c. aliâs sine † obligatione personali fundus 3 non esset pignori obligatus. vt ff. de pig. act. l. si rem alienam. §. propriè. & C. si pig.

pig.con.nu.pecu.se.non fit.l. j. & ij. & ff. de reg.iur.l.cùm principalis.licèt aliquādo possit agi pignoratitia actione, vbi principalis actio non subsistit: vt ff. de pig.actio.l.solutum. §. si quasi daturus.
4 ¶ Item rectè dicitur, tradidit, aliàs † non esset pignus, vt posset agi pignoratitia: vt Insti.qui. mo. re contrahi. ob. §. fi. & de act. §. item Seruiana. & ff. de pig. ac. l. si rem alienam. §. propriè. Superfluè tamen
5 dicitur, fundum suum. quia licèt in † aliena re, ius pignoris vel hypothecæ constitui non possit: vt C. quæ res pig. ob. pos. l. qui filios. attamen, si esset fundus alienus pignori datus, competeret iam actio pignoratitia. vt ff. de pig. ac. l. si rem alienam. §. is quoque. & l. si pignore. §. si prædo. ¶ Item rectè dicitur, quòd Reus
6 percepit † fructus ad valorem x. lib. Tur. quia illa veniunt, & computantur in ratione exonerandi debiti. vt C. de pig. ac. l. ij. & l. fi. Si autem dictus Reus creditor nullos potuit habere fructus, tunc damnum, quod passus est Actor debitor, propter arbores cæsas, posset deduci in ratione debiti. vt C. e. l. creditor. ij. aliàs, si nec fructus, nec dāna essent, quę computari possent in ratione debiti, nec aliàs esset satisfactum, oporteret, quòd dictus Actor prædictas x. lib. Turo. solueret. vt ff. e. l. si rem. §. omnis. vel si creditor nollet eas recipere, tunc oporteret, quòd debitor offerret eas dicto Reo in iudicio, & sufficeret ad agendum pignoratitia actione sola oblatio in iudicio facta: vt ff. e. l. si rem alienam. §. fi. & l. aliena res. §. si per creditorem. Extra iudicium verò si fieret oblatio, non sufficeret ad agendū pignoratitia actione, nisi & secuta esset consignatio & depositio. vt C. e. l. nec credito-
7 res. ¶ Item rectè dicitur, deductis † expensis. quia sic dicuntur fructus. vt C. de fruc. & lit. expen. l. j. & ff. sol. ma. l. fructus. & fami. her. l. fundus qui. in princi. & de peti. hære. l. si à patre vel à domino.
8 §. fi. ¶ Item rectè dicitur, quòd † de dolo & culpa repromittat. vt ff. de pig. act. l. creditor cùm pignus reddit.

¶ Item est notandum, quòd res pigno-
9 rata † possidetur per creditorem. vt ff. de vsucap. l. serui nomine. & l. non solùm. §. qui pignori. ¶ Item, creditor debet fundum colere. possidet enim, vt dictum est. & tenetur † de dolo, & lata cul- 10
pa, & leui, & custodiam rei præstat, & præstare debet eam, quam diligens paterfamiliàs in rebus suis præstare solet. vt ff. de pig. ac. l. si cùm venderet. §. fi. & l. seq. & fructus † recollectos facit suos, si 11
conuentum fuit, vt fructus pro vsuris consequeretur. vt C. de vsur. l. si ea lege. Hodiè verò, quia vsuræ sunt prohibitæ, illud pactum non teneret. Sed si esset conuentum, quòd fructus certi temporis cederent pro debito creditori, & essent sui, benè valeret pactum. vt ff. de pig. ac. l. Gaius. consideratis his, quæ notantur C. de vsur. l. si ea lege. Aliàs autem, licèt videatur contrà, ff. de pig. act. l. si pignore. §. si prædo. creditor non facit fructus suos, sed habet eos in pignore. vt C. in quibus causis pig. ta. contrahi. l. iij. & sic apparet, ꝙ non sunt ipsius creditoris. vt ff. de pig. ac. l. si rem alienam bona fide. & ff. de reg. iur. l. neque pignus. sed ipsos necessariò habet computare in ratione exonerandi debiti. vt C. de pig. ac. l. ij. & l. fi.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor † sufficienter pro- 12
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, vt dictum fundum dicto Actori restituat. Itē condemnamus eum in c. solidis Turonensibus dandis dicto Actori, pro damno dictarum quatuor arborum cæsarum. Item condemnamus eum, vt caueat dicto Actori de dolo & culpa, ne aliàs in dicto fundo dolum vel culpam commiserit, nisi in prædictis quatuor arboribus. & nihilominùs condemnamus eum in c. solidis Turonen. dandis dicto Actori, pro expensis præsentis causæ, cùm idem Actor, delato sibi à nobis iuramento, iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos c. solid. Turonen. occasione præsentis causæ.

RVBRICA CXX. De gargeria.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis & venditionis an sit licitus, si quis certo precio mihi vendat fructus fundi sui ad decem annos.*

2 *Contractus an sit licitus, si quis mihi vendat fundum, pacto apposito, quòd sibi eodem precio retinere liceat.*

3 *Contrahentibus quòd permissum est, se inuicem circumuenire, quomodo intelligendum sit.*

4 *Contractus an valeat, si indigens pecunia me roget, vt sibi mutuem c. lib. Turon. sub vsuris. Et ego coram Officiali timens de vsuris accusari, colore quæsito transitum fieri volo ad venditionem fructuum fundi ad decem annos pro c. lib. Turon. vel ad venditionem fundi sub pacto reemptionis infra certum tempus facienda pro eodem precio.*

5 *Conuentio an valeat, si ego mutuaui c. lib. Turonen. impignoranti mihi fundum, hoc acto, quòd pro vsuris fructus perciperem.*

6 *Fœnerare, peccatum est. & an, qui contrarium pertinaciter affirmare præsumit, velut hæreticus puniendus sit.*

7 *Conuentio an valeat, si actum fuit, quòd quamdiu fundum tenerem, fructus meos facerem, nec eos in sortem computare tenerer, & de vsuris tacitum fuit, an nihilominus vsura censeatur.*

8 *Conuentio an valeat, si mutuaui alicui centum, hoc acto, quòd si certa die non solueret, extunc in anteà nomine pœnæ ego fundi fructus meos facerē, quamdiu mihi de prædictis centum satisfactum non esset.*

9 *Conuentio talis an valeat, si ego mutuaui centum, hoc acto, quòd tenerem fundum per decem annos integros & continuos. & quòd in compensationem & solutionem dictorum centum, perciperem fructus omnes, & eos meos facerem.*

ET quia satis cadit hîc dicere de quadam barataria, quæ vocatur gargeria: ideo est notandum, quòd si Martinus vendat † mihi 1 ad decem annos fructus fundi sui, quem habet prope sanctum Blasium, precio c. lib. Turonen. talis contractus emptionis & venditionis est licitus. & facit ff. de actio. emp. & ven. l. si iactum. & de verborum obli. l. interdum. in princip. & l. vbi autem. §. illud. Item, si vendat † mihi illum fundum, pacto apposi- 2 to, quòd liceat sibi retinere eodem precio, contractus erit licitus. vt C. de pac. inter emp. & ven. compo. l. ij. In prædictis autem ego debeo mihi cauere, quòd habeam puram & bonam mentem seu conscientiam. quia licèt permissum sit † contrahentibus se inuicem circunueni- 3 re seu decipere: vt ff. de mi. l. in causæ. §. idem Pomponius. illud tamen est verum, de deceptione reali seu casuali, non de mentali, scilicet cùm vnus alium dolosè deciperet, & damnificaret: quia tunc daretur actio ad decipiendum. vt ff. de dolo. l. j. & l. si olcum. in fi. & l. seq. cum ibi notatis. Deus etiam respicit ad cor hominis, non ad manum. vt xiiij. q. v. c. si quid inuenisti. & ff. de verborum significatione. l. fugitiuus.

¶ Secundò est notandum, quòd si Martinus indigens † pecunia rogauit me, 4 quòd ego mutuarem sibi centū lib. Turon. sub vsuris, & ego dixi, quòd timebam accusari de vsuris coram Officiali Magolonensi. & tunc colore quæsito transitum fecimus ad venditionem fructuum dicti fundi, ad x. annos pro c. lib. Turo. vel ad venditionem dicti fundi, sub pacto reemptionis infra certum tempus faciendæ pro eodem precio. tunc, quia fraus videtur facta, vel quidam transitus in fraudem, scilicet de contractu ad contractum: vt & aliàs ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. circa. & ad Velleianum. l. quanuis. §. si cùm essem. dico, quòd si Martinus inueniatur deceptus, ego saltem non debeo remanere in aliquo lucro per prædictas ll. & argu. ff. de condi. & demon. l. hoc modo. & quia ad

cor

cor respicit Deus, vt dictum est. Item facit ad hoc, quia malitia non debet esse alicui lucrosa: vt ff. de dolo. l. j. in princip. & l. ne ex dolo. nec dolus alicui prodesse. vt ff. de excep. doli. l. j. figmentum etiam seu dolus quæsitus non debet proficere: vt in constitutione imperialem. §. callidis. de prohi. feudi alienat. per Frider. & ff. ad leg. Iuli. de ambi. l. j. §. fi. & ad Velleia. l. vir vxori. §. fi.

¶ Tertiò est notandum, quòd si ego
5 mutuaui † Martino prædictas c. lib. Turo. & ipse impignorauit mihi fundum, hoc acto, quòd pro vsuris perciperem fructus: benè valet prædicta conuentio de iure Codicis. vt C. de vsur. l. si ea lege. cum ibi notatis. Hodiè verò talis conuentio non valet, quia de iure ciuili prohibitæ sunt hodiè vsuræ. vt in corpo. de ec. titu. §. j. colla. ix. & ibi no. & C. de vsur.
6 authen. ad hæc, qui fructus. est enim † peccatum, fœnerare. vt no. ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. non tantùm. & qui pertinaciter affirmare præsumit, non esse peccatum, fœnerare, est velut hæreticus puniendus: vt extrà de vsur. c. ex graui. in fi. in Clem.

¶ Quartò est notandum, quòd si fuit
7 † actum, quòd quamdiu tenerem dictum fundum, quòd ego facerem fructus meos, nec tenerer eos computare in sortem, & fuit tacitum de vsuris: nihilominùs tamen censetur vsura. & sic non valet conuentio. quicquid enim accedit sorti, vsura est. xiiij. q. iij. quasi per totum. & extrà de vsur. c. consuluit. iuxta ea, quæ notantur ff. de rebus credi. l. rogasti me. §. si tibi decem dedero. & de pac. l. si tibi decem. in princip.

¶ Quintò est notandum, quòd si mu-
8 tuaui † Martino dicta c. hoc acto, quòd si certa die non solueret, extunc in anteà nomine pœnæ ego facerem fructus dicti fundi meos, quamdiu mihi satisfactum non esset de prædictis c. dico, quòd prædicta conuentio non valet, prout excedit legitimam vsuram. vt C. de vsur. l. cùm allegas. & ff. de ac. emp. l. Iulianus. §. ibidem. nec etiam hodiè valet prædicta conuentio in legitima. vt suprà dictum est.

ADDIT. Hodiè ergo in nihilum valebit talis conuentio in fraudē vsurarum, quæ ibi in pœna iuxta dationem pecuniæ adiecta semper præsumuntur, siue ego solitus sum fœnerare, siue non. vt ibi no. Sextò est notandum, quòd si ego
† mutuaui prædicta c. hoc acto, quòd ego 9
tenerem prædictum fundum per decem annos integros & continuos. & quòd in compensationem & solutionem dictorum c. ego perciperem fructus omnes, & eos meos facerem. dico, quòd valet talis conuentio: vt ff. de pig. ac. l. Caius. Et hoc est verum, quando dubitari poterat verisimiliter, vtrùm tantum, vel minus, vel plus, quàm essent c. lib. ego essem percepturus de fructibus infra prædictos decem an. aliàs si indubitabiliter videbatur communi opinione, quòd plus eram percepturus de fructibus, quàm essent c. lib. tunc non valeret conuentio. vt dictum est suprà. & facit ad hoc C. de vsur. l. si ea lege. cum ibi not. De iure communi in hoc vltimo casu compensarem mihi saltem fructus, vsque ad quantitatem debiti, & residuum fructuum deberem restituere Martino. vt C. de pigno. ac. l. ij.

RVBRICA CXXI.

De pignoratitia actione contraria.

SVMMARIVM.

1 *Libellus pignoratitiæ actionis contrariæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *Creditor pignori datum mulum negligere non debet, sed eum alimentare debet.*

4 *Creditori imputatur, si mulum pignori datum non locauit, si commodè id fieri potuit, & debitor eum locare solitus erat.*

5 *Creditor si vsus fuit mulo ex concessione debitoris, expensas petere non potest.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus dedit in pignore dicto

dicto Actori quendam mulum pili albi, pro c.sol.Turon. in quibus dictus Reus erat dicto Actori obligatus. Item, quòd dictus Actor tenuit dictum mulum per xx.dies. & qualibet die expendit in alimentis dicti muli, scilicet in paleis horpei,& in auena,xij.den.Turo.Quare agit dictus Actor contra dictum Reum,& petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reũ, ad dandum dicto Actori prędictos xx.solid.Turo. ex causa prædictorum alimentorum,per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † ff.de pig.ac.l.si necessarias.in prin. & C.e. l.creditor.ij.in fi.& ar.
3 ff.cõmo.l.in rebus.§.fi. Creditor † enim non debuit dictum mulum negligere. vt Insti.qui.mod.re contrahitur ob.§.fi. & ff.de pig.ac.l.si cùm venderet.§.fi.& l.seq. & sic debuit mulum alimẽtare. nec enim posset de vento viuere, si cut aliâs dicitur de pupillo, C. de ali. pu.præstandis.§.fi.
4 Attamen † imputabitur creditori, si non locauit dictum mulum, ad fimum portandum, vel ad aquam extrahendam de puteo, si commodè potuit fieri. per ll. suprà dictas.ar.ff.de pig.ac.l.j.potissimè, si debitor solitus erat eum locare. ar. ff.e.l.
5 vel vniuersorum. Sed si creditor † vsus fuisset mulo ex concessione debitoris: tunc creditor non posset tales expensas petere. argu. ff. commo. l. in rebus. §. possunt.

RVBRICA CXXII.

De actione præscriptis verbis æstimatoria.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis præscriptis verbis æstimatoriæ quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Actio præscriptis verbis æstimatoria, quæ est bonæ fidei, vt competat, quæ requirantur.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Actor volens vendere quendam librum Institutionum cum apparatu ordinario, scriptum in pargamenis hœdulinis, tradidit dicto Reo dictum librum vendendum & æstimandum inter eos ad summam c. solid.Tur. Quare agit dictus Actor contra eum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori dictum librum incorruptum, aut prædictos c.sol.Turo. per vestram sententiam condemnetis &c.

¶ Probatur † Instit.de ac.§.actionum. 2
& ff. de æstima. ac. l. j. & de præscriptis verbis. l. gratuitam.§.j. ¶ Et est notandum, quòd ad hoc, quòd actio † prædicta, 3
quæ vocatur præscriptis verbis æstimatoria, quæ est bonæ fidei, competat, requiruntur plura. Primò, quòd res tradatur. Item, quòd tradatur vendenda. Item, quòd tradatur, habita mentione æstimationis rei, quæ traditur, siue in genere, scilicet quòd res reddatur, vel eius æstimatio: siue in specie, scilicet cùm res ęstimatur certo precio, cùm traditur vendenda, fortè æstimatur c.sol. Turo. vt in prædictis legibus.

RVBRICA CXIII.

De actione præscriptis verbis ex permutatione.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis præscriptis verbis ex permutatione, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & 1
proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor haberet quandam Institutam cum apparatu ordinario, scriptam in pargamenis hœdulinis, & dictus Reus haberet quendam librum Feudorum cum apparatu Columbi, ipsi conuenerunt inter se de permutando dictos libros. Vndè cùm dictus Actor dederit dicto Reo dictam Institutam, & dictus Reus nolit dare dicto Actori dictum librum Feudorum, agit dictus Actor contra

contra dictum Reum,& petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictum librum Feudorum,per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. ¶ Pro-
2 batur † Instit.de action. §.actionum. & ff.de rer.permu.l.ij. & C.e.l. ex placito.

RVBRICA CXXIIII.

De actione in factum ex varijs figuris causarum,cùm certum est, nullam actionem dari.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex varijs figuris causarum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu.2.*

3 *Actio in factum ex varijs figuris datur, vbi certum est nullam dari,sed eā dari aequum est. Et quomodo id constare posit. & nume.18 19.*

4 *In actione in factum ex varijs figuris, non refert,an Actor sit dominus,vel colonus,vel an rem habeat in pignore,vel alio modo:dū intersit eius, & sic actionē ei dari aequū sit.*

5 *Agens, ad claudendam vineam vicinam, vnde damnum patitur, vt rectè agat, suam vineam clausam habere debet,alioquin exceptione opposita repellitur.*

6 *Actio in factum ex varijs figuris competit,si vicini paries,vnde damnum patior,cecidit à casu. Secus,si dolo Rei, tunc de dolo actione ageretur. Et quid,si Reus, vt sibi proficiat, parietem deposuit, vel vt ibi via publica fieret. nu.7.& 8.*

9 *Libelli actionis in factum ex varijs figuris causarum,alia exempla.& nume.10.12.13. 14.15.*

11 *Actio in factum ex varijs figuris causarum subsidiaria est,& cessat,quando alia actio, vel interdictum competit.*

16 *Sententiæ formula in actione in factum ex varijs figuris causarum.*

17 *Libellus actionis in factum ex varijs figuris causarum an procedat, quando certatur de lucro captando.*

20 *Actio in factum ex varijs figuris causarum, & aliæ, vt competant,cùm alia deficit,octo consideranda sunt, & quæ sint illa.nu.21. 22 23.25.26.27.28.29.*

24 *Actio in factum, an concurrat cum conditione generali.*

30 *Actionis in factum,quæ est ex varijs figuris causarum, difficilis est cognitio & diffinitio.& quare.*

31 *In actionis in factum ex varijs figuris causarum exemplis, an iudicis officium etiam locum habeat.*

32 *A creditore decem recepi, & hypothecaui ei expreßè quendam fundum, quem poßidebam. deinde ille creditor sine vitio posseßionem fundi adeptus est, nec à me causam habet. modò sibi illa decem soluere paratus sum: quæritur, qua via contra eum ad fundum agere poßim.nu.35.*

33 *Actione in factum ex varijs figuris causarum an agam, si ex causa mutui alicui decem tradidi, quæ adhuc ipse in sacco tenet. ecce ego non poßum agere certi conditione ex mutuo, quia pecunia mea non erat. tamen eam numeraui. nec mutuum consumptione reconciliatum est. nec actione in rem agere poßum, quia pecunia nō est mea, vel dominium probare non poßem.nu 35.*

34 *Poßedi quendam fundum bona fide,& sine titulo per decem annos, quem alius modò poßidet sine vitio & sine titulo. ecce non poßum agere Publiciana, quia nullum ibi titulum habui, nec aliquam aliam actionem habeo: an agere poßim actione in factum ex varijs figuris causarum,ad restitutionem dicti fundi.nu.35.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & pponit in iudicio Petrus contra Martinum, ꝙ iuxta viam publicam, qua itur Alaueruna, dictus Actor habet quandam vineam, sic & sic confrontatam, clausam pariete à parte prædictæ viæ, ne transeuntes ibi damnū dent. & dictus Reus habet etiam 1

ibi aliam vineã contiguam, quę cùm esset clausa eodẽ modo à parte prędictę viæ, paries à pauco tempore citrà à casu cecidit. & sic transeuntes intrantes per illam vineã disclausam, dant damnum in vinea dicti Actoris. Vnde cùm dictus Reus nolit reficere dictũ parietẽ, agit dictus Actor contra eum, vt sinat dictum Actorem dictũ parietẽ reficere ad expensas eiusdem Actoris, cùm eidem ꝓsit, & Reo nociturũ non sit. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictũ Reum ad sinendum dictũ parietẽ per dictum Actorem refici ad eiusdem Actoris expensas sententialiter condemnetis, & condemnatum ad sinendum refici iuris remedijs compellatis. petitq; expensas litis &c.

2 ¶ Probatur † ff. de præscrip. verbis. l.
3 quoties. Et est ista actio † in factũ, de qua hîc agitur, quoddã genus subalternatiuũ sub actione in factũ, & datur, vbi certum est nullam dari, sed æquum est dari: vt no. ff. de præscrip. verbis. in rubrica. & ad æquitatem eius facit in casu huius libelli, ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. item Varus. Item quia est personalis, & nõ est ex contractu, nec quasi, nec ex maleficio, nec quasi: sequitur à sufficienti partium enumeratione, quòd ipsa est ex varijs figuris causarum: vt ff. de ac. & obli. l. j. in prin. ab insufficienti autem partium enumeratione non valeret argumentatio: vt ff. de libe. & posth. l. filius à patre. §. j. ¶ Rectè dicitur,
4 quòd Actor † habet quandam vineã &c. quia licèt verbum, habere, largam significationem habeat: vt ff. de verbo. obli. l. stipulatio ista habere. attamen hîc non est vis, an Actor sit dominus, vel colonus, vel an vineam habeat in pignore, vel alio modo. dum tamen æquum sit istam actionem ei dari: vt quia intersit eius. Omnis enim actio fundatur super aliquo interesse. ar. ff. man. l. si procuratorem. §. mandati actio. vt quia appareat, Actorem exinde damnum debere pati in futurum, & sufficit ad agendum, nec debet Actor expectare damnum. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. deinde. & de sta. libe. l. Labeo. Melius est enim ante tempus occurrere &c. vt C. in quibus cau. in integ. resti. non est necessaria. l. fi. Item, Reus debet esse talis, quòd ad eum pertineat refectio parietis, si velit eum reficere: quia eius propriè est nolle, cuius potest esse velle: vt ff. de reg. iur. l. iij. ¶ Item, rectè dicitur, vineam † Actoris esse clausam: quia si esset à 5
casu disclausa, tunc posset Reus ita excipere: Petre, benè ageres, nisi quia & tu habes vineam tuam disclausam, & exinde possum damnum pati in vinea mea. & talis exceptio posset dici exceptio in factum ex ęquitate: vt argumen. ff. de pręscrip. verbis. l. quoties. ¶ Item, rectè dicitur, quòd paries † vineæ Rei cecidit à ca- 6
su: quia si dolo Rei, tunc ageretur actione de dolo. argu. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. denique. & ita cessaret ista actio in factũ. Sed si Reus † deposuisset parietem, vt si- 7
bi proficeret: vt quia inuenit in vinea lapidicinas, & deposuit parietem, vt quadrigæ & asini possent liberè intrare pro lapidibus: tunc non teneretur in aliquo: vt argu. ibidem. & ff. de dam. infecto. l. fluminum. §. fi. sed tunc claudat Actor vineam suam vndique, si vult. Item, si deposuisset, † vt fieret ibi via publica: quia 8
tunc communis seu publica vtilitas præferretur priuatæ: vt argu. C. commu. de leg. auth. res, quæ.

¶ Secundò, ad hanc actionem potest dari † aliud exemplum tale: Domine iu- 9
dex, ego cõqueror de Martino, qui supra domum meam habet cœnaculum, cuius tegula iam corruit vento ex vetustate, & sic aqua pluuialis intrans cœnaculum cadit & stillat in domum meam inferiorem, nec ipse vult prædictam tegulam reficere. Quare ago contra eum, vt sinat me ad expensas meas eam reficere, vobis dicto domino iudici supplicando &c. Et istud exemplum audiui semel à domino Bermundo. Sed cuius est possessio & proprietas cœnaculi, habetur ff. vti pos. l. iij. §. sed si supra. & C. de rei vendicatione. l. ij.

¶ Tertiò potest dari † aliud exemplum 10
tale: Domine iudex, ego conqueror de Martino, quia in domo sua, effractis foribus vetustate vel à furibus, intrant porci, & gentes, & defœtant domum, intan-

intantum, quòd fœtor ascendens in cœnaculum meum, quod habeo desuper, corrumpit ibi aërem. Vnde cùm ipse nolit mundare domum, nec eam claudere, ago contra eum, vt ad expensas meas sinat me prædicta facere, vobis prædicto domino iudici supplicando &c. Sed si
11 Martinus faceret † ibi fimum, cuius fœtor noceret, posset agi contra eum interdicto quod vi aut clàm: vt ff. quod vi aut clàm. l. si opus. §. in opere. & ita cessaret ista actio, cùm sit subsidiaria. vel posset agi actione iniuriarum, si animo iniuriandi illud faceret Martinus. argu. ff. de iniur. l. pe. In dubio tamen non præsumeretur illud facere animo iniuriandi: vt no. ff. de dam. infec. l. fluminum. §. fi.

12 ¶ Quartò potest dari † aliud exemplum tale: Domine iudex, conqueror de Martino, quia in domo mea est quidam paries ruinosus, qui indiget apodiatione à parte cuiusdam domus vicinæ, quæ est ipsius Martini, donec quæsiero lapides & cæmenta. Vnde cùm ipse non sinat prædictam apodiationem fieri, ago contra eum, vt sinat eam fieri &c.

13 ¶ Quintò potest dari † aliud exemplum tale: Domine iudex, habeo ædificare quendam parietem in domo mea, nec potest fieri, nisi quidam de operarijs intrent & ædificent à parte domus talis vicini mei. Vnde cùm ipse non sinat hoc fieri, quod tamen mihi proderit, & ei non nocebit, ago contra eum &c.

14 ¶ Sextò potest dari † aliud exemplum tale, scilicet si inter fundum meum & flumen publicum Martinus habeat pratum, quod tota die corroditur à flumine, & de maiori parte eius iam fecit alueum, & timeo, quòd facto alueo de toto prato flumen destruat fundum meum, potero agere contra Martinum, vt sinat me ad expensas meas munire ripam fluminis, pratum suum contingentem, quod mihi proderit, & ei nociturum non est. & facit arg. quod aliàs dicitur: Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet. Et neglecta solent incendia sumere vires: vt not. ff. ad leg. Aquil. l. si quis fumo. in fi. Sed si Martinus excipiat ita: Petre, benè ageres, nisi quia ego habeo vltra flumen domum, & fundum, & inquantum decrescit pratum meum, de quo loqueris, intantum accrescit per alluuionem ille fundus meus, quem habeo iuxta domum, quod & est mihi multùm vtile. credo, quod erit audiendus, vt apparet ex supradictis. & ita vidi de facto in duobus locis. & tūc Petrus muniet fundum suum, si vult.

¶ Septimò † potest poni exemplum. 15
Quia si ego habeo ab antiquo molendinum iuxta flumen, & aqua semper cucurrit & fluxit sufficienter iuxta molendinum pro molendo. Nunc autem flumen corrodit fundum Martini, quem habet vltra flumen ex opposito ad molendinum, & timeo verisimiliter, quòd aqua fluminis corrodens fundum illum Martini, currat ex parte illa, & deserat meum molendinum: potero agere contra Martinum, qui non curat munire ripam fluminis fundum suum contingentem, vt sinat me eam munire ad expensas meas, cùm mihi prosit, qui certo de damno vitando, & sibi nociturum non est.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, vt sinat dictum Actorem dictum parietem reficere ad expensas dicti Actoris, & delato à nobis iuramento dicto Actori, quòd iuraret expensas præsentis causæ vsque ad xx. sol. Turonen. & iurato per eum ad sancta Dei Euangelia, taxatione nostra prædicta præcedente, se expendisse prædictos xx. sol. Turon. occasione præsentis causæ, condemnamus prædictum Reum in prædictis xx. soli. Turonen. dandis dicto Actori pro prædictis expensis. 16

¶ Sed quid erit † de tali libello: Domine iudex, ego conqueror de Martino, quia Gaius in testamento suo legauit mihi c. si Martinus ascenderet in palatium Regis. Vnde cùm ipse nolit ascēdere, quod mihi prodesset, & ei non noceret, ago cōtra eū, vt ascendat &c. Dico, quod non procedit, 17

quia nullo modo cogetur ascendere: vt ff. de hære. insti. l. si quis Sempronium. & de leg. ij. l. j. & de condi. & demon. l. non nunquam. Ibi enim Actor certat de lucro captando: sed in prædictis septem exemplis Actor certat de damno vitando. quæ non sunt paria. Sed contrà, ff. ad Trebellianum. l. ille à quo. §. tempestiuum. vbi cogitur quis adire saltem officio iudicis. Sed illud est ibi, ad requęstam fideicommissarij vniuersalis. & est speciale. quod apparet, quia ad requestam singularium legatariorum non compelleretur quis adire, etiam si indemnitatem vellent repromittere: vt eo. tit. l. nam quod. §. fi. Item contrà, ff. de euic. l. in creditore. & solu. ma. l. ij. in princip. vbi quis cogitur ad id, ex quo damnum non sentit. Sed & ibi est speciale. ¶ Et est no-
18 tandum, quòd de natura † fundorum est, quòd ex quadam vicinitate vnus seruit alteri in aliquibus, siue se concernant de plano: vt ff. de aqua plu. ar. l. j. §. Neratius. siue se concernant secundùm superius & inferius: vt e. l. §. denique. & tunc hàbet locum in suis certis casibus aquę pluuiæ arcendæ actio. In prædictis autem septem exemplis est certum, quòd non potest habere locum ibi illa actio, nec directa, nec vtilis. & est etiam certum, nullam aliam dari, sed æquum est aliquam dari. Detur ergo hæc actio in factum ex varijs figuris causarum: vt ff. de præscrip. verbis. l. quoties.

¶ Sed fortè dicent aliqui, quòd prædicta septem exempla non procedunt: quia in iure non inuenitur, quòd in eis æquitas suadeat actionem dari. & consonat glo. in l. quoties. vbi adducit exempla, quæ in legibus scripta sunt. Sed credo, quòd procedit, suadente æquitate ex communi & vulgari opinione, & ex quadam connexitate, vel vicinitate rerum immobilium, vt vicinus euitet damnum fundi sui: quia in fundo conuicini sui nihil aut parum nociturum sit: vt argu. ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. item Varus. Et dicatur, quòd æquitas non scripta succumbit iuri cõmuni scripto. & sic intelligitur C. de legi. l. j. & de iudi. l. placuit. Dico, quòd satis apparet responsio, quòd hæc ęquitas vulgaris opinionis in prædictis septem exemplis non inuenitur reprobata in legibus, sicut aliàs quędam æquitas est reprobata, ff. mandati. l. inter causas. §. non omnia. & ff. qui & à quibus. l. prospexit. in prin. Immò in prędictis septem exemplis, nedum non est reprobata eorum ęquitas, immò est in iure satis admissa, & scripta in casu simili, propter connexitatem seu vicinitatem fundorum: vt in d. §. item Varus. de similibus autem ad similia procedi, & ius reddi debet: vt ff. de legi. l. non possunt. Sic etiam videmus, quòd in ferruminatis, quia deficit actio in rem, datur ex ęquitate actio in factum ex varijs figuris causarum ad æstimationem: vt ff. de rei ven. l. in rem actio. §. item quæcunque. & glo. trahit illam ęquitatem ad specificata, & sata, & plantata, & ad similia: vt in illis deficiente actione in rem, detur actio in factum ad ęstimationem ad instar ferruminatorum i vt no. Insti. de rerum di. §. cùm ex aliena. & ff. de rei ven. l. si frumentum. aliàs, idem Pomponius. §. de arbore. & de do. inter vi. & vxo. l. vtilem. & de acqui. re. do. l. adeò. §. cùm quis. & quod vi aut clàm. l. fi. in princi. Et in summa, credo † prædicta septem exempla procedere, 19
quia in eis certum est, nullam actionem dari. Aequitas autem suadet, eam dari ex quadam connexitate seu vicinitate fundorum, s. vt Reus patientiam pręstet aliquid faciendi in fundo suo, pro damno vitando in fundo vicino Actoris, dummodo in fundo vicino ipsius Rei nihil aut parum nociturum sit. & quia nedum † ista actio, immò & quędam aliæ dantur 20
vel competunt, cùm alia deficit: ideo vt iura sibi contrariari non videantur super hoc, possunt considerari octo, quæ sequuntur, s. vetustas, nouitas, certi conditionis generalitas, contractus dubietas, doli connexitas, culpę qualitas, amplectenda testamentorum firmitas, mentis legis considerata voluntas. Ex quibus satis poterit apparere, quamlibet earum habere suum locum proprium, & inter eas esse sufficientem differentiam.

Vetu-

21 Vetustas: quia † cùm ex lege veteri, s. xij. tabu. deficit actio, & æquum est eam dari: tunc datur hęc actio in tantum ex varijs figuris causarum. & sic debet intelligi ff. de præscrip. verb. l. quoties. Noui-
22 tas: quia † quando obligatio noua lege, s. post l. xij. tabu. introducta est, & deficit actio, tunc agitur condictione ex lege. vt
23 ff. de condi. ex le. l. vna. Certi † condictionis generalitas: quia cùm circa mutuũ deficit quandoque actio, & est æquũm eam dari: tunc agitur certi condictione generali: vt ff. de rebus cre. l. si me & Titium. ibi enim nõ habet locum hęc actio in factum. Attamen in ferruminatis, & similibus, pro quibus agitur hac actione in factum ad æstimationem, & sic ad certum dandum, fortè poterit agi etiã certi condictione generali: vt ff. de re. cre. l. certi cõdictio. in prin. Et si dicatur, quòd
24 illæ duæ † actiones non possunt concurrere: quia ista actio in factũ datur in subsidium, vbi alia deficit, seu vbi nulla alia competit. ergo &c. Potest dici, quòd ista actio in factum datur ibi primò in subsidium, & est ibi obligatio ex varijs figuris causarum, & ibidem & ex consequenti, quia est ibi certũ in illa obligatione, immiscet se & competit certi condictio generalis. Et eodem modo & eadem ratione potest dici, quòd in prædictis septem exemplis suprà positis, fortè potest habere locum condictio incerti: quia in eis agitur ad incertum, scilicet ad finẽdum.
25 Contractus † dubietas: quia tunc agitur præscriptis verbis actione, seu in factum ciuili: vt ff. de præscriptis verbis l. j. in fi-
26 ne. & l. sequenti. & se. Doli † cõnexitas: quia vbi dolus inuenitur cõmissus, tunc demum agitur actione de dolo, cùm alia deficit: vt ff. de dolo. l. ij. & l. iij. Item & quando deficit actio de dolo, ꝓpter qualitatem quarundam personarum, tunc agitur actione in factum, verbis temperanda, quæ potest dici subsidiaria actionis de dolo: vt ff. e. l. non debet. & est tũc illa actio ex maleficio, & ideo non habet
27 locum ibi hæc actio. Culpæ † qualitas: quia vbi inuenitur culpa, & non potest agi lege Aquilia, nec ex verbis, nec ex mente: vt quia datum est damnũ de non corpore in non corpus: tunc agitur actione in factum subsidiaria legis Aquiliæ. vt Insti. de lege Aqui. in fine. & quia tunc est ex maleficio, nõ datur hæc actio. Amplectenda testamentorũ † firmitas: quia 28
liberi ita demum admittuntur ad querelam inofficiosi testamẽti, si alio iure ad bona defuncti venire non possunt: vt Insti. de inoffi. testa. §. tam autem. Mentis legis † considerata voluntas: quia quando in aliqua materia datur certa actio, & 29
deficit directa: quia quandoque deficiunt: tunc ex mente legis datur quandoq; illa eadem vtilis: vt ff. de iurisdic. omni. iudi. l. si quis id. §. quòd si dum proponitur. & si quadru. paupe. fe. di. l. penult. cum similibus. ¶ Considerabit prædicta, qui voluerit. Ego autem cõsidero, quòd huius † actionis in factum, quæ est ex varijs figuris causarum, difficilis est mihi 30
cognitio & diffinitio: quia nõ potest sub certa regula comprehendi: sicut nec mora: vt no. Insti. de ac. §. actionum. Et fortè in prædictis † septem exemplis, & similibus, potest etiam habere locum officium iudicis. est enim latissimum: vt ff. 31
de iurisdi. om. iudi. l. j. & facit ff. de acq. hære. l. Aristo. & de dam. infecto. l. hoc amplius. in princip. vbi videtur notari, quòd ista actio extraordinaria & subsidiaria aliquando potest cõcurrere cum officio iudicis. & facit ff. de rei ven. l. j. §. per hanc. licèt sit contrà, ff. de ope. no. nun. l. in prouinciali. §. quòd si socius. & de dam. infec. l. si ædibus. & de mino. l. in causæ. ij. in prin. & l. quòd si minor. in fi. Sed prout in hac actione possunt dari exempla C. de sacrosan. ec. l. sancimus. j. & in ferruminatis, & in quibusdam ad instar ferruminatorum: ff. de rei ven. l. in rem actio. §. item quæcunque. non dicerem competere officium iudicis, licèt ex tunc fit ibi ex varijs figuris causarum: quia tunc datur ibi ista actio. quia deficit ibi actio, iuxta certam actionem, & in defectum certæ actionis, s. actionis in rem, quæ si ibi competeret, per officium explicari non posset. Sed in prædictis septem exemplis, & similibus, non datur

hęc actio in factū in locū seu in defectum alicuius certæ actionis: sed quia deficit simpliciter actio, & est æquū eam dari.

32 ¶Recepi † decem à creditore, & hypothecaui ei expresſè quēdam fundum, quem possidebam. deinde ille creditor sine vitio adeptus est possessionem fundi, nec causam habet à me. modò ego sum paratus sibi soluere illa x. Modò quæritur, qua via possum agere contra eum ad fundum? Ecce ipse non prætendit, nec prætendere potest, se habere aliquod ius in fundo illo, nisi solam hypothecam. nec possum agere pignoratitia: quia eum sibi non dedi in pignore. nec actione in rem: quia fundus non est meus, vel dominium probare non possum. nec aliquam aliam actionē habeo. Quidam dicunt, quòd æquum est, actionem dari, & quòd possit agi ista actione in factum. per prædictam l. quoties. ¶Tradi-
33 di † ex causa mutui Martino decem, quæ adhuc ipse tenet in sacco. ecce ego non possum agere certi condictione ex mutuo: quia pecunia non erat mea. tamen eam numeraui, nec mutuum est reconciliatum consumptione. nec possum agere actione in rem: quia pecunia non est mea, vel nō possem probare dominium. Dicunt quidam me posse agere hac acti-
34 one in factum. ¶Quēdam fundum † possedi bona fide & sine titulo per x. an. quē Martinus modò possidet sine vitio & sine titulo, nec aliquod ius ibi habet. Ecce ego non possum agere Publiciana: quia nullum titulum ibi habui, nec aliquam aliam actionem habeo. Sed quia dictum fundum x. an. possedi, æquum est mihi dari actionem. & sic dicunt quidam, ꝙ ego potero agere hac actione in factum ad restitutionem dicti fundi. Prædicti
35 tres † casus viderentur de iure procedere, si in iure scripto inueniretur aliqua æquitas, quæ suaderet actionem dari, quia quòd fortè benè nō inuenitur, cessat. nec potest dari hæc actio, & esset recurrendum ad Principē. vt C. de legi. l. j.

RVBRICA CXXV.
De petitione hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus petitionis hæreditatis quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nume. 2.*

3 *Hæreditatis petitione non agitur, nisi contra tenentem & possidentem. Quod fallit, vt ibi.*

4 *In petitione hæreditatis, cùm sit vniuersale iudicium, in libello res declarari specificando non oportet.*

5 *Possessio simplex sicut parit actionem in rem: ita possessio modificata pro hærede, vel pro possessore, hæreditatis petitionem parit. Et an in libello simpliciter ponere sufficiat, quòd Reus hæreditatem possideat. Et an petitio hæreditatis detur contra titulo possidentem.*

6 *Hæreditas viuentis non est.*

7 *Petitione hæreditatis vt quis agat, eū hæredem factum esse oportet, & quòd pro hærede se gerat, aut eius voluntatem aliquo modo esse declaratam.*

8 *Hæreditas ad nos pertinet, ex testamento, vel ab intestato.*

9 *In petitione hæreditatis generaliter proposita, an videatur vna petitione apprehendi omnis causa, ex qua quis hæres esse potest. & si Actor succumbat, exceptionem rei iudicatæ patiatur in omni alia. Et si in libello proponat causam ex testamento, & succumbat, an ad causam ab intestato regressum habeat, & econtrà.*

Petitio hæreditatis ex testamento, & ab intestato, an electione tollantur.

10 *Hæres quis ex asse, vel ex parte sit, id exprimere in libello debet, vt expensarum condemnationem euitet.*

11 *Petitionem hæreditatis proponens, an rectè agere dicatur. Et qualis hæc sit actio. nu. 15*

12 *Sentētia prolatio, & alia, quæ sunt de processu, ex officio iudicis sunt.*

13 *Officio iudicis opus est, vbicunque intentatur actio, quia spontanea solutio non celebratur, secundum Placentinum.*

14 *In petitione hæreditatis sententia fertur ad instar*

instar actionis in rem, in qua declaratur Actor dominus.

16 *Sub petitionis hereditatis iudicio vniuersali veniunt fructus, & pleraque alia, licèt de his in libello mentio non fiat.*

17 *Heres si adeptus fuit semel possessionē alicuius rei hereditarie, & à possessione cecidit, an posteà ad illam rem petitione hereditatis agere possit.*

18 *Sentētiæ formula in petitione hereditatis.*

19 *Sententia in petitione hereditatis licèt generaliter nulla re specificata ferri possit, melius tamen est, eas in processu causa specificare, vt executio sit promptior.*

20 *Fratres duo fuerunt, qui eodem nomine nuncupabātur. hi generant filios, qui adeò similes fuerunt, vt nec pater, nec mater vnum ab altero discernere posset, & eodem nomine nuncupati sunt. tandem ambo iuerunt Bononiam studiorum causa. vnus ibi mortuus est, alter rediit, mortuisque prædictis fratribus vult venire ad hereditatem vtriusque fratris: quæsitū fuit, quid iuris? Et econtrà, si duo agunt insolidum ad hereditatem alicuius defuncti, & æqualiter probent. nu. 21. Et quid, si duo agunt insolidum actione in rem. Et quid in possessorio vti possidetis. nu. 22.*

23 *Mulierem vnam si duo in vxorem petant, & æqualiter probent, cui danda sit.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd dictus Reus tenet & possidet pro herede, vel pro possessore, hereditatem Ioannis Pataonis iam defuncti, cuius Ioannis dictus Actor est hæres ex asse. Vnde cū dictus Reus dictam hereditatem dicto Actori restituere contradicat, agit cōtra eum dictus Actor, vt sibi dictam hæreditatem restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Actorem esse heredem dicti Ioannis ex asse per vestram sententiam declaretis, & dictum Reū, vt dicto Actori prędictam hereditatē restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatum ad restituendū iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas occasione præsentis causæ factas, & protestatur de faciendis, quas omnes declarabit suo loco & tempore, prout fuerit rationis. implorans vestrū officium, domine iudex, in prędictis & prædicta tangētibus, prout in eis est, vel de iure fuerit implorandum. ¶Probatur Insti. de ac. §. actio- 2 num. & ff. de peti. hęre. l. j. ij. & iij. & l. regulariter. Rectè dicitur, quòd Reus tenet & possidet &c. alioquin † nō ageretur 3 petitione hæreditatis, nisi fortè Reus se offerret liti. vt ff. e. l. qui se liti. Vel nisi Reus desijsset dolo possidere. vt ff. e. l. nec vllā. §. fi. & l. etiam. §. non solùm. & §. se. Attamē & si nihil possideret Reus, nec se liti obtulisset, nec dolo desijsset possidere, si tamē aliquid inueniretur possidere de hęreditate tēpore sententiæ, ipse condemnaretur. vt ff. e. l. iiij. & l. quòd si in diem. in prin. & l. item videndū. §. si quis cùm peteretur. & l. si quo tempore. aliàs absolueretur Reus. vt ff. de excep. rei iudi. l. si à te. in prin. super quo incūbit probatio Actori. vt ff. de peti. hæ. l. regulariter. & de proba. l. ij. ¶Item rectè dicitur generaliter seu vniuersaliter, quòd possidet † hęreditatem, nō specificando res: 4 cùm enim petitio hęreditatis sit vniuersale iudicium: vt ff. de peti. hære. l. item videndum. in fi. & de rei ven. l. j. in prin. nō oportet res in libello declarare. & no. ff. de eden. l. j. in prin. ¶Itē rectè dicitur, quòd possidet † pro hęrede, vel pro posses- 5 sore. vt ff. de peti. hæredi. l. regulariter. quia sicut simplex possessio parit actionē in rem: vt C. de alie. iudi. mu. causa facta. l. vna. sic possessio modificata, pro hærede, vel pro possessore, parit petitionem hæreditatis. & sic nota. C. de petiti. hęredi. l. cogi possessorē. Sed fortè sufficeret ponere in libello simpliciter, quòd Reus possidet hæreditatem, & quòd posteà Reus, repellendo Actorem, opponeret, & probaret sufficientem titulum. vt C. in quibus cau. ces. longi tempo. præscri. l. hæreditatem. quandoque etiam datur contra titulo possidentem, & sic contra eum qui non possidet pro hærede, nec

pro

pro possessore: vt ibi nota. ¶Item rectè dicitur, Ioannis iam defuncti. viuentis
6 † enim non est hæreditas. vt ff. de verbo. signi. l. nihil aliud hæreditas. & de acquirenda hæredi. l. neminem. & de hęredi. vel act. vend. l. j. ¶Item rectè dicitur,
7 cuius Actor † est hæres: oportet enim, q fit factus hæres, gerendo pro hærede. sufficit etiam sola volũtas aliquo modo declarata. vt Institu. de hære. qua. & dif. §. item extraneus. & §. seq. quæ voluntas est satis declarata in prædicto libello: cùm idem Actor asserat se hæredẽ, quod sufficit. & facit ff. de acquiren. hæ. l. per procuratorem.

¶Item est notandum, quòd hæreditas
8 † pertinet ad nos, ex testamento, vel ab intestato. vt ff. de peti. hære. l. j. ij. & iij. &
9 in prædicto † libello, quia nulla causa est ibi specificata, sed generaliter est ibi ꝓpositum, quòd Actor est hæres: videtur vna petitione apprehẽdi omnis causa, ex qua dictus Actor potest esse hęres dicti Ioannis, siue ex testamento, siue ab intestato. vt ff. de excepti. rei iudi. l. & an eadem. §. actiones. & l. ex sextante. in princ. Et si vnã de prædictis causis prosequatur Actor in processu causæ, & succũbat: ipse patietur exceptionem rei iudicatæ, nedum in causa, quam prosecutus fuerit, immò & in omni alia. Si autem in libello proposuisset causam ex testamento, & succumberet: ipse haberet regressum ad causam ab intestato, & econtrà: vt ibi. regulariter enim ad aptam actionẽ quis potest redire. vt ff. si mens. fal. mo. dixe. l. j. Nec enim prædictæ actiones, s. petitio hæreditatis ex testamento, & petitio hæreditatis ab intestato, electione tollũtur: nisi in casu certo, s. vbi quis inniteretur & ageret ex testamento alicuius scripto, vel non scripto, & ageret directò petitione hæreditatis ex illo testamento: quia si succumberet, & vellet agere ex eodẽ testamẽto tanquam ex codicillis, & sic per obliquum, s. ex causa fideicommissi, fortè fideicõmissaria hęreditatis petitione, vel alio modo, ab intestato, ex eadẽ scriptura seu ex eodem testamento, nõ permitteretur sibi. quia nec insimul illę duæ actiones proponi possunt, & quia electione tolluntur: vt C. de codicil. l. vlti. nisi in casu ibi excepto, s. in §. si quis verò ex parentibus. Et hæc est ipsa veritas. & not. in prædicta l. in princ. & idem notauit dominus Azo in Summa sua, C. de codicil. Licèt in quibusdam de prędictis Pla. dixerit contrà, in Summa sua, eo. tit. & glo. ff. de excep. rei iudi. l. ex sextante. in princi. & domini Rofredus, & Iohannes de Blonosco, & quidam alij in libellis, quos formauerunt. Illi enim, vt credo, non benè dixerunt: quia cuilibet est consulendum, petenti suum. vt ff. de eo quod certo loco. l. j. Item nulla lex dicit, quòd indistinctè petitio hęreditatis, quę competit ex testamento, & quæ competit ab intestato, electione tollantur. & erubescimus, cùm sine lege loquimur: vt in cor. de trien. & semis. §. cõsideremus. col. iij. Item l. fin. C. de codicil. stet in finibus suis, & sufficit. ¶Item rectè dicitur, hęres † ex asse, si veritas est: quia si es- 10
set hęres ex parte, expediret illud dicere in libello: quia tunc non obtineret, nisi in illa parte: vt ff. de peti. hære. l. licèt minimã. in fi. & si pars hære. pet. l. j. in princ. & si dicat ex asse, cùm sit ex parte, nocebit sibi in expensis: quia victus inquantum dicitur, condemnatur in expensis: vt C. de iudi. l. properandum. §. sin autem alterutra. & de hoc suprà in tit. de actio. ex locato. ¶Item rectè dicitur, agit † dictus 11
Actor &c. vt ff. si pars hęredi. pet. l. j. in princ. & C. de codicil. l. fi. in princ. & ff. de bo. pos. l. iij. §. bonorum. in glo. Quidam tamen dicunt, quòd hæc actio est mixta: vt C. de peti. hære. l. hæreditatis. ponunt ibi: Quare petitionem suam dirigit Actor contra dictum Reum &c. ar. ff. de actio. & obli. l. actio in personam. & satis benè stant ibi illa verba, sed non est necesse ea apponi. Sufficit enim dicere, agit dictus Actor &c. vt statim probatum est. actio etiam personalis, dicitur persecutio: vt Instit. de excep. in princ. ¶Item rectè dicitur, & petit à vobis dicto domino iudice &c. vt ff. de excep. rei iudi. l. si à te. in princ. & l. ex sextante. in prin. & hoc habet etiam in se nomen actionis ipsius,

ipsius, s. hæreditatis petitio. Quidam tamen ponunt ibi, vobis dicto domino iudici supplicando &c. & satis competen-
12 ter stant ibi illa verba: quia prolatio † sententiæ, & alia, quæ sunt de processu, sunt ex officio iudicis. Pla. enim dixit, quòd
13 vbicunque intentatur † actio, quia spontanea nō celebratur solutio, opus est officio. Attamen sufficit dicere, & petit &c. quia verbum, petere, est valde generale.

¶Item rectè petitur declarari, Actorem esse hæredem: quia & sic fertur sententia
14 † in petitione hæreditatis. vt in prædicta l. si à te. in prin. ad instar actionis in rem, in qua declaratur Actor dominus. vt ff. de procura. l. Pomponius. §. sed & is. & de rei vendi. l. & ex diuerso. §. j. Petitio
15 † enim hæreditatis, vocatur actio in rem: vt ff. de peti. hære. l. sed & si lege commissoria. §. petitio hæreditatis. & de rei vendi. l. sin autem. §. sed & is. licèt propter quasdam personales præstationes dicatur mixta actio: vt C. de peti. hæredi. l. hæreditatis petitionem.

¶Et est notandum, quòd in prædicto
16 libello nō fit mentio † de fructibus: quia illi veniunt sub vniuersali iudicio hæreditatis petitionis. Fructus enim augent hæreditatem, intantum, quòd eadem petitione hæreditatis petuntur, qua & aliæ res hæreditariæ: vt ff. de peti. hæredit. l. item veniunt. §. fructus. & C. e. l. ij. Item res, quarum periculum ad defunctum pertinuit. Item res, in quibus defunctus retentionem habuit. Item augmentum, quod accreuit hæreditati: & multæ aliæ res, quarū defunctus dominus non fuit, veniunt in petitione hæreditatis. vt ff. e. l. & non tantùm. & l. item veniunt. cum similibus. & facit ff. de verbo. signi. l. nihil aliud est hæreditas. & C. de edicto diui Adriani tol. l. vlti. circa principium.

17 ¶Item est notandum, quòd si hæres † adeptus fuit semel possessionem alicuius rei hæreditariæ, & cecidit à possessione, ipse posteà ad illam rem petitione hæreditatis agere non poterit: vt ff. de peti. hæredi. l. & non tantùm. §. quòd si pro emptore. & no. ff. de fideicommis. peti. hæredi. l. si.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 18
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Actorem esse hæredem ab iste dicti Ioannis Patonis iam defuncti. & condemnamus dictum Reum, vt hæreditatem dicti Ioannis dicto Actori restituat. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. sol. Turo. dandis dicto Actori pro expensis præsentis causæ, quos c. sol. Turo. dictus Actor, delato ei à nobis iuramento, taxatione nostra præcedente, iurauit se expendisse occasione præsentis causæ.

¶Et quòd ita generaliter, † nulla re 19
specificata, possit ferri in petitione hæreditatis, no. Instit. de actio. §. curare. C. de sen. quæ sine certa quanti. l. ij. & credo, quòd esset melius, quòd res, quæ in petitione hæreditatis veniunt, & ad quas sibi restituendas Actor intendit, fuissent in processu causæ specialiter declaratæ & probatæ, vt executio, quæ fiet per officium iudicis, vt ff. de peti. hære. l. licèt minimā, esset magis prompta: aliàs oportebit in executione sententiæ eas declarare, & probare eas Reum habuisse, saltem tempore latę sententiæ. nec credo, quòd debeat fieri executio in rebus hæreditarijs, quas principaliter post sententiam dictus Reus incepit possidere. ff. de pe. hæ. l. si quo tempore. & de pecul. l. quæsitū. in princ. cum similibus. immò super illis esset formandus libellus de nouo: vt ff. de excep. rei iud. l. si à te. in prin. & de pecu. l. quæsitum. §. is, qui semel. ¶Duo fuerūt fratres † qui eodem nomine nuncupabātur. 20
hi genuerant filios, qui adeò similes fuerunt, vt nec pater, nec mater vnum ab altero discernere posset, & eodem nomine nuncupati sunt. tandem ambo iuerunt Bononiam causa studiorum. vnus ibi mortuus est, alter redijt, mortuisque prædictis fratribus, vult venire ad hæreditatem vtriusque fratris. quæsitū fuit, quid iuris? Quæstio fuit Sabbatina domini Azonis. arguit pro & contrà. finaliter Azo declarādo quæstionem dixit ita: Io. dixit, de iure scripto, illam hæredita-

tem, de qua magis videbitur, eidem restituendam. sic de prędicta quęstione fit mentio ff.de adimen.le.l.iij.§.si duobus; & multi transeunt ibi, qui nunquam audiunt formari quęstionē istam. ¶Econ-
21 trà, † si duo agūt insolidum ad hęreditatem alicuius defuncti, & æqualiter probent? credo, quòd de æquitate debet eis restitui hæreditas communiter pro indi-
22 uiso. Idem dico † de fundo, si duo agunt insolidum actione in rem. Sed in possessorio vti possidetis pro possessione fundi turbata esset aliud: quia iudex deberet abstinere à iudicādo: vt no.C.vti pos.
23 l.vna. ¶Sed si duo † petant vnam mulierem in vxorem, & æqualiter probarent, videtur, quòd detur ei, in quem mulier consentiet. & si non vult, detur meliori. & si æquè sunt per omnia pares, tūc forte detur alteri: vt not. extrà de testi. c. in nostra. Sed secundùm prędicta fortè qui maritus non est, habebit alienam vxorem, quod esse non debet, & ideo melius esset à tali inductione abstinere, nisi Papa dispensaret, vel nisi expressè conderet decretalem super eo, quod in illa glos. continetur.

RVBRICA CXXVI.
De bonorum possessoria hæreditatis petitione.

SVMMARIVM.

1 Libellus bonorum possessoriæ hæreditatis petitionis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.

3 Vir succedit vxori ab intestato, nullis parentibus, nullisq; liberis relictis, deficiente etiam omnium agnatorū & cognatorum ab intestato successione.

4 Bonorum possessio Vnde vir & vxor infra centum dies vtiles peti debet. Et an hodiè eam coram iudice agnoscere sufficiat.

5 Agenti bonorum possessoria hæreditatis petitione necesse est, quòd Reus teneat & possideat pro hærede, vel pro possessore, hæreditatem vxoris suæ defunctæ. Et Actor petit se declarari bonorū possessorium hæredem.

6 In libello bonorum possessoriæ hæreditatis petitionis res aliquas specificare & fructus specialiter petere necesse non est. Nec in sententia.

7 Sententiæ formula in bonorum possessoriæ hæreditatis petitione.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit 1
& proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd domina Maria de castello Mutionis legitima vxor dicti Actoris, cōstante matrimonio inter eos decessit ab intestato, nullis parentibus, nullisq; liberis relictis, deficiente etiam omnium agnatorum & cognatorū ab intestato successione. Itē dicit & proponit dictus Actor, quòd ipse infra tempus legitimū agnouit coram iudice competenti bonorum possessionem Vnde vir, volens succedere prędictę vxori suę defunctæ. Item dicit & proponit, quòd dictus Reus tenet & possidet pro hęrede, vel possessore, hęreditatem & bona dictę vxoris suę defunctæ. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Actorem esse bonorum possessoriū hęredem dictę vxoris suę defunctæ, per vestram sententiam declaretis, & dictū Reum, vt dicto Actori prędicta bona seu hęreditatem dictæ vxoris suæ defunctæ restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatū &c.

¶Probatur † Insti.de actio.§.actionū. 2
& ff.de bo.pos.l.iij.§.bonorum.in glo.& quis or.in bo.pos. serue.l.j.in prin. Item specialiter probatur † prima pars libelli, 3
s. quomodo vir succedit vxori, C. vnde vir & vxor.l.vna. & ff.e.l.vna. Item secunda pars libelli, s. quòd prędicta † bo- 4
norum possessio infra certum tempus, s. infra centum dies vtiles, debeat peti, & quòd hodiè sufficiat eā agnoscere coram iudice, probatur ff.de suc.edicto.l.j.§.si intra.& C.qui admi.ad bo.pos.l.ij.& l.si.
Item tertia pars libelli, s. quòd Reus
† possidet &c. & quòd Actor petit se de- 5
clarari bonorū possessorium hęredem, nec est necesse † res aliquas specificare in 6
libel-

libello, nec in sententia, nec in libello fructus specialiter petere, cũ sub vniuersali iudicio vtilis petitionis hæreditatis veniant: apparet ex his, quæ dicta sunt suprà in præcedenti libello. & facit ff. de bonorum possess. hære. pe. l. j. & ij. & de bono. pos. l. j. ij. & iij. in prin. & de regu. iur. l. prætor.

SENTENTIA.

7 CVM dictus † Petrus sufficiẽter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis declaramus, dictum Actorem esse bonorum possessoriũ hæredem dictæ dominæ Mariæ vxoris suæ defunctæ. & condemnamus dictum Reum, vt bona & hęreditatem prędictæ Marię iam defunctæ dicto Actori restituat &c. ¶ Recurratur ad ea, quæ dicta sunt suprà in pręcedenti libello.

RVBRICA CXXVII. De fideicommissaria hæreditatis petitione.

SVMMARIVM.

1 *Libellus fideicommissaria hæreditatis petitionis quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Fideicõmissaria hæreditatis petitio locum habet, quando testator in testamento verbis precarijs vsus est. Nam si directis, directa hæreditatis petitio locum habet.*

4 *Inter verba fideicõmissi & verba directa, quæ differentia sit.*

5 *Fideicommissarius hæreditatem adiens, quando quartam Trebellianicam retineat, quando non.*

6 *Hæres restituere rogatus, quartam suam in singulis rebus habet pro indiuiso.*

7 *In fideicommisso si non fuit dies, nec conditio apposita, hæres statim adita hæreditate fideicommissum restituere debuit. Et quid in filio à patre rogato.*

8 *Hæres fideicõmissarius licèt si decedat cedente die fideicommissi, ius fideicommissi ad hæredem suum transmittat, non habet tamen ius in rebus hæreditatis, nisi verbo saltem sibi hæreditas restituta fuerit.*

9 *Fideicõmissaria hæreditatis petitione agere non potest, si postquàm hæreditas realiter restituta fuit, fideicommissarius à possessione caderet.*

10 *Hæres non errans, si restituit totam hæreditatem, quartam Trebellianicam amittit. Et quid in restitutione operentur verba, Salua quarta.*

11 *Petitio hæreditatis fraternizat cum fideicommissaria hæreditatis petitione, & multa, quæ ibi dicta sunt, hic repetenda.*

12 *Rogatus restituere, officio iudicis adire cogitur.*

13 *Hæres si spontè adijt, & restituere recuset, actione ex testamẽto restituere cogitur. Et quando fideicommissaria hæreditatis petitione agatur, & quando hæc cesset. Et q̃d, si alter ꝓ hærede, vel ꝓ possessore possideat.*

14 *Hæreditatem restituere si aliquis sub conditione rogatus fuerit, & interim fructus percipiat, in quibus illos computare necesse habeat, in quibus non.*

15 *Hæres an de rebus hæreditarijs ad requestam fideicommissarij pendente conditione inuentarium facere teneatur. nu. 19.*

16 *Hæres an adueniente die, vel conditione, de reb' hæreditarijs rationẽ reddere teneatur*

17 *Hæres rogatus restituere, fideicommissario cum fideiussoribus satisdare tenetur, aliàs in possessionem rerum fit missio. Item fideiussor, cur, & qualis accipiatur. nu. 18.*

20 *Hæres, si compulsus adire, adijt, hæreditatis omni commodo arcetur. Quod fallit in casibus, vt ibi.*

21 *Hæres rogatus, etiam si hæreditatem repudiet, per fideicommissariũ adire cogitur. Et quid in hæredis hærede.*

22 *Hæres restituere rogatus, qui compulsus adijt, an posteà pœnitere possit, & dicere, quòd ei placeat.*

23 *In dispositione vltimæ voluntatis super vniuersitate patrimonij facta, quadam verba directa sunt, quadam obliqua seu fideicommissaria.*

CORAM vobis domino iudi-
1 ce † Montis Pessulani, dicit &
proponit in iudicio Petrus
contra Martinum, quòd Titi-
us in sua vltima volũtate Ga-
ium hæredem suum vniuersalem & vni-
cum sibi instituit, & rogauit eum per fi-
deicommissum, vt hæreditatẽ suam re-
stitueret dicto Actori. Item dicit & pro-
ponit dictus Actor, quòd dictus Gaius
hæres institutus, mortuo dicto Titio,
spontè adijt hæreditatem, & eam verbo
dicto Actori restituit, s. dicendo: Petre,
hæreditatẽ Titij, quam rogatus sum tibi
restituere, tibi restituo, salua quarta Tre-
bellianica mihi debita. Item dicit & pro-
ponit, quòd dictus Martinus possidet ꝓ
hærede, vel possessore, prædictam hære-
ditatẽ Titianam. Quare agit dictus Actor
contra dictum Reum, & petit à vobis di-
cto domino iudice, vt dictum Actorem
esse fideicommissarium hæredem dicti
Titij defuncti pro tribus partibus hæ-
reditatis eius, per vestram sententiam
declaretis. & dictum Martinum Reum,
vt prædictas tres partes hæreditatis pro
indiuiso eidem Actori restituat, senten-
tialiter condemnetis, & condemna-
tum &c.

2 ¶Probatur † Insti. de ac. §. actionum.
& de fideicommis. hære. §. in primis. &
§. prætereà. & ff. de fideicommis. hæ. pe.
3 l. j. ¶Rectè dicitur, rogauit † restituere.
Aliud enim esset, si per verba directa di-
xisset in testamento, s. Petrus hæres esto:
quia tunc haberet locum directa hære-
ditatis petitio, de qua superiùs dictũ est.
Sed in codicillis illa verba directa trahe-
rentur ad fideicommissum: vt ff. ad Tre-
4 bel. l. Scæuola. Et est † differentia, inter
verba fideicommissi & verba directa.
Quia vbi sunt verba fideicommissi vni-
uersalis ab hærede vniuersali relicti, hæ-
res regulariter detrahit quartam: & hæ-
res fideicommissarius non habet ius re-
gulariter in hæreditate, donec saltem sibi
verbo per hæredem fuerit facta restitu-
tio. Sed vbi sunt verba directa, tunc non
habetur hæreditas per manum alterius,
nec ab alio aliqua quarta retinetur: sed
statim adita hæreditate omnia iura in ta-
lem hæredem transeunt: vt ff. de acquir.
pos. l. cùm hæredes. in principio. ¶Item
rectè dicitur, quòd Gaius † spontè adiuit: 5
quia si compulsus adiuisset, tunc non re-
tineret quartam Trebellianicam: vt ff. ad
Trebelli. l. nam quod. §. qui compulsus.
& tũc formaretur libellus ad totam hæ-
reditatem. Item, si testator prohibuisset
quartam Trebellianicam detrahi: quia
benè valeret hodiè talis prohibitio. vt
no. Institu. de fideicommis. hæred. §. sed
quia stipulationes. & meliùs in corpo. de
hæred. & Fal. §. si verò expressim. colla. j.
& illa est veritas: licèt notetur contrà, C.
ad leg. Falci. l. si vt allegas. & authen. sed
cùm testator. e. ti. ¶Item rectè agitur † ad 6
tres partes pro indiuiso arg. ff. si pars hę-
redi. pe. l. j. in princi. & §. j. Hęres enim in
singulis rebus habet quartam suam pro
indiuiso. vt ff. ad Trebel. l. si legatus. §.
multùm. & no. eo. tit. l. Marcellus. §. res.
Item, quia in prædicto fideicommisso
† non fuit dies nec cõditio apposita: ideo 7
statim adita hęreditate debuit hæres re-
stituere fideicommissum: vt ff. de con-
di. & demonstra. l. j. in princip. & de leg.
ij. l. omnia. in princ. etiam si filius esset
rogatus à patre: vt notatur ff. ad Trebel.
l. ex facto. §. si quis rogatus. & C. de fi-
deicommissis. l. cùm acutissimi. ¶Item
rectè dicitur, quòd verbo fuit tantùm
restituta hæreditas pro tribus partibus.
Hæres † enim fideicommissarius, licèt 8
si decedat cedente die fideicommissi,
ipse transmittat ius fideicommissi ad
hæredem suum: vt de hoc ff. ad Tre-
bellian. l. apud Iulianum. §. vtrùm au-
tem. & l. Seius. Attamen ipse non ha-
bet ius in rebus hæreditatis: nisi saltem
verbo sibi restituta fuerit hęreditas: vt
ff. e. l. restituta. in prin. & l. facta. in prin-
cip. nisi in casibus exceptatis C. e. l. pe-
nul. §. cùm autem. Item, si fuisset † rea- 9
liter restituta hæreditas, postmodum
pro rebus restitutis, si ille fideicommis-
sarius caderet à possessione, ipse non pos-
set agere fideicommissaria hæreditatis
petitione: vt notatur ff. de fideicom hæ-
redi. peti. l. fin. ¶Item rectè dicitur, sal-
ua

10 na quarta Trebellianica. Si enim † hæres non errans restitueret totam hæreditatem, ipse amitteret quartam : vt C. ad leg. Falcid. l. error. & ff. ad Trebel. l. hæres. & l. si hæres ab eo. §. fi. & ff. quor. leg. l. j §. quod ait prætor. & de reg. iur. l. cuius per errorem. sed per verbum, Salua quarta &c. retinuit ius suum in quarta. arg. ff. quibus modis pig. vel hypothe. sol. l. si debitor. §. j. ¶ Item rectè dicitur, quòd
11 Martinus † possidet pro hærede &c. & petit declarari &c. & de fructibus, quomodo veniant iure actionis, & quòd non oportet res declarari in libello, & de multis alijs recurratur superiùs in titulo de peti. hæredit. fraternizant enim istæ actiones : vt ff. de fideicommissaria hære. petiti. l. ij.

¶ Item est notandum, quòd rogatus
12 † restituere, cogitur adire officio iudicis: vt ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. tempesti-
13 uum. Item, si hæres † spontè adijt, & recuset restituere, ipse cogetur restituere actione ex testamento: nec enim agitur fideicommissaria hæreditatis petitione contra aliquem, donec hæreditas fuerit restituta, saltem verbo, vel habita pro restituta. sed restitutione reali facta, cessat fideicommissaria hæreditatis petitio pro restitutis, vel aliàs iam possessis. Sed si restitutio facta fuerit verbo tantùm, & hæres res hęreditarias adhuc possideat, poterit agi contra hæredem actione ex testamento, cùm eas plenè non restituerit. Non autem poterit agi contra hæredem petitione hæreditatis fideicommissaria. vt ff. de fideicommis. hære. pe. l. fi. §. sciendum est, hanc actionem. Glossa tamen ibi intelligit, quòd non agitur tunc contra hęredem, tanquam contra illum, qui pro hęrede possideat: quia nō possidet tunc pro hęrede rem, quam ad alium transtulit: sed benè potest agi contra eum tunc tanquam contra possidentem pro possessore. Sed durum est ab illo §. recedere, qui ita indistinctè loquitur. Si autem quidam alter possideat pro hærede, vel pro possessore, restituta hæreditate verbo ab hęrede, vel ea habita pro restituta : poterit agi contra possessorem fideicommissaria hęreditatis petitione. Est enim fideicommissarius, hęres vniuersalis restituta sibi hęreditate, hæres vtiliter seu in effectu: vt ff. quod cum eo qui in ali. po. l. si filius. & Instit. de fideicommis. hære. §. restituta.

¶ Item est notandum, quòd si aliquis † rogatus fuerit sub conditione restituere 14 hæreditatem, si interim percipiat fructus, illi non venient in restitutione: vt ff. ad Trebel. l. in fideicommissaria. in prin. Attamen illos fructus hæres computabit sibi in quartam, & in quartæ fructus: vt ff. e. l. mulier. §. si hæres. Sed fallit C. e. l. iubemus. Item hæres computat sibi illos fructus in eo, quod testator sibi debebit: vt ff. ad leg. Fal. l. quod de bonis. §. quod auus. vel in id, quod quasi sibi debebat: vt ff. ad Trebel. l. mulier. §. cùm proponeretur. in fi. Item restituit eos loco rerum, quę perierant: vt ff. e. l. scribit Celsus. ¶ Item, interim pendente † condi- 15 tione, credo, quòd ad requęstam fidei- *Vide Guidonem Pap. q. 351.* commissarij, officio iudicis res hæreditariæ debebunt poni seu redigi in scriptura, quasi in inuentario quodam. Malitijs enim hominum obuiandum est. arg. ff. de rei ven. l. in fundo. Item fideicōmissario prodest, & hęredi non nocet. ergo illud debet obtinere: vt ff. de aqua plu. ar. l. ij. §. item Varus. & de euic. l. in creditore. & C. de liberali cau. l. sicut datam. Item, adueniente † die, vel conditione, hæres 16 tenetur reddere rationem de rebus hęreditarijs: vt ff. de condi. & demon. l. cùm tale legatum. §. quid ergo. & ad Trebel. l. mulier. §. sed enim. Bonum & ęquum est ergo, statim scire, quid est illud, seu quæ sunt res, super quibus debebit reddere ratione. & facit ff. de iudicijs. l. in omnibus. Item, hæres † rogatus restituere, te- 17 netur satisdare cum fideiussoribus fideicommissario: aliàs fit missio in possessionem rerum: vt ff. vt le. vel fideicom. ser. cau. ca. l. j. in prin. Fideiussor † autem ac- 18 cipitur, vt si principalis non sit soluendo, saltem recuperetur à fideiussore : vt ff. si cui plus, quàm per leg. Fal. l. j. §. hæc stipulatio. & Insti. de fideiuss. in principio. Item, fideiussor accipitur locuples, pro

rei qualitate, super qua accipitur: vt ff. qui satisda. cogan. l. si verò. §. j. Oportet
19 † ergo declarari, & scire res hæreditarias, & qualitatem earum: aliàs fideiussores non possent rectè recipi. Et hęc est ipsa veritas, si fideicommissarius hoc requirat à iudice, scilicet quòd fiat recognitio seu quasi quoddam inuentarium rerum hæreditariarum: licèt aliàs audiuerim super hoc dubitari. sed nõ est dubitandum, per rationes supradictas.

20 ¶ Item est notandũ, quòd hæres † compulsus adire, si compulsus adijt, ipse arcetur omni commodo hęreditatis: vt ff. ad Trebel. l. quia poterat. Fallit, si legatum fuit sibi aliquid, si hęres non esset: quia tunc fideicommissarius cogens primò debebit ei illud legatum offerre: vt ff. e. l. apud Iulianum. in prin. Item fallit, si ab vno ex fideicommissarijs hæres fuit tantùm compulsus pro parte sua: quia ipse tunc poterit retinere ab alijs quartam: vt ff. eo. l. cogi. §. idem Martianus. Item fallit, si post coactionem & ante restitutionem percepit fructus sine mora sua: quia tunc non tenebitur restituere: vt ff. eo. l. ita tamen. §. j. Item fallit, quia retinebit iura sepulchrorum: vt ff. e. l. quia perinde. §. j. & quædam alia, de quibus ibi notatur.

21 ¶ Item est notandum, quòd hæres † rogatus, etiam si repudiet hęreditatem, ipse cogetur adire per fideicommissarium: vt ff. e. l. nam quod. §. j. Sed hæredis hæres non compellitur adire: quia nec posset adire: vt ff. e. l. ille à quo. §. j. in fi. nisi hæres transmisisset aliquod ius deliberandi ad hæredem suum: quia tunc hæredis hęres cogeretur adire, si esset infra illud tempus. de quo tempore habetur C. de iure deli. l. cùm antiquioribus. vt & no. C. de fideicommis. l. eam, quam. licèt strictiùs no. de hoc. ff. de fer. l. ij. in fi.

¶ Item est notandum, quòd qui com-
22 pulsus † adijt, posteà pœnitere non potest, & dicere, quòd placet ei. vt ff. ad Trebel. l. nam quod. §. qui compulsus.

¶ Et quia facta est mentio de verbis directis & obliquis, est notandum, quòd
23 super dispositione † vltimę voluntatis super vniuersitate patrimonij facta quædam verba sunt directa, quędam obliqua seu fideicommissaria.

RVBRICA CXXVIII.
De verbis directis.

SVMMARIVM.

1 In testamentis directa verba, secundũ propriam significationem, quæ sint, & quomodo concipiantur.

2 Institutiones directæ in testamento valido factæ, an & quando trahantur ad fideicommissum.

3 Verbum, Substituo, in testamento valido, circa vniuersi patrimonij dispositionem positum, an se semper ad directam habeat substitutionem. Et quid de verbo, Sit hæres, & de verbo, Hæredem instituo.

4 Verba directa, si ponantur in codicillis, vel in testamento quod iure codicillorum valeat, iure directo valere non possunt. Quod fallit, vt ibi. Et quid de verbo, Substituo. nume. 5.

DIRECTA verba † sunt, secundùm suam propriam significationem, cùm in testamento dicitur: Petrus hæres esto. Petrus sit hæres. Petrus erit hæres. Petrum hęredem facio, vel esse volo. Petrum hæredẽ instituo. & pauca similia. vt C. de testam. l. quoniam indignum. & de hære. insti. l. fi. Item si dicatur: Petrus hæreditatis meæ dominus esto. vt ff. de hęre. insti. l. his verbis. in prin. Item eadem ratione, si dicatur, Petrum hęreditatis meæ dominum esse volo, vel facio. Idem credo, si dicatur, Petrum instituo. ar. ff. de hęre. insti. in rubrica. & l. j. & l. si quis ita hęres institutus. & C. de institu. & substi. sub condi. fac in rubrica. cum similibus. in quibus pro hæredis institutione solùm textus vtitur verbo institutionis. Item, si cùm quis se deputasset ad testandum, scilicet quia conuocatis septem testibus dixit: Ego volo disponere de rebus meis, ne decedam

dam intestatus, & ibidem dixit, Petrus esto. certè directa est talis institutio, & subintelligitur verbum, hęres. Pręsumitur enim dictũ magis, quàm sit dictum. vel minus scriptum, & magis nuncupatum: vt ff. de hæte. insti. l. j. §. fin autem.

2 Et prædictæ institutiones † in testamento valido seu perfecto factæ sunt intantum directæ, quòd nunquam flectuntur nec trahuntur ad fideicommissum: vt ff. de vul. & pu. sub. l. verbis ciuilibus. nisi in compendiosa, quæ fit à milite. quia si miles dicat. Talem filium meum mihi hæredem instituo, & quando cunque decesserit, Petrus sit hæres. si ille filius moriatur in pupillari ętate, Petrus iure directo erit hęres in omnibus bonis, exclusa matre. sed si ille filius moriatur post pupillarem ætatem, Petrus veniet iure directo ad bona militis ex priuilegio militum: vt ff. e. l. centurio. nisi mater sit in medio, in isto vltimo casu: qa tunc illa substitutio, quæ est directa ex priuilegio militum, efficitur obliqua siue fideicommissaria, fauore matris in medio existentis: & sic verbum, Sit hęres, flectitur & trahitur ad fideicommissum. vt C. de impub. & alijs

3 sub. l. precibus. ¶ Item, directum † verbum est, verbum, Substituo, in testamento valido, circa vniuersi patrimonij dispositionem positum. & hoc secundùm suam propriam significationem: vt ff. de admi. tu. l. tutores, qui post. §. hęres. & ad Trebellianum. l. recusare. §. Titius. & de leg. ij. l. Latinus Largus. & l. Lucius. §. filiam. & de hęredi. insti. l. cùm in testamento. §. j. & de vul. & pu. sub. l. iam hoc iure. & l. si pater impuberes. & l. cohęredi. in princip. & §. qui patrem. & §. cohæres. & de leg. iij. l. Sextiam. & l. vxorem. §. Seium. cum similibus. nec enim hæres fideicommissarius dicitur propriè substitutus: vt ibi. Item, quòd verbum, substituo, simpliciter sumptum, sit directum, apparet: quia in compendiosa, quę fit à milite, inter verbum, Sit hęres, & verbum, Substituo, non est differentia; quia & si fiat per verbum, Substituo, habet locum, quod dictũ est statim de compendiosa facta à milite in d. l. precibus. Item debet dici in breuiloqua, facta à milite: quia si fiat duobus filijs impuberibus, siue dicendo, Illi inuicem sint hęredes: siue dicendo, Eos inuicem hęredes substituo. erit idem, & illud verbũ, Substituo, erit directum, & erunt ibi duę vulgares, & duę pupillares tantùm. Si autem fieret breuiloqua à milite duobus filijs, quorum vnus esset pubes: tunc propter inęqualitatem personarum, quibus fieret talis substitutio, non essent ibi nisi duę vulgares: vt C. de impube. & alijs sub. l. ij. sed probato, quòd miles senserit se voluisse substituere vnũ alteri, etiam postquàm hęredes extitissent, haberet locum, quod dictum est de compendiosa: vt C. e. l. precibus. & de mili. te. l. in testamento. j. & de hoc dicetur inferiùs magis clarè. Et sic apparet ex prædictis, quòd in compendiosa & breuiloqua factis à milite, verbum, Sit hęres, & verbum, Substituo, pari passu ambulant: quia vtrunque est directum. Attamen, licèt verbum, Substituo, sit propriè verbum directum, flectitur tamen citò & adaptatur ad fideicommissum ex verbis adiunctis: vt C. de insti. & subst. sub condi. factis. l. generaliter. §. cùm aũt. & no. in d. l. precibus. in magna glo. & Insti. de pu. sub. §. qua ratione. in magna glossa. & sic ponitur impropriè ff. ad Trebellianum. l. hęredes mei. §. j. & ij. cum similibus. Quidam tamen dicunt, quòd verbum, Substituo, est generale, ęqualiter se habens, secundùm materiam, aliquando ad directam substitutionem, & aliquando ad fideicommissariam. iuxta id, quod no. Insti. de pu. sub. in fi. Sed textus ibi non benè facit pro eis. Alij dicunt, quòd per prius & propriè est fideicommissarium. quia si dicatur, Martinum mihi hęredem instituo, & si nauis ex Asia venerit, Titium sibi substituo: nullus discrepat, quin sit substitutio fideicommissaria. Item videtur casus legis pro eis, C. de insti. & sub. sub con. fac. l. generaliter. §. cùm autem. ibi, dum dicit, substituit. per verbum enim, substituit, simpliciter prolatum, videtur ibi facta substitutio fideicommissaria.

ADDIT.

ADDIT. Sed licèt prædictæ opiniones possent colorari, credo, quòd propriè verbum, Substituo, est directum, & quòd impropriè ex adiunctis verbis aliquando & citò trahitur ad fideicõmissum. quod non fieret de verbo, Sit hæres. vel de verbo, Hęredem instituo. & illa oratio est falsa, scilicet, Fideicommissaria substitutio, est simpliciter substitutio: sicut & illa, Homo mortuus, est homo. arg. ff. de admi. tu. l. tutores, qui post. §. hæres. cum similibus. Et ad §. cùm autem. per eos allegatum, dico, quòd ibi non sunt posita verba testatoris, sed sunt ibi verba legislatoris breuiter transeuntis, quasi sequendo principium legis illius, nisi de morte loquitur. & sic debet intelligi ille §. quòd testator ibi substituit filio, quando filius decederet, & sic per fideicommissum. ad quod verbum, Substituo, citò trahitur. & facit ad hoc C. de fideicom. l. cùm acutissimi. & ff. ad Trebellianum. l. ex facto. §. si quis rogatus. & l. hæredibus. in fi. & de conditionibus & demonstrationib. l. cùm auus.

¶ Item est notandum, quòd si prædi-
4 cta verba † directa, de quibus suprà dictum est, ponantur in codicillis, vel in testamento, quod iure codicillorum valeat: nunquam valent, nec valere possunt iure directo, seu vt verba directa. vt C. de codicil. l. ij. & ff. e. l. quod per manus. & Institu. eo. §. codicillis. sed tunc valent iure fideicommissi. vt ff. ad Trebellia. l. Scæuola. & de lega. iij. l. cùm quis decedens. §. Seiam. & de iure codicil. l. illud. §. j. & de leg. ij. l. codicillis. §. fi. Et hoc est valde notandum. & vide, quod no. infrà in tit. de compen. circa princip. ver. Item non obstat l. Scæuola. Fallit, si testator dixerit in testamento, Quem hæredem in codicillis fecero, hæres esto. quia si posteà in codicillis dixit, Petrus hæres esto. licèt illa verba posita sint in codicillis, tamen ipsa valebunt iure directo, non tamen vt ex codicillis, sed vt ex testamento: vt ff. de hære. instituen. l. asse toto. & de condi. institu. l. institutio talis. in prin. Et idem
5 esset † dicendum, de verbo, Substituo, eadem ratione, & per easdem leges.

RVBRICA CXXIX.

De verbis obliquis.

SVMMARIVM.

1 *Verba obliqua in testamentis validis institutione facta, quæ sint.*

2 *In codicillis directa hæredis de iure dari non potest.*

3 *In testamento valido, in quo nullus alter hæres est, si aliqua de verbis obliquis posita inueniantur, an vim & significationem directæ institutionis habeant.*

4 *De verbis directis & obliquis dicta, vera sunt circa dispositionem vniuersalis patrimonij alicuius in vltima voluntate. Sed in singularibus relictis inter verba directa & obliqua differentia non est. Quod fallit in casibus, vt ibi.*

5 *Substitutiones directæ quot sint.*

OBLIQVA † verba, seu verba 1
fideicommissi sunt propriè, & secundùm suam significationem, si instituto aliquo hærede vniuersali in testamento valido, dixerit ita: Rogo hæredem meum prædictum, vt hæreditatem restituat Petro. vt ff. de vulg. & pu. sub. l. cohæredi. §. quòd si hęredem. Item, si dicat, Volo hæreditatem meam esse Petri. vel, Scio hæreditatem meam Petro te restiturum. vel, Credo te daturum. vt ff. de leg. j. l. & eo modo. & l. etiam hoc modo.

Item, si dixerit, Peto vt des. vel, Peto, vt illi relinquas: vt ff. ad Trebel. l. ex facto. §. si quis cauerit. Item, si dixerit, Lego hæreditatem Petro: vt ff. de lega. ij. l. si quis seruum. §. fi. & ad Treb. l. mulier. j. §. fi. Item, si dixerit, Volo, quòd hæreditas sit communis hęredi meo prædicto, & Petro. quia tunc videtur rogatus hæres, vt medietatem hæreditatis restituat dicto Petro: vt ff. de lega. ij. l. fin. §. Lucius. & ad Trebel. l. Lucius. in princi. Item, si dixerit, Rogo te hęres, vt hęreditatem meam partiaris vel diuidas cum Petro. vt ff. eo. l. vbi purè. §. j. Item, si dixerit, Rogo hæredem meum prædictum, vt de hæreditate mea plus tribuat Petro, quàm

quàm Martino. quia tunc videtur fidei hæredis committere, vt illis duobus restituat hereditatem, licèt aliquid plus debeat dare Petro: vt ff. de leg. ij. l. cùm filius. §. pater. Item, si dixerit, Rogo heredem meum, vt Petrum heredem faciat. vt ff. ad Trebel. l. ex facto. in prin. vel, Peto, vt hereditatem meam Petro relinquat: vt ff. de leg. ij. l. codicillis. §. matre. Item, si fauore alicuius alterius, fortè Petri, mandauit heredem non testari. vt ff. ad Trebel. l. qui filium. in prin. Item, si duobus hæredibus institutis, scilicet Petro & Martino, dixerit, quòd Martinus sit contentus tali fundo. quia tunc videtur Martinus rogatus restituere partem suam Petro coheredi suo: vt ff. de lega. ij. l. peto. in prin. Item, si instituto Martino, dixerit testator, Volo Petrum esse contentum tertia parte hereditatis. vel dixit, Sufficit Petro tertia pars hereditatis: vt e. l. in prin. & arg ff. de leg. iij. l. fideicommissa. §. si quis ita: vbi dicitur, quòd per solum verbum, Commendo, non fit fideicommissum. Item, si dixerit, Hereditatem meam ad Petrum peruenire volo: vt ff. ad Trebelli. l. hæredes mei. §. j. Item, per verbum, Ad eum pertinere volo, vel volo eum habere. argu. ff. de lega. ij. l. Lucius Titius. ij. §. filiam. & de lega. iij. l. cùm quis. Item potest fieri, per verbum, Remanere. argu. ff. de lega. iij. l. cùm quis decedens. §. nuptura. Item potest fieri, per verbum, Reuerti: vt ff. ad Trebellianum. l. Lucius. §. tres heredes. Vniuersitas autem patrimonij, quæ iubetur restitui per fideicommissum, pluribus & diuersis nominibus nũcupari consueuit à testatoribus: vt ff. ad Trebellia. l. nam quod. in fi. & l. seq. & se. in princi. Prædicta autem exempla, super obliquis seu fidecommissarijs verbis, sufficiant, licèt alia plura exempla dari possent, quæ nedum in testamento sunt de sua significatione obliqua, aliquo alio hærede vniuersali instituto, sed etiam multò fortiùs
2 in codicillis: quia in eis † directa hereditas non potest dari de iure. Attamen si in
3 testamento † valido, in quo nullus alter esset heres, per verba directa institutus, aliqua de prædictis verbis obliquis inuenirentur posita, ipsa haberent vim & significationẽ directę institutionis. verbi gratia: Cùm aliquis deputasset se ad testandum, nullo alio herede instituto, dicat: Petrus habeat bona mea. vel, Petro relinquo bona mea. vel, Ad Petrum perueniant seu pertineant bona mea. & sic de pluribus alijs verbis obliquis suprà positis. si & prout possunt conuenienter adaptari ad institutionem hæredis, ipsa iam erunt tunc directa seu trahentur ad directam institutionem: vt ff. de mili. testamen. l. diuus. de quo etiam no. ff. de heredi. instit. l. his verbis. in princ. Si autem nullo herede instituto, in testamento testator dicat: Rogo, vt bona mea restituantur Petro: certè verba illa aliquo modo non possunt adaptari ad institutionem, vt credo.

¶ Nunc est notandum, quòd ea, quæ dicta sunt super verbis † directis & obliquis, sunt vera circa dispositionem vniuersalis patrimonij alicuius in vltima voluntate; sed in singularibus relictis non est differentia, inter verba directa & obliqua: vt ff. de lega. j. l. j. & C. communia de le. l. j. & ij. Sed hoc fallit in libertate: quia si fit directò relicta, cedit ab adita hereditate, & liber factus, dicitur libertus defuncti. vt C. de testa. ma. l. libertas. & l. directis. & Insti. de singulis re. per fidei. relic. §. qui autem. si autem hæres fuerit rogatus manumittere, tunc debebit manumitti ab herede. v C. de fideicommissarijs libertatib. l. si seruus. & l. ancillam. & dicitur tunc libertus heredis. vt Insti. de singulis rebus per fideicommis. relic. §. qui autem. & facit C. an seruus pro facto suo post manumis. tenea. l. ij. Item fallit, quia si legentur annui fructus fundi, tunc vsusfructus fundi videtur legatus: vt ff. de vsufru. l. si quis ita. si autem testator dixerit, Fructus fundi, seu redditus volo dari: tunc non erit vsusfructus dicti fundi legatus, sed per manus heredis debebunt dari fructus singulis annis: vt ff. de vsufru. leg. l. fundi Trebatiani. Item fallit seu est differentia: quia si testator dicat, Lego Pe-

tro talem fundum vel talem domum. electio erit legatarij. si autem testator dicat, Volo, quòd hæres meus det Petro talem fundum vel talem domum. tunc electio erit hæredis, quid eorum velit dare: vt de hoc ff. de leg. ij. l. Lucio Titio.

¶ Nunc sumpta occasione ex prædictis verbis directis & obliquis, est notandum circa substitutiones, quòd quinque
5 sunt substitutiones † directæ, scilicet vulgaris, pupillaris, & exemplaris, & breuiloqua, & compendiosa.

RVBRICA CXXX.
De vulgari substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis vulgaris exemplum.*
2 *Substitutio vulgaris fit verbis negatiuis. Et an etiam verbis affirmatiuis fiat.*
3 *Verbum, Substituo, in testamento simpliciter positum, directum est, aliquando tamen ex verbis adiunctis est obliquum seu fideicommissarium. Et quid de verbo, Sit hæres. nu. 4. Et quid, si hæc verba ponantur in codicillis. nu. 5.*
6 *Vulgaris si, nullo hærede instituto, fiat ita: Si Titius mihi hæres non erit, Sempronius sit hæres. vel, Si legitimus hæres meus mihi hæres esse noluerit, Sempronius hæres sit: an Titius, vel legitimus, possit esse hæres.*

1 VVLGARIS substitutio † est, verbi gratia: Titium mihi hæredem instituo, & si hæres non erit, Sempronius sit hæres, vel Semproniũ sibi substituo. vt Instit. de vulgari substi. in prin. & sic de alijs verbis directis, & de quibusdam non directis, si tamen ad directam institutionem adaptari possint: de quibus superiùs dictum est. & sic fit vulgaris
2 † substitutio verbis negatiuis, scilicet, si hæres non erit. Quandoque etiam fit vulgaris sub verbis affirmatiuis: vt si testator, Titio hærede instituto, dixit: Sempronius Titij hæres esto: tunc enim videtur fieri vulgaris. vt C. de hæred. insti. l. fin. Sic etiam vulgaris fit verbis affirmatiuis, in breuiloqua substitutione: vt ff. de vulga. & pupil. substi. l. iam hoc iure. §. j. Item dicendo sic: Titium mihi hæredem instituto, & Sempronium sibi substituo: vt ff. de hæredib. insti. l. cùm in testamento. §. j. negari enim non potest, quin prædicta substitutio sit breuiloqua & vulgaris. Item sicut negari non potest, quin
† verbum, Substituo, simpliciter posi- 3
tum in testamento, sit directum: aliquando tamen non est directum, sed obliquum seu fideicommissarium, & hoc ex adiunctis verbis: vt notatur Institu. de pupillari substitutione. §. qua ratione. &
ff. eo. l. centurio. Verbum † autem, sit hæ- 4
res, non flectitur in testamento ad fideicommissum, etiam ex adiunctis verbis. vt ff. eo. l. verbis ciuilibus. flectitur tamen in casu speciali, scilicet C. eo. l. precibus. vtrunque tamen † verbum, scili- 5
cet, Sit hæres. & verbũ, Substituo. trahitur ad fideicommissum in codicillis. vt ff. ad Trebellianum. l. Scæuola. cum similibus. ¶ Item est sciendum, quòd si nullo
† hærede instituto, fiat vulgaris ita: Si Ti- 6
tius mihi hæres non erit, Sempronius sit hæres. certè Titius non poterit esse hæres. vt ff. de hæred. insti. l. ex facto etiam agitatum. Item si quis dicat, Si legitimus hæres meus mihi hæres esse noluerit, Sempronius sit hæres. tunc legitimus poterit esse hæres ab intestato, aliàs veniet Sempronius: vt ff. de hæredi. institu. l. si quis ita hæres institutus. nisi ille legitimus fuerit talis, qui non debuerit præteriri: quia tunc prædicta institutio non valeret: vt ff. e. de vulgari & pupillari substituti. l. si quis eum. in fi. & tunc fortè haberet locum auth. ex causa exhæredationis. C. de libe. præteri.

RVBRICA CXXXI.
De pupillari substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Substitutionis pupillaris exemplum.*
2 *Substitutio pupillaris, adueniente pubertate finitur, non obstante verbo generali, quandocunque decesserit.*

PVPIL-

PVPILLARIS substitutio
1 † est, verbi gratia: Talem filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit hæres, vel Sempronium sibi substituo. vt Institu. de pupillari substitutione. in princip. vel sic: Talem filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & quandocunque decesserit, Sempronius sit hæres. vt ff. de vulgari & pupillari substitu. l. in pupil-
2 lari. Et finietur † prædicta substitutio adueniente pubertate, non obstante prædicto verbo generali, quandocunque decesserit. vt ibi.

ADDIT. Sed in hoc casu esset aliud, si fieret per verbum, Substituo, scilicet dicendo, Quandocunque decesserit, Sempronium sibi substituo. quia tunc non esset pupillaris, nec directa aliquo tempore: sed pro toto tempore esset fideicommissaria: vt no. ff. e. l. centurio. & C. eo. l. precibus.

RVBRICA CXXXII.

De vulgari & pupillari substitutione, quomodo vna subintelligatur in alia, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *In substitutione expressa vulgari, facta impuberi filio, cum alijs, quæ in pupillari substitutione requiruntur, lex subintelligit tacitam pupillarem. Quod fallit in casibus ibi notatis.*

2 *In substitutione expressa pupillari, subintelligitur ex interpretatione legis tacita vulgaris. Quod fallit in casibus ibi notatis.*

CIRCA prædictas duas substitutiones est notandum,
1 quòd si fiat † vulgaris, verbi gratia: Talem filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & si hæres non erit, Sempronius sit hæres: tunc ex interpretatione legis subintelligitur tacita pupillaris, scilicet, Et si filius prædictus mihi hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit hæres. Et sic in expressa vulgari, facta impuberi filio, cum alijs, quæ in pupillari substitutione requiruntur, subintelligit lex tacitam pupillarem: vt ff. de vulga. & pupil. substitut. l. iam hoc iure. in princip.

Sed fallit, si appareat de contraria voluntate defuncti: vt ea. l. in fine. Item fallit, quando mater est in medio. vt C. de institutio. & sub. sub condi. fac. l. fi. Item fallit, si vtraque substitutio sit expressata: quia tunc in vna alia non intelligitur: vt ff. de vul. & pupil. substi. l. cùm ex filio. §. filio. Item fallit, quando in vulgari est inæqualitas: vt C. e. l. quanuis. Item fallit, si pater substituit filio impuberi, si moreretur se viuo: vt ff. eo. l. si pater filium. Item fallit in breuiloqua, quando est ibi inæqualitas: vt ff. e. l. iam hoc iure. §. sed si alter. & C. e. l. ij. Sed hæc exceptio non est bona, quia in breuiloqua nulla est tacita substitutio, etiam si sit ibi æqualitas personarum. vt ff. eo. l. Lucius. ¶ Item secundo est notandum, quòd si quis † fa- 2
ciat pupillarem, verbi gratia: Talem filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Sempronius hæres esto, vel Sempronium sibi substituo: tunc ex interpretatione legis subintelligitur tacita vulgaris, scilicet, Et si prædictus filius meus hæres non erit, Sempronius sit hæres. Et sic in expressata pupillari, subintelligitur ex interpretatione legis tacita vulgaris: vt ff. de vulga. & pupil. substi. l. iam hoc iure. in princip. Sed hoc fallit, si appareat de contraria voluntate defuncti: vt e. l. in fine. Item fallit, si ambæ fuerint expressatæ: vt ff. e. l. cùm ex filio. Item fallit, si filio impuberi pater substituit pupillariter alium suum filium exhæredatum: quia non est verisimile, legem velle venire ad hæreditatem patris ex ali-

aliqua tacita vulgari illum, quem pater expressè priuauit: cùm in tacita vulgari tractetur de bonis seu de successione patris. vt no. C. de insti. & substi. sub condi. fac. l. fi. & hoc sonant verba illius substitutionis. & facit in cor. de hære. & Fal. §. exhæredatos. col. j. licèt videatur contrà, ff. de vul. & pu. sub. l. qui habebat. Item fallit, vbi non capax ex testamento patris est substitutus pupillariter: vt ff. eo. l. si is, qui ex bonis. Item fallit, si filio exhæredato impuberi fiat substitutio pupillaris: vt Institu. de pu. sub. §. non solùm.

Item fallit, si filio instituto fiat sibi pupillaris per verba negatiua. verbi gratia: Talé filium meum impuberem mihi hæredem instituo. & si hæres non erit, & ita in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit hæres. certè non credo, quòd subintelligatur aliqua tacita vulgaris, quæ prouideat, scilicet si hæres non erit &c. cùm enim pater prouidet per verba, Si hæres non erit, de pupillari substitutione: ergo cesset prouisio legis in illo casu de tacita vulgari.

RVBRICA CXXXIII.

De vulgari & pupillari substitutione, quando expirent, & quando locum habeant.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio pupillaris, expressa & tacita, locum habet, si filius hæres patris fuerit.*

2 *Substitutionem pupillarem vbi pater facit, duo sunt testamenta, seu duæ duarum hæreditatum tabulæ, & quæ sint illæ.*

3 *Substitutio pupillaris seu secundæ tabulæ euanescunt, si hæreditas ex primis tabulis non adeatur. nu. 9. Quod fallit, vt nu. 10.*

4 *In substitutione vulgari expressa subintelligitur pupillaris, si impubes hæreditati pater ne se immisceat, vulgaris expressa expirat. Si post immixtionē in pupillari ætate decedat, & mater in medio nō sit, substitutus ex tacita pupillari & ad omnia bona veniet. Si filius, cui facta est vulgaris, non sit hæres, substitutus ad bona patris ex vulgari expressa statim veniet. Si filius in pupillari ætate decedat, substitutus ad bona impuberis ex pupillari tacita venire non potest. nu. 6. 12. 13. Et quid, quando in expressa pupillari tacita vulgaris est. nu. 5. 7. 11.*

8 *Substitutio vulgaris tacita, secundæ tabulæ, seu pars secundarum sunt.*

14 *Substitutus an hæreditates patris & filij in pupillari ætate decedentis separare possit, remissiuè.*

15 *In expressa pupillari si non continetur tacita vulgaris, vt quia facta est filio exhæredato, an confirmatis secundis tabulis, substitutus ex pupillari expressa veniat ad impuberis bona, si in pupillari ætate decedat.*

16 *Fideicommisso vniuersali à substituto exhæredati relicto, an hæres à patre institutus hæreditatem adire cogatur, viuente filio impubere exhæredato.*

17 *Substitutionem pupillarem si pater verbis negatiuis fecerit, & filius patre mortuo eius esse hæres non velit, & in pupillari ætate moriatur, quid iuris.*

18 *In substitutione pupillari si pater non dixit, Si hæres erit. nec dixit, Si hæres non erit. sed simpliciter dixit, Filium meum impuberem mihi hæredem instituo, & Sempronium sibi pupillariter substituo: qualiter hæc pupillaris facta dicatur.*

19 *Substitutio pupillaris si facta fuerit posthumo nascituro, & posthumus non nascatur: an tacita vulgaris locum habere possit, & substitutus ad quæ bona veniat.*

20 *Substitutione pupillari facta, si pupillus viuo patre moriatur, an tacita vulgaris locum habere possit, & substitutus ad quæ bona veniat. Et quid, si pupillus viuente patre pubes efficiatur.*

21 *Substitutio pupillaris si in fundo facta est, perinde est, ac si in tota hæreditate directò quis substitutus esset: dum alter filio vniuersaliter substitutus non sit.*

22 *Pater si intestatus decedere velit, pro filio impubere codicillos facere potest, & fideicommissum in eis relictum pubertate adueniente euanescit.*

23 *Sub-*

23 *Substitutio pupillaris tacita an matrem à successione filij impuberis excludat. Et qd de expressa pupillari. nu.24. Et an tacita pupillaris repellat auiam.nu.25.*

26 *Ad substitutionis pupillaris cõfirmationem licet requiratur, q̄ hereditas paterna sit adita, si tamen filius impubes, cui facta est, hereditatem repudiet, pupillariter substitutum adire ex tacita vulgari sufficit. Et an ad tacitæ vulgaris confirmationem alicuius alterius aditio requiratur. Et iuxta præmissa quæstio de casu l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebel nu.27.29.*

28 *In substitutione tacita vulgari tractari de bonis patris, quomodo sit intelligendum.*

1 NVNC ad euidentiam dicendorum est notandum, quòd pupillaris substitutio† habet locum, de sua cõmuni propria significatione, si filius fuerit hæres patris, & sic formatur prædicta substitutio Insti. de pu. sub. in prin. & not. C. e. l. precibus. super verbo, casum. Idem debet dici de tacita pupillari. sic enim formatur e. tit. l. quamuis. & ff. e. l. iam hoc iure. in princi. nec enim debet esse minoris virtutis tacitum, quàm expressũ, i. pupillaris tacita, quàm expres-
2 sa. ¶Item est notandum, quòd vbi† pater facit pupillarem, ibi sunt duo testamenta seu duæ tabulæ duarum hæreditatum. primæ tabulę sunt, institutio, & vulgaris substitutio: sed secundę tabulę sunt, pupillaris substitutio. vt Instit. de pu. sub. §. igitur. & ff. e. l. patris & filij. & l. paterfa. & ad Treb. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ¶Item est notãdum, quòd secun-
3 dæ † tabulę seu pupillaris substitutio euanescunt, si non adeatur hęreditas ex primis tabulis: vt ibi. & de vulga. & pu. sub. l. ij. §. adeò.

4 ¶Nunc dico, quòd quãdo in vulgari † expressa subintelligitur pupillaris, si impubes immisceat se hęreditati paternæ, tunc expirat vulgaris expressa: vt C. e. l. post aditam. Et si posteà post immixtionem decedat in pupillari ætate, tunc si mater non sit in medio, veniet substitutus ex tacita pupillari, & ad omnia bona: vt ff. e. l. ij. §. fi. in ver. sed & si ita scripserit, si filius. & l. iam hoc iure. in prin. & l. paterfa. & C. de institu. & substi. sub condi. fac. l. fi. Si autem prędictus filius, cui facta est prędicta vulgaris, non sit hęres, tunc substitutus veniet statim ad bona patris ex vulgari expressa: vt Insti. de pu. sub. circa princ. in vers. quo casu. in secundo responso. Sed si ille filius decedat posteà in pupillari ætate, substitutus non poterit venire ad bona impuberis ex pupillari tacita: quia filius ille non fuit hęres: & sic tũc pupillaris non potest habere locum, vt statim dictum est. & ita videtur notari per dominum Azo. in dicto vers. quo casu. in primo respõso. Nec obstat, si dicatur, quòd ibi no. in expressa pupillari. quia non est conueniẽs, quòd plus operetur tacitũ, quàm expressum, i. pupillaris tacita, quàm expressa. Quidam tamen dicunt esse verum, quòd ille substitutus non veniet ex tacita pupillari ad bona impuberis, vt dictum est: sed veniet ad ea ex vulgari expressa, ex qua iam habuit hęreditatem seu bona patris, mortuo tamen priùs filio illo impubere. & dicunt illi, quòd vulgaris expressa ex connexitate pupillaris tacitæ in ea subintellectę sumpsit qnãdam formam nouam, & pupillaris tacita mutauit in aliquo naturam propriam. & allegant ff. de vul. & pu. l. ij. §. fi. ibi, dum dicit, & si filius hęres non extiterit, proculdubio Seius ei hęres erit. debet enim exponi, vt dicunt, ei, s. filio, vt ad proxima fiat relatio. Sed illa relatio non videtur competens, cùm sit contra naturam pupillaris, in qua requiritur, quòd pupillus fuerit hęres: vt suprà dictũ est. & potest etiam ibi fieri competẽs relatio ad testatorem. Alij dicunt, quòd prędicta nõ sunt, nisi subtilitates vanæ, dicentes, quòd ex pupillari tacita vel expressa veniet substitutus mortuo impubere, dato, quòd impubes nõ fuerit hęres patris sui: quia pater non videtur eum in aliquo grauasse, sed magis prouidisse ei de hęrede: dum tamẽ fuerit adita hęreditas ex testamento patris, per substitutum cohæredem,

vel per vulgariter substitutum, vel per alium institutum. aliàs enim secundę tabulæ non valerent, nisi confirmatę essent adita hæreditate ex primis tabulis: vt ff. de vul. & pu. sub. l. ij. §. quisquis. & ad Trebellia. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus.

¶Nunc etiam dico, quòd quando in
5 expressa † pupillari est tacita vulgaris, tūc si filius se immisceat hæreditati, iam expirat tacita vulgaris, quæ fuit in expressa pupillari. vt in d. l. post aditā. Et si posteà post immixtionem filius decedat in pupillari ætate, veniet Sēpronius substitutus ex pupillari expressa ad omnia bona: vt ff. de vul. & pu. sub. l. paterfa. & de priui. cre. l. paterfa. §. at cùm substitutus. Si autem filius prædictus non fuerit hæres, tunc substitutus prędictus veniet ex tacita vulgari: vt ff. de vul. & pu. sub. l. iam hoc iure. in prin. & de ven. insp. l. pe. & ad bona patris tantùm: quia in tacita vulgari tractatur tantùm de successione patris. vt not. C. de insti. & sub. sub condi. fac. l. fi. sicut & in vulgari expressa: vt Insti. de pu. sub. §. quo casu. in primo responso. & verba earum rectè hoc sonant, à quibus in dubio non est recedendum. Et si posteà ille filius moriatur in pupillari ætate, substitutus non poterit venire ad bona ex pupillari expressa, pro eo, quòd filius ille impubes non fuit hæres patris. quod esset necessarium, ad hoc, vt haberet locum substitutio pupillaris tacita vel expressa: vt suprà dictum est.

Prima summa ex prædictis.

ET IN SVMMA, quam facio ex prædictis, & quasi resumendo prædicta,
6 si facta fuerit expressa † vulgaris, in qua subintellecta sit tacita pupillaris, si filius sit hæres, expirat vulgaris. Et si posteà ille filius decedat in pupillari ætate, substitutus veniet ad omnia bona ex tacita pupillari, si mater nō sit in medio. Si autem ille filius impubes nō sit hęres: tunc substitutus veniet ad bona patris ex vulgari expressa. Et si posteà ille filius decedat in pupillari ætate, substitutus nō veniet ad bona impuberis ex tacita pupillari, quia filius ille non fuit hæres patris.

¶Si autem facta fuerit † expressa pupillaris, in qua subintelligitur tacita vulgaris, & filius sit hæres: tunc expirat tacita vulgaris. Et si posteà decedat ille filius in pupillari ætate, tunc substitutus veniet ad omnia bona sua ex expressa pupillari. 7

Si autem ille filius non sit hæres, tunc substitutus veniet ex tacita vulgari ad bona patris. Et si posteà ille filius decedat in pupillari ætate, substitutus nō poterit venire ad bona impuberis, pro eo, quia ille filius impubes non fuit hæres patris. Et prædicta multi Doctores tenuerūt grosso modo, vt dicta sunt. & etiam dominus Azo videtur satis ea tenere in Summa sua.

¶Sed videtur, quòd si pupillaris expressa sit facta, in qua subintelligatur tacita vulgaris, & filius hæreditatem repudiet, quòd substitutus non possit venire ex tacita vulgari: quia tacita † vulgaris, 8
sunt secundæ tabulæ seu pars secundarū: vt ff. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. sed secundæ † tabulæ nō valent, 9
nisi adita fuerit hæreditas ex primis tabulis: vt ff. de vul. & pu. sub. l. ij. §. quisquis. ergo substitutus pupillariter non poterit adire ex vulgari tacita, cùm ipsa sit de secundis tabulis: nisi priùs fuerit adita hæreditas ex primis tabulis. & prędicto argumento nō potest benè responderi. Videtur enim verum esse, quòd ex tacita vulgari substitutus venire nō potest, nisi priùs adita fuerit hæreditas ex primis tabulis. Attamen dato, quòd filius † non sit hæres, secundæ tabulæ benè 10
possunt confirmari & valebunt. Primò, si ille filius habeat cohæredē, & ille adiuit hæreditatem patris. vt ff. ad Treb. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. Item secundo casu, si filius non habuit cohæredem, sed ipse immiscuit se hæreditati paternæ, & posteà abstinuit per restitutionem in integrum. & quia tunc semel fuit hæres, sufficit ad confirmandum secundas tabulas. arg. ff. de mino. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. Item tertio casu, si cohæredem non habuit, nec abstinuit per restitutionem, sed solùm eo ipso,

ipso, quòd filius est, satis habetur hæreditas pro adita. arg. ff. de fideicommiss. lib. l. cùm quasi. §. sed & si quis. & sic notatur ff. de acquiren. hæredi. l. Iulianus. aliàs, si pupillus. circa princip. & de priuil. credito. l. paterfa. in princip. Sed iste tertius casus non debet placere: quia sic semper esset dicendum, quòd hęreditas paterna semper habetur pro adita, quantum ad confirmationem secundarum tabularum. quod non est ita indistinctè dicendum, quia in vanum leges fecissent de hoc verbum. & in l. ibi allegata est speciale tãtùm, quantum ad libertates: vt not. ff. de acquirenda hęre. l. filius qui se. & l. necessarijs. licèt videatur notari contrà, ff. ad Trebellia. l. ita tamen. §. si pater. & ille §. posset intelligi, quòd ibi ille filius fuit coactus adire. & hoc videtur ibi dici in fine glossæ. Si enim filius fuerit coactus adire, propter fideicommissum vniuersale ab eo in primis tabulis relictum, iam secundę tabulæ, seu pupillares tabulæ, seu pupillare testamentum, quę idem sunt, videntur confirmatę: vt ff. de vulgari & pupillari substituti. l. qui plures liberos. §. j. Si autem fideicommissum vniuersale esset relictum in secundis tabulis, tunc non compelleretur quis adire ex primis tabulis, nisi mortuo impubere: vt ff. ea. l. §. itaque. & ita intelligitur ff. ad Trebellianũ. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. Item est alius casus, in quo confirmantur secundę tabulæ, scilicet si omissa causa testamenti filius possideret hęreditatẽ paternam ab intestato: vt ff. de vul. & pu. sub. l. ij. §. planè.

¶Modò est notandum circa prædicta, quòd si facta fuerit † expressa pupillaris,
11 in qua subintelligatur tacita vulgaris, & illo filio impubere repudiante, secundæ tabulę fuerint confirmatæ, per aliquem de prædictis modis: tunc substitutus veniet statim ad bona patris, ex tacita vulgari. hoc satis sonant verba tacitæ vulgaris. Et si posteà ille filius decedat in pupillari ætate, tunc ille idem substitutus veniet ad bona impuberis ex eadem tacita vulgari. vt satis potest colligi ff. ad Trebellia. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. quod est mirabile, quia in tacita vulgari tractatur de bonis patris tantùm: vt suprà dictum est. Item, quia ex pupillari non venit substitutus, nisi filius fuerit hæres: vt & suprà dictum est. Sed propter l. illam, apud Iulianum. §. idem Iulianus. possumus dicere, quòd in tacita vulgari tractatur de bonis patris, scilicet principaliter & dę natura sua propria. sed de natura sua quodam modo alterata ab expressa pupillari, sub qua ortum habuit, veniunt in ea bona impuberis suo tempore, scilicet post mortem eius. vt ibi. licèt prædicta non dicantur ibi ita clarè, vt vellem. Item eadem ratione potest dici,
quòd si facta † sit expressa vulgaris, in 12
qua subintelligatur tacita pupillaris, & filius abstineat ab hęreditate paterna, & sic non sit hęres: tunc statim veniet substitutus ad bona patris ex illa expressa vulgari. & ex eadem vulgari quodam modo alterata à pupillari subintellecta veniet ad bona impuberis post mortem eius, si moriatur in pupillari ętate, & mater non sit in medio. & ad hoc inducitur ff. de vulga. & pup. sub. l. j. §. si. ibi, dum dicit, Seius ei hæres erit. vt exponatur, ei, scilicet impuberi. vt ad proxima fiat relatio: licèt glos. de hoc nihil ibi dicat.

Secunda summa ex prædictis.

ET IN SVMMA secunda, quam facio ex prædictis, & quasi resumendo proximè dicta post primam summam,
si facta sit † expressa vulgaris, in qua sub- 13
intelligatur tacita pupillaris: & filius adeat, seu immisceat se hæreditati paternæ, tunc expirat illa vulgaris expressa. Et si posteà ille filius decedat in pupillari ætate, veniet substitutus ad omnia bona ex tacita pupillari, nisi mater sit in medio. Si aũt filius ille nõ sit hæres, tũc substitutus veniet statim ad bona patris ex vulgari expressa. Si autem posteà ille filius decedat in pupillari ætate, tunc veniet substitutus ad bona impuberis, si mater non sit in medio. non tamen veniet substitutus ad bona impuberis ex tacita pupil-

pupillari, quia ille filius non fuit hæres: sed magis ex vulgari prędicta quodammodo alterata & nouam naturam assumente, propter pupillarem tacitam in ea subintellectam. ¶Si autem facta fuerit expressa pupillaris, in qua subintelligatur tacita vulgaris, & filius ille sit hęres, tūc expirat illa tacita vulgaris. Et si posteà decedat ille filius in pupillari ętate, tunc substitutus veniet ad omnia bona ex expressa pupillari. Si autem ille filius non sit hęres, tunc confirmatis secundis tabulis aliquo de modis supradictis, veniet substitutus ad bona patris ex tacita vulgari. Et si posteà ille filius decedat in pupillari ętate, tunc substitutus veniet ad bona impuberis non ex pupillari expressa, quia ille filius non fuit hæres: sed magis ex tacita vulgari, eadem prędicta quodammodo alterata seu nouam formam & naturam assumente, propter vicinitatem expressę pupillaris, ex qua orta est. ¶Nunc est notandum, quòd alia prima summa suprà posita videretur grossior & laudabilior, si tamē posset responderi ad l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad Trebellianum. sed quia non potest responderi, nec benè palliari, quin ex tacita vulgari veniat ibi substitutus ad bona impuberis: ideo hæc summa secunda modò posita videtur de iure procedere & esse melior. Attamen si vtraque substitutio fuerit per patrem expressata, scilicet vulgaris, & pupillaris: tunc vtrique debebit seruari ius suum, & sua propria natura in aliquo non alterata: vt Instit. de pupilla. sub. §. quo casu.

14 ¶Sed an substitutus † possit separare hęreditates patris & filij in pupillari ętate decedentis? habetur ff. de priuil. credi. l. paterfa. & nota. C. de iure deli. l. quidam elogio. ¶Item dico, quòd si in ex-

15 pressa † pupillari non contineatur tacita vulgaris: vt quia sit facta filio exhęredato: tunc confirmatis secundis tabulis veniet substitutus ex pupillari expressa, ad bona impuberis, si in pupillari ætate decedat. ¶Item, propter fideicommissum

16 † vniuersale à substituto exhęredati relictum, hęres institutus à patre non cogatur adire hęreditatem, viuente filio impubere exhęredato. vt ff. de vulgari & pup. sub. l. ij. §. interdū. secundùm vnam casus positionem. ¶Sed quid erit, si pater fecerit talem substitutionem † pupillarem verbis negatiuis, scilicet: Titiū mihi hęredem instituo. item talem filium meum impuberem mihi hęredem instituo. & si prædictus filius meus hęres mihi nō erit, & in pupillari ętate decesserit, Sempronius sit hęres. & ille filius patre mortuo non vult eius esse hęres, & moriatur in pupillari ętate? Dico, quòd adita hęreditate per Titium, & sic cōfirmatis secundis tabulis, substitutus Sempronius veniet ad bona impuberis ex illa expressa pupillari. Sed si ille impubes fuisset verè hęres patris: tunc non haberet locum pupillaris prędicta per verba negatiua facta: quia pater prouidendo in casu, in quo filius non esset hęres, videtur ex toto omisisse casum, in quo filius esset hęres. arg. ff. de libe. & posthu. l. commodissimè. circa finem. ¶Sed quid, si pater † in substitutione pupillari non dixit, Si 18 hęres erit. nec dixit, Si hęres non erit: sed simpliciter dixit, Filium meum impuberem mihi hęredem instituo, & Semproniū sibi pupillariter substituo? Posset dici, quòd pupillaris videatur facta generaliter in casum affirmatiuum & etiam in negatiuum. arg. ff. de libe. & posthu. l. commodissimè. in principio. Credo tamen, quòd in dubio videatur facta in casu, in quo esset hęres ille filius: quia illa est vera, & communis forma & natura pupillaris substitutionis. vt notatur in d. l. precibus.

¶Item est notandum, quòd si facta † fuerit pupillaris posthumo nasci turo, 19 & posthumus non nascitur: iam poterit habere locum tacita vulgaris: vt ff. de ventre inspi. l. penul. & substitutus veniet ad bona testatoris, si confirmatę fuerint secundę tabulæ: vt suprà dictū est. Non tamen veniet ad bona posthumi, cùm natus non fuerit, & sic nulla bona habere potuerit.

¶Item est notandum, quòd si † pupillus, cui facta est pupillaris, moriatur viuo 20

uo patre, iam poterit habere locum tacita vulgaris: vt ff. de vul. & pupil. sub. l. lex Cornelia. & ibi no. super verbo, nõ existimo. Quidam tamen dicunt cõtrà: vt e. l. de capti. & postli. re. l. quòd si filius. sed primum est ęquius, & videtur satis clarum ff. de vulg. & pupil. substi. l. si pater captus. in fi. Et substitutus veniet ad omnia bona ex illa tacita vulgari, secundùm secundam summam suprà positam. sed secundùm primam summã veniet tantùm ad bona patris, cùm filius non fuerit hæres. sed sic in vanum distinguitur: q̃a ille filius nulla bona habebat tempore mortis patris, quia iam decesserat. ¶Item, si pupillus viuente patre efficiatur pubes, iam poterit habere locũ tacita vulgaris, eadem ratione: vt in proximo dicto. Substitutus tamen non veniet ad bona quondam impuberis: quia pupillaris substitutio per aduentum pubertatis expirauit: nec prouisio patris potuit se extendere vltra pubertatem in bonis filij: vt ff. de vulg. & pu. sub. l. ij. in princip. & l. in pupillari. & l. ex facto. in princ. & Institu. de pu. sub. §. quo casu. Et licèt pupillaris, quæ est principalis, tunc euanescat pubertate: tamen vulgaris tacita subintellecta remanet, & potest habere locum, quia pupillaris ab initio ritè fuit facta. Item, quia etiã sunt ita contrariæ, quòd se non cõpatiuntur, vt colligitur ex verbis earum: vt ff. e. l. iam hoc iure. in princi. Videmus etiã, quòd vulgaris expressa expirat adita hæreditate, & tamen remanet tacita pupillaris in ea subintellecta: vt ff. e. l. ij. §. fi. in vers. sed & si ita scripserit, si filius.

21 ¶Item est notandum, quòd pupillaris † facta in fundo: verbi gratia, Talem filium impuberem mihi hæredem instituo. & si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, Sempronius sit hæres in tali fundo. certè perinde est, ac si Sempronius esset directò substitutus in tota hæreditate. dum tamen aliquis alter non esset illi filio substitutus vniuersaliter: vt ff. e. l. cohæredi. §. fi. & de hęre. insti. l. j. §. si

22 ex fundo. ¶Item, si pater † velit decedere intestatus, ipse poterit facere codicillos pro filio impubere, & fideicommissum in eis relictum euanescit adueniente pubertate: vt ff. de leg. j. l. si fundum per fideicommissum. §. fin. & l. se. & seq. in princi.

¶Item est notandum, quòd tacita pupillaris † non excludit matrem à succes- 23 sione filij impuberis. vt C. de insti. & substi. sub cond. fac. l. fi. & de impu. & alijs substitu. l. precibus. in vers. nam non est incerti iuris. Quidam etiam dicunt, q̃ nec † expressa pupillaris repellit matrẽ. 24 Et prima eorum ratio est: quia non est verisimile, quòd lex cõcesserit maiorem potestatem patri testanti pro filio impubere, quàm haberet filius pubes, si ipse testaretur. sed filius non posset prætirire matrem taliter, quòd testamẽtum valeret: vt C. ad Tertul. authen. in testamento. ergo nec pater possit præterire matrem impuberis in secundis tabulis.

Item secunda eorum ratio est: quia si filius sui iuris decedat, patre & matre superstitibus, de iure veteri pater excludebat matrem: vt C. ad Tertul. l. ij. & ff. e. l. ij. §. obijcitur. hodiè verò veniũt ęqualiter pater & mater, siue filius sit sui iuris, siue non. vt C. e. authent. defuncto. Cùm ergo hodiè mater habeat pinguius ius, quàm solebat, in bonis filij sui, ita q̃ pater eam non præcedit ab intestato: ergo substitutus à patre datus non possit eam excludere à successione filij sui impuberis. Itẽ tertia eorum ratio est: quia cùm pater vel mater faciunt exẽplarem substitutionem filio mente capto, non debent alios substituere, quando fratres sunt filij vel fratres illius mente capti: vt C. de impu. & alijs sub. l. humanitatis. Sic ergo nec pater possit facere pupillarẽ filio impuberi, matre impuberis pręterita seu exclusa. Item facit ad hoc gl. vltima illius legis. vbi colligitur, quòd faciens exemplarẽ, debet substituere mente capto vel exhæredare illos, quos mẽte captus, si suæ mentis esset, & testaretur, tenebatur instituere, vel exhæredare. ¶Sed, non obstantibus prædictis, est dicendum, quòd expressa pupillaris excludit seu repellit matrem: vt expressè

S ff colli-

colligitur C.e.l. precibus. in vers. si verò substitutio. & ff. e. l. Lucius. & ita tenent glo. & dominus Azo in Summa sua, & etiam Pla. sed tacita pupillaris nō excludit matrē. Et est ratio: quia expressa venit à testatore, sed tacita venit ex interpretatione legis. & ideo lex fauore matris facit cessare tacitam. Lex enim facilè tollit prouisionē suam, & non prouisionem hominis. Sic & lex non tollit expressam hypothecam ab homine acquisitam, sed tacitam hypothecam, quam ipsa induxit, facilè tollit quandoque fauore alterius: vt C. qui po. in pig. ha. l. assiduis. Et cùm dicunt illi, volentes habere benedictionem à mulieribus, quòd non licet filio præterire matrem in testamento suo: ergo nec pater substituens pupillariter possit illud facere. dico, quòd in casu expressæ pupillaris substitutionis, si mater conqueratur, respondebitur ei, quòd illud testamentum, non est testamentum filij sui, sed patris illius filij, & istam responsionē tradidit nobis lex, antequàm illi prædicta dicentes essent nati: vt ff. de inof. test. l. Papinianus. §. sed neque impuberis. Item illud, quod arguunt de exemplari, non obstat: quia & mater, faciens exemplarem, non habet necessariò substituere vel exhæredare patrem, nec pater matrem: vt in d. l. humanitatis. apparet. quod tamen mente captus, si ipse suæ mentis compos testaretur, haberet necessariò facere, si liberos non haberet.

Item, parum aut nihil faciūt super hoc argumenta, cùm sint super hoc leges expressæ, vt dictū est, à quibus esset durum recedere. Et si illi dicant, quòd illæ ll. sunt correctæ, certè illi nullam legē super correctione ostendūt, nec ostendere possunt, sed dant illud de bursa sua, & malè. & super hoc facta est decretalis expressa, concordans legibus prædictis, extrà de testa. c. si pater. lib. vj. ¶ Item Pla. dixit in Summa sua, quòd nedum expressa pupillaris repellit matrem, immò & tacita habet eam repellere, nisi esset vnà cum filio impubere hęres instituta: vt C. de insti. & substi. sub condi. l. fi. Quod reprobat ibi glo. s. de tacita pupillari, per
d. l. precibus. cui responderi non potest,
quin indistinctè tacita pupillaris admit-
tat matrem, nec ei nocet, licèt expressa
eam repellat. Credo tamen, quòd tacita
† pupillaris repelleret auiam: ar. ff. de le- 25
gib. l. quod verò. licèt sit arg. contrà, ff.
de verbo. signif. l. iusta. in fi.

¶ Nunc redeo ad secundam summam
suprà positā, circa quam dominus Ber-
mundus dixit semel, quòd licèt ad con-
firmationem † pupillaris substitutionis 26
requiratur, quòd sit adita hæreditas pa-
terna: vt ff. de vulg. & pu. sub. l. ij. §. quis-
quis. si tamē filius impubes, cui facta est
pupillaris, repudiet hæreditatem: suffi-
cit substitutum pupillariter adire ex ta-
cita vulgari. nec ad tacitæ vulgaris con-
firmationem requirebatur aditio alicu-
ius alterius: aliàs adire, & non adire, insi-
mul haberent inducere effectum seu vi-
gorem tacitæ vulgaris, quod non erat di-
cendum: vt ipse dicebat arguendo. Cir-
ca quod dicunt quidam, quòd vulgaris
tacita, non sunt secundæ tabulæ, sed ma-
gis est de primis tabulis: quia & circa pri-
mas tabulas disponit, licèt ex secūdis ta-
bulis ex interpretatione legis insurgat &
oriatur: & ideo sufficiat adire hæredita-
tem paternam ex illa tacita vulgari, cùm
& in ea solùm tractetur de bonis patris:
vt no. C. de insti. & substi. sub condi. fac.
l. fi. sed quòd ex tali tacita vulgari possit
adiri hæreditas, non cōfirmatis alio mo-
do secundis tabulis, non dixit glo. ff. de
acquir. hære. l. si pupillus. nec de priuil.
cre. l. paterfa. in quibus benè cadebat di-
cere, si verum esset. ¶ Ponamus ergo, pa-
ter † ita cauit in testamēto: Talem filium 27
meum impuberem, & Titiū, & Gaium,
mihi hæredes instituo. & si prædictus fi-
lius hęres meus erit, & in pupillari ætate
decesserit, illos alios duos cohæredes su-
os sibi substituo, & rogo prædictos sub-
stitutos, vt hæreditatem restituant Sem-
pronio. postmodum accidit patre mor-
tuo, quòd ille filius nullo modo voluit
esse hæres, & in pupillari ætate decessit,
deinde prædicti duo eius cohæredes, s.
Titius & Gaius, suspectam habuerūt hę-
reditatem, nec eam voluerunt adire? Et
certè

certè ad requęstam Sempronij fideicommissarij vnus saltem de cohæredibus cogetur adire hæreditatem paternã. Mortuo tamen impubere, & postea sic cõfirmatis tabulis patris per illius aditionẽ, ambo illi cohæredes cogentur adire ex vulgari tacita inclusa in pupillari expressa, & restituere hæredi illi Sempronio fideicommissario: vt ff. ad Trebel. l. apud Iulianũ. §. idem Iulianus. vbi est iste casus. Et licèt ille §. fortè posset palliari, s. quòd sufficeret adire ex tacita vulgari: Attamen palliari seu negari non potest, quin ibi ex tacita vulgari veniant bona impuberis ad prædictos substitutos pupillares. quod apparet: quia fidecõmissum ab eis vt à substitutis relictum, ipsi restituũt Sempronio fideicommissario. & sic negari non potest, quin ipsi habuerunt bona impuberis ex tacita vulgari. ex pupillari enim venire non poterunt, quia ille pupillus non fuit hæres. Et cùm
28 dicitur, quòd in tacita † vulgari tractatur de bonis patris. potest dici verum principaliter, consecutiuè tamẽ veniunt & venire possunt in ea etiam bona impu-
29 beris: vt ibi. Quidam † tamen sequentes ea, quæ dicta sunt suprà in prima summa, volentes palliare illum §. idem Iulianus. & ei respondere, dicunt ibi esse speciale, vt propter fideicommissum vniuersale in secundis tabulis relictum restituendum, veniant ad substitutos pupillares bona impuberis ex tacita vulgari: & aliàs non, cùm sit contra naturam pupillaris verbis affirmatiuis factæ, s. Si hæres erit, & in pupillari ætate decesserit &c. Vel possent dicere, quòd in illo §. nulla fit expressa mentio de aliqua substitutione vulgari expressa vel tacita, sed solùm habetur ibi, quòd postquàm saltẽ vnus de cohęredibus coactus fuit adire hęreditatem paternã, quòd tunc, propter fideicommissum prædictum & fauore eius, ambo illi cohæredes substituti cogantur adire ex substitutione pupillari, in qua sine dubio veniunt bona impuberis. Sic etiam est in filio impubere exhæredato, cui facta est pupillaris: vt ff. ad Trebel. l. ita tamẽ. §. à patre. Sed secundùm hoc gl. in prędicto. §. idem Iulianus. positę erũt pro nihilo. sed ego non recederẽ libẽter ab illis gl. nec per consequens à secunda summa superiùs posita.

RVBRICA CXXXIIII.
De emplari substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio exemplaris quæ sit. Et eius exemplum.*

2 *Substitutio exemplaris fit in filijs & fratribus mente capti, & ijs non existentibus, in extraneis.*

3 *Substitutio exemplaris, quæ locum habet in mente capto, extenditur ad furiosum. Et quid in muto, prodigo, & surdo. nu. 4.*

5 *Substitutio vulgaris expressa si facta sit mente capto, an subintelligatur tacita exemplaris. Et facta exemplari, an subintelligatur tacita vulgaris.*

6 *Substitutio pupillaris & exemplaris, in quibus differant.*

7 *Substitutionis exemplaris quæstiones relatæ, & ob obscuritatem non decisæ.*

EXEMPLARIS substitutio † est, quæ fit à patre, vel à matre, vel ab alijs parentibus, liberis mente captis. vt verbi gratia: Talem filium meum mente captum hęredẽ mihi instituo. & si cõtingat eũ decedere, anteq̃ efficiatur sanę mentis, talis filiꝰ sit hęres, vel talis frater eius sit hæres. Sed si ille † mente captus nõ habet filios, nec fratres tunc extraneus poterit ei substitui: vt C. de impu. & alijs sub. l. humanitatis. & Instit. de pu. sub. §. qua ratione. Item, quod dictum est de mente capto, idem † dicendũ est de furioso: vt ff. e. l. ex facto. circa prin. licèt aliàs differant: vt Insti. de cur. §. furiosi. Muto † autẽ quis nõ potest substituere directò, nisi impetraretur à principe: vt ff. de vul. & pu. sub. l. ex facto. in prin. Idẽ de prodigo, & surdo, quod dictum est de muto, eadem ratione. ¶ Sed si vulgaris † expressa facta sit mente capto, an subintelligatur tacita exẽplaris? Fortè nõ: qa non est cautum in iure. sed facta exẽplari, credo, q

 sub-

ſubintelligatur tacita vulgaris: quia exemplaris eſt ad inſtar pupillaris ſeu ad exemplum eius. ſed in pupillari intelligitur tacita vulgaris: ergo &c. ¶Differũt
6 † tamen pupillaris & exemplaris in quibuſdam. Primò, quia pupillaris fit impuberi, ab eo, in cuius poteſtate eſt: ſed in exemplari non curatur de patria poteſtate. Secundò, quia pupillaris fit tantùm ab vno: ſed exemplaris fit quandoque à duobus, vel à pluribus. Tertiò, quia pupillaris finitur certo tempore: ſed exemplaris non habet certũ tempus. Quartò, quia in pupillari non arctatur quis ad ſubſtituendum certas perſonas: ſed in exemplari ſic. & etiam eſt ordo ibi in illis perſonis. Quintò, quia filio impuberi exhæredato poteſt fieri pupillaris: ſed filio mente capto exhæredato fortè non poſſet fieri exemplaris. vt prædicta ſatis colliguntur C. de impu. & alijs ſub. l. humanitatis. & Inſtit. de pu. ſubſtitu. §. qua ratione.

7 ¶Quæritur, † ſi filius mente captus ſit impubes, an poſſit ſibi fieri ſubſtitutio exemplaris. Secundò quæritur, ſi pater non vult filio mente capto impuberi facere pupillarem, cùm poſſet, vel fortè fecit eam: nunquid mater poterit vti iure ſuo, & facere exemplarem. Tertiò quæritur, ſi extat pater, & auia materna, & auus maternus: vel econtrà extat mater, & auia paterna, & auus paternus: an omnes poterũt facere exemplarem, vel aliquis eorum debebit præferri in ſubſtituendo exemplariter. Quartò quæritur, ſi pater & mater ſubſtituerunt exemplariter, & ipſis defunctis decedat ille mente captus, an ſuſtitutus veniet ad hæreditatem mente capti ex teſtamento patris, vel ex teſtamento matris, vel vtroque, vel ex nullo eorum. Quintò quæritur, ſi pater & mater ſubſtituerunt exemplariter eodem tempore diuerſos ſubſtitutos, an illi ſubſtituti concurrent, vel quis eorum debebit alteri præferri. Sextò quæritur, ſi diuerſis tēporibus dederũt diuerſos ſubſtitutos, an per poſteriorem ſubſtitutionē tollatur ſeu euaneſcat prima, an ambæ concurrant. Item, ſi omnes filij eius mente capti meruerint exhæredari, an faciens exemplarem debeat neceſſariò vnum de illis ſubſtituere. at ipſi ſuper prædictis quæſtionibus tacuerunt. & apparet benè, quòd l. illa, humanitatis. fuit nimis breuis, & ideo magis obſcura.

RVBRICA CXXXV. De ſubſtitutione breuiloqua.

SVMMARIVM.

1 Subſtitutionis breuiloquæ exempla.
2 Subſtitutio breuiloqua quæ dicatur.
3 Subſtitutio breuiloqua ſi fiat duobus, quibus pupillariter ſubſtitui poſſet, duæ vulgares ſunt. Et ſi ſint exhæredati, vel vnus eorum, duæ ſunt pupillares. Et ſi exhæredati non ſint, breuiloqua quot ſubſtitutiones contineat. Et quid, ſi breuiloqua duobus fiat, quorum vni pupillariter ſubſtitui poſſet, alteri non. Et an hæc vera ſint, tam in pagano, quàm in milite. nu. 4.
5 Intellectus l. in teſtamento. i. C. de teſtam. milit. & gloſſæ ibidem.

BREVILOQVA ſubſtitutio † eſt, veluti ſi dicatur: Talem & 1 talem mihi hæredem inſtituo, & eos inuicē ſubſtituo. vel ſic, Talis & talis inuicem mihi hæres ſubſtituti ſunto. vel ſic, Talis & talis inuicē mihi hæredes inſtituti ſubſtituo. vel ſic, Talē & talem inuicē mihi hæredes ſubſtituo. & ſic poteſt fieri per verba, Tales inſtituo. vel per verba, Tales inuicem ſubſtituo: vt ff. de vul. & pu. l. ſi pater impuberes. & de hære. inſti. l. cùm in teſtamento. §. j. Et dicitur † breuiloqua, quia 2 breuiter videtur teſtator inſtituere & ſubſtituere: vt ibi. & vocatur etiam reciproca: vt ff. de vulg. & pup. l. iam hoc iure. §. j.

¶Circa iſtam breuiloquam eſt notandum, quòd ſi fiat † duobus, quibus 3 pupillariter poſſet ſubſtitui: tunc ſunt ibi duæ vulgares tantummodo. Si autem fiat duobus, quibus poſſet pupillariter ſubſtitui, ſi illi fuerunt exhæredati: tunc ſunt tantùm duæ pupillares. Idem dico,

dico, si vnus esset tantùm exhæredatus. Si autem fiat duobus, quibus posset pupillariter substitui, nec fuerunt exhęredati: tunc illa breuiloqua continet quatuor substitutiones, scilicet duas vulgares, & pupillares. quæ licèt non sint ibi expressatæ, tamen pro expressatis habentur: quia ibi declarantur ex significatione verborum: vt notatur C. de impube. & alijs substitu. l. precibus. nec est ibi aliqua tacita: vt notatur ff. e. l. Lucius. Si autem prædicta breuiloqua fiat duobus, quorum vni posset substitui pupillariter, alteri non: tunc propter inęqualitatem euitandam, non erunt ibi, nisi duæ vulgares. vt ibi, & C. e. l. ij. nisi probaretur, patrem voluisse directò substituere illi impuberi, cui poterat substituere pupillariter, postquàm hæres extitisset: quia tūc valeret in illo impubere directa substitutio, scilicet pupillaris. & essent ibi tunc duæ vulgares, & vna pupillaris: vt ff. e. l. iam hoc iure. § . sed si alter. Et prædicta sunt † vera, tam in pagano, quàm in milite.

4

¶ Sed in milite hoc plus est: quia si probaretur per aliqua extrinseca, militem voluisse directò substituere impuberi prędicto, postquàm hæres extitisset: tunc valeret etiam post pubertatem directò, ex priuilegio militis, nisi mater esset in medio: quia tunc, scilicet post pubertatem, directa transiret in fideicommissariam fauore matris. argu. C. de impube. & alijs substitu. l. precibus. quæ in compendiosa loquitur, sed eadem ratio est in ista breuiloqua. Sed per priuatum facta tali breuiloqua, si probaretur, eum voluisse directò substituere tali impuberi: tunc valeret infra pubertatem directò: vt dictum est in milite. sed post pubertatem non valeret, nec directò, neç per fideicommissum: vt ff. e. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari. Et sic apparet

5 † ex prędictis, quòd C. de mili. testa. l. in testamento. j. prout supponitur ibi, quòd frater & filia sunt per reciprocam seu per breuiloquam substitutionem inuicem substituti, & filia decessit in pupillari ætate, postquàm fuit hæres, quòd dictus miles nullum habet priuilegium, & mater venit ab intestato ad bona filiæ, excluso fratre penitus: vt C. de impube. & alijs substitu. l. ij. nisi frater probaret, militem fratrem suum voluisse eum directò substituere prædictæ filiæ: quia tunc exclusa matre succederet dictus frater prædictæ filiæ ex substitutione pupillari. & sic etiam obseruaretur in priuato, vt dictum est. & sic debet intelligi l. illa, in testamento. quia ibi illa filia decessit in pupillari ętate. Sed si filia illa decessisset post pupillarem ętatem, quod nō fuit in prædicta lege, nec de hoc quærit illa lex: tunc probata illa voluntate militis, valeret post pupillarem ætatem substitutio ex priuilegio militis. vel quòd frater prędicti militis substitutus filiæ veniret directò ad bona, quæ filia prędicta habuit à patre milite, si mater non superesset: vt ff. de vul. & pu. substitu. l. centurio. sed si mater esset in medio, satis haberet tunc lex fauore matris, vt etiam miles retineret aliquid de priuilegio suo: quia directa conuerteretur in fideicommissariam. arg. C. eo. l. precibus. licèt ibi in compendiosa loquatur, sed eadem est ęquitas & ratio in breuiloqua. ¶ Item super prędicto priuilegio militis, super quo C. de milita. testa. l. in testamento. j. nec quęritur, nec aliquid determinatur: licèt de dicto priuilegio militis ibi faciat mentionem. est intricata glossa ibi, dum dicit: Sed tu dicas &c. quæ glossa potest sic intelligi: Sed tu dicas, cùm hoc non probatur, nullum habet miles priuilegium. subaudias, quia tunc veniret mater ab intestato, excluso penitus fratre militis: quia propter inęqualitatem non fuerunt ibi, nisi duę vulgares. Item, cùm sequitur in glo. sed hoc probato, habet. subaudias, scilicet miles priuilegium. Item, cùm sequitur in glo. quia est directa substitutio. subaudias, post pupillarem ętatem: quia illud esset ibi tunc solùm ex priuilegio militis: quia ante pupillarem ætatem esset directa de iure communi, tam in milite, quàm in priuato. Item, quod sequitur in glo. nisi mater esset in medio. subaudias: quia tunc post pupillarem

larem ætatem esset fideicommissaria fauore matris, licèt infra pupillarem ætatem esset directa, non obstante, quòd mater esset in medio. Item, cùm sequitur in glo. Sed si fuisset priuatus testator, & hoc probato, quòd hoc sensit, esset tantùm fideicommissaria. certè videtur mihi, quòd illud non potest stare. quia immò probato, quòd priuatus seu paganus senserit substituere directò prædictæ filiæ: certè tunc valeret directò in pupillari ætate, non obstante matre, vt in milite dictum est. sed post pubertatem in priuato non posset valere directò, nec directa posset conuerti in fideicommissariam. vt ff. de vul. & pu. sub. l. verbis ciuilibus. & quocunque modo voluatur vel reuoluatur glo. illa, credo, quòd non benè stat.

RVBRICA CXXXVI.
De compendiosa substitutione.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio compendiosa qua sit.*

2 *Substitutio compendiosa si fiat à milite filio impuberi, cui miles pupillarem facere posset, & filius in pupillari ætate moriatur, veniet substitutus ad omnia bona, matre exclusa, ac si verbis pupillaribus expressa esset. Si filius post pupillarem ætatem moriatur, & mater in medio sit, vel non sit, ad quæ bona substitutus veniat. Et quid in casu conuerso, si compendiosam faciat tali, cui pupillarem facere non posset. Et quid in his càsibus iuris sit, si paganus compendiosam faciat. nu. 4.*

3 *Substitutionem compendiosam faciat miles per verbum, Sit hæres, vel per verbũ, Substituo, an differat.*

5 *Substitutionem compendiosam si paganus faciat tali, cui pupillarem facere posset, scilicet dicendo, Talem filium meum impuberem hæredem mihi instituo, & quandocunque decesserit sine liberis, Sempronius sit hæres, vel Sempronium sibi substituo. eritne talis compendiosa directa, vel fideicommissaria, vel nulla.*

6 *Verbum, sine liberis, non impedit directam substitutionem, nec fideicommissariam inducit.*

7 *Institutionum verba directa in testamento valido posita, ad fideicommissum nunquam flectuntur. Sed posita in codicillis, directitudinis perdunt naturam, & in fideicommissum transeunt. nu. 9.*

8 *Rex in regno suo non flectitur, & rusticus in cortili suo ex superbia vix domatur. Sed rex extra regnum suum tacet & flectitur, & rusticus extra cortile suum cum vno filo ducitur.*

10 *Testator si ita dixerit: Talem hæredem instituo, & si sine liberis decesserit, substituo talem. non adiecto verbo, quandocunque: quæritur, quid iuris.*

11 *In substitutione compendiosa an tacita vulgaris subintelligatur, vel non.*

12 *Sub verbis obliquis verba directa subintelligi nec debent, nec possunt.*

13 *In compendiosa si paganus dicat: Filius meus quandocunque decesserit, in pupillari ætate, vel posteà, Sempronium substituo. tunc infra pubertatem, pupillaris est. post, fideicommissaria. & quare. Et quid, si testator dixit, Filius meus quandocunque decesserit, Sempronium sibi substituo pupillariter, & per fideicommissum.*

14 *Testator si dicat: Filius meus quandocunque decesserit in pupillari ætate, vel posteà, Sempronius sit hæres. vel dicat, Sempronius sit hæres pupillariter: tunc in pupillari ætate vt pupillaris, & post, nihil valebit. & quare.*

15 *Testator si dixerit, Martinum mihi hæredem vniuersalem instituo, & volo, quòd Sempronius sit hæres per fideicommissum. vel dicat, Et volo, quòd quandocunque Martinus decesserit, Sempronius sit hæres per fideicommissum: an Martinus rectè videatur rogatus restituere hæreditatem Sempronio.*

16 *Substitutionem si paganus facere velit in testamento imperfecto, frustra eam verbis directis*

directis facit, nisi esset pupillaris.

17 *Substitutionem testatorem facere velle si non apparet. Si dicat, Martinum mihi haeredem instituo, & si nauis ex Asia venerit, etiam Sempronius cum Martino sit haeres: an Sempronius conditione adueniente directò erit haeres & cohaeres dicti Martini. Et quid, si dicat, Martinum haeredem mihi instituo, & quandocunque morietur, Sempronius sit cohaeres eius. nu. 18. Et quid, Martinum mihi haeredem instituo, & si nauis ex Asia venerit, Titius sit haeres. nu. 19.*

20 *Testator si ita dixerit, Martinum mihi haeredem instituo, & si nauis ex Asia venerit, Titium sibi substituo: an adueniente conditione iure fideicommissi valeat.*

21 *Testator si ita dixerit, Martinum haeredem instituo, si nauis ex Asia venerit. & si non venerit, Titius sit haeres, vel Titium sibi substituo: an vtroque casu directa sit vulgaris, & locum habere possit. Et quid, si testator dicat, Martinum mihi haeredem instituo, si nauis ex Asia venerit. Item Titium sibi instituo: qualis haec sit substitutio, & locum habere possit. nu. 22.*

23 *Testator quidam dixit ita: Martinum mihi haeredem instituo. & si contingat eum decedere sine liberis, volo, quòd restituat haereditatem Titio. & si contingat Titium decedere sine liberis, volo, quòd restituat haereditatem Sempronio. posteà mortuo testatore, & viuo haerede Martino, & per eum haereditate adita, Titius primus fideicommissarius decessit. & deinde decessit Martinus haeres, & sine liberis. Quaeritur, an Sempronius secundus fideicommissarius ad fideicommissum haereditatis admitti possit, & debeat. nume. 25.*

24 *Legatum vel fideicommissum purè relictum post mortem testatoris caducum non fit, sed transit ad haeredes legatarij: conditio tamen, si qua ibi est, spectanda est.*

26 *Sententia formalis in fideicommissaria haereditatis petitione.*

COMPENDIOSA substitutio † est, quę fit sub compendio verborum. Quae si fiat à milite † filio impuberi tali, cui posset ille miles facere pupillarem, verbi gratia: Dicit miles armatae militiae, Talem filium meum impuberem mihi haerede instituo. & quandocunque decesserit, Sempronius sit hęres. tunc si ille filius moriatur in pupillari ętate, veniet substitutus ad omnia bona, matre exclusa, ac si esset pupillaribus verbis expressata: quia pro expressa ibi habentur. & hoc de iure communi. vt C. de impu. & alijs sub. l. precibus. Si autem ille filius moriatur post pupillarem ętatem, & mater non sit in medio, veniet substitutus directò ad bona solùm, quae fuerunt illius militis: vt ff. e. l. centurio. Si autem mater sit in medio: tunc ipsa veniet ad hęreditatem filij sui puberis: sed per fideicommissum restituet substituto solummodo bona patris militis: vt in d. l. precibus. Si autem faciat compendiosam tali, cui non posset facere pupillarem: tunc veniet substitutus directò ad bona solùm testatoris militis: vt ff. e. l. centurio. & de mili. testa. l. milites etiam his. & C. eo. l. in testamento. j. excepto, quòd si miles faceret compendiosam filio suo, cui pupillarem facere non posset, & mater esset in medio: tunc illa directa, quae est directa ex priuilegio militis, fortè, vt credo, fauore matris superstitis conuerteretur in fideicommissariam: vt argu. in d. l. precibus. Item in praedictis non † differt, fecerit miles compendiosam per verbum, Sit haeres, vel per verbum, Substituo.

¶ Si paganus faciat compendiosam † alicui, cui posset facere pupillarem: aut faciet eam per verbum, Sit hęres, aut per verbum, Substituo. Si faciat eam per verbum, Sit haeres: verbi gratia, Talem filium meũ impuberem mihi haeredem instituo. & quandocunq; decesserit, Sempronius sit haeres, tunc mortuo filio

filio in pupillari ętate, postquàm fuit hęres, veniet substitutus ad omnia bona, ac si esset pupillaribus verbis expressata: vt dictum est suprà in milite. Si autem ille filius moriatur post pupillarem ętatem, substitutio non valebit, nec directò, nec per fideicommissum. vt ff. de vul. & pu. substi. l. in pupillari. & l. verbis ciuilibus.

Si autem faciat eam paganus per verbum, Substituo: scilicet dicendo, Et quandocunque decesserit, Sempronium sibi substituo. tunc nullo tempore valebit, vt directa, sed pro toto tẽpore, scilicet in pupillari ætate, & post, erit fideicommissaria: quia verbum, Substituo, citò ex adiunctis adaptatur ad fideicommissum: vt C. de insti. & substi. sub condi. fac. l. generaliter. §. cùm autem. & no. ff. de vul. & pu. sub. l. centurio. & C. e. l. precibus. Si enim diceremus, eam esse pupillarem infra pupillarem ætatem, ipsa non posset posteà trahi post pupillarem ætatem ad fideicommissum. & ideo, ad hoc, vt semper valeat, iudicatur esse fideicommissaria pro toto tempore: quia verbum, Substituo, ad fideicommissum adaptatur. Si autẽ paganus faciat compendiosam alicui, cui non posset facere pupillarem, si faciat eam per verbum, Sit hæres. tunc nullo tempore valebit, nec directò, nec per fideicommissum. sed si faciat eam per verbum, Substituo, tunc semper valebit per fideicommissum, & non iure directo. & in prædictis non discrepant glossæ. Sed quid erit, si paganus

5 † faciat eam compendiosam tali, cui posset facere pupillarem, scilicet dicendo ita: Talem filium meum impuberem hæredem mihi instituo, & quandocunque decesserit sine liberis, Sempronius sit hæres, vel Sempronium sibi substituo. erit ne talis compendiosa directa, vel fideicommissaria, vel nulla? Dominus Azo in Summa sua interpretatur eam semper esse fideicommissariam, propter verbum, Sine liberis. & quia verba directa trahuntur ad fideicommissum. vt ff. ad Trebel. l. Scæuola. & glo. etiam tenet hoc in d. l. precibus. & ita etiam dicit Rolandus in sua Sũmula, quã fecit super vltimis vo-

Vide Guidonem Pape q. 534.

luntatibus. Sed potest dici, quòd illud esset verum, si testator vsus fuit verbo, Substituo: vt apparet ex superioribus. Idem fortè, si vsus fuit vtroque disiunctiuè, scilicet dicendo insimul: Sempronius sit hęres, vel Sempronium substituo. quia tunc propter disiunctiuam, vel, sufficeret alteram partem stare seu valere. ar. l. cùm pupillus. §. disiunctiuo. ff. de condi. & demon. & sic licèt non valeat pro toto tempore, prout est ibi, Sempronius sit hęres. valeret tamen ex illo verbo, Sempronium substituo. & sic est fideicommissaria pro toto tempore. Sed si testator vsus fuit tantummodo verbo, Sit hęres, scilicet dicendo: Quandocunque decesserit, Sempronius sit hęres. tunc infra pupillarem ętatem esset pupillaris. & sic directa post pupillarem ętatem esset nulla: vt apparet ex superioribus. & ff. de vul. & pu. sub. l. centurio. Nec obstat ad prædicta, verbum, Sine liberis: quia illud verbum † non impedit directam sub- 6
stitutionem, nec inducit fideicommissariam. vt ibi apparet euidenter. Item non obstat l. Scæuola. ff. ad Trebel. quia in testamento † valido verba directa institu- 7
tionum posita, nunquam flectuntur ad fideicommissum. vt ff. de vul. & pu. sub. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari. nisi in casu vno fauore matris: vt C. e. l. precibus. Sic & Rex † in regno suo non flecti- 8
tur, & rusticus in cortili suo ex superbia vix domatur: sed Rex extra regnum suum tacet & flectitur, & rusticus extra cortile suum cum vno filo ducitur. sic & verba illa † directa cùm sunt in codicillis, 9
sunt extra locum propriũ, nec in sua directitudine ibi recognoscuntur: vt C. de codi. l. ij. & l. si idem. in fi. & de testa. l. non codicillũ. & ff. de condi. insti. l. quidam. §. fi. & Insti. de codi. §. codicillis. & sic naturam directitudinis perdunt omnino, & transeunt & flectuntur in fideicommissum. & sic est in d. l. Scæuola. ff. ad Trebel. & facit ff. de iniusto rup. testa. l. posthumus. in fi. ¶ Quæritur, quid si testator † ita 10
dixerit: Talem hæredem instituo. & si sine liberis decesserit, substituo talem. non adiecto verbo, quandocunque? Dic, quòd

quòd trahitur ad fideicommissum: vt in c.Raynutius.§. postmodum.extrà de testa.& no.Host.in Summa,e.ti.§.hoc aût. in rubrica.de substi. ver. est compendiosa.Idem,si dicat,Sine liberis decesserit.& vide Guil.de Cu. in d.l. precibus.in tractatu de substitutione. ver. compendiosa.vbi ponitur verbum, & quandocunque.& allegat c.si pater.extrà de testa.lib. vj.in rubri.& dictum c.ibidem mirabiliter vide.& etiam Inno.& in d.l.precibus. alleg.C.de impu.& al.sub.& vide suprà tit.de verbis directis.de illo verbo, Substituo, vbi plenè tractatur. ¶ Quęritur,
11 an † in compendiosa subintelligatur tacita vulgaris vel nõ.Dicendum est,quòd vbicunque fit compendiosa,quæ aliquo tempore possit valere & dici pupillaris: vt de milite habetur ff.de vul.& pu.sub. l.centurio.& C.e.l.precibus. & de pagano habetur ff.e.l. in pupillari.tunc quia est pupillaris vera, in ea subintelligitur tacita vulgaris: vt e.ti.l.iam hoc iure.in princip. aliâs in compendiosa nunquam subintelligitur aliqua tacita vulgaris, cùm nulla lex hoc dicat. Quidam tamen dixerunt sine lege & sine omni ratione,quòd in omni compendiosa subintelligitur tacita vulgaris, etiam in fideicommissaria compendiosa, id est, facta per verba quasi compendiosè.& malè di-
12 cunt. Sub † verbis enim obliquis non debent nec possunt subintelligi verba directe. sed tunc, cùm est fideicommissaria compendiosa, est recurrendum ad materiam C.& ff. ad Trebel.

¶ Item est notandum,quòd si paganus
13 † dicat: Et si filius meus quandocunque decesserit, in pupillari ætate, vel posteà, Sempronium substituo.tunc non est vna substitutio pro toto tempore: sed infra pubertatem est pupillaris,& post pubertatem est fideicommissaria, propter prædictam alternationem & discretionem temporum à testatore factam. & quia verbum,Substituo,vtrique substitutioni deseruire potest: vt satis no.in ll.prædictis. Idem credo,si testator dixit: Et si filius meus quandocunque decesserit, Sempronium sibi substituo pupillariter & per fideicommissum. quia etiam satis apparet tunc de alternatione temporum, & de voluntate testatoris, quæ habet regere conditiones: vt ff.de condi.& demõ. l.in conditionibus. in prin.& de leg.j.l.si mihi & tibi. in fi. Sed si testator † dicat: 14
Si filius meus quandocunque decesserit, in pupillari ętate,vel posteà,Sempronius sit hęres. vel dicat, Sempronius sit hæres pupillariter: tunc valebit in pupillari ætate, vt pupillaris,& post pupillarem ętatem nihil.Et si quęratur,quare non valet post pupillarem ętatem per fideicommissum: vt sic verbum, Sit hęres,accipiatur propriè & impropriè,sicut inuenitur ar.ff.de condi.& demon.l.pater Seuerinam.§.conditionum. certè potest dici, quòd verba merè directa, vt est verbum, Sit hęres, intantum sunt rigida & inflectibilia iure disponête,quòd in testamento perfecto & valido non patiuntur se impropriè pertractari seu ad fideicõmissum trahi, immò magis volunt esse pro nihilo: vt ff.de vul.& pu.sub.l. verbis ciuilibus. nisi in casu, s.C.e.l.precibus. vt suprà dictum est. Credo tamen, quòd si † testator dixerit: Martinum mihi hære- 15
dem vniuersalem instituo, & volo,quòd Sempronius sit hęres per fideicommissum.vel dicat,Et volo,quòd quandocũq; Martinus decesserit, Sempronius sit hæres per fideicommissum. Martinus rectè videtur rogatus restituere hæreditatem Sempronio.Fideicõmissarius enim quodammodo est hęres. & licèt non sit verè hęres, potest tamen vocari verè & rectè fideicommissarius hęres.argu.ff.de fideicom.hęre.pe.l.j.in fi.& quod cum eo,qui in alie.pote.l. si filius. & Institu.de fideicom.hære.§.restituta.

¶ Item est notandum,quòd si paganus † in testamento imperfecto velit substi- 16
tutionẽ facere,frustra faciet eã verbis directis.verbi gratia: Martinum mihi hęredem instituo, & quandocunq; decesserit, Sempronius hæres esto. quia nec valebit directò,nec per fideicommissum.vt ff.de vul.& pu.sub.l.verbis ciuilibus.nisi esset pupillaris substitutio: vt ibi. Si autem † non appareat, testatorem velle facere 17

aliquam substitutionem, sed fortè dicat ita: Martinum mihi hæredem instituo, & si nauis ex Asia venerit, etiam Sempronius cum Martino sit hęres. tunc quia ibi non apparent aliqua verba substitutionis, ille Sempronius directò erit hęres & cohęres dicti Martini, aduenientе conditione prędicta. Interim tamen ante euentum conditionis Martinus purè institutus, habebit totam hęreditatem. vt no. ff. si pars hęre. pe. l. ij. Idem credo, si dica-
18 tur † ita: Martinum hęredem mihi instituo, & quandocunque morietur, vel quandocunque decesserit, Sempronius sit cohęres eius seu hęredis eius: quia testator tunc nullam substitutionem videtur voluisse facere, sed magis cohęredis adiecti-
19 onem. Sed si testator † dicat: Martinum mihi hęredem instituo. & si nauis ex Asia venerit, Titius sit hęres: tunc credo, quòd nullo iure valebit substitutio. per l. ver-
20 bis ciuilibus. Sed si testator † dixerit: Martinum mihi hęredem instituo. & si nauis ex Asia venerit, Titium sibi substituo: tunc valebit iure fideicommissi adueniente conditione. quia verbum, Substituo, adaptatur ad fideicommissum.

Sed contrà, ff. de hære. insti. l. si te solũ. in prin. vbi satis perpeditur, quòd si fuerit facta substitutio, Si nauis ex Asia venerit: siue facta fuerit per verbum, Sit hæres, siue per verbum, Substituo, ipsa est directa. Sed illud est ibi ideo, quia in parte hęreditatis, in qua facta fuit ibi substitutio, nullus erat hęres, vel erat suspensus in euentũ conditionis. Sic etiam est,
21 si † testator ita dixerit: Martinum hæredem instituo, si nauis ex Asia venerit. & si non venerit, Titius sit hęres, vel Titium sibi substituo: quia ipsa tunc vtroque casu erit directa vulgaris, & poterit habere locum in vno casu, s. si nauis ex Asia non
22 venerit, aliàs non. Item, si testator † dicat: Martinum mihi hæredem instituo, si nauis ex Asia venerit. item Titium sibi instituo. ista erit directa & vulgaris. &. poterit habere locum in duobus casibus, scilicet si nauis ex Asia venerit. Item & si venerit, dum tamen Martinus non sit hæres.

¶ Quidam testator † dixit ita: Martinum mihi hæredem instituo. & si contingat eum decedere sine liberis, volo quòd restituat hæreditatem Titio. & si contingat Titium decedere sine liberis, volo quòd restituat prædictam hæreditatem Sempronio. Posteà mortuo testatore, & viuo hęrede Martino, & per eum hęreditate adita, Titius primus fideicommissarius decessit. & deinde decessit Martinus hæres, & sine liberis. Modò quæritur, an Sempronius secundus fideicommissarius debeat & possit admitti ad fideicommissum hęreditatis prædictæ? Et videtur, quòd sic: quia cùm decessit Titius primus fideicommissarius, fideicommissum sibi relictum remansit penès hęredem Martinum cum suo onere. Postquàm ergo mortuo prędicto Titio, mortuus etiam est dictus Martinus hæres, & sine liberis, iam videtur euenisse onus & casus prędicti fideicommissi restituendi dicto Sempronio secundo fideicommissario. vt ff. de legat. ij. l. pater meus. aliàs, Celsus. Ista quęstio fuit prope Montem Pessulanum inter quosdam nobiles & potentes viros, super quadam hęreditate. Circa quod est notandum, quòd licèt post mortem † testatoris non fiat caducum legatum vel fideicommissum purè relictum, immò transit ad hæredes legatarij vel fideicommissarij: vt C. de cadu. tol. l. vna. §. in nouissimo. tamen si est ibi conditio, illa spectanda est: vt e. l. §. sin autem aliquid sub conditione, & ante conditionis euentum dies non cedit. vt ibi. Nunc dico in quæstione † ista, quòd in substitutione prędicta fideicommissaria facta Sempronio, conditio vna fuit apposita, scilicet, si Titius decederet sine liberis. aut ergo dictus Titius decessit relictis liberis, aut sine liberis. & si Titius decessit relictis liberis, conditio illa iam defecit: & sic nunquam magis hęreditas iure prędicti fideicommissi poterit ad Sempronium pertinere: vt ff. de vulga. & pupil. substitu. l. qui habebat. Tota enim conditio debet adimpleri: vt ibi habetur expressè. & facit ff. de condi. insti. l. si hæredi plures. & de con- 23 Vide Gomezem pag. 550. 24 25

condi. & demon. l. qui hæredi. §. fi. & sic oporteret, quòd ad hoc, quòd prædictum fideicommissum haberet locum, quòd nedum prædictus Titius decessisset, immò & quòd sine liberis decessisset. Si ergo decessit Titius relictis liberis, perpetuò Sempronius est exclusus. Remansit enim fideicommissum, mortuo Titio relictis liberis, penès Martinum hæredem cum suo onere: vt C. de cadu. tol. l. vna. §. pro secundo. sed onus erat, quòd Titius debebat illud restituere, si ipse decederet sine liberis. sed ipse decessit relictis liberis. ergo nullum onus restituendi fuit penès Martinum. In plus enim non debuit teneri, quàm esset obligatus Titius, si superuixisset, & relictis liberis decessisset. Remanebit ergo perpetuò penès hæredem Martinum, nec hæredes Titij venient ad illud: quia fideicōmissum conditionale non transmittitur pendente conditione ad hæredes: vt C. de cadu. tol. l. vna. §. sin autem aliquid sub conditione. nec conditio illa, scilicet, Si decesserit sine liberis, affert aliquod commodum liberis: vt ar. ff. de leg. j. l. filiosfamil. §. cùm quis rogatus erit. & facit, quod no. ff. ad Trebel. l. ex facto. §. fi. Si autem prædictus Titius decessit sine liberis, adimpleta fuit tunc conditio tota in persona Titij apposita: & quia etiam cōpleta supponitur tota quædam alia conditio, s. quòd mortuus est Martinus sine liberis. ergo pertinebit prædictū fideicōmissum ad dictū Semproniū: vt ff. de leg. ij. l. pater meus. aliàs, Celsus. & de vul. & pu. sub. l. cohæredi. in princ. Ibi enim non est curandum, quis prior decesserit, dū tamē conditiones impleantur. Modò est notandū, quòd si Titius viuo testatore decesserit, & sic fideicommissum fuerit in causa caduci, prædictum fideicōmissum pertinet ad Sempronium: vt C. de cadu. tol. l. vna. §. pro secundo. Distinctione tamen habita, decesserit Titius relictis liberis, vel sine liberis: vt statim in quodam alio casu dictum est, & per eadem iura. Idem, si dictus Titius erat iam mortuus ante testamentum, non distincto tunc, an decessisset relictis liberis, vel sine liberis: quia cùm fideicommissum esset tunc pro non scripto, quantū ad personā Titij, deberet venire Sēpronius secūdus fideicōmissarius, vt credo: vt C. e. l. §. pro secūdo. mortuo tamē Martino hærede sine liberis, per iura superiùs allegata, licèt super hoc, pro nō scripto, videatur cōtraria glo. ff. de le. ij. l. codicillis. in prin. Item est notandū, quòd si in themate prædicto fideicōmissa essent pura, s. quòd hæres esset rogatus restituere Titio, & Titius Sempronio: si hæres nollet spōtè adire hæreditatē, Titius primus fideicōmissarius nō posset postulare eum cōpelli: quia eiusdē Titij non interesset, pro eo, quia esset restituturus fideicōmissū alij, s. Sempronio, nulla quota parte hæreditatis retenta. sed Titius cū Sempronio, vel Sempronius solus, si Titius esset negligens, posset postulare, cogi hæredem adire. Item, si hæres spontè adiuisset, & Titius primus fideicommissarius repudiaret fideicommissum: veniret tunc Sempronius recta via ad fideicommissum. vt hæc possunt recolligi ff. ad Trebel. l. si patroni. §. qui fideicommissariam. Item, quia in quæstione prædicta vtraque substitutio fideicōmissaria est conditionalis: ideo nisi hæres Martinus decedat sine liberis, non veniet Titius primus fideicommissarius, & per consequens nec Sempronius. Item, nisi hæres Martinus & Titius primus fideicommissarius decedant ambo sine liberis, non veniet Sempronius ad fideicommissum. Cōditiones enim oportet in totum esse adimpletas: vt suprà dictum est. Aliquis enim, nec ad hæreditatem, nec ad legatum vel fideicommissum, nec ad tutelam admittitur: nisi doceat casu existente se inuitatum: vt no. ff. de re. du. l. qui duos. circa princip.

Item est notandum, quòd si Martinus hæres recusaret adire hæreditatem, ipse posset cogi adire per fideicommissarios prædictos: licèt fideicommissum sit eis relictum sub conditione, Si hæres decesserit sine liberis, & hæres compulsus adire, restitueret statim hæreditatem Titio fideicommissario primo, etiam pendente conditione. & si posteà conditiones non euenirent, sed deficerent, tunc illi

illi fideicommissarij nullum ius haberent in prædicta hæreditate. nec coactus esset in aliquo damno, sed daretur fortè curator bonis: vt satis videtur colligi ff. ad Trebel. l. apud Iulianum. §. Antistia. & l. seq. & se. in prin. & l. seruo, inuito. §. j. istud autem non affirmo: quia indigeret meliori examinatione.

SENTENTIA.

26 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus & declaramus, dictũ Actorem esse fideicommissarium hæredem dicti Titij testatoris, pro tribus partibus hæreditatis eiusdem Titij, & condemnamus dictũ Martinum reum, vt prædictas tres partes hereditatis pro diuiso dicto Actori restituat. & nihilominùs cõdemnamus dictum Reum in c. solid. Tur. dandis dicto Actori pro expensis &c. Pe. Ia.

RVBRICA CXXXVII.

De materia decretal. si pater. extrà de testamen. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Casus decretal. si pater. de testam. lib. vi. Et eius ratio. nu 2.*

3 *Substitutio an fieri possit per verba, moriatur tali. Et an verba illa in testamento directa sint, & inflexibilia: sicut illa, Talis sit hæres. an verò sint talia, quæ trahuntur & adaptantur ad fideicommissum: sicut sunt illa, Talem substituo. nu. 5. 6. 24.*

4 *Testator in testamento si dicat, Ego volo mori Sempronio. an sit idem, ac si diceret, Sempronium hæredem instituo.*

7 *Substitutio qualis sit, si pater in testamento dicat, Si vtrunq; filiorum sine liberis mori contigerit, pauperes substituo. Et qualis, si dixisset, Si vtrunque filiorum mori contigerit sine liberis in pupillari ætate. pauperes Christi hæredes instituo. nu. 8. 9.*

10 *Substitutio directa interdum ex causa ad fideicommissum trahitur. Quod fallit, vt ibi. Regulariter tamen in testamento directa verba ad fideicommissum non trahuntur. nu. 13. Et quid in codicillis. nu. 14.*

11 *Voluntas vltima regit conditiones, & facit valere totum, quod est in testamento.*

12 *Hæres fideicommissarius dicitur, cui restituta est hæreditas per fideicommissum. & dicitur quodammodo hæres, & agit fideicommissaria hæreditatis petitione.*

15 *In codicillis hæreditas directò nec dari, nec adimi potest. & quarè.*

17 *Verbum, Substituo, ad quas substitutiones referatur. Et an dicatur propriè verbum directum, vel obliquum. nu. 18. 20. Et quid in codicillis. nu. 19. Et quid in testamento militis, & pagani. nu. 21. 22.*

23 *Mater ex decretal. si pater. de testam. in vi. an habeat quartam iure naturæ debitam, in bonis quæ habebat filius tempore, quo decessit. & aliam quartam, in bonis quæ habebat filia. & an liceat filio aut filiæ in testamento excludere. & si mater conqueratur, quomodo ei obuiandum sit.*

25 *Archidiaconus malè reprehendit glossam in l. precib. C. de impub. & alijs substitut.*

26 *Substitutio breuiloqua quot aliquando substitutiones contineat.*

27 *Substitutio cõpendiosa an expressam vulgarem contineat. nu. 44.*

28 *Substitutio tacita vulgaris an aliqua tractet tantùm de bonis patris, & ex ea pupillariter substitutus adire possit.*

29 *In decretal. si pater. de testam. in vi. quot & quales sint substitutiones. nu. 31.*

30 *In dotis causa mulieres in hypotheca tacita cæteris creditoribus tacitas habentibus præferuntur, licèt tempore anterioribus. Secus, in hypotheca expressa.*

32 *Inter substitutionem vulgarem tacitam, & expressam, quæ sit differentia.*

33 *Substitutio compendiosa facta à milite in testamento impuberi, in quibus bonis qualiter & quando valeat. Et quid, si à pagano facta sit. nu. 34.*

35 *Substitutio si filiæ impuberi facta est, si sine liberis decedat, & decem vel vndecim annorũ matrimoniũ cõtrahat, & eodem anno relictis*

relictis liberis decedat, quid iuris.

36 *Hereditatem restituere si aliquis rogatus fuerit, si sine liberis decesserit: & ille religionem ingressus fuerit, & ibi professus fuerit: an tunc monasterium habeatur pro liberis, & sic cesset fideicommissum. nu. 38. & 39.*

37 *Per professionem vt aliquis obligetur, quæ requirantur.*

39 *Monasterium ingrediens, ante professionem tempus deliberationis habet, & interim consentire non videtur, nec se & sua dedicare, nisi aliâs tacitè vel expressè renunciet.*

40 *In monachum si aliquis se dedicauit, promittens castitatem, paupertatem & obedientiam, pacto apposito, quòd si vellet, infra annum à monasterio discedere posset: an tunc dedicatio pro non facta sit. nu. 42.*

41 *Monasterium ingressus si sit mortuus infra annum, nec aliquid de voluntate sua in monasterium expressisset, an tunc pro liberis haberi debeat.*

42 *Monachatus de substătia sunt tria, & quæ sint illa.*

43 *Substitutio compendiosa an à milite tantùm fiat, & naturam pupillaris & fideicommissaria habeat, & an sit dare aliam compendiosam, nisi illam.*

44 *In substitutione compendiosa, an expressa pupillaris, & etiă vulgaris, quæ in ea subintelligitur, pubertate expiret.*

POST prędictas substitutiones superest, vt aliqua dicantur de illa decre. si pater. extrà de testa. lib. vj. ¶ Pater, † qui habebat filium & filiam impuberes, & vxorem matrem eorum, filiam in re certa hæredem instituit: filium verò hæredem vniuersalem in cæteris bonis sibi instituit, & vxori aliqua in testamento legauit, & adiecit, quòd si filia decederet sine liberis, eidem filio moreretur. & si filius absque liberis decederet, præfatæ filiæ moreretur. & si vtrunque filiorum sine liberis mori contingeret, pauperes Christi sibi instituit hæredes. Patre mortuo, mortuus est filius, & subsequenter filia, & ambo ante pubertatem, etiă matre eorum superstite. Quæritur, an pauperes debeant succedere? Et respondetur in prædicta decreta. quòd sine detractione Trebellianicæ siue partis iure naturę debitę facienda, ipsis pauperibus bona omnia deferŭtur. Et reddit † rationem, 2 quare omnia bona pauperibus deferuntur: Quia præmissæ substitutiones, factæ de filio ad filiam, & econtrà de illis ad pauperes, debent intelligi directæ pupillares. Quia in substitutionibus (dummodo earum verba pupillari substitutioni conueniant) interpretatio est facienda, vt substitutio directa potiùs, quàm fideicōmissaria, intelligatur: licèt interdum directa ad fideicommissariă ex causa trahatur. Demum subiungitur ibi, quod licèt filius in testamento non possit matrem priuare portione iure naturæ debita: pater tamen in testamento pro filio impuberi facto potest eam priuare: quia testamentum pupillare, paternum, vel pars paterni testamenti est censendum. Et iste est casus illius dicere.

¶ Circa quas primas duas substitutiones, s. de filio ad filiam, & econtrà, dico, quòd valdè extraneum debet esse Legistis, quòd substitutio † illa possit fieri per 3 verba, moriatur tali: sed postquàm ita est in illa decre. an verba illa, moriatur tali, sint directa & inflexibilia in testamento: sicut illa, Talis sit hæres. an verò sint talia, quæ citò trahuntur & adaptentur ad fideicommissum, sicut sunt illa, Talem substituo. tunc cùm sine liberis filius ille decessit, venisset tunc filia & mater ab intestato, & habuisset ex persona filij duas quartas: vt C. ad leg. Falcid. l. quanquam. & habuisset bona, quæ filius vel filia acquisiuerat aliunde: quia in illis non potuit filius grauari à patre per fideicommissum: vt ff. de pu. & vul. l. cohæredi. §. cùm filiæ. C. de inoffic. testa. l. ex tribus. & residuum habuisset totum filia ex fideicōmisso ex patris testamento. Sed illa decre. sine dubio ostendit nobis, quòd verba illa, cùm dicitur, moria-

tur tali, sunt directa, & ad fideicommissum non trahuntur. quod apparet, quia dicit, quòd omnia bona ad pauperes deferantur. per quod apparet, ad matrem nihil peruenire de hæreditate illius filij sui præmortui: sed totum perueniat ad filiam ex directa pupillari facta per verba, quòd si filius moreretur. Et per illam
4 decre. potest etiam † dici, quòd si aliquis in testaméto dicat: Ego volo mori Sempronio. quòd perinde sit, ac si diceret, Sempronium hæredem instituo. Sed mi-
5 hi non videtur † consonum iuri ciuili, quòd per verba, Filius moriatur, fiat aliqua substitutio. Licèt de illis verbis non sit cautum in iure ciuili, quòd habeát illam significationem. & erubescimus &c. vt in cor. de trien. & semis. §. consideremus. col. iij. nec aliquid debet inueniri sine lege: vt C. de consu. l. fi. lib. xij. Sed postquàm conditor canonum in illa decre. ita statuit, & sic locutus est, possumus dicere, quòd olim prædicta verborum significatio ignoraretur, nec etiam esset talis illorum verborũ significatio. Tamen hodiè per illam decre. satis est nobis, non tamen, quòd illa verba, moriatur tali, contineant & significent ex quadam interpretatione substitutionem pupilla-
6 rem. Et in summa, quia filius † decessit ante pubertaté, filia repulsa, mater successit in omnibus bonis ex pupillari substitutione compédiosè facta per patrem, put decre. illa interpretatur omnia verba illa, licèt de se aliquá substitutionem non significarent seu non importarent antè. & si filius pubes factus decessisset, substitutio fuisset nulla, nec valuisset directò, nec per fideicómissum. postquàm illa verba, moriatur tali, sunt directa: vt ff. de vulga. & pu. l. qui duos impuberes. & l. verbis ciuilibus. Sed si pubes decessisset relictis liberis, successissent ei: vt C. de suis & legiti. auth. in successione. & si sine liberis decessisset: tunc mater & filia successissent illi filio ab intestato. vt C. ad Tertul. auth. defuncto. & si impubes decessisset, pauperes nihil habuissent de bonis illius filij: quia post pubertatem prædicta substitutio fuisset nulla.

¶ Circa tertiam substitutioné, in qua continetur, quòd si vtrunque filiorũ sine libe- 7
ris mori contigerit, pater pauperes substituit. dico, quòd illa substitutio est directa: quia verbum, Sit hæres, est directum: vt no. ff. de vul. l. verbis ciuilibus. & in multis alijs ll. Idem, Martinum hęredé esse volo: vt ff. de iu. cod. l. illud. §. j. & facit C. de testa. l. quoniá indignũ. & sic illa tertia substitutio potest dici esse compendiosa & expressa pupillaris, licèt non sit verbis specificata. ff. de vulg. l. in pupillari. Sed si † dixisset, si vtrunque filiorum 8
mori contigerit sine liberis in pupillari ætate, pauperes Christi hęredes instituo. & sic mentioné fecisset expressè de tempore pupillaris ætatis, tunc esset pupillaris substitutio specificata verbis. sed quia de tempore mortis nihil specificauit, sed indistinctè dixit, si contingeret eos mori, dicitur expressè pupillaris cópendiosè facta, & nó verbis specifica. vtraque enim specifica & non specificata repellit matrem ante pubertatem. vt C. de impu. & alijs sub. l. precibus. ibi, dum dicit, si verò substitutio &c. licèt ibi loquitur de milite. sed idem est in pagano. vt ibidem no. in magna glo. sed post pubertatem substitutio esset nulla. sed si fuisset facta pagano per verbum, Substituo, túc esset fideicommissaria pro toto tempore. vt ibi no. & Insti. de pupil. substit. §. qua ratione. Et sic apparet, quòd in casu illius decre. si vsus fuisset pater verbo, Substituo, s. dicendo, Et si vtrũque filiorum sine liberis mori cótingeret, pauperes Christi substituo. tunc non fuisset directa, sed fideicómissaria pro toto tempore. ¶ Sed videtur, quòd illa substitutio, per quam pater, si vtrunque filiorum mori cótingeret sine liberis, pauperes Christi instituit, nó sit directa, sed sit fideicómissaria: quia si sit directa, non valet post pubertaté. ergo nec ante. est enim vna, sed non directa in sua vnitate, vt esse potest. ergo sit fideicómissaria pro toto: quia ibi non distinguitur, nec expressatur, an moriatur ante pubertatem, vel posteà. & verbum, sine liberis, ibi positũ illud innuit, s. quòd substitutio illa videatur fieri per fidei-

fideicommissum in pupillari ætate: quia tunc liberos habere non possunt, & verba directa trahũtur, ad fideicommissum. ff. ad Trebel. l. Scæuola. Et in ista sententia videtur Azo in Summa sua, & glo. videtur sequi eum, C. de impu. & alijs substit. l. precibus. in magna glo. & Inno. extrà de testa. in c. Raynutius. in princ. Sed mirum est de eis: quia & rationes eorum non sunt efficaces, sed intricant se ad idẽ. Azo in Summa, & in glo. & in d. l. precibus. & etiam Inno. dicunt, quòd si talis esset simul substitutio facta per verba directa, s. per verba, Sit hæres. & non esset ibi, sine liberis. si pupillus moreretur in pupillari ætate, substitutus caperet bona directò, & mater expelleretur. sed si pubes factus decederet, nihil haberet. Et sic apparet, quòd in pupillari ætate directa posteà est nulla. vt in l. verbis ciuilibus. nec vnitas prolationis verborũ in tempore facit eam ibi fideicommissariam, secundùm eos. & sic cessat ratio eorum, quam prætendunt vnitate prolationis verborum super tempore mortis.

Item, ratio eorum nõ est bona, cùm dicunt, quòd directa ad fideicommissum trahitur. vt ff. ad Trebel. l. Scæuola. quia verbum, sit hæres, vel hęredem instituo, in testamento pagani trahitur & adaptatur ad fideicommissum. & lex illa loquitur in codicillis. & de hoc dicetur inferiùs. Et qui benè vult inspicere, cùm ipsi dicunt, quòd valet substitutio, cùm est ibi verbum, sine liberis. fideicommissaria pro toto tempore, non habet fundamentum, nisi super verbis, sine liberis, quod est ibi positum. Sed verè nõ potest responderi ad l. cẽturio. ff. de vul. vbi dicitur, quòd si miles substituat filio suo impuberi, si decesserit sine liberis infra xxv. annos: si ille filius decedat in pupillari ætate, tunc substitutus iure communi, & sic iure paganorum, capiet omnia bona. & tamẽ erat ibi verbum, sine liberis. nec illud verbum de iure communi facit substitutionem fideicommissariam. Et sic apparet, quòd in casu illius glo. necesse habemus dicere, quòd substitutio illa, prout formata est per verbum directum, s. Si ille sit hæres, non obstãtibus verbis, sine liberis. & sic opinionem illorum, & glos. illam, & benè reijcimus, quòd iustos iudices errare faciebant. Et antequàm Bonifacius fecisset illam decre. ego audiueram eam in cathedra à Doctoribus, & principaliter à domino Bermundo, & meritò: vt apparet ex superioribus. Et in summa, illa tertia † substitutio, non obstante verbo, 9 sine liberis, est directa pupillaris & expressata, licèt non sit verbis specificata. & ideò, quia illa filia decessit in pupillari ætate, matre exclusa, successerunt ei pauperes in omnibus bonis, vtcunque filia habuisset ea. vt ff. de vul. l. si plures. §. ad substitutos. Sed si illa filia decessisset, tunc pauperes nihil habuissent ex illa substitutione. sed si relictis liberis decessisset, tunc successissent ei illi liberi: aliàs mater sola ab intestato. Et illud, quod dicitur in illa decreta, quòd directa † in- 10 terdum ex causa trahitur ad fideicommissum. dico, quòd illud verbum, Talis sit hæres, aliàs hæreditatis meæ dominus esto. vel, Talem hæredem instituo vel facio. vel etiam, secundùm decre. illam, si quis faciens pupillarem substitutionem dicat, Si filius meus decesserit, moriatur tali. tũc directa, & etiam ex adiunctis verbis, sine liberis, trahitur in testamento ad fideicõmissariam. ff. de vul. l. in pupillari. & l. verbis ciuilibus. & l. centurio. & Institu. de pu. sub. §. fi. Sed fallit in testamento militis. C. de impu. & alijs substitu. l. precibus. vbi de iure valuit directa in pupillari ætate. ff. e. l. cẽturio. & ideo nõ subuenitur ibi matri, qa esset contra ius cõmune, immò mater expelletur, secundùm pupillarẽ ætatem, fauore matris in medio existẽtis, verbũ, Sit hęres, trahitur ad fideicõmissum. Et est ratio, qa ibi post pubertatẽ miles nititur ex priuilegio, & nõ ex iure cõmuni. & ideo lex faciliùs derogat ei in aliquo fauore matris, s. trahendo directã ad fideicõmissum post pubertatẽ. faciliùs enim repellitur priuilegio, q̃ iure cõmuni. vt nota. C. si aduer. ven. l. j. & facit. ff. de testa. mili. l. Lucius. in fi. Item fallit, vbi appa-

apparet de voluntate defuncti, ex verbis adiunctis. verbi gratia, si dicatur: Quandocunque decesserit talis, per fideicommissum. vel, Quandocunque filius meus decesserit in pupillari ætate, talis sit hæres per fideicōmissum. tunc enim apparet euidenter de voluntate defuncti, quòd voluerit esse fideicommissum: &
11 certè voluntas † regit conditiones: vt ff. de condi. & demon. l. in conditionibus. in prin. & faceret valere totum, quod est in testamento. vt ff. de lega. j. l. si mihi & tibi. §. fi. Et satis ad hoc, de iure ille, cui
12 restituta † est hæreditas per fideicommissum, dicitur hęres fideicommissarius: quia ipse potest agere fideicommissaria hæreditatis petitione. vt ff. de fideicommissaria hæredi. petit. in rubro & nigro, quasi per totum. & dicitur quodammodo hæres. vt ff. quod cum eo, qui in alie. potest. nego. gest. esse dic. l. si filius. §. j. Aliàs autem, vt dictum est, in testamēto
13 † directa verba non trahuntur ad fideicommissum: immò ad quandam substitutionem dubiam factam per verbum, Hęres esto. lex interpretatur directam esse, nec voluit lex trahere ad fideicōmissum. vt C. de hęredi. instituen. l. fin. ¶ Sed videtur, quòd directa indistinctè in testamento trahatur ad fideicommissum. vt ff. ad Trebel. l. ex facto. in prin. & l. qui filium. in princi. & de legat. j. l. filius. §. vt quis hæredem. vbi directa trahitur ad fideicommissum. Sed in ista non dixit, Hęredem facio: quia tunc nō valet vt fideicommissum. vt no. Insti. de pu. substitu. §. fi. & eo. tit. in magna glo. & in fine. sed rogat hęredem, vt alium quendam faceret hęredem, quod lex trahit ibi ad fidei-
14 commissum. In codicillis † autem, vel in testamēto valido iure codicillorum valent, & directa verba trahentur ad fideicommissum. ff. ad Treb. l. Scæuola. Et
15 est ratio, quia in codicillis † non potest dari nec adimi directò hęreditas. vt ibi, & Insti. de codi. §. pe. & ff. eo. l. illud. §. j. & de lega. ij. l. Lucius. §. filiam. & de vul. & pu. substi. l. cohæredi. §. fi. & de lega. iij. l. cùm quis decedens. §. Seiam. & ideo, quare hęreditas in codicillis non datur directò, est, nè cōfundatur ius testamentorum & codicillorum. Institu. de codicil. §. pe. & facit C. eo. l. si idem. & de testam. l. non codicillum. Est & alia ratio, quia hęredis institutio est caput & causa testamenti, & exinde testamentum vires accipit. & cùm valerēt codicilli ex testamento, si in codicillis posset fieri directa hæredis institutio, quæ est caput testamenti: codicilli essent causa testamenti, quod esse non debet. & hoc sumitur ff. de iure codicil. l. quod per manus. vt ibi apparet. Ergo in codicillis † verba directa 16
nō possūt valere directò, etiā si millesies diceret illud codicillator pagan⁹. & hoc est, si quidem expresſè ita ius ordinat & disponit in testamento valido, videtur esse directum: vt ff. de admi. tu. l. tutores, qui post. §. hęres. & dixi suprà de verbis directis. Et ideo cùm dicitur † ita, Talem 17
sibi substituo. illa substitutio est directa vulgaris. Item si dixerit, Si filius meus in pupillari ætate decesserit. tunc erit pupillaris expressa. Item exemplaris directa, & tamen potest fieri per verbū, Substituo: quia est ipsa ad exemplum pupillaris. Item breuiloqua substitutio est directa, & potest esse sequēs directa vulgaris. & dicitur pupillaris. vt ff. de hęre. insti. l. cùm in testamento. §. hæc verba. & glo. format directam per verbū, Substituo. ff. de lib. & posthu. l. iij. in fi. & l. à primo. in prin. Item compendiosa, vbicunque fit directa à milite. ipse enim potest facere directam, per verbum, Substituo, sicut per verbū, Sit hæres. Itē compendiosa fit à pagano, cum distinctione temporum. verbi gratia: Si filius meus decesserit quandocunque, in pupillari ætate, vel posteà, talē sibi substituo. subintelligitur directa ante pubertatē, post fideicommissaria. Ex prædictis potest probabiliter concludi, nec mihi videtur † per verbum, Substituo, postquàm in 18
tot casibus in omnibus substitutionibus directis facit directā, ꝙ propriè loquendo dicitur verbū directū. Quidam tamē dicunt, quòd est generale vniuocum, & quandoque trahit se ad directū, & quandoque ad fideicommissum, & habēt pro se,

ſe,quod no.Inſti.de pu.ſubſtitu. §. ſi. li-
cèt illud non probetur ibidem. aliquan-
do dicunt, quòd propriè eſt verbum fi-
deicommiſſi. Ego credo, quòd ſit pro-
priè verbum directum: vt apparet ſatis
ex his, quæ dicta ſunt ſuperiùs. Interdum
tamen, Subſtituo, eſt fideicommiſſum:
verbi gratia, in teſtamento militis in vno
caſu ſpeciali, fauore matris derogando
priuilegio militis: vt ſtatim dictum eſt.
Item, cùm paganus ſubſtituit compen-
diosè puberi, cui pupillariter non poteſt
ſubſtituere, ſi per verbum, Sis hæres, il-
lud faciat, nihil valeret: ſed ſi faciat per
verbum, Subſtituo, ſemper valet iure fi-
deicommiſſi. Item ſi fiat impuberi, cui
ſubſtitui pupillariter poteſt, & facit eam
ſine diſtinctione temporis: quia tunc va-
let iure fideicommiſſi pro toto tempore.
& eſt ſine diſtinctione temporis ſiue in-
diſtinctè, comprehendendo tẽpus ad pu-
bertatem, & poſt, dicam, Quandocunque
filius meus deceſſerit, talem ſubſtituo.
vel dicam, Si deceſſerit. licèt non ſit ibi
verbum, quandocunque. vel dicam, Si
deceſſerit infra xxv. an. talem ſubſtituo.
tum verbum, Subſtituo, eſt fideicõmiſ-
ſarium pro toto tempore. & ſufficit ali-
quod tempus pupillaris ætatis. Sed ſi illa
verba fuerint prolata cum diſtinctione
temporis: verbi gratia, Si filius meus de-
ceſſerit in pupillari ætate, vel poſt, talem
ſubſtituo. etiam in pupillari ætate eſt di-
recta pupillaris, & poſt pubertatem eſt
fideicommiſſaria. vt no. in d. l. precibus.
¶Sed quid, ſi teſtator ita dixerit, Si filius
quandocunque deceſſerit, talis ſit hæres
ſubſtitutus, vel talem hæredem ſubſti-
tuo? Fortè, vt credo, illa ſubſtitutio eſt
directa ante pubertatem, & poſt erit nul-
la. quoniam licèt verbum, Subſtitutus,
citò trahatur & adaptatur ad fideicõmiſ-
ſum, tamen verba directa adiuncta, ſ. ſi
ſit hæres, vel hæredem ſubſtituo, illam
interpretationem non permittunt, im-
mò ibi verbum, Subſtitutus, & verbum
Subſtituo, ad fideicommiſſum trahun-
19 tur. Item, in † codicillis, verbum, Sub-
ſtituo, eſt ſemper fideicommiſſum: quia
verba directa & regulariter inflectibilia
ſemper in codicillis ſunt fideicommiſſa-
ria. vt ſuprà dictum eſt. ¶Et in ſumma,
verbum † directum, vt eſt, Sit hæres, Hæ- 20
res eſto, nunquam trahuntur ad fideicõ-
miſſum, niſi in teſtamẽto militis, in vno
caſu ſpeciali, fauore matris, vt dictũ eſt:
vel aliter illud euidenter appareat de vo-
lũtate defuncti. Item in codicillis, ver-
ba directa ſunt ſemper fideicommiſſa-
ria: vt apparet in multis legibus, quę ſo-
lùm in codicillis loquuntur. Item † ver- 21
bũ, Subſtituo, ſemper in teſtamento mi-
litis eſt directum, niſi in prædicto caſu
ſpeciali fauore matris, vel niſi euidenter
contrarium appareat de voluntate de-
functi: vt ſtatim dictum eſt. Item † in te- 22
ſtamento pagani verbum, Subſtituo, eſt
directum, cùm poſſit exinde formare
omnes ſubſtitutiões directas. Interdum
tamen ſubſtitutio trahitur ad fideicom-
miſſum. & illud eſt, ſi paganus faciat cõ-
pendioſam pupillariter vel impuberi,
cui pupillo ſubſtitui non poſſit. Item ſi
faciat eam ſub diſtinctione temporis. Si
autem faciat eam cum diſtinctione tem-
poris, dicendo, Quandocunque deceſſe-
rit filius meus in pupillari ętate, vel poſt-
eà, talem ſubſtituo. tunc in pupillari
ætate eſt directa, & eſt pupillaris expreſ-
ſa verbis ſpecificata: ſed poſt pubertatem
eſt fideicommiſſaria. Item in codicillis
verbum, Subſtituo, eſt ſemper fideicom-
miſſarium, ſicut de verbo, Sit hæres, vt
ſtatim dictum eſt.

¶Circa finem illius decretalis, vide-
tur mater † hoc habere iure naturæ debi- 23
tum, in bonis, quæ habebat filius, tem-
pore, quo deceſſit, & aliam quartam in
bonis, quæ habebat filia, tempore, quo
deceſſit. Nec etiam licet filio nec filiæ in
teſtamento parẽtes excludere: alioquin
reſcinditur teſtamentũ, quantum ad in-
ſtitutiones. vt C. ad Tertul. auth. in te-
ſtamento. & videtur, quia ibi mater in-
uenitur præterita, quòd pauperes nihil
debeant habere: ſed ſi mater conquera-
tur, dicetur ei, quòd non eſt teſtamẽtum
filij, vel filiæ, ſed teſtamentum patris eo-
rum. & iſtam reſponſionem docet nos
lex facere, ff. de inoffici. teſta. l. Papinia-

nus.§.sed neque impuberis. & hoc confirmatur in decretali ista, si pater. extrà de testamen.lib.vj. ¶Et caueat sibi Legista, quia in veritate ista decretalis noui-
24 ter † inducit præter legem hoc, cùm dicitur, quòd per verbum, moritur tali, possit fieri substitutio. de quo mirãdum est, quia in legibus non inuenitur cautum. Sed quia nihil de hoc ibi cautum, nec ideo debeat esse standum illi decretali. vt dixi suprà. & idem dixi de feudo super materia feudorum.

¶Nunc ad declarationem substitutionum aliqua addam, plurima de his, quę suprà dicta sunt, repetendo. Archidia-
25 conus † dicit super ista decretali in lectura sua, quòd glo. l. C. de impube. & alijs substitutionibus. l. precibus. in magna glo. circa finem, non videtur continere veritatem, per l. ff. eo. l. centurio. & fecisset benè, si illud dixisset audaciùs. & de hoc satis dixi. quia si filius & filia decessissent, pauperes successissent ex vulgari expressa, subintellecta compendiosa, pro eo, quòd vno verborũ compendio plures substitutiones continentur. & illa substitutio continet pupillarem, & vulgarem expressam, & aliam fideicommissariam. Sed saluo honore suo, non est verum, quòd contineat vulgarem expressam. & l. Lucius. ff. eo. quam alle. loquitur in reciproca, quæ fit per verbum, inuicem. verbi gratia, Talem & talem inuicem substituo, si talis & talis sint inuicem substituti, vel in-
26 stituti. & dicitur aliàs mirabiliter † sub breuiloqua, quia sub breuibus verbis aliquando continet quatuor substitutiones, scilicet duas vulgares & duas pupillares expressas, & aliquãdo duas vulgares expressas tantùm. vt ibi. & ff. de hære. instit. l. cùm in testamento. §. j. & de vulgari & pupillari. l. si pater. in prin. & C. e. l. ij. Nec illa reciproca continet fideicommissum, si fiat in pagano, sed est quędam alia substitutio. & hic loquitur, quæ fit per verbum, Si decesserit, vel quandocunque decesserit. & illa vulgariter dicitur compendiosa, quia sub vno compendio verborum continet & comprehendit aliqua tempore mortis. & quandoque continet tempus mortis ante pubertatem, vel post. tunc ante pubertatem dici potest tacita pupillaris quodammodo, quia non est verbis specificata: vt ff. e. l. impuberi. sed ante contineret tempus mortis ante pupillarem. verbi gratia, Filium meum hæredem instituo, & si decesserit in pupillari ætate, talis sit hæres, vel talem substituo. nõ esset compendiosa, sed pupillaris verbis specificata vel expressata. Quòd autem
27 † compendiosa expressam vulgarem non contineat, apparet in d. l. impuberi. vbi loquitur secũdùm gl. in compendiosa. & cùm textus dicit ipsam fieri pupillariter, quomodo esset, si esset ibi vulgaris expressa, & tunc aditione extincta sit. vt C. eo. l. post aditam. Item facit d. l. precibus. vbi ponit species quasi oppositas, vulgarem expressam ex vna parte, & alia parte pupillarem & compẽdiosam. non ergo continet compendiosa expressam vulgarem. Item glo. in d. l. precibus. dicit, quòd si paganus faciat compendiosam pupillarem per verbum, Sit hæres, & pupillus decedat pubes factus, substitutus nihil habebit. non ergo continetur ibi expressa vulgaris. quia si ibi illa esset contenta, & non fuisset adita hæreditas ex testamento patris, dico tamen, quòd fuerit facta alicui pupillo pupillaris verbis specificata, vel verbis non specificata compendiosa mirabiliter, vt dictum est. & si pupillus decedat ante pubertatem, hæreditate non adita ex testamento patris, iam euanescit pupillaris. vt ff. de vulg. & pu. l. ij. §. sed si quis. & statim incipit habere locum tacita vulgaris in illa pupillari subintellecta. & ita, quòd † 28 extra eam poterit substitutus adire & succedere in bonis patris tantùm, secundùm Azo. & not. Insti. de pu. substitu. §. quo casu. & est ratio, quia nulla tacita vulgaris tractat tantùm de bonis patris: vt no. C. de insti. & sub. l. si. & in hoc quasi concor. omnes Doctores. Vel potest dici, quòd ex illa tacita vulgari non potest adire substitutus pupillariter, nisi aliàs secundæ tabulæ sint confirmatæ per aditionem

Commun. opinio.

tionem hæreditatis ex testamento patris. non dico, per aditionem pupillaris obtinentis illam hæreditatem: quia tunc sine dubio expirasset illa tacita vulgaris, sed quòd essent confirmatæ per aliquem alium modum. de quo no. ff. de acquir. hæred. l. si pupillus. in princip. & de priuile. credi. l. pater. in princip. & potest esse ratio, quia illa tacita vulgaris est de secundis tabulis, & quasi pars earum. & ideo non valet, nisi secundæ tabulæ fuerint confirmatæ per confectionem testamenti paterni. Et quia tacita vulgaris continetur & intelligitur & ortum habet à pupillari expressa: ideo trahit ex ea nouam naturam, videlicet quod substitutus veniat ad omnia bona. & videtur quasi casus expressus ff. ad Trebellia. l. apud Iulianum. §. j. Prima opinio, quæ est Azo. & glo. esset tenenda, si posset benè responderi illi §. & ego nescio respondere ibi illi §. nisi diceretur, quòd sic illud fuit ibi de facto, & non ex intentione iuris. & de hoc dixi in titu. de pupil. & vulga. substitu. quando expirent, & quando locum habeant. Dominus Iohan. Mo. dicit super ver. præmissæ. quòd ibi mater non succedit filio & filiæ, sed pauperes. quia ibi vulgaris substitutio & pupillaris directæ intelliguntur, & non obliquæ, quæ per fideicommissum fint, & in verbis suis proponitur substitutio vulgaris. De quo miror multùm, quia in tex. illius decre. non fit mentio de aliqua tacita vulgari, vel expressa, & semper sufficiat, quod dictum est statim suprà. ¶Et in summa dico, quòd in illa

29 † decre. sunt tres substitutiones compendiosæ, factæ impuberibus per verba directa, & ibi sunt tres pupillares, cōpendiosè factæ. & quia non sunt verbis specificatæ: vt ff. de vulgari. l. in pupillari. sed ex significatione verborum possunt elici & satis declarari, ideo possunt dici pupillares expressæ. & sic ab homine, scilicet à testatore, ita quòd repellunt matrem: sed tacita vulgaris, quæ continetur in expressa vulgari, est ex interpretatione legis, & non significatione verborum, nec ab homine. Ex verbo enim, Si hæres non erit, per quod fit vulgaris expressa, non potest contineri, Si hæres erit. ex significatione verborum, quia contraria sunt. & ideo illa tacita, quæ continetur in expressa vulgari, non repellit matrem. & prædicta satis colliguntur in d. l. precibus. cum ibi notatis. Et est simile, quia in dotis causa † mulie- 30
res in hypotheca tacita præferuntur cæteris creditoribus habentibus tacitas, licèt anterioribus tempore. quia illæ tacitę sunt à lege, & non ab homine, nec ex prouisione hominis: sed mulieres illæ non præferuntur creditoribus anterioribus tempore, habentibus expressas hypothecas: quia illæ expressæ hypothecæ sunt ex prouisione hominis. vt de hoc C. qui pot. in pig. hab. l. assiduis. Nunc † dico, quòd licèt tex. decre. nullam men- 31
tionem faciat de aliqua vulgari, quia tamen in qualibet pupillari de illis tribus compendiosis, quæ ibi sunt, intelligitur tacita vulgaris: vt ff. de vulgari & pupil. lari. l. iam hoc iure. in princip. potest dici vnà cum Do. Iohan. quòd ibi intelliguntur pupillares directæ: sed pupillaris expressa, & vulgaris tacita & non expressa. Et est differentia † inter vulgarem ta- 32
citam, & expressam: quia si in casu illius decre. fuit pupillaris expressa, quod & fuit, & illa filia decesserit in pupillari ætate, quod & fuit: & si non fuisset adita hæreditas ex testamento patris, tunc venissent pauperes ex tacita vulgari, adita patris tantùm, secundùm opinio. Azo. & glos. vel secundùm quosdam alios, omnia bona, si secundæ tabulæ confirmatæ fuissent per cōfectionem testamenti paterni, vt statim dictum est. sed si illa filia decessisset pubes facta, hæreditate non adita: tunc pauperes non possunt venire ex illa vulgari tacita, quia tunc pupillaris expressa & vulgaris tacita insimul expirassent pubertate. Sed si ibi fuisset expressa vulgaris, quod tamen non fuit: tunc venissent pauperes ex ea ad bona patris tantùm, & mater ad omnia alia bona. ¶Io. An. dicit, quòd illa substitutio, quæ fortè cōpendiosa potest dici, admittit substitutos indirectè,

ex quo substituti decesserunt in pupil-
lari. sed si post pubertatem decessissent,
tunc possent habere locum matris alle-
gationes. quia ipse Ioh. An. pro matre in
lectura sua fecerat. Sed verba non debent
placere quia cũ ipse dicit, quòd illa sub-
stitutio fortè potest dici compendiosa:
dico, ꝙ immò sine fortè de suis ad pau-
peres, de qua ipse loquitur. ff. de vul. l. in
pupillari. in glo. ibi, dum dixit, vel com-
pendiosè dixit quandocũq; &c. Et cùm
ipse dicit, quòd si instituti decessissent
post pubertatem, tũc possunt habere lo-
cum matris allegationes. & sic videtur
dicere, quòd tunc substitutio posset dici
fideicommissaria. dico, quòd est verum:
quia cùm illa substitutio pupillaris licèt
compendiosa facta fuit per verba dire-
cta, Et si cõtingeret vtrunque liberorum
decedere sine liberis, pauperes instituo:
ipsa enim sine dubio valuit, vt directa,
in pupillari ætate: & posteà nihil valuis-
set. quod quidem ipse dixit, vt pluries
suprà dictum est. ¶Et in summa, si miles
33 †in testamento facit compendiosam im-
puberi, siue per verbum, Sit hæres, siue
per verbum, Substituo: illa valet in pu-
pillari ętate iure directo, vt pupillaris, in
omnibus bonis impuberis militis: nisi
mater esset in medio, quia tunc in bonis
militis traheretur ad fideicommissum.
C. de impube. l. precibus. & ff. e. l. centu-
rio. Sed si faciat eam impuberi, valet di-
rectò, priuilegio militis, in bonis suis
tantùm: & ideo quasi posset venire in re-
ciproca facta à milite. vt C. de mili. testa.
l. in testamẽto quidem. Item miles in co-
dicillis potest dare directò. vt ff. e. l. mi-
34 les. Sed si paganus † fecit compendiosam
impuberi suo, per verbum, Sit hæres, vi-
delicet ante pubertatem, nihil valet. vt ff.
de vul. & pu. l. in pupillari. & l. verbis ci-
uilibus. sed si faciat eam puberi, cui pu-
pillarem facere non posset: tunc pro ni-
hilo est. vt ibi. & Insti. de pupil. substitu.
§. fin. Sed si per verbum, Substituo, fa-
ciat impuberi suo sine distinctione tem-
poris, vel faciat eam cuicunque vel im-
puberi: tunc erit fideicommissum. Sed si
eam paganus faciat in codicillis, vel in
testamento pro codicillis valente: siue
per verbum, Sit hæres, siue per verbum,
Substituo, semper est fideicommissaria.
vt ff. ad Trebel. l. Scæuola. nec tacita, nec
expressa. Sed semper ad eam tunc tan-
quam pro fideicommisso recurri debet.
C. & ff. ad Trebel. & Instit. de fideicom-
missarijs hæredit. Super prædicta com-
pendiosa facta à pagano, cùm sit per ver-
bum, Sit hæres, deuiant prędicti domini
à glos. ordinaria. tamen super verbo,
Substituo, tacent nimis. & credo, quòd
esset melius, quantum ad Deum & iusti-
tiam, quòd starent glo. ordinariæ, quàm
quilibet faciat suam opinionem.

¶Sed quid, si illa † filia x. vel xj. anno, 35
contraxisset matrimonium, & eodem
anno relictis liberis decessisset? Dico,
quòd substitutio expirasset. quia licèt
matrimonium non tenuisset de iure ci-
uili: Institu. de nup. in princi. tamen de
iure canonico tenuit. quod ius præuale-
ret in talibus: vt ibi notatur. Lex enim
aliquando succumbit canoni. vt not. C.
de sacrosan. eccle. l. priuilegia. Et est ra-
tio, quia ibi tractatur de salute animæ.
Sed fortè postquàm illa filia contraxis-
set matrimonium, & liberos habuisset,
fortè testamentum non valeret, nisi ipsa
compleuisset xij. annum. vt ff. de testa. l.
qua ætate. & si esset sub tutela, nisi exples-
set xij. annum. vt Insti. quibus mo. tute.
fi. §. j. & si ius canonicum statueret ali-
ud, non staretur ei in foro ciuili: quia ibi
non tractaretur tunc de salute animæ. In
quæstione ergo nostra, si illa filia relictis
liberis in pupillari ætate decessisset, non
haberet locum illa substitutio, licèt es-
set directa. Idem, si pater non apposuis-
set verbum, sine liberis, quia iam sub-
intelligitur: vt C. de fideicommis. l. cùm
acutissimi. licèt ibi in fideicommisso lo-
quitur. Et sufficeret, habuisse vnũ tem-
pore mortis. vt ff. ad Trebellia. l. ex fa-
cto. §. si quis autem. & de verbo. signifi-
cat. l. non est sine liberis. ff. de condi. in-
sti. l. j. & C. ad Trebel. l. iubemus. Item
sufficeret, si tempore mortis fuisset con-
ceptus. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ex facto.
Item, si ea mortua esset natus, fortè
ex-

exsecto ventre. vt ff. de libe.& posthu.l. quod dicitur.& de ver.sig.l.etiā ea mulier. dum tamen natus fuisset viuus. vt C. de posthu. hæredi.insti.l.iij.qui enim mortuus nascitur,non videtur natus,nec creatus.ff.de verborum significatione.l.qui mortui.

¶ Nunc extra materiam dictarū substitutionum, circa fideicommissum est
36 notandum,quòd si aliquis † rogatus fuerit,quòd si decesserit sine liberis, restituere hæreditatem: si ille rogatus ingressus fuerit religionem,& professus ibi fuerit, tunc monasterium habebitur pro liberis. vt C. ad Trebellia.auth. nisi rogati.& sic cessat fideicommissum. Et oportet,ante-
37 quàm† aliquis per professionem obligetur, quòd ipse sit pubes: aliàs obligari non posset per promissionem sine tutoris authoritate, licèt esset doli capax. vt Insti.de inutili.stipula.§.pupillus.Pubes autem obligatur per suum iuramentum, nec restituitur in integrum, & transfert bona sua sine curatore & sine decreto iudicis.vt C.si aduer.ven.l.j. & authen. sacramenta.ibi posita.& multò fortiùs potest se obligare Deo per votum, & bona sua transferre. iuxta illud, quod dicit
Psal. 75. Propheta: Vouete & reddite vota vestra Deo.quod not.ff.de offi.præsi.l.illud. Et
38 si ille,qui† rogauit restituere,erat pater, licèt non dixit, sine liberis, iam subintelligitur.vt C.de fideicommiss.l. cùm acutissimi.& de insti.& sub.l. generaliter.§. cùm autem.& de condi.& demon.l.cùm auus. Et idem dico in matre, si rogat filium restituere,si decederet sine liberis. & hoc per rationem generalem, quæ est in
39 illa lege. Ante† professionem autem ille, qui ingreditur monasterij,habet tempus probationis,quod est cuiusdā deliberationis: quia difficilis est vitę mutatio. vt in cor. de monach. §. sancimus. & §.seq. col.j.& interim ille,qui ingressus est,non videtur consentire rei,super qua deliberat.vt C.de iure deli.l. cùm antiquioribus.Item per solum ingressum non videtur se & sua dedicare, nisi aliàs renunciet tacitè vel expressè.vt no. C. de sacrosan. eccle.authen. ingressi.in princ.& in cor. de monach.§.j. col.j.Et ideo si ante professionem ille moriatur, monasterium non habetur pro liberis. ¶ Sed quid erit, si † aliquis se dedicauit in monachū,pro- 40
mittens castitatem,paupertatem,& obedientiā, pacto apposito, quòd si ipse vellet, posset infra annum discedere à monasterio, an tunc dedicatio esset pro non facta? Potest dici,quòd illa dedicatio fuit pura, sed fuit resoluta sub conditione perfectiua seu purificatiua, scilicet, si vellet infra annū. & sic expectaretur eius voluntas ad profitendum. ar. ad prædicta ff.de in diem adiectio.l.ij. Sed quid, si ille sic † ingressus sit mortuus infra an- 41
num,nec aliquid de volūtate sua expressisset in monasterinm,tunc deberet haberi pro liberis? Posset dici, quòd si dedicatio esset actus legitimus, qui non reciperet diem neque conditionem,ipsa fuisset vitiata in totum prædicto tempore, vel per conditionis adiectionem: vt ff. de reg.iu.l.actus legitimi.in prin.& sic monasterium non possit haberi pro liberis. Sed de iure ciuili non inuenitur,quòd talis dedicatio sit actus legitimus. quid ergo dicemus? Certè potest dici probabiliter, quòd ipsa obligatio dedicationis non potuit poni in arbitrio ipsius dedicantis.arg.ff.de contrahen.emp.l.in venditionibus. sed res ipsa, scilicet conuersatio,seu status ordinis, vt tentaretur ingrediens, si placeret ei, benè potuit poni in eius arbitrio.ar.Institu.eo.l.emptio.& sic pro nihilo esset allegatio eius superiùs de l.ij.ff.de in diem adiectione.& sic dicitur,quòd monasterium non esset pro liberis. Vel potest dici, & meliùs, quòd cùm fiebat prędicta dedicatio,si fuit statim factum pactum de discedendo, si dedicatus vellet: certè illud pactum fuit contra essentialia dedicationis & monachatus:quia de substantia eorum † sunt 42
tria,quæ dicta sunt, quæ videntur absorberi posse & infringi per illud pactum. dedicatus enim purè habetur pro mortuo, nec liberam voluntatem habet. Si ergo detur sibi libera voluntas super illis tribus, certè illud pactum habet vitiare ex toto dedicationem. Si autem ex inter-

nullo fuit pactum illud appositum, non. iuxta quod notatur ff. de vsu & habita. l. per seruum. §. denique. iuxta illam distinctionem, quæ est in illa glossa, debet intelligi, quod notatur extrà de statu monachorum. c. ij. & no. C. de sacrosan. ecclesi. authent. ingressi. vbi notatur, quòd monachatus tenet. Et sic licèt illæ glo. videntur contrariæ, tamen non contrariantur secundùm illam distinctionem. Si autem pactum fuit non sub conditione resolutiua, sed sub perfectiua seu purificatiua: vt quia dedicauit se, si infra annum aduenisset voluntas eius: tunc si dedicatione non purificata mortuus esset, voluntas fuit sublata. ff. locati & conducti. l. iiij. Et ideo, quia si de cætero vellet, non posset: & sic dedicatio purificari non posset: ideo monasterium non haberetur pro liberis.

¶ Nunc circa supradicta occurrunt mihi, quæ sequuntur. Compendiosa,
43 † est quintum genus substitutionum, & fit à milite tantùm, & habet naturam pupillaris & fideicommissariæ. vt C. de impube. & alijs substitutionibus. l. precibus. & ita notatur ff. in rubrica. & sic per illam glossam videtur, quòd aliàs non sit dare compendiosam, nisi illam. Sed dicendum est, quòd cùm miles facit compendiosam, id est, sub compendio substituit alicui, scilicet quandocunque decesserit, si substituit tali pupillariter, potest substituere, illa substitutio in pupillari ætate est pupillaris, & sic directa. & hoc non ex priuilegio militis, sed ex iure cõmuni. ff. eo. l. centurio. & post pubertatem, si mater sit in medio: tunc illa, quæ erat directa, post pubertatem ex priuilegio militis trahitur ad fideicommissum, fauore matris. vt d. l. precibus. sed si mater non sit in medio, tunc non remaneret directa ex priuilegio militis. vt d. l. centurio. & C. de militari testamento. l. in testamento quidem eius. & tunc aliud nomen non habet, nisi nomen compendiosę. Sed si miles facit compendiosam puberi vel impuberi, cui alter potest facere pupillarem, tunc est directa ex priuilegio militis, sit mater in medio, vel non. quicquid dixerim suprà in titu. de compendiosa substitutione. & notatur etiam in d. l. precibus. & tunc etiam non habet aliud nomen, nisi nomen compendiosæ. Item cùm miles facit compendiosam ex priuilegio, paganus non potest eam facere eiusdem virtutis: quia tale priuilegium non habet. sed si paganus vtatur verbis compendiosæ, & per verbum, Sit hęres: illa in pupillari ætate est pupillaris expressa. & hoc de iure communi. vt in d. l. in pupillari. & d. l. centurio. nec post pubertatem trahitur ad fideicommissum, sed erit vulgaris, multò minùs tamen poterit vocari largo modo compendiosa.

Item etiam, si faciat eam puberi vel impuberi, cui pupillarem facere non potest: vt quando sit mater, scilicet si fiat per verbum, Substituo, hoc modo loquendo, poterit vocari compendiosa. vt colligitur in d. l. verbis ciuilibus. & d. l. centurio. & Instit. de pupillari substitutione. in distinctione substitutionum. & de prædictis dictum est in isto titulo de compendiosa.

¶ Item, quia dictum est suprà, quòd expressa pupillaris † & etiam vulgaris, 44
quæ in ea subintelligitur, expirat pubertate: quæritur, an sit verum? Et videtur, quòd illa tacita vulgaris non finiatur pubertate, sed quòd post pubertatem possit habere locum. Primò, quia nulla lex dicit eam finiri pubertate. ergo &c. Item, leges, quæ dicunt, pupillarem pubertate finiri, nihil de illa tacita dicunt. quod tamen erat facile dicere, si illud vellent. ideo &c. & pro omisso debet haberi. vt ff. sol. ma. l. si verò. §. de viro. & de verbo. obliga. l. quicquid astringendæ. C. de cadu. tollen. l. vna. §. sed & varietatis. non finitur ergo pubertate. Item, verba vulgaris satis sonant, quòd possit durare post pubertatem, à quibus verbis non videtur recedendum. Item, vt res magis valeat, quàm pereat. Item, quòd pubertate non finiatur, notatur iuxta opinionem Azonis, ff. de vulga. l. lex Cornelia. in fine. & ego vidi contineri in apparatu Hug. quem fecit super Infortiato. Sed videtur contrarium, scilicet quòd ista tacita

cita vulgaris finiatur pubertate. Primò, quia cùm ipsa ex interpretatione legis subintelligatur in expressa pupillari, non est verisimile, quòd illa legis interpretatio maius spatium temporis dederit tacitæ vulgari, quàm habeat pupillaris expressa, à qua ortum habet. Item, pater dicit, Si filius meus hæres erit, & in pupillari ætate decesserit, talis sit hęres. lex, quæ statim & immediatè subintelligitur, tacitam vulgarem non exemplificat nec format eam completè. Formetur ergo & compleatur, vt sequitur: scilicet, Et si hęres non erit, & in pupillari ætate decesserit, talis sit hæres. ita quòd repetatur in illa tacita vulgari verbum illud, & in pupillari ætate decesserit. quod verbum est in pupillari, quæ præcedit. & hoc, vt ad proxima p̄cedentią fiat relatio. quę enim incontinenti præcedunt, vel quæ incontinenti fiunt, inesse videntur. Item facit ad hoc glo. quæ est in d. l. precibus. quæ dicit, quòd si paganus dixit, Si filius meus sit hæres, tunc substitutus, matre exclusa capit omnia bona, si filius decedit, & postea nihil capit. substitutus pupillariter non potest venire, nec aliquid capere post pubertatem, etiam ex tacita vulgari. quia qui nihil dicit, omne videtur excludere.

Quid ergo dicemus, cùm nulla lex istud expressè determinet? Potest probabiliter dici, quòd ista quæstio pendet ex hoc, scilicet, quòd tacita vulgaris sit de secundis tabulis, licèt ortum habeat à pupillari, tamen nomen vulgaris habet, quæ sic durare debet, donec hęreditas sit adita patris per filium, & etiam suam naturam habet separatam à pupillari. Separatorum autem separata debet esse ratio. Et si ibi etiam locum habeat, siue sit ante pubertatem, siue post, substitutus non succedet ex ea, nisi in bona patris. nec ad hoc, vt valeat, est necesse, quòd secundæ tabulæ sint confirmatæ confirmatione testamenti paterni. & sic habemus dicere, quòd illa tacita vulgaris non finitur pubertate, immò post pubertatem potest habere locum. & ita, vt credo, potuit intellexisse Azo & glo. illum §. Sed si dicatur, quòd illa tacita vulgaris est de secundis tabulis. Tunc enim ad hoc, quòd valeat, est necesse, quòd secundæ tabulæ fuerint confirmatæ. & cùm locum habebit, veniet substitutus ad omnia bona pupilli. vt ff. ad Trebellia. l. apud Iulianum. §. j. non secundùm naturam vulgaris simpliciter sumptæ, sed propter quandam nouam naturam, quam accipit, & contrahit à pupillari expressa, à qua ortum habet. & ita est necesse dicere, quòd illa tacita vulgaris finitur pubertate. Prima opinio seruaretur in iudicio, vt credo, scilicet quòd illa tacita vulgaris non finitur pubertate, sed quòd duret, quamdiu non fuerit adita hæreditas per filium, & siue habeat locum ante pubertatem, siue post, substitutus non succedit ex ea, nisi in bonis patris. & ego starem illi opinioni, si posset responderi ff. ad Treb. l. apud Iulianum. §. j. & dixi suprà in tit. de vulgari & pupillari substitutione. quando expiret, & quando locum habeat. & ibi posui casum illius §.

Vide Guidonem Pap. q. 277. in decisio.

RVBRICA CXXXVIII.

De actione ex stipulatu pro dote repetenda, soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex stipulatu pro dote repetenda, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actione de dote vt agat filia, requiritur, quòd sit emancipata, vel quòd pater suus mortuus sit, vel quòd dos sit aduentitia: aliás si esset in potestate patris, vel dos profectitia esset, pater, de voluntate tamen filiæ, ageret.*

4 *In actione de dote lex fingit stipulationem interuenisse. & an fictio illa probationem in contrarium admittat, & eam exprimere in libello necesse sit.*

5 *Actione de dote conuentus, quando in solidum, quando, in quantum facere potest, condemnandus sit.*

6 Bona,

6 *Bona, facultates seu vires patrimonij dicuntur, deducto ære alieno. Et in muneribus imponendis adscriptio currit pro viribus singulorum. Et an hæc deductio fiat, quando de aliquo condemnando, in quantum facere potest, tractatur. Et an & quando deducatur, quod sibi debetur.*

7 *Dotem si legat pater pro filia maritanda, deinde pater superuiuens eam maritat & dotat, an filia quicquam ex legato consequi possit.*

8 *Dotem si pater primò promisit genero, & deinde eam filiæ legat, an dos tunc sæpius quàm semel solui debeat.*

9 *Pro dote filiæ si pater dedit centum, quæ posteà recuperauit, si posteà centum filiæ leget, an tunc centum sæpius quàm semel habere debeat.*

10 *Dotem filiæ si pater leget, quam pro ea dederat, nec eam recuperauerat, an filia tunc legatum & nihilominùs dotem habebit.*

11 *Cautela, quòd filia instituatur in dote, & in xij. Imperialibus, quòd dos tunc duplicabitur, quomodo sit intelligenda.*

12 *Dotem si maritus legat vxori, quam ei solueret, an dos iteratò debeatur.*

13 *Dotem cùm debeat maritus, si simpliciter aliquid vxori leget, an & quando vtrunque debeatur.*

14 *Dotem maritus vxori si debet, & eam sibi legat, an eam vxor sæpius quàm semel habere debeat.*

15 *In dotem res æstimatas marito datas si maritus vxori legat, an & quando vtrunque debeatur.*

16 *Dotem si maritus legat vxori, quam extraneus marito dederat, & eam sibi reddi stipulatus fuerat, an legatum debeatur.*

17 *Dotem si pater mariti legat nurui, an dos sæpius quàm semel solui debeat.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Marieta de Corali contra Martinum, quòd dicta Marieta Actrix contraxit matrimoniũ cum Pontio Rabassa, & eidem Pontio dedit in dotem mille solid. Turon. quos eadem Marieta stipulata fuit saltem iuris fictione sibi reddi à dicto Pontio, si casus restitutionis dotis eueniret. Vnde cùm casus restituendæ prædictæ dotis iam euenerit, quia scilicet solutum est prædictum matrimonium morte dicti Pontij: & dictus Martinus est iam hæres dicti Pontij, agit dicta Actrix contra dictum Reum, vt dictos mille solid. Turo. sibi reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dictę Actrici prædictos mille solidos Turon. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur † Insti. de ac. §. fuerat. & ff. 2
sol. mat. l. j. & C. e. l. dotis actione. Et requiritur, ꝙ prædicta † Marieta sit eman- 3
cipata, vel quòd pater suus sit mortuus, vel quòd dos sit aduentitia. aliàs si esset in potestate patris, vel esset dos profectitia, ageret pater, de voluntate tamen filię. vt de hoc ff. sol. ma. l. ij. in princi. & §. j. & l. Titia. & C. de dote cau. non numera. authen. quód locum habet. & de bonis quæ libe. l. fi. §. necessitate. & §. vbi autem in vnum. ¶ Rectè dicitur, quòd Marieta fuit † stipulata, saltem fictione iuris. vt C. 4
de rei vxo. ac. l. vna. circa princ. Nec admitteretur probatio in contrarium: quia lex est super certo, id est, certa, quòd dato, quòd non interuenerit stipulatio, fingit stipulationem interuenisse: vt ibi. & de hoc ff. quod me. cau. l. non est verisimile. Opinio tamen maiorum nostrorum est, quòd in prædicto libello non oporteat facere mentionem de aliqua stipulatione, vera, vel tacita. Sed credo probabiliter, quòd postquàm agitur actione ex stipulatu, quòd de stipulatione debeat fieri mentio in libello. Non tamen credo esse necessarium, adijcere illa verba, saltem fictione iuris: sed quòd dicatur simpliciter, quòd stipulata fuit sibi reddi, &c.

¶ Et est notandum, quòd si † dictus 5
Martinus est hæres dicti Pontij extraneus, ipse condemnabitur in solidum: vt ff. solu.

solu.ma.l.maritum. & l. seq. Si autem sit filius communis Marietæ & Pontij quondam, tunc condemnabitur, inquantum facere potest, scilicet deducto, ne egeat: vt no.ff.pro so.l.verum.circa princip.& de re iudi.l.si cũ procuratore.&l.sciendum. & Insti.de ac. §.item si de dote. & facit ff. de regu.iur.l. in condemnatione. Idem est, si dictus Martinus fuit filius dicti Pontij ex alio matrimonio, & eius hæres. & satis colligitur ff. solu.ma.l. etiam.in princip. ¶ Item est notandum, quòd bo-
6 na † dicuntur, deducto ære alieno: vt ff. de verborum significa. l. subsignatum. Item, facultates seu vires patrimonij dicuntur, deducto ære alieno: vt ff.de iure do.l. siue generalis. & de mino.l.si ex causa.§.j. Item, in muneribus imponendis ascriptio currit pro viribus singulorum: vt C.de ope.pu. l. omnes prouinciarum rectores. ff.de vacati.& excu.mu. l.ij.§.fi.& facit ff.ad mu.l.Lucius.§.idem respondit, constante. Attamen quando tractatur de aliquo condemnando, inquantum facere potest, tunc non deducitur æs alienum: vt ff.sol.ma.l.maritus facere posse. nisi in donatione: vt ibi.ff. de re iudica. l. sunt, qui in id. & l. inter eos.§.is quoque. & l. & exhæredatum.& l.seq. Illud autem, quod debetur ei, computatur in bonis eius: vt ff.sol.ma.l.maritus. dum tamen illud, quod debetur, possit exigi de facto & de iure. vt ff.de dolo.l.nam is. & not.ff.solu. ma.l. facere posse.

¶ Nunc circa dotem sunt aliqua no-
7 tanda. Primò, quòd si pater legat † dotem pro filia maritanda, deinde pater superuiuens maritat & dotat eam: tunc filia nihil poterit consequi ex legato: vt C.de legat. l. filia legatorum. licèt fortè plus sit in legato.arg.de ali. leg.l.libertis. ¶ Secundò est notandum, quòd si pater
8 † primò promisit dotem genero, & deinde legat eam filiæ, tunc dos non debebit solui, nisi semel: vt ff. de legat. j.l. huiusmodi.§.cùm pater. & de iure dotium.l. cùm pater. ¶ Tertiò est notandum, quòd
9 si pater † dedit centum pro dote filiæ, quæ centum posteà pater recuperauit: si posteà leget centum filiæ, tunc filia non habebit centum, nisi semel: vt ff. sol. ma. l. si cùm dotem.§.si pater.& de lega.ij. l. Titia.j.§.qui inuita.etiam si leget dicta centum, non facta mentione de dote: vt ibi. ¶ Quartò est notandum, quòd si pater leget † dotem filiæ, quam pro ea dederat, 10
nec eam recuperauerat: tunc filia habebit legatum: vt ff.de leg.ij.l.cùm quidam vxori.& l.cùm pater.§.pater filiæ. & nihilominùs habebit dotem. Et sic † caute- 11
la, quæ no.ff.de mi. l.iij. §. sed vtrùm. in vers. ergo etiam filiam. scilicet, quòd filia instituatur in dote, & in xij. imperialibus: videtur damnosa hæredi, quia sic dos duplicabitur. Sed dico, quòd illa cautela loquitur in hæredis institutione, quæ licèt sit ibi velut legatum: vt C. de hęre. insti. l. quoties. tamen est quædam talis qualis institutio, & necessaria ad hoc, scilicet vt testamentum valeat: vt in cor. vt cùm de ap. cog. §. aliud quoque capitulum. col. viij. Et ideo, quia pater eam instituit in dote, ex quadam necessitate seu ad cautelam, non est verisimile, quòd voluerit dotem duplicare. ad solennitatem enim testamenti videtur illud fecisse, non ad duplicandum. Sicut & quando pater instituit filium, & ex illo filio nepotes: tunc filio viuo nepotes non veniant ad hæreditatem illius aui sui: quia illi nepotes videntur institui solùm ad quandam solennitatem seu ad quandam cautelam, scilicet quòd patre testatore viuo, mortuo filio, illi nepotes non rumpant testamentum: vt ff.de lib.& posthu. l. Gallus.§.quidã rectè.& §.vt instituens. & ibi no. In legato ergo alio simplici habet locum, quòd dos videatur duplicata in isto quarto no. ¶ Quintò est notandũ, quòd si maritus † legat vxori dotẽ, quam 12
ei soluerat, iam debebitur dos iteratò: vt ff.de le.ij.l. cùm quidam vxori. ¶ Sextò est notandum, quòd cùm maritus † debẽs do- 13
tem, legat simpliciter aliquid vxori, tunc vtrunque debetur: vt C.de rei vxo.ac.l.vna.§.sciendum.nisi dixerit alterutro eam esse contentam: vt ff.so.ma.l.qui dotem. ¶ Septimò est notandum, quòd si maritus † debens vxori dotem, legat eam sibi, 14

tunc vxor non habebit eam, nisi semel: vt ff. de dote præleg. quasi per totum. & Insti. de leg. §. sed si vxori. ¶ Octauò est no-
15 tandum, quòd si maritus legat † vxori res æstimatas sibi datas in dotem, tunc debebitur vtrunque: vt de hoc ff. de lega. ij. l. Licinius. nisi animo compensandi esset factum legatum: vt e. tit. l. cùm ab vno. ¶ Nonò est notandum, quòd si maritus
16 † legat dotem vxori, quam extraneus marito dederat, & sibi eam reddi stipulatus fuerat: non debebitur legatum, nisi aliud appareat de voluntate testantis mariti: vt ff. de dote præ. l. pe. ¶ Decimò est notan-
17 dum, quòd si † pater mariti legat dotem nurui, distinguitur, vt in marito dictum est, cùm sit eadem ratio. & facit ad prædicta ff. de dote præ. l. ij. in prin. & sol. mat. l. si verò. §. de viro.

RVBRICA CXXXIX.

De actione ex stipulatu pro dote repetenda, constante matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis ex stipulatu pro dote repetenda, constante matrimonio, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu 2*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Margarita de Latis contra Petrum Lombardi, quòd ipsa contraxit matrimonium cum dicto Petro, & ei in dotem dedit mille sol. Turo. quos eadem Margarita stipulata fuit, saltem fictione iuris, sibi reddi, cùm locus esset repetitioni seu restitutioni prędictæ dotis. Vndè cùm adhuc duret matrimonium inter eos, & sit locus restitutioni dictę dotis, pro eo, quia dictus Petrus maritus suus iam inchoauit malè vti substantia sua, agit dicta Actrix cõtra dictum Reum, vt sibi prædictos mille sol. reddat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Reum, ad reddẽdum dictę Actrici mille sol. Turo. per vestram sententiã condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. fuerat. & ff. sol. ma. l. si constante. in prin. & C. de iure do. l. vbi. & in cor. de æquali. do. §. illud. col. vij. & C. de dote cauta non nume. authen. quod locum habet.

RVBRICA CXL.

De actione rerum amotarum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis rerum amotarum quomodo formetur, & probetur. nu. 2.*

3 *Actio rerum amotarum quando competat. Et cur, omissa directa actione, super vtili formatus sit libellus. nu. 5.*

4 *Diuortium quid sit, & an de iure Canonico locum habeat. Et an Canones legibus praualeant in matrimonijs.*

6 *Actione rerum amotarum agi non potest, vbi matrimonium legitimè non constitit.*

7 *Actio rerum amotarum quodammodo ex furto pendet; & ideo in ea in solidum fit condemnatio.*

8 *Verbum, amouere, in actione rerum amotarum largè accipitur, siue subripuit, siue subtraxit, siue celauit, siue res aliquas mariti comedit, siue donauit, vel vendidit, vel aliàs consumpsit.*

9 *Actio rerum amotarum locum habet pro rebus constante matrimonio amotis. Nec furtum facere dicitur vxor ante hæreditatem aditã, nec etiam tunc furti, aut crimine expilatæ hæreditatis contra eam agi potest. Secus, si post mortem mariti, & post aditam hæreditatem rem amouerit.*

10 *Actio rerum amotarum an detur viuente eo, cui res amota est.*

11 *Sententiæ formula in actione rerum amotarum.*

12 *In actione rerum amotarum condemnatus, si non restituit rem amotam, an iuramento in litem locus sit, & hæc actio naturam arbitrariæ actionis habeat. Et sententia quomodo tunc ferenda sit. nu. 13.*

14 *Actio rerum amotarum an locum habeat, mortuo viro, si vxor, cùm de vita viri desperaret, vestes sibi à viro factas amouit. Et an vxor relicta vestes præcipuas habere debe-*

debeat, an ad heredem viri pertineant. nu-me. 15.19.21.

16 *Donationes facta inter virum & vxorē, vel à parētibus in liberos, & eorū potestate cōstitutos, præmoriēte donatore nō confirmātur, nisi traditione roborata fuerint. nu. 23.*

17 *Donatio inter virum & vxorem licèt regulariter non valeat, tamen si sit res, quæ fructum habeat, donatarius pro cultura fructus suos facit.*

18 *Donatio causa mortis facta inter coniuges in sui natura valet & seruatur: sed dominium non transfertur, nisi re tradita, aut morte donatoris subsecuta.*

20 *Contractus alij à donatione inter virum & vxorem non sunt prohibiti, nisi in fraudem donationis fiant.*

22 *Donatio in dubio non præsumitur. & quomodo hoc sit intelligendum.*

1 CORAM vobis domino iudice† Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Martinus contra Marietam de Corrali, quòd cùm Pontius Rabassa maritus legitimus dictæ Marietę quadam graui infirmitate detineretur, & ipsa de vita eius desperaret, ipsa dolo malo quēdam asinum pili nigri ipsius Pontij de domo eius amouit, constante matrimonio. Vnde cùm dictus Pontius ex illa infirmitate decesserit, & dictus Actor Martinus sit hęres eius, agit dictus Actor contra dictam Marietam, vt sibi dictum asinum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictam Ream, ad restituendū dictum asinum dicto Actori, per vestrā sententiam cōdemnetis, & condemnatū &c.

2 ¶ Probatur† ex quadam æquitate seu mente legis. & sic intelligitur ff. de ac. re. amo. l. si propter. §. fi. in glo. & l. rerum quidem. in glo. & per Azo. in Summa sua eiusdem tituli. Et est notandum, quòd

3 actio† rerum amotarum competit, cùm diuortij consilio res sunt amotæ, & posteà diuortium est secutum. vt ff. e. l. rerum

4 quidem. & C. e. l. ij. Diuortiū autem† est, repudium missum in scriptis, septem testibus adhibitis seu rogatis in scriptura, dicendo, Res tuas tibi habeto: vt C. de repudijs. l. cōsensu. & ff. e. l. ij. & l. nullum.

Sed de iure Canonico non habet locum tale diuortium: quia quod Deus coniunxit, homo non separet. vt xxxij. q. ij. c. quos Deus coniunxit. In cōiunctionibus aūt seu in matrimonijs, Canones sunt seruandi, & pręualent legibus. & nō. Insti. de nup. in prin. & ff. de concubi. l. in concubinatu. in fi. Et ideo, quia tale† diuortium 5 non habet locū inter virū & vxorem, & sic cessat inter eos directa actio rerū amotarum, formatus est libellus super vtili actione rerū amotarū, s. quia cùm dicta Marieta desperaret de vita dicti mariti sui, amouit dictum asinum, & secuta fuit mors dicti mariti, & sic solutū fuit matrimoniū morte mariti: aliàs si maritus viueret, non haberet locum hæc actio. vt ff. re. amo. l. rerum quidem. ¶ Rectè dicitur, cùm Pōtius† legitimus: qa aliàs non 6 posset agi actione rerū amotarū. vt ff. e. l. si concubina. in prin. ¶ Itē rectè dicitur, dolo malo. pēdet† enim hęc actio quodāmodo ex furto: vt ff. e. l. si mulier. in fine. 7 & ideo in ea fit condemnatio insolidū: vt ff. de re iudi. l. si rerū. ¶ Itē rectè dicitur, amouit. hoc enim sonat nomē ipsius actionis, s. rerū amotarū. & accipitur† largè 8 nomen, amouere, s. siue subripuit, siue subtraxit: vt ff. e. l. si mulier. & l. nihil. in prin. & l. rerum quidem. siue celauit: vt e. tit. l. si concubina. §. j. siue comedit aliquas res mariti, siue donauit, vel vendidit, vel aliàs consumpsit: vt eo. tit. l. & ideo. §. j. ¶ Item rectè dicitur, quòd constante† matrimonio amouit: quia si post 9 mortem mariti amouisset, non haberet locum hæc actio, nec etiam diceretur dicta Marieta facere furtum ante aditam hęreditatem: quia rei hęreditariæ nondum possessæ non fit furtum: vt ff. e. l. contra. & de cri. expi. hæ. l. ij. in fi. nec etiam posset agi tunc contra eam crimine expilatæ hæreditatis. vt ff. e. l. vxor. & C. e. l. ij. & l. aduersus. Sed si post mortem mariti, & post aditam hęreditatem, & apprehensam possessionem amouisset prædictum asinum, ipsa faceret furtū. Et idē, si nō constante, sed p diuortiū soluto

matrimonio amouit: quia & tunc ex no-
ua contrectatione facta pòst, ipsa faceret
furtum,& teneretur actione furti: vt ff.
de ac.re.amo.l.& ideo.in prin.¶ Item re-
10 ctè dicitur, Vnde cùm dictus † Pontius
decesserit: quia si viueret, non posset agi
hac actione : vt apparet ex supradictis.
Licèt videatur contrà, ff.e.l.si mulier.in
princ.vbi dicitur,quòd etiam si conualu-
erit vir, danda est prædicta actio vtilis.
Sed ibi diuertit vxor à viro. Quia diuor-
tium non habet hodiè locum, vt dictum
est: & sic in ista vtili, ad hoc, quòd Actor
obtineat, vel actio locum habeat, opor-
tet,quòd dicta Marieta fuerit verè vxor,
& quòd mortis causa dolo malo amouit
dictum asinum constante matrimonio,
& quòd solutum sit posteà matrimoni-
um morte mariti.

SENTENTIA.

11 CVM dictus † Actor sufficienter pro-
bauerit intentionem suam, seu contenta
in dicta petitione sua: Idcirco per senten-
tiam in his scriptis condemnamus di-
ctam Marietam, ad restituendum dictum
asinum dicto Actori. & nihilominùs con-
demnamus eam in xx. solid. Tur. dandis
dicto Actori pro expensis &c.

12 ¶ Item, si dicta † Marieta non restituat
posteà dictum asinũ, locus erit iuramen-
to in litem. & sic hęc actio habet naturam
arbitrariæ actionis: vt ff.de ac.re.amo.l.
si cùm dos.in fi. & tunc ferri poterit talis
alia sententia.

SECVNDA SENTENTIA.

13 CVM dicta † Marieta non restituerit,
iuxta tenorẽ nostræ sententiæ primę prę-
dictæ, prędictũ asinũ dicto Martino, & de-
lato à nobis iuramento in litẽ dicto Mar-
tino, ipse iurauerit ad sancta Dei Euange-
lia per eũ tacta, taxatione nostra præcedẽ-
te, se nolle prædictũ asinũ nõ fuisse sibi re-
stitutum pro xxxv.sol.Turo. idcirco per
sententiam in his scriptis condemnamus
dictam Marietam in prædictis xxxv.sol.
Turon. dandis dicto Martino &c.

14 ¶ Prædicta † Marieta cùm de vita viri
desperaret, vestes sibi à viro factas amo-
uit. Quęritur, an mortuo viro habeat lo-
cum rerũ amotarũ, & hoc est quęrere, an
Marieta debeat habere prędictas vestes
pręcipuas, an ad hęredẽ prędicti viri per-
tineant? Et videtur dicendũ, quòd ad hę-
redem pertineant : quia cùm necessitas
vestiendi vxorem incumbat marito, quia
ipse tenetur eam alimentare, & alia one-
ra matrimonij sustinere, & sic debet eam
vestire: vt ff.sol.ma.l. si cùm dotem. §.
si autem in sæuissimo. & C. de iure do.l.
pro oneribus. & ff. de ali. & ciba. leg. l. le-
gatis alimentis. ideo ratione præsentis v-
sus tantùm videatur & possit intelligi ve-
stes ei donasse seu tradidisse: vt ff.de don.
inter vi. & vxo.l.sed si vir ex lana.in prin.
cum sua glo. Non ergo habebit eas vxor
præcipuas. & facit ff. de pecu. l. id vesti-
mentum. Sed contrà, ff.ad leg.Fal.l.sed
vsusfructus. in fi. vbi videtur, quòd de-
beat eas habere præcipuas. Sed ibi fuit
donatio, & talis, quæ statim tenuit: vt ibi
no. & C.e.l.in donationibus. de qua do-
natione not. C. de dona. inter virum &
vxorem.l.si quidem.in fi. Item contrà,
ff.e.l. cùm hic status. §. ait oratio. & C.
e.l.donationes.j. vbi dicit, quòd donatio-
nes inter virum & vxorem factæ confir-
mantur, si sub silentio earum donator
præmoriatur. Ergo in casu nostro, quia
prēmortuus est maritus donator, viden-
tur vestes esse prædictæ vxoris. Sed ibi
loquitur de donatione vera, facta inter
virum & vxorem : quia illa ibi confir-
matur morte donantis præmorientis. Hîc
autem non fuit donatio, sed quædam ne-
cessitas in vestibus parandis pro vxo-
re. nullus autem in necessitatibus libe-
ralis existit: vt ff.e.l si quis pro vxore. &
de adimendis legatis. l. rem legatam.
Item contrà, ff. de lega. iij. l. hoc lega-
tum. & l. seq. & de auro & argen.lega.
l. Quintus Mutius.j. vbi videtur, quòd
vxor habeat vestes præcipuas pro ea
paratas à marito. Sed ibi non habet eas
vxor, eo, quòd paratæ fuerunt pro ea,
sed quia maritus in sua vltima voluntate
ita disposuit, quę voluntas est seruanda:
vt in cor. de nup. §. disponat. col. iiij. Et
sic apparet ex prædictis, quòd dicta
vxor non potest retinere præcipuas præ-
dictas vestes. & facit ad hoc ff.sol.ma.l.
pe. §.

pe. §. j. vbi est argumētum, q̄ debeat eas restituere tales, quales erūt tēpore soluti matrimonij. Item facit ff. de leg. iij. l. qui concubinam. in prin. vbi habetur, quòd maritus vestem paratā pro prima vxore dedit vtendam posteà secundæ vxori. & sic apparet, quòd talis vestis est ipsius mariti, nec curatur, quis moriatur primò de coniugibus. Morte enim nō confirmatur, cùm non sit donatio: vt dictum est. Item apparet, quòd tales vestes non sint vxoris, nec vxor debeat eas habere præcipuas, per l. suprà in contrarium allegatam, s. ff. de leg. iij. l. hoc legatum. quia cùm valeat legatū de prædictis vestibus sibi factum: ergo apparet, quòd nō erant ipsius vxoris: vt Insti. de leg. §. sed
15 si rem legatarij. ¶Et in summa, aut † vir fecit vxori vestes necessarias, aut superfluas. Item si fecit ei superfluas: aut ex causa donationis, aut ex alio contractu, aut ex nullo contractu, sed solùm parauit eas ad eius vsum. Si maritus fecit vxori vestes necessarias, s. sine q̄bus vxor non poterat commodè se tueri, seu viuere secundùm statum suum: certè illas fecit necessariò, quia ad eum onera matrimonij spectabant, vt suprà dictum est. Et tales vestes maritus viuēs posset vendicare vel donare alteri, sed necessariò ipse teneretur tunc alias vestes idoneas eidē vxori facere: quia onera matrimonij debet sustinere. & si præmoriatur vxor, tūc marit⁹ tales vestes vt suas occupabit. Sed & si præmoriatur maritus, hæres eius eodem modo, & eodem iure habebit eas: vt satis apparet ex superioribus. Diceremus tamen circa illud, quòd si præmoriatur maritus, quòd nec æquitas, nec vulgi opinio suadet, quòd vxor superuiuens debeat reddere rationē hæredi ipsius mariti de camisia, vel de tunica, vel de alijs similib⁹ fortè semiruptis, ex necessitate sibi à marito factis: licèt aliud esset in viro, si viueret, vt dictum est statim. Si autē maritus fecit vestes superfluas vxori ex causa donationis expressæ: dico, quòd donatio inter viuos nō valet regulariter inter virum & vxorem, iure prohibente: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. j. nec transfertur dominium traditione facta. vt C. e. l. à marito. transfertur tamen possessio traditione secuta: vt ff. de acquir. pos. l. j. §. si vir. Et sic possunt tales vestes per virum vendicari, tales quales erunt: vel per eius hæredem, si appareat maritum, dum viuebat, tacitè, vel expressè dictam donationem reuocasse. sed si sub silentio moreretur maritus, donatio videtur confirmata: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. cùm hic status. §. ait oratio. & C. e. l. donationes. j. & facit e. ti. l. si maritus tuus. & ff. de lega. ij. l. sequens quæstio. & sic tunc haberet vxor prædictas vestes præcipuas, si sibi traditæ fuerint à viro donatore. Donationes † e- 16
nim factæ inter virum & vxorem, vel à parentibus in liberos & eorum potestate constitutos, non confirmantur præmoriēte donatore: nisi etiam traditione donatio fuerit perfecta seu roborata: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. Papinianus. & notauit dominus Azo in Summa sua eiusdem tit. in fine. Item est notādum, quòd licèt regulariter † non valeat donatio in- 17
ter virum & vxorem, tamētsi sit res, quæ fructū habeat, donatarius facit fructus suos pro cultura: vt ff. e. l. de fructibus. Item est notandum, quòd donatio † cau- 18
sa mortis facta inter cōiuges valet & seruatur in sui natura: vt ff. e. l. si eum. in si. excepto, quòd etiam re tradita dominium nō transfertur, nisi cùm mors donatoris subsecuta fuerit: vt ff. e. l. sed interim. licèt aliàs trāsferatur dominium ex donatione causa mortis re tradita: vt ff. de dona. l. j. §. item cùm ipse. & de dona. cau. mor. l. ij. Si autem † maritus fecit 19
vestes superfluas vxori, ex causa venditionis, vel ex alio contractu, alio tamen à donatione: tunc seruabitur ille contractus in sua communi natura. Contractus
† enim alij à donatione non sunt prohibiti inter virum & vxorem: nisi fierent in fraudem donationis: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si sponsus. §. circa. Et sic si vxor habuit vestes à viro, ex causa venditionis, vel permutationis, & sine fraude donatiōis: ipsa habebit eas præcipuas. nec est enim licitum à contractu resilire: 20

 regula-

regulariter: vt C. de ac. & ob. l. ficut. Si
21 autem maritus fecit † vestes superfluas vxori, non ex aliquo contractu, sed solùm ad vsum vxoris, seu vxoris causa parauit eas, fortè vt esset pulchrior, vel vt videretur honorabilior, seu ad põpã: certè tales vestes non poterit vxor retinere, siue viuo, siue mortuo viro, vt apparet ex superioribus. & facit ff. commo. l. si vt certo. §. interdum planè. & de pecul. l. id vestimentum. & sol. mã. l. pe. §. j.
22 Si autem dubitetur, an maritus † donauit vxori prædictas vestes, an eas ei tradidit solùm ad vsum: dicendum est, quòd non est præsumenda donatio, cùm non fuerit expressata: quia quilibet præsumitur auarus in donando. vt ff. de proba. l. cùm de indebito. §. j. & facit, quod no. ff. de do. inter virum & vxo. l. vtrùm negocium. & sol. ma. l. quæ dotis. & de verbo. ob. l. Iulianus. in fi. Illud enim est potiùs præsumendum, quod de iure potest fieri. vt not. ff. sol. ma. l. Gaius. in dubio ergo præsumatur donatio vestium facta super vsu tãtùm, quod potest fieri de iure. vt ff. de do. inter virum & vxo. l. si vir. nec est præsumẽda proprietatis vestium donatio facta, cùm sit à iure prohibita. licèt aliàs amarè donatio inter virum & vxorem non sit tractanda: vt ff. e. l. si id quod. §. si quid.

ADDIT. Item licèt ex superioribus satis liqueat, non esse præsumendam donationem in dubio, si vir superflua parauerit, vel emerit causa vxoris, vel ad opus eius, vel ad vsum eius, quæ idẽ sunt,
23 vt credo: attamen si vir † aliqua emit nomine vxoris, & vxor illud ratum habuit, fortè vir videbitur ea donasse vxori. ar. C. fami. hercis. l. filiæ. & si traditione facta vxori vir sub silentio præmortuus fuerit, confirmata erit morte donatio, vt dictum est.

RVBRICA CXLI.

De actione ad exhibendum.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis ad exhibendum quomodo formetur, & quibus iuribus probetur, nu. 2

3 Actio ad exhibendum licèt sit personalis, est tamen in rem scripta, & possessorem sequitur. & sufficit, quòd Reus facultatem exhibendi habeat. Et qd in rei vendicatione. Item Reus tenetur vtili actione ad exhibendum, si dolo possidere desijt.

4 In actione ad exhibẽdum res designari debet. & quid faciẽdum, si res benè designari non possit.

5 In actione ad exhibẽdum res publicè in iudicio exhiberi debet.

6 Ad exhibendum an agatur pro re immobili.

7 Actio ad exhibendum datur ei, cuius interest, rem exhiberi, siue in rem actione, siue personali agere velit. Et quomodo id quod interest, intelligendum sit.

8 In libello causa prætendi debet, quòd prætor neminem sine causa audiat. Et quomodo iudex de veritate causæ cognoscat.

9 Cõtra agentẽ ad exhibendũ si excipiatur, quas exceptiones iudex admittere debeat.

10 Sentẽtia formula in actione ad exhibendũ.

11 Actione ad exhibendum conuentus, quando impendijs & periculo Actoris, quando suis rem exhibere debeat.

12 Exhibere si Reus dolo malo rem nolit, & hoc constet, ad supplicationem Actoris condemnabitur, in quantum in litem iurabitur. Et quomodo tũc sententia ferenda sit.

13 Actio ad exhibendum, & actio in rem, an & quomodo insimul in eodem libello intentari seu proponi possint. Et quid in querela inofficiosi testamenti & petitione hereditatis, nu. 14.

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit 1 & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus possĩdet seu tenet, & exhibendi facultatem habet, quẽdam Codicem scriptũ in pargamenis hœdulinis cum apparatu ordinario, quem dictus Actor exhiberi sibi in publicum coram vobis dicit sua interesse, ꝓ eo, quia ipsum vt suum vendicare intẽdit. Quare agit dictus Actor contra dictũ Reum, vt sibi dictum Codicem exhibeat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictũ Reum,

um, ad exhibendum dicto Actori in publicum coram vobis dictum Codicem, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur†Institu.de ac. §. præterea quasdam actiones. Rectè dicitur, possi-
3 det seu tenet &c. licèt enim actio † ad exhibendũ sit personalis: vt ff. ad exhi.l.iij. §. est aũt. ipsa tamen est in rem scripta: sequitur enim possessorem. vt e.l.§.fi. Et etiam sufficit, quòd Reus habeat facultatem exhibendi. vt ff.e.l.si quis merces. aliàs, Celsus.§.idem ait.sic etiam est & in rei vendicatione. vt ff.de rei ven. l. officium.in fi. Item, si Reus desijt dolo possidere, ipse tenetur vtili actione ad exhibendum. vt C. ad exhi. l. ad exhibẽdum. & ff.e.l.Iulianus.in princ. & de reg.iur.l. parem. ¶Item rectè dicitur, Codicẽ scri-
4 ptum &c. debet†enim res designari: vt ff. ad exhi.l.iij.in prin. & si Actor nõ posset benè designare Codicẽ, ipse posset petere, vt dictus Reus exhiberet sibi omnes Codices, quos habet, vt ipse Actor posset agnoscere, quem eorũ vult vẽdicare. ar. ff.e.l.iij.§.si quis noxali. & de pu.vec. & commissis.l. iij. §.antè autem actorem.
5 ¶Item rectè dicitur, in publicũ † coram vobis. vt ff. ad exhiben.l.ij. in loco enim, in quo lis cõtestatur, & sic in iudicio, debet res exhiberi. vt ff.e.l.sed & si hęreditas. §.j. Per quod apparet, quòd ꝓ re im-
6 mobili†non agitur ad exhibendum: quia immobiles res moueri seu ꝓferri seu deduci non possunt: quod tamẽ requiritur in re, pro qua agitur ad exhibendum, vt ibi. res enim immobiles facilè latere non possunt. vt C. quando & quibus quarta pars.l.ij.§. sed vbi.lib.x. ¶Item rectè di-
7 citur, quòd sua interest Codicẽ†exhiberi: quia ipsum intendit vendicare. Idem tamen esset, si per actionem personalem intẽderet pro prędicto Codice experiri. vt ff.ad exhib. l. j.& ij.& l.pen.in prin. Et intelligitur, si ex causa honesta & ꝓbabili & pecuniariter dicat sua interesse: vt ff.e. l.iij.§.si mecũ.& l.si liber homo. Si enim vellet agere ad exhibendũ pro prædicto Codice, vt videret ibi quandã legẽ, vel quoddam extraordinariũ, ex qua diceret, quòd efficeretur aptior vel doctior: certè non audiretur: vt ff.e.l.pen. Causa autẽ† debet prętendi in libello: quia ne- 8
minem audit prętor sine causa: vt ff. de transactionibus.l.cùm hi.§. in causa. iudex tamen cognoscet, an sit causa probabilis, honesta & pecuniaria: vt ff.e.l.iij.§. si mecum. Non tñ cognoscet iudex de veritate causę prętẽsę in libello, sed sufficit eã probari summariè, s. per iuramẽtum Actoris: vt e.l.§.sciẽdum. ¶Item, si Reus †audiens, quòd ideo Actor petit sibi Co- 9
dicem exhiberi, vt postea eum vendicet vt suum, si ipse velit aliquas exceptiones opponere super causa principali futura, & per consequens excludat Actorem, ne sibi Codex exhibeatur: si illæ exceptiones possent citò expediri, audiet eas iudex. si autem altiorẽ habeant indaginem, differet eas in aliud iudicium, s. in iudicium rei vendicationis. Omnimodè tamẽ cognoscet iudex de quatuor exceptionibus, si opponantur, à Reo, s. de exceptione pacti conuenti, doli mali, iurisiurandi, & rei iudicatæ: vt ff. ad exhiben.l.iij. §. ibidem.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficiẽter pro- 10
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum Reum, vt dicto Actori dictum Codicẽ in publicum corã nobis exhibeat. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xx.sol. Tur. dandis dicto Actori pro expensis &c. ¶Et est notãdum, quòd dictus Reus † debebit perferre dictũ Codicem, 11
impendijs tamen & periculo Actoris: vt ff.ad exhiben.l.sed & si hęreditas.§.j.nisi Reus tamen haberet Codicem in Monte Pessulano, sciens, quòd Actor volebat agere cõtra eum ad Codicem, sua calliditate & dolo eum trãstulit apud Aureliacum: quia tũc suis impendijs & periculo suo Reꝰ debebit Codicẽ perferre & exhibere in Mõte Pessulano: vt e.l.§. interdũ.

¶Item est notandũ, ꝙ si constet, quòd Reus†dolo malo nolit Codicem exhibe- 12
re, feretur alia sentẽtia, & condemnabitur Reus ad supplicationem Actoris, in-

quan-

quantum iurabitur in litẽ per Actorẽ. vt ff. ead. l. iij. §. j. & de in lit. iur. l. in actionib.

SECVNDA SENTENTIA.

CVM constet nobis, dolo & calliditate Martini esse factum, quo minùs dictum Codicem exhibeat dicto Actori, iuxta tenorem nostræ primæ sententiæ, & delato à nobis iuramento in litem dicto Actori, idem Actor, taxatione nostra præcedente, iurauerit se nolle dictũ Codicem non fuisse sibi exhibitum pro xx. lib. Turo. Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis xx. lib. Turonen. dandis dicto Actori &c.

13 ¶Et est notãdum, quòd † ad exhibendum, & actio in rem, ad quã ipsa est præparatoria, possunt insimul in eodem libello intentari seu proponi. attamẽ causa exhibitionis priùs tractabitur & terminabitur: vt C. ad exhi. l. fi. & ibi no. & ff. e. l. j. Et tunc, si Actor velit vtranque insimul proponere, fomabitur libellus, vt suprà formatus est. & subiungetur, quod sequitur: Quo Codice exhibito, petit idem Actor à vobis dicto domino iudice, vt dictum Codicem ad eum pertinere, iure dominij vel quasi, per vestrã sententiam declaretis, & dictum Reum, vt dictum Codicẽ dicto Actori restituat, sententialiter condemnetis, & condemnatũ &c. ¶Sed videtur, quòd illæ duæ actiones non possint proponi insimul in eodem libello: vt ff. deposi. l. penul. & de pecu. l. depositi. circa prin. ad exhi. l. iij. §. est autem. & ibi no. de interroga. ac. l. j. circa prin. Sed est dicendum, quòd non debent nec possunt insimul proponi, vt de eis insimul cognoscatur. Et eodem

14 modo † querela inofficiosi testamenti & petitio hæreditatis possunt in eodem libello intentari, s. Peto testamentũ rumpi, quia inofficiosum. & eo rupto, peto me declarari hæredem, & Reum condemnari, vt hæreditatẽ mihi restituat &c. vt notatur ff. de inoffi. testa. l. qui de inofficioso. sic & in casu nostro possum dicere: Mihi peto Codicem exhiberi, quo exhibito, peto eum declarari meum &c. vt ibi colligitur.

RVBRICA CXLII.

De actione arbitraria, quod certo loco.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis arbitrariæ quod certo loco, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actiones arbitrariæ, de eo, quod certo loco, quot sint, & ex quibus causis quæ actiones competant.*

4 *Actio bonæ fidei, vel alia, non dicitur arbitraria, propter locum.*

5 *Actione arbitraria de eo, quod certo loco, agitur contra Reum, vbi domicilium habet, & in ea nedum Actoris, sed etiam Rei vtilitas venit.*

6 *In libello actionis arbitrariæ, de eo, quod certo loco, an & qualiter loci commemoratio fieri debeat.*

7 *Loci adiectio tacitè spatium temporis inducit, quo Reus ad locum venire possit. Et an in loco solutioni destinato, vel alibi, vbi Reus domicilium non habet, actione de eo, quod certo loco, agi possit. nu. 8.*

9 *In actione quod certo loco, & in alijs actionibus non arbitrarijs, ex qua causa ad interesse, & quale, Reus teneatur.*

10 *Agens actione quod certo loco, si recipit pecuniam sibi promissam, an videatur interesse suum remisisse.*

11 *Sententiæ formula in actione arbitraria, de eo, quod certo loco.*

12 *Actione quod certo loco conuentus, si aliquod interesse suum probet, prout de natura actionis, si veritas sic se habuit, esse potest, quomodo sententia ferenda sit.*

13 *In actione quod certo loco, si iudex videat, quòd Reus in loco domicilij soluere non possit, sed de facili in loco destinata solutionis, quomodo sententiam ferre debeat.*

14 *In actione quod certo loco, si iudex videt, quòd Reus in loco domicilij soluere non possit, & quòd Actor in loco destinatæ solutionis adhuc commodè & vtiliter merces suas,*

suas, prout solebat, emere poßit, quomodo sententiam feret.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor & Reus essent in Monte Pessulano, dictus Reus promisit per stipulationem se daturũ dicto Actori Parisijs centum lib. Tur. Vnde cùm dictus Reus potuerit peruenisse Parisios, & etiã fuerit in mora soluendi ibi prædictas centum lib. Turon. & habita ratione damni, quod emersit, & lucri, quod cessauit, interfuit dicti Actoris in xx. lib. Tur. quia prædictæ centum libræ Turon. sibi non fuerunt solutæ Parisijs: agit dictus Actor contra dictum Reum, vt sibi prædictas centum libras Turo. pro sorte, & xx. lib. Turo. pro interesse suo sibi det & soluat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad dandum dicto Actori prædictas centũ lib. Tur. præmissas, & prædictas xx. lib. Tur. pro interesse suo prędicto, per vestram sententiã condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs &c.

2 ¶Probatur † Insti. de actio. §. prętereà. & §. loco. Rectè dicitur, per stipulationem promisit se daturum Parisijs: quia
3 actio arbitraria † de eo quod certo loco, aliquando venit ex stipulatione. Quæ si contineat certum dari, habet locum certi condictio generalis. si verò contineat incertum quid dari, vel aliquid fieri: tũc habet locum ex stipulatu actio: vt Insti. de verbo. oblig. circa princ. & ff. e. l. stipulationum. & l. vbi autẽ. & de eo quod certo loco. l. ij. §. hæc autẽ actio. & l. ideo. & sic sunt duæ actiones arbitrariæ, de eo, quod certo loco. Tertia est, actio ex testamẽto, s. cùm testator iussit aliquid dari certo loco: vt eo. tit. l. si hæres. Quarta est, in mutuo dato, vt certo loco reddatur: vt ff. e. l. aut si mutua. & agitur tunc certi condictione speciali ex mutuo: vt Insti. quibus mo. re contrahitur ob. circa princ. nisi & statim stipulatio interuenisset: quia tunc ageretur certi condictione generali: vt ff. de nouat. l. si ita. §. fi. & l. seq. Quinta actio arbitraria, de eo, qđ certo loco est, si id, quod debetur, constituit se quis soluturum certo loco: & tunc habet locum actio de cõstituta pecunia: vt ff. de consti. pecu. l. eum qui. in prin. & l. si duo. §. j. & prædictæ quinque actiones sunt arbitrarię, de eo, quod certo loco, & nõ plures. Si autem fit aliqua
† actio, per quã deberet aliquid dari, vel 4
præstari certo loco: ipsa non erit arbitraria, de eo, quod certo loco, nec in ea venient illa, quæ sunt de natura actionis arbitrariæ, de eo, quod certo loco. vt ff. de eo quod certo loco. l. in bonæ fidei. ¶Itẽ
rectè agitur † contra Martinum in Mon- 5
te Pessulano, vbi habet domiciliũ: quia si conueniretur Parisijs, vbi debuit soluere, non esset tunc actio arbitraria, de eo, quod certo loco: sed ageretur certi condictione generali ex prædicta stipulatione, secũdùm naturam suam. vt ff. e. l. quòd si Ephesi. in princ. & Insti. de ac. §. loco. in fine. Sed quia cõuenitur in Monte Pessulano, est arbitraria, pro eo, quia in ea venit vtilitas nedum Actoris, immò & Rei prædicti: vt ff. de eo quod certo loco. l. ij. in prin. & l. quòd si Ephesi. §. j. & l. centum Capuæ. & C. vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit. l. vna. ¶Itẽ rectè dicitur, quòd Parisijs debuit dare:
quia in libello † debet fieri commemo- 6
ratio loci: vt ff. e. l. ij. in fi. & Insti. de ac. §. loco. Quidam tamen dicunt, debere fieri talem commemorationem: Peto à te centum, vt ea mihi soluas hîc, vel Parisijs, vbi ea soluere promisisti. & ita videtur notari in prædicto §. Credo tamen, quòd sufficiat prædicta commemoratio suprà in libello facta. Iudex tamen, licèt agatur in Monte Pessulano, arbitratur, an Martinus debeat soluere in Monte Pessulano, vel Parisijs. vt ff. de eo quod certo loco. l. quòd si Ephesi. §. j. & apparebit infrà in forma sententiæ. ¶Item rectè dicitur, quòd Reus potuerit peruenisse Parisios: quia loci † adiectio tacitè 7
inducit spatiũ temporis, quo Reus possit venire ad locum: vt ff. de verb. oblig. l. eum qui. j. §. quoties. & l. interdum. &

8 l.continuus.§. cùm ita.& si antè†agatur, perperam agitur: vt ff.de eo quod certo loco.l.iij.§.si quis ita.sed post illud tempus si non fuerit solutum, & agatur Parisijs, nõ erit actio arbitraria, de eo, quod certo loco: vt apparet ex superioribus. Sed si agatur alibi, quàm Parisijs, in loco tamen idoneo, poterit hoc fieri: dum tamen Reus habeat ibi forũ, erit tũc actio arbitraria, de eo, quod certo loco: vt ff. de iudi.l.eum qui.& l.hæres absens.in fi. & de eo quod certo loco.l.j. Item, si in Monte Pessulano fuit concepta simpliciter stipulatio, sine adiectione loci, ibidẽ poterit agi ratione contractus. vt ff. de iudi.l.hęres absens.nec erit tunc arbitraria, de eo, quod certo loco. Si autẽ locus fuerit expressè adiectus, in quo aliquid debeat dari: Aut fuit adiectus idem locus, s.Mons Pessulanus, in quo stipulatio fuit facta: & tunc si ibidem agatur, actio nõ erit arbitraria, de eo, quo certo loco. Si autem alter locus fuerit adiectus, s. ꝙ soluatur Parisijs: tũc in Monte Pessulano posset agi, si Reus haberet ibi aliàs forum. Ibi enim ille Reus nõ sortiretur forum ratione contractus, postquàm alter locus esset adiectus ad soluendum: vt ff. de actio. & obli. l. contraxisse. & de bo. auth.iudi.pos.l.iij. ¶Item rectè dicitur, 9 quòd Martinus fuit in mora † soluendi Parisijs. quia, prout de mora habetur ff. de vsur.l. mora. ipse tenebitur ad interesse, prout est damnum emergens, post moram: vt quia Actor debebat l.lib.Turo.sub pignoribus, quæ pignora fuerunt distracta: vt ff. de eo quod certo loco. l. iij.§.nũc de officio.& interest dicti Actoris in x. lib.Turo. quia in x.lib.Turo.pignora fuerunt minoris distracta. Item & Martinus tenetur ad interesse, prout est lucrum cessans: vt quia Actor erat solitus emere Parisijs merces, & portare in Monte Pessulano, & exinde communiter lucrari in quinquaginta lib.Turo.explicatis in mercibus, x.lib. Turon. quod modò facere nõ potuit, propter moram dicti Martini in soluendo adhibitam, & illarum x.lib.Turo. ratio haberi potest. vt ff.e.l. iij.§. fi. In alijs autẽ actionibus, quæ arbitrariæ non sunt, de eo, quod certo loco, non habetur regulariter ratio lucri. Hodiè tamen in omni actione habetur ratio lucri: vt C.de sen.quæ pro eo quod interest. l. vna. & notatur ff. de eo quod certo loco.l.iij.§.fi. Ex parte autem Martini Rei habebitur ratio, & inspicietur, quantum sua interest, potiùs soluere Parisijs, quàm hic in Monte Pessulano, & intantum minus condemnabitur: vt ff. e.l. iij. §. nunc de officio.& l.ideo. Item est notandum, quòd si Actor † reciperet 10 à Martino prædictas c.lib.Tur.sibi promissas, ipse videretur renũciasse & remisisse suũ interesse ꝓdictũ. vt ff.e.l.fi.in fi.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 11 bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis cõdemnamus dictum Reum in prædictis c. lib. Turo. in dicta petitione sua contentis, dandis dicto Actori. Item in xx.lib. Tur. dandis dicto Actori, pro interesse suo, damni, quod emersit, & lucri, quod cessauit, propter moram dicti Rei adhibitam in soluẽdo. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c.sol. Turo.dandis dicto Actori pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ, cùm idem Actor, delato ei à nobis iuramento super expensis, iurauit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prædictos c. sol. Turo. occasione præsentis causæ.

¶Item si Reus † probauit aliquod in- 12 teresse suum, prout potest esse de natura actionis arbitrarię, de eo, quod certo loco, si veritas sic se habuit, poterit ferri talis sententia.

ALIA SENTENTIA.

CVM dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis c.lib.Tur.in dicta petitione cõtentis, dandis dicto Actori, pro sorte sibi promissa. & licèt dictus Actor ꝓbauerit sua interesse, seu suũ interesse, ratione dãni, quod emersit, in x.lib.Tur. & ratiõe lucri cessantis, in alijs x.lib.Tu.

quia

quia tñ Reus probauit sua interesse solue-re prædictas c.lib. Turo. potiùs Parisijs, quàm in Monte Pessulano, in c.sol. Tur. quia ipse caret pecunia in Monte Pessulano, nec potest inuenire ibi c. lib.Turo. ex causa mutui, nisi det x.lib.Turon. pro vsuris: & constet nobis, quòd ipse inueniret eas Parisijs ꝑ c.sol.Tur.pro vsuris: idcirco interesse Rei Martini cũ interesse Actoris vsque ad concurrentem quantitatem compensantes, condemnamus dictum Reum in xv. lib.Tur.dandis dicto Actori pro interesse suo, & in residuis c.sol.Turo.de xx.lib.Turo.pro interesse per dictum Actorem petitis & probatis, dictum Reum absoluimus. & nihilominùs condemnamus dictũ Reum in c.sol. Tur. dandis dicto Actori pro expẽsis &c. ¶Probatur, quòd Actor possit recuperare sibi debitum prædictũ in Monte Pessulano, ff. de eo quod certo loco. l. j. videbatur enim quodammodo, quòd alibi non posset exigi, nisi Parisijs: quia ibi solui erat cõuentũ. Probatur cõpensatio interesse Actoris & Rei, ff.e.l.ij.in princ.

13 ¶Item, iudex habens†Deum prę oculis, videns, quòd Reus non potest soluere in Monte Pessulano, & de facili potest soluere Parisijs, poterit ita ferre suam sententiam.

ALIA SENTENTIA.

CVM dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua, sibi deberi à dicto Reo c.lib.Turo.pro sorte, & x.lib.Turo. pro interesse damni, quod emersit, & alias x. lib. pro interesse lucri cessantis: Attamen cùm constet nobis, dictum Reum non habere hîc, vnde possit soluere, nec inueniret hîc, qui sibi mutuaret pecuniam sub vsuris, cùm non sint hîc Iudæi mutuantes, vt solent. nec etiam sunt hîc Christiani aliqui, qui velint vsurariam prauitatem exercere. & constet nobis, dictum Reum facilè posse soluere Parisijs prędictas c.& xx.lib.Tu.Idcirco per sententiam in his scriptis dictum Reum absoluimus ab obseruatione iudicij, & cõdemnamus eum, vt caueat se soluturum dicto Actori prędictas c.& xx. lib. Tur. Parisijs, vbi se soluturũ promisit. & nihilominùs condemnamus eũ in c.sol. Tur. dandis dicto Actori ꝑ expẽsis &c. ¶Probatur de absolutiõe ab obseruatione iudicij, & de cautione prędicta prę̃stãda, ff. de eo quod cer. lo. l. quòd si Ephesi. §. j.

¶Si autem†iudex, habens Deum ante oculos, vidẽs, quòd Reus non potest hic soluere, vt dictũ est: videns etiam, quòd Actor possit adhuc commodè & vtiliter Parisijs emere merces ꝑ eũ ibi emere solitas: quia fortè adhuc nundinæ durãt & durare debẽt aliqua ex causa per sufficiẽs tempus, ita quòd Actor in mercibus, si eas emat, potest in eis fortè plus solito lucrari: ferret talem sententiam. 14

ALIA SENTENTIA.

CVM dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Attamen cùm constet nobis, dictũ Reũ non habere hîc, vnde possit soluere, & Parisijs esse sibi facile soluere: Idcirco per sententiam in his scriptis dictũ Reum absoluimus ab obseruatione iudicij. Et cùm constet nobis, dictum Actorem posse adhuc de prę̃senti emere merces Parisijs, per eũ ibi emere solitas, de quibus conqueritur, & lucrari cũ eis more solito: idcirco dictum Reũ absoluimus à præstatione x. li. Tur. pro interesse lucri cessantis in dicta petitione per dictũ Actorẽ petitarũ, & condemnamus eundem Reũ, vt caueat se soluturum Parisijs tali die prędicto Actori prędictas c.lib.Turo. pro sorte, & x.lib. Tur.pro interesse sui damni, quod emersit &c. ¶Probatur ff. de eo, quod certo loco.l.quòd si Ephesi.§.j.

RVBRICA CXLIII.

De actione legis Aquilię noxali.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actiõis legis Aqliæ noxalis quomodo formetur, & qbus iuribus ꝑbetur, nu. 2.*

3 *Libellus actionis legis Aquiliæ noxalis, formatus est super primo capite legis Aquiliæ, prout noxaliter agitur. Et est arbitraria, ꝙ Reus ad iudicis arbitrũ dando seruũ pro noxa, se à ꝑ̃statione dãni dati liberare possit.*

sit. Aliquādo tamē in solidū tenetur, vt ibi.
4 *In libello actionis noxalis an sit necesse mētionem facere de seruo dando pro noxa.*
5 *Agens actione noxali si habet corium asini occisi, an deducetur de æstimatione asini.*
6 *Actio legis Aquiliæ licèt sit personalis, attamen, cùm noxalis est, quodammodo est in rem scripta.*
7 *Sententiæ formula in actione legis Aquiliæ noxali.*
7 *Ex noxali causa si seruus exhibeatur in iudicio, vel non sit, qui eum defendat, fit missio in possessionem eius ex decreto iudicis.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinū, quòd Stichus Niger, seruus dicti Martini, per iniuriā occidit quendam asinum pili albi, ad dictum Actorē iure dominij pertinentem, quem tenebat ad deportādum les escuuilles, valentē communi æstimatiōe xxx. sol. Tur. in eo anno retrò. Quare agit dictus Actor contra dictū Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum possessorem dicti serui Stichi in prædictis xxx. lib. Turo. dandis dicto Actori, vel in duplum, s. in lx. soli. Turo. si idem Reus negauerit dictum asinum per dictum seruum Stichum fuisse occisum, per vestram sententiam cōdemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶Probatur † Insti. de actio. §. præterea
3 quasdam. Prædictus libellus † formatus est super actione legis Aquiliæ capite primo, de quo dictum est suprà suo loco. Hic tamē est formatus, prout agitur noxaliter, & sic est arbitraria actio, pro eo, quia iudex habebit arbitrari, an Martinus dando seruum pro noxia, possit se liberare à præstatione damni dati, quod est regulare in noxalibus actionibus: vt ff. de noxalib. l. j. & Insti. e. circa prin. & C. e. l. ij. & Insti. de offi. iudi. circa prin. Si tamen sciente domino, & non vetāte, cùm id vetare potuit, seruus occidit asinū: dominus tenebitur in solidū sine noxæ deditione: vt ff. de noxa. l. ij. in prin. & l. in delictis. in prin. Itē, si dominus neget falsò, se posse seruum exhibere, vel dolo fecit, quo minùs ipsum exhibere posset: vt ff. si ex noxali cau. aga. l. ij. §. si verò falsò. ¶Item est notandum, quòd nō est necesse facere mentionem † in libello de seruo 4
dādo pro noxa: quia vbi seruus deliquit ignorante domino, vel sciente & prohibente: si dominus fuerit condemnatus, ipse habet facultatem à lege, quòd antequàm conueniatur actione iudicati post quatuor menses, potest se liberare dando seruum pro noxa: vt ff. de re iudi. l. miles. §. decem. & de peti. heredi. l. item veniunt. §. idem rectè. sed non post modum acceptum in actione iudicati. vt ibi. ¶Item est notandum, quòd si Actor habuit † corium asini valens v. sol. Turon. 5
tunc illi v. sol. deducentur de æstimatione dicti asini, s. de prædictis xxx. sol. Tur. vt arg. ff. de condi. fur. l. si seruus. ij. §. boue subrepto. ¶Item est notandum, quòd licèt actio † legis Aquiliæ sit personalis, 6
attamen cū est noxalis, ipsa est quodammodo in rem scripta. Noxa enim caput sequitur. vt Insti. de noxa. §. omnes. & C. e. l. j. & not. ff. si serui. ven. l. & si fortè. §. etiam.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 7
bauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: & cùm dictus Reus negaret dictum seruum Stichum occidisse prædictum asinum, & ipso in sua inficiatione persistente, dictus Actor ipsum cōuicerit per testes idoneos: constat autem nobis, dictum Actorē habuisse corium dicti asini valentis v. sol. Tur. Idcirco per sentētiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in duplū xxx. sol. Tur. s. in l. sol. Tur. dandis dicto Actori, de prædictis lx. sol. in dicta petitione contentis, & prædictum Reum absoluimus à residuis x. sol. Turon. de prædictis lx. sol. Turo. in dicta petitione contentis. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xx. sol. Tur. dandis dicto Actori pro expensis &c.

¶Et est notandum, quòd ex noxali † causa

8 † causa si seruus exhibeatur in iudicio, vel non fit, qui eum defendat, fit missio in possessionem eius ex decreto iudicis: vt ff. si ex noxali causa agatur. l. ij. in fi.

RVBRICA CXLIIII.

De primo decreto.

SVMMARIVM.

1 *Missio in possessionem ex primo decreto iudicis, fit regulariter in omni actione, propter contumaciam alicuius. & ibi de singulis in specie, missio in quantum fiat.*

2 *In primo decreto an summaria cognitio fieri debeat. Et an iuramentum sufficiat, quòd calumniosè nō petitur illud, quod petitur.*

3 *Missus ex primo decreto non possidet, sed rei custodiam habet. Quod fallit, vt ibi.*

4 *De primi & secundi decreti materia, remissiuè.*

5 *Citatio quomodo in primo & secundo decreto fieri debeat, remissiuè.*

6 *Iudex quomodo pronunciare habeat, cùm mittit in possessionem ex primo, vel secundo decreto, remissiuè.*

7 *Ex primo & secundo decreto possessione amissa, vbi & coram quo Reus cautionem offerre debeat, cùm vult possessionem recuperare, remissiuè.*

CIRCA primum decretum est notandum, quòd regulariter † in omni actione, propter contumaciā alicuius, fit missio in possessionem ex primo decreto iudicis: vt C. de indi. l. properandum. §. fin autem reus. & quomodo & quando iudex. l. consentaneum. Et in personalibus actionibus olim fiebat missio in omnibus bonis: hodiè verò pro mensura debiti declarati: vt C. de bonis author. iudi. pos. authen. & qui iurat. & ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. j. sed in causa damni infecti olim & hodiè in re tantùm, ex qua damnum timetur: vt ibi. Item olim & hodiè in noxali actione idem: vt ff. si ex noxa. cau. aga. l. ij. in fi. Item in actione in rem: vt ff. ex quibus cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. itē videamus. Item in petitione hæreditatis. vt e. l. §. idē Celsus. In hypothecaria tamen non fit missio ex primo decreto pro mensura debiti declarati, immò si non deberentur nisi x. fiet missio ad valorem de mille, si tot bona prætendantur hypothecata. vel in omnibus bonis, si ad omnia ageretur hypothecaria. vt de hoc C. de procu. l. eum, qui. ¶ Item debet † fieri summaria cognitio in primo decreto: vt C. vbi in rem ac. l. ij. & sufficeret iuramentum, scilicet quòd calumniosē nō petitur illud, quod petitur. vt nota. ff. vt in pos. leg. l. his, à quo. §. j. ¶ Item missus † ex primo decreto non possidet, sed rei custodiam habet. vt ff. de acqui. pos. l. iij. §. fi. Sed fallit in actionē reali: quia tunc missus ex primo decreto statim possidet. vt C. vbi in rem actio. l. ij. & de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. pe. & ff. de aqua plu. ar. l. si prius. & de dam. infec. l. à quo. excepta actione hypothecaria, super qua missus in possessionem ex primo decreto non possidet, licet sit actio realis. Item fallit ff. de Car. edicto. l. iij. §. missum. Item fallit in actione noxali. vt statim dicetur de secundo decreto. Et de hoc, & de materia † primi & secundi decreti, dic vt extrà de do. & contu. c. contingit. per Inno. de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. j. & in Spe. tit. de primo & secundo decreto. Et quomodo † in talibus debeat fieri citatio, dic vt extrà de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. si aduersarius. per Inno. Et quomodo † hic habet pronunciare iudex, cùm mittit in possessionem, ex primo vel secundo decreto, dic vt per Inno. in d. c. j. Et vbi, & coram quo † Reus debet cautionem offerre, cùm vult possessionem recuperare, dic vt † per Inno. in d. c. ij. & per Bar. plenè in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec.

(margin numbers: 1 beside "ter † in omni actione"; 2 beside "qui. ¶ Item debet †"; 3 beside "quo. §. j. ¶ Item missus †"; 4 beside "materia † primi"; 5 beside "citatio"; 6 beside "quomodo † hic"; 7 beside "per Inno. in d. c.")

RVBRICA CXLV.

De secundo decreto.

SVMMARIVM.

1 *Secundum decretum vbi locum habeat, vel*

non. Et quid ex eo acquiramus & consequamur.

2 *Missus in possessionem rei petitæ in actione reali, lite non contestata, sed post, de possessione aduersarij non auditur. Et quamdiu aduersarius possessionem recuperare possit. Et quid, si missio fieret super re incorporali.*

CIRCA secundum decretum dico, quòd habet locum † in damno infecto, & ex eo nedū acquiritur possessio, sed & dominium, vel paratur causa vsucapiendi. vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. Iulianus. & l. prætoris officiū. Idem est in quibusdam alijs casibus damnum infectum tangentibus: vt e. ti. l. quanuis. in fi. & l. si proprietarius. Item dicunt quidam in causa noxali, s. quòd ex secundo decreto acquiratur dominium, vel paratur causa vsucapiendi. vt ff. si ex noxali cau. aga. l. ij. in fi. & de noxa. l. electio. in fi. & nota. ff. de dam. infec. l. si finita. §. Iulianus. in glo. Ceruotina, & in alijs locis. Sed non est verum. nec enim inuenitur, quòd in causa noxali habeat locum secundū decretum. sed ex primo acquiritur dominium, vel paratur causa vsucapiendi. vt ff. de Publiciana in rem act. l. item si seruum. Item in alijs personalibus actionibus non habet locum secundum decretum, quia nec inuenitur. Vel potest dici, quòd impropriè & grosso modo loquendo in actionibus personalibus habet locum secundum decretū, scilicet si res per curiam vendatur, vel detur in solutum. vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. j. & §. si pignora. quidam enim dicunt, illud esse secundum decretum. vt no. ff. vt in pos. le. l. is cui. in prin. & illud etiam vocatur quasi secundū decretū. vt no. ff. vt leg. no. ca. l. si legatorum. & quod cuiusque vniuer. no. l. j. §. quibus. Item illud idem dicitur secundum decretum seu præceptū iudicis: vt not. C. de præscrip. xxx. an. l. si quis emptionis. §. pé. & ff. de acqui. pos. l. iij. §. fi. & de bo. auth. iu. pos. l. cùm vnus. circa princ. Item in actione reali non habet locū secundum decretū, pro eo, quia Actor dicit se dominum, & ideo amplius non potest effici dominus per secundū decretū. vt Insti. de leg. §. sed si rem legatarij. & ff. de vsuca. l. sequitur. §. lana. Attamen in actione † reali, si lite 2 non cōtestata, nec quasi, quis missus fuerit in possessionem rei petitæ: ipse missus statim possidet, sed aduersarius infra annum veniens auditur super possessione, si res est corporalis. sed post annum non auditur super possessione, sed super proprietate benè auditur. & hic transitus anni est loco secundi decreti in casu isto, scilicet, quantū ad possessionem, vt de ea post annum Reus non audiatur. vt C. de præscri. xxx. an. l. si quis emptionis. §. pe. Item rectè dicitur, lite non contestata, nec quasi: quia si lis fuit contestata, vel quasi, tūc non audiretur de possessione aduersarij, etiam veniens infra annum: vt C. vbi in rem act. l. ij. Item benè dixi, si res est corporalis: quia si fieret missio super re incorporali, non audiretur aduersarius de quasi possessione, etiam intra annum. vt ff. de dam. infec. l. à quo. & de aqua plu. ar. l. si priùs.

RVBRICA CXLVI.

De actione de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis de dolo quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actio de dolo, & condictio indebiti, an concurrant, ac proinde in casu libelli actionis de dolo, condictione indebiti agi possit.*

4 *In actione de dolo an rectè concludatur ad restituendum, vel an magis propriè ad dandum seu ad reddendum. Et quid in alijs actionibus. Et an verbum, restituere, significationem dandi habeat.*

5 *Dolus quando contractum nullum faciat, vel infirmari per actionem de dolo debeat. Et quando de dolo, vel alia actione agatur. Item, quando dolus det causam contractui, & quando incidat in contractu.*

6 *Agens actione de dolo, precium acceptum reddere debet.*

7 Ven-

7 *Venditor sciens dolum, de dolo conqueri non potest. Et quid, si dolum ignoret, dum committebatur, posteà tamen dolum sciuit, cum rem traderet, vel precium reciperet.*

8 *In actione de dolo specificare illum oportet, qui dolum commisit, & talem, cuius dolus nocere possit Reo. Item illum, cui dolus commissus est, & talem, qui meritò conqueri possit. Et quid in actione quod metus causa.*

9 *In exceptione doli, licèt illum, qui dolum commisit, designare oporteat, non tamen eum, cõtra quem commissus est. Et quid in exceptione metus. Et quando exceptio doli sit personalis, & quando in rem scripta. & qualis sit exceptio metus.*

10 *Litigiosam rem si quis sciens emat, & à possessione cadat, si eam à possessore petere velit, an possessor eum repellere possit. Et qualis sit litigiosi exceptio.*

11 *Exceptiones regulariter in rem scriptæ, nec ex parte Rei opponentis, nec ex parte eorum, quibus opponuntur, sunt.*

12 *Sententiæ formula in actione de dolo.*

13 *Sententia quomodo ferenda in actione de dolo, si Reus dolo rem restituere non vult, vel dolo fecit, quo minus eam restituere possit, condemnatione facienda, in quantum per Actorem in litem iurabitur. Et an post, vel ante iuramentum, iudex taxare possit, nu. 14.*

1 CORAM vobis domino† iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor non haberet propositum vendendi librum suum Decretalium, cum apparatu ordinario in pargamenis hœdulinis scriptum, dictus Reus induxit eum dolo malo, vt ei dictum librum venderet, quem librum sic dolo inductus dictus Actor vẽdidit, & tradidit dicto Reo precio x. lib. Tur. Vnde cum dictus Actor sit paratus reddere dicto Reo dictas x. lib. quas inde habuit & percepit pro precio dicti libri, agit contra dictum Reum, vt sibi dictum librum restituat. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendũ dicto Actori prædictum librum, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶ Probatur† Insti. de ac. § ꝓtereà quasdã. Et in casu nostri libelli posset agi cõdictione indebiti. concurrũt † enim actio de dolo, & cõdictio indebiti. vt not. ff. de dolo. l. & eleganter. in prin. & not. dominus Azo in Suma sua. Itẽ in casu† nostro, licèt cõcludatur ad restituendũ prædictũ librũ, magis tamen propriè videretur debere agi ad dandũ seu ad reddendũ, si liber ille fuit illius Actoris: quia tradendo fuit translatum dominiũ in dolosum. vt no. ff. de do. l. & eleganter. in prin. & C. de suffrag. l. vna. Sed hoc nõ obstante, competẽter potest hîc agi in actione de dolo ad restituendum, vt ff. de dolo. l. si plures. in prin. & l. arbitrio. verbũ enim, restituere, nedũ adaptatur ad rẽ meã: vt cùm ago actione in rẽ. imò & competẽs verbũ est, & adaptatur aliquando ad rẽ, quæ debet reddi seu effici mea: vt & in actione quod metus causa potest agi ad reddendũ, & ad retradendũ, vel ad restituendũ: vt colligitur ff. quod me. cau. l. putat. in prin. aliâs, l. metũ. iij. §. idẽ Iulianus. & §. ex hoc edicto. & l. si cùm exceptione. §. j. & l. arbitriũ. in prin. aliâs e. l. §. Pędius. & C. e. l. ij. & l. si per vim. & tamẽ dominiũ fuit translatũ in metũ inferentẽ, quia volũtas coacta, voluntas est. vt ff. e. l. si mulier. §. si metu. Item, in actione directa mandati agitur ad tradendum, seu ad restituendum. vt ff. man. l. si procuratorem. §. dolo. & tamen ille, contra quem agitur, est aliquando dominus rei, ad quam agitur, & debet eam facere Actoris. vt & potest colligi ff. eo. l. de tuo. & l. seq. & de acquiren. re. do. l. res ex mandato. Item, procurator seu mandatarius sumptus bona fide necessariò factos potest petere sibi restitui actione mandati contraria. vt ff. mandati. l. si quis alicui. §. impendia. & l. qui mutuam. in fine. Item in causis potest quis petere sibi restitui expensas litus. vt colligitur C. de fruc.

fruc.& liti. expen. l. terminato. Nec potest negari, quin in prædictis ll. verbum, restituendi, significationem habeat dandi. & sic exponitur in glo. ff. de vsur. l. videamus. ij. §. ex causa. & Insti. de actionib. §. in bonę fidei. ¶Rectè dicitur, quòd dolo inductus vendidit & tradidit: quia
5 cùm fuerit † contractus bonæ fidei, & dolus dedit causam contractui, præcessit venditio vt infirma, & secuta fuit traditio, vt infirmanda per actionem de dolo. Si autem dolus non dedisset causam contractui, sed incidisset in cōtractu, nō ageretur actione de dolo, sed ex vendito ad decipiendum: vt de hoc ff. de dolo. l. & eleganter. circa prin. Et incumbit actori probare dolum. vt ff. de proba. l. quoties. §. qui dolo. & in probatione doli satis poterit apparere, an dolus dederit causam contractui, an inciderit in contractu. Et est grossum exemplum, quando dolus dicitur dedisse causam contractui, scilicet si Martinus dixit Petro: Petre, Papa Clemens quintus, qui est hodiè, est intentionis, quòd mutet & renouet volumen Decretalium, & hoc scio secretè. & sic induxit Petrum, vt ei venderet prædictum librum Decretalium, quem aliàs nullo modo vendere volebat. Sed dicitur dolus incidisse in contractu, si cùm Petrus habebat prædictum librum venalem, & sic eum vendendum exposuerat, Martinus dixit ei prædicta verba falsa, & ideo Petrus vendidit sibi prædictum librum minori precio. ¶Item rectè dicitur, quòd
6 Petrus † Actor est paratus reddere prædictas x. lib. Turon. quia reddi debet precium acceptū. vt C. de his, quę vi metúsve causa. l. si per vim.

7 ¶Et est notandum, quòd si Actor † venditor sciuit dolum, ipse non posset agere vel cōqueri de dolo: quia volēti dolus non infertur. vt C. de rescin. ven. l. venditor. & de transac. l. cùm donationis. & ff. de reg. iur. l. nemo videtur fraudare.

Idem est, si ignorabat dolum, dum committebatur, si tamen posteà dolum sciuit, quando librum venditum tradidit, vel dum recepit precium. vt ar. ff. de his quæ vi me. ve. cau. l. ij. & ff. de condi. ob tur. cau. l. si ob turpem. & de aqua plu. arcen. l. in diem adiecto prædio.

¶Item est notandum, quòd in actione † de dolo oportet specificare illum, qui 8
dolum commisit, & talem, cuius dolus posit nocere Reo. Item oportet specificare illum, cui dolus est commissus, & talem, qui meritò posit conqueri. vt ff. de dolo. l. sed & ex dolo. §. fi. & l. seq. Secus in actione quod metus causa, in qua non oportet designare illum, qui metum intulit. licèt oporteat designare illum, cui metus illatus est: vt ibi. & ff. quod me. cau. sa. l. si cùm exceptione. §. in hac. Sed in exceptione † doli, licèt oporteat designa- 9
re illum, qui dolum commisit, attamen non oporteret designare eum, contra quem commissus est. Et sic exceptio doli regulariter est personalis, ex parte eius, cui opponitur: sed est in rem scripta, ex parte eius, qui eam opponit. vt ff. de doli excep. l. ij. §. j. & l. apud Celsum. §. de authoris. cum ibi notatis. Sed exceptio metus est in rem scripta, tam ex parte Actoris, quàm Rei. ex parte Actoris, cui opponitur: quia non oportet designare illum, qui metum intulit, & hoc est de natura illius exceptionis: vt ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. metus. Item ex parte rei, qui eam opponit, est in rem scripta: sic enim est in exceptione doli, vt statim probatum est. & no. ff. de dolo. l. sed & ex dolo. §. fina. Item, si quis sciens † emat 10
rem litigiosam, & cadat à possessione: si velit eam petere à possessore, possessor poterit eū repellere, dicendo: Benè ageres, nisi quia tu eam emisti, cùm erat litigiosa. Et prædicta exceptio litigiosi est personalis, ex parte eius, cui opponitur. sed est in rem scripta, ex parte opponentis eam, sicut est exceptio doli. vt colligitur ff. de litigio. l. j. aliàs regulariter † ex- 11
ceptiones in rem scriptę, nec ex parte Rei opponentis, nec ex parte eorum, quibus opponuntur: vt ff. de diuersis & tem. pręscrip. l. creditor. & de exceptione rei iudi. l. exceptio. & l. & an eadem. in prin. & l. si à te. §. fin. & de pac. l. & hęredi. in fi. & l. fideiussoris. & l. si vnus. in vers. ante omnia.

SEN-

SENTENTIA.

12 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, vt dictum librum Decretalium dicto Actori restituat. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in lx. solid. Turo. dandis dicto Actori pro ex-
13 pensis &c. ¶ Si autem Reus † non vult dolo librum restituere, vel dolo fecit, quo minùs possit eum restituere: tunc condemnabitur, inquantum in litem iurabitur per Actorem, vt sequitur.

SECVNDA SENTENTIA.

CVM constet nobis, dolo malo dicti Rei factum esse, quo minùs dictum librum restituat, & delato à nobis iuramento in litem dicto Actori, idem Actor, taxatione nostra præcedente, iurauerit, se nolle dictum librum restitutum non fuisse pro xv. lib. Turo. Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis xv. lib. Turo. dandis dicto Actori &c. ¶ Probatur ff. de dolo. l. arbitrio. in princi. & de in lit. iur.
14 l. videamus. §. iurare. Et † post iuramentum, vel ante, potest iudex taxare. vt no. C. e. l. ij.

RVBRICA CXLVII.

De re litigiosa.

SVMMARIVM.

1 Litigiosa res est, mota quæstione super dominio vel quasi alicuius rei, si dato libello res alienatur, nec tūc requiritur litis cōtestatio. Et quid in actione personali, an in ea litigiosi titulus & eius pœna locum habeat. nu. 2. & 3.

4 Actio in rem, vel in personam, in iudicium per litis contestationem deducta, si cedatur, an actio illa erit litigiosa.

5 Litigiosa res an efficiatur, hypothecaria agendo, vel actione in rem confessoria, vel personali ad seruitutem, & res corporalis, in qua vel ad quam seruitus petitur, alienetur. nu. 6.

7 Litigiosi pœna est, Si quis vendat rem litigiosam emptori scienti, emptor rem venditori reddere debebit, & precium quod venditori dare debuit, & etiam venditor tantundem fisco dabit. Et quid, si quis vendat emptori ignoranti. Et an venditor, qui rem litigiosam emptori ignoranti vendidit, in plus punietur. nu. 8. & 15.

9 De litigiosæ rei precio quod dictum est, exceptis quibusdam casibus, procedit etiam in æstimatione, quando ex alio titulo alienatio facta fuit.

10 In venditione rei litigiosæ dicta procedunt in impignoratione & in hypothecatione.

11 Litigiosi contractus pœna seu vitium est, Si quis emat rem litigiosam, & à possessione cadat, & illam rem petere velit, quòd exceptione rei litigiosæ repelletur.

12 Exceptio rei litigiosæ, ex parte opponentis, in rem est: & in personam, ex parte eius, cui opponitur.

13 Litigiosa res an sit vitiosa, & rem afficiat.

14 Litigiosus seruus an manumitti possit.

CVM sit facta mentio de re litigiosa, dico, quòd res † est liti- 1
giosa, tamen mota quæstione *Vide Guidonem Pa. pa q. 337. & 479.*
super dominio, vel quasi dominio alicuius rei, dato libello, res alienatur. nec requiritur tunc litis contestatio. vt C. de litig. auth. litigiosa res est. Si autem datus esset libellus † in 2
actione personali, vt super certa specie, tunc diceretur demum litigiosa res de iure, si lis esset contestata: vt C. e. l. ij. & ff. e. l. j. §. j: Quidam tamen dicunt contrà in actione personali, dicentes, quòd res non potest dici litigiosa, nisi sit res mobilis, vel se mouens, & quòd super eius dominio causa moueatur inter petitorem & possessorem. & recitatur C. communi di. l. j. in fi. Dicunt etiam, titulum litigiosi, & eius pœnam habere locum in rebus corporalibus tantùm. & sic si agatur actione personali ad aliquam rem, res illa non poterit litigiosa dici, si alienetur. vel si actio personalis cedatur, ipsa non poterit dici litigiosa: vt in cor. de litigio. in

prin.col.viij. & ita videtur dicere dominus Azo in Summa, & glo.in cor.sed non firmat se. Quidam alij non curant distinguere, inter res corporales & incorporales.sed si quis agat, & dicat se habere ius in re corporali vel in re incorporali, habet locum tit.de litigiosis.quia licèt in incorporalibus non sit dominium nec possessio, est tamen ibi quoddam quasi dominium & quædam quasi possessio.si autem quis non prætendat se habere ius in re, sed ad rem, & agat ad eam, tunc non efficitur res litigiosa. Glo.tamen firmat se C.de litig.l.ij. §.q. tractatus de litigiosis, habet locum in actione personali. & fuit opinio Placen.in Summa sua, & tangitur in corpo.eo.tit.in glo.& facit, quod no. C.ne liceat po.l.j. in distinctione ibi posita.& de litig.l.fi.super verbo, trans-
3 ferens. In summa, si res † corporalis petatur actione in rem, & datus fuerit libellus: vel si agatur ad rem corporalem actione personali, & lis fuerit super certa specie contestata: si res illa alienetur ab Actore vel Reo, res erit litigiosa, nisi in casibus quibusdam: vt C.de litigi.l.fi.

Sequitur Guido Papa alleg. q.479. nu.3.

4 Item, si talis † actio in rem, vel in personam, in iudicium per litis cõtestationem deducta cedatur, fortè actio illa erit liti-
5 giosa.sed agendo † hypothecaria, res non efficitur litigiosa. vt in cor.de lit.§.ab hoc.col.viij.& C.de præscrip.lon.tempo.
6 l.j. Si autem † agatur ad rem incorporalem, fortè ad seruitutem, actione in rem confessoria, vel agatur actione personali ad seruitutem, & res corporalis, in qua, vel ad quam petitur seruitus, alienetur, non erit res illa litigiosa. & facit, quod nota.ff.de aqua plu. arcen. l. quanquam. §.Iulianus.

7 ¶ Nunc est notandum, quòd pœna † litigiosi, est quòd si quis vendat rem litigiosam emptori scienti, emptor debebit rem reddere venditori, & precium quod debuit dare venditori, si nondum ipsum soluit, dabit fisco. & etiam venditor tantundem de suo proprio dabit fisco, quantum fuit precium conuentum. Si autem quis vẽdit rem litigiosam emptori ignoranti: tunc emptor reddet rem venditori, & si soluerat ei precium, recuperabit illud ab eo, & ampliùs habebit emptor à venditore tertiam partem preeij conuenti: vt C.de litigi.l.finali. ¶ Sed an venditor † punietur in plus, qui rem litigiosam 8
vendidit emptori ignoranti? Quidam dicunt, quòd non: quia non punitur, nisi tantùm in illa certa parte precij, quam debet dare emptori ignoranti. & tunc sic fiscus nihil habebit: quia lege cautum nõ inuenitur, & pœnæ sunt mollieñdæ: vt ff.de pœ. l. interpretatione. Sed dñs Azo dixit, quòd ipse venditor dabit tũc fisco alias duas partes precij. & in hoc Host. sequitur eum in Summa sua, de ali. mu. iu. causa fac. Sed Placen.dixit in Summa, de litigiosis.quòd tunc venditor dabit de suo proprio ipsi fisco integrum precium, vltra tertiam partem precij, quam etiam dabit emptori bonæ fidei, quem decepit. media opinio satis potest placere. ¶ Item, quod in prædictis † dictum est de precio 9
rei litigiosæ, vbi fuit venditio, idem dici debet de eius ęstimatione, quando ex alio titulo facta fuit alienatio, exceptis quibusdam certis alienationibus in lege exceptis. vt prædicta colliguntur C.de litig.l.fi. Item, quod dictum est in † vendi- 10
tione rei litigiosæ, idem in impignoratione & in hypothecatione rei litigiosæ: vt ff.quæ res pig ob pos.l.j.in fi. & no.ff.de excep.rei iudi.l.si mater.§.fi.& C.de litigi.l.fi.in prin. ¶ Item est alia † pœna, seu 11
vitium litigiosi contractus, quòd si quis emat rem litigiosam, & cadat à possessione, & velit rem illam petere: ipse repelletur exceptione rei litigiosæ: vt no. ff.e.l. j.§.j.& l.ij.& C.e.l.fi.in prin. & est exceptio † in rem, ex parte opponentis: & in 12
personam, ex parte eius, cui opponitur. vt ff.e.l.j.in fi.

Vide Guidonem Papæ q. 337. nu. 2. in decisionib.

Sequitur Guido Papæ q. 337. nu. 2.

Sequitur Guido Papa alleg. q. d. nu. 2.

ADDIT. Res tamen † litigiosa, non 13
est vitiosa, nec vitiũ litigiosi afficit rem. vt no.ff.e.l.j.§.j.& C.de acqui.pos.l.vitia.& de præscrip.lon.tem.l.j. Item, seruus litigiosus † non potest manumitti. vt 14
no.C.de vec.& commissis.l.j.& ff.de ali. mu. iu. causa facta.l. iij. §.j. Item, pœna † rei litigiosæ alienatæ non est, quòd de- 15
beat fisco applicari: sed debet reddi alie-

Sequitur

nan-

Guido Pap. vbi su-prà. nanti, vt suprà dictum est. & facit ad hoc ff. de iure fisci. l. j. super verbo, venūdari.

RVBRICA CXLVIII.

De conditione ex lege, quæ pro re donata competit.

SVMMARIVM.

1 Libellus condictionis ex lege, quæ pro re donata competit, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur nu. 2.

3 Ex pacto donationis agitur hodiè, & oritur condictio ex lege. & an consensus donatarij expressus requiratur, vel tacendo consentire videatur.

4 In donatione propriè loquendo causa est, sola liberalitas. & quibus nominibus talis donatio appelletur.

5 Ex donatione, possessione amissa, agi amplius non potest, si fundus donatus traditus fuit. Et si res euinceretur, an tunc contra donantem de euictione agi possit.

6 Ex donatione vbi agitur, rectè concluditur ad tradendum. Et tradere, licèt sit factum, quandoque tamen dationem seu dominij translationem continet: vt etiam hîc. Et quid de verbo, restituere.

7 Donatio facta ad pias causas, & alia, vsque ad quā summā sine insinuatione valeant.

8 Insinuatio in donationibus factis, in quibus casibus necessaria non sit.

9 Insinuatio in actis publicis, & coram quibus, & cur fiat, & an iudicis decretum vel aliquod responsum sit necessarium.

10 Donanti alicui fundum, pacto apposito, quòd ipsum non alienet: an donatarius nihilominùs eum alienare possit, & qua actione consultum sit, & quid consequatur. Et quid, si donatio sub modo, vel conditione modū efficiente, fiat nu. 11. & 12. Et donās vt rei vēdicatione agere possit, re alienata, quomodo se in donādo habere debeat. n. 13.

14 Donatio si fiat per conditionē, an traditione facta dominium & possessio transferatur.

15 Donans alicui domum in amicitia, an plenè consentire videatur, vt donationem reuocare non possit. Et quid, si donem tibi, vt domo vtaris voluntate mea. Et quid, si vendo domum certo precio in amicitia, an venditio reuocari possit, nu. 16.

17 Donatio facta inter coniuges, vel à parente in liberos in eius potestate constitutos, licèt non valeat, tamen confirmatur, si sub silentio donator præmoriatur, si res donataria tradita fuerit. Et an donatio facta in liberos, emancipatione confirmetur. Et an ex illis donationibus ante vel post traditionem agi possit.

18 Donationem si quis faciat filium habens, quæ fit de se re & consilio inofficiosa, aut re tantùm, quando reuocari possit. nu. 20.

19 Donauit quidam habens filium, octo vncias patrimonij sui, posteà instituit filium hæredem, & legauit ab eo duas grossas vncias, vel eas donauit, de quatuor quæ remanserant: quæritur, an filio subueniatur, qui non habet nisi duas vncias. Et an donatio, quæ per se non apparet inofficiosa, dici & iudicari possit inofficiosa ex euentu subsecuto ex legatis, vel ex alia donatione. & sic pro rata omnibus illud detrahi possit, quod liberis deficit ad debitum bonorum subsidium. nu. 22.

21 Intellectus seu mens tituli C. de inof. donat.

23 Donatio omniū bonorū, vel partis bonorū, facta ab eo, qui liberos nō habet, si posteà liberos suscipiat, an in totū, etiā per donantem, quicunq; ille sit, reuocari possit.

CORAM vobis domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinū, quòd dictus Reus donauit ex causa liberalitatis dicto Actori quendā fundū, sitū in territorio Cellænouæ, sic & sic cōfrontatū. Vnde cùm dictus Reus nondū tradiderit dictum fundū donatū dicto Actori, agit dictus Actor cōtra eū, vt sibi dictum fundum tradat. & petit à vobis dicto dño iudice, vt dictū Reū, ad tradendum dicto Actori dictum fundū, per vestrā sententiam condemnetis, & condemnatum &c. 1

2 ¶ Probatur † Insti. de ac. §. sed & si quis cum parente. & de dona. §. perficiuntur. Rectè dicitur, quòd donauit. quia sufficit, quòd donator dixerit, Dono tibi
3 talem fundum. quia ex pacto † donationis agitur hodiè, & oritur condictio ex lege, C. de dona. l. si quis argentum. §. sin autem hoc minimè. dum tamen ille, cui donatio facta est, dicat, Placet mihi. vel, Magnas grates. vel simile, per quod videatur consentire. consensus enim requiritur. vt ff. de pactis. l. j. §. j. & de dona. l. hoc iure. §. non potest. & C. de iure delibe. l. nec emere. Quidam tamen dicunt, quòd ille, cui donatur, videtur consentire tacendo, licèt res ei non tradatur, quia & de eius vtilitate tractatur. ar. ff. manda. l. qui petitur. Quod non credo: quia fortè videtur illi, cui donatur, quòd res habet magnum onus, vel tenetur ab alio in emphyteusim, vel in feudum, & sibi non placet in corde suo, vel fortè non vult teneri ad antidora, sicut sunt aliqui, ad quæ teneretur, si reciperet donationem. vt ff. de pe. hære. l. sed & si lege commissoria. §. consuluit. Item in illa l. qui patitur. satis videtur consentire tacens, recipiendo mutuum à creditore. ¶ Item rectè dicitur, quòd ex causa liberalitatis.
4 Sola † enim liberalitas est causa in donatione propriè loquendo. vt ff. de dona. l. j. in princip. Et sic talis donatio, potest dici liberalis: vt ibi. Item, dicitur simplex: vt ff. fami. hercis. l. si filia. §. si pater. Item, vera & absoluta: vt ff. de dona. cau. mor. l. senatus. §. j. Item mera: vt ff. de pac. do. l. quæris. in fi. Item, dicitur inter viuos: vt Institu. de dona. §. aliæ. Item dicitur directa: vt C. de dona. l. donatio. Item dicitur cõmunis: vt e. tit. l. sancimus. in princip. Item irreuocabilis: vt ff. de donati. causa mortis. l. vbi. Item, quædam dicitur pura, quædam conditionalis: vt C. de dona. l. donatio. & potest dici conditionalis, cùm aliquid apponitur ad effectum vel proficuum: vt no. ff. e. l. j. §. j.
5 ¶ Item rectè dicitur, quòd nondum † tradidit fundum. si enim fuisset traditus, non posset ampliùs ex illa donatione, possessione amissa, agi. Quia solutione eius, quod debetur, tollitur obligatio. vt Insti. quibus modis tol. oblig. in princip. quæ semel extincta ampliùs non reuiuiscit: vt ff. de solu. l. qui res. §. aream. & sic si extincta est obligatio: ergo & actio, quæ est eius filia: vt ff. de procu. l. licèt. §. ea obligatio. Sed si res euinceretur, posset agi tunc de euictione contra donantem, si donatio incepit à promissione. vt not. C. de iure do. l. j. ¶ Item rectè agitur seu concluditur † ad tradendum. vt Insti. de 6
dona. §. perficiuntur. & C. e. l. si quis argentum. §. sin autem hoc minimè. Et licèt tradere sit factum: vt ff. de verbo. oblig. l. vbi autem non apparet. §. qui id quod. attamen & quandoque dationem seu dominij translationem continet: vt ff. de ac. emp. l. ex empto. in princip. & etiam hic, quia donator, si res sua est, debet eam facere donatarij: vt ff. de donat. l in ædibus. §. fi. sic & verbum, restituere, continet quandoque donationem seu dominij translationem, vt dictum est suprà in præcedenti libello.

¶ Nunc est notandum primò, quòd si donatio † fiat ad pias causas, valet sine in- 7
sinuatione vsque ad quingentos aureos: & in cęteris causis non valebat de iure veteri, nisi vsque ad ducentos aureos: vt C. de sacrosanc. eccle. l. illud. & de dona. l. sancimus. in princip. Hodiè verò valet in omnibus vsque ad quingentos aureos: vt C. e. l. pe. §. fi. quod videtur, etiam si ad pias causas facta fuerit, scilicet, quòd non debeat excedere quingentos aureos: tum quia ibi non distinguitur: tum quia in eadem l. facta est mentio de donatione ad pias causas facta, scilicet ad redemptionem captiuorum. & posteà indistinctè ibi subiungitur, in cæteris autem donationibus &c. Attamen quidam dicunt, quòd in donatione non insinuanda piæ causæ solebant alias non pias causas excedere in trecentis aureis, quia à ducentis vsque ad quingentos sunt trecenti: sic & hodiè pię causæ excedant alias in trecentis aureis: & sic hodiè donatio ad pias causas valeat sine insinuatione vsque ad octingentos aureos. Et arguunt à proportione numeri. & hoc videtur

detur placere C. de sacrosan. eccl. l. illud. in gl. arguitur enim quandoque à proportione numeri: vt C. de iure deli. l. fi. §. fin autem locis.

¶ Secundò est notandum, quòd insi-
8 nuatio † non est necessaria in tribus casibus, qui sunt in textu. nec in tribus, qui sunt in glo. C. de dona. l. pen. Item insinuationis exceptio nō opponitur ab Augusta: vt arg. C. de dona. inter virum & vxo. l. penul. & de bonis quæ libe. l. cùm multa. & ff. de legib. l. princeps. Item, nec in donatione fundi, propter fructus futuri temporis: vt ar. ff. de dona. l. in ædibus. §. j. Item, nec à malæ fidei possessore, qui videtur donasse impensas: vt ff. e. l. qui alienum fundum. Item, nec ab eo, qui donat, quod debet naturaliter: vt ff. e. l. hoc iure. §. si quis seruo. Item, nec à delegato donatore, nec à fideiussore, qui interuenit animo donandi: vt ff. e. l. vt mihi. & l. qui id, quod. §. fi. & l. fideiussori. Item, nec à remittente vsuras: vt ff. e. l. Modestinus. Item, nec à donante ob causam. vt ff. e. l. Attilius. vel ob rem futuram. vt ff. e. l. hoc iure. §. fi. Item, nec à donante ob salutem corporis: vt ff. eo. l. si pater. §. j. Item non habet locum in dote, nec quantum ad virum, nec quantum ad mulierem: vt C. de iure do. l. fi. in princip. Item, nec in donatione propter nuptias, quantum ad mulierem: licèt quantum ad virū indigeat insinuatione, in quātum eum tangit: vt C. de donat. ante nup. auth. eò decursum est. Itē, nec in vltima volūtate: vt C. de dona. inter virum & vxo. l. antepenult.

9 ¶ Tertiò est notandū, quòd insinuatio † debet fieri in actis: vt C. de sacrosan. ec. l. illud. & in publicis actis: vt C. de dona. l. si quis argentum. §. sed in his omnibus. & fortè in iudicio. arg. C. e. ti. l. in donationibus. & potest fieri coram defensore ciuitatis, vel coram magistratu. vt C. e. l. in hac. & in corpo. de defenso. ciuitatum. §. nulla. col. iij. Et prędicta insinuatio fit ad euitandum suspicionem fraudis clandestinę: vt C. de dona. l. lata. Non tñ inueni, quòd requiratur decretum iudicis, nec aliquod respōsum iudicis sit necessarium.

¶ Quartò est notandum, quòd si dono † alicui fundum, pacto apposito, quòd 10
ipsum non alienet, nihilominùs ille poterit eum alienare. & si ipsum alienauerit, ego non potero eum vendicare, sed potero agere contra donatarium condictione ob causam ad fundū: vt C. de condic. ob cau. l. ea lege. & consequatur ęstimationem: vt ibi notatur. Item ille donatarius est factus ingratus alienādo cōtra pactum: vt C. de reuocan. do. l. fi. tamen propter illam ingratitudinem fundus, vt credo, non poterit à me donatore
vēdicari. Item, si dono simpliciter † fun- 11
dum alicui, vt ipsum non alienet. Modus enim, qui loco cuiusdam pacti est, fit per vt. ff. de conditi. & demon. l. demonstratio. in fi. & notatur C. de fal. cau. adiec. in rubrica. Item, si donaui alicui fundum, ne ipsum alienet. Quia verbum, ne, facit modum. vt ff. de condic. ob cau. l. iij. in princ. & tantum importat, quantum, vt nō. vt not. ff. de leg. ij. l. cū pater. §. Titio.
Idem, si donaui alicui † fundū sub con- 12
ditione, vt ipsum non alienet. Quia verbum, sub conditione, subiuncto verbo, vt non, non facit conditionem, sed modum. vt ff. de manumissis testa. l. Mæuia. cum similibus. Si autem donaui alicui fundū, & stipulatus fui ab eo, ne ipsum alienaret: si ille fundū alienauerit, & ego potero agere contra eum ad interesse: vt ff. de verbo. obli. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. Et sic in prædictis casibus nō est mihi reseruata rei vēdicatio ad fundum donatum, licèt donatarius faciat contra pactum, vel contra modum. Consule-
rem, si donator † velit sibi saluare rei ven- 13
dicationem, facta alienatione per donatarium, quòd ipse non donaret fundum, sed quòd cōcederet in eo vsumfructum, & sic remaneret dominus. & si ille alienet vsumfructum prędictū, vel alienet simpliciter fundum, tunc vsusfructus consolidabitur cum proprietate: vt Insti. de vsuf. §. item finitur. & ff. de iure do. l. si vsusfructus. & sic donator totū fundum in plena proprietate poterit vendicare. si enim ille simpliciter alienet fundū, ipse videbitur alienasse vsumfructū,

vt ff. de vsuf. le. l. si alij fundum. & sic videbitur vsumfructum amisisse. Si autem quis velit donare sub modo fundũ, vt suprà dictum est, & nisi modus seruetur, quòd ipse possit rem vendicare, dicat ita: Dono tibi fundum, vt non alienes ipsum. & traditione facta dicat ita, Et si contingat, te ad aliquem actum alienationis procedere, tu in eo casu ex tunc, vt ex nunc, donas mihi dictum fundum, & ex tunc vt ex nunc constituis te dictum fundum meo nomine possidere. & certè si posteà ille donatarius fundum alienet, transferetur dominium & possessio in donatorem. vt ff. de acquir. pos. l. quod meo. in prin. & de solu. l. pecuniã. & ar. ff. de verbo. ob. l. huiusmodi stipulatio. & de rebus cre. l. lecta. in fi. & sic donator poterit tunc fundum vendicare, & fortè propria authoritate ingredi fundũ. iuxta id, quod no. C. de pig. l. ij. & hoc, si constaret donatarium possidere fundum, quando ipsum alienabat: aliàs per illa verba nõ transferretur dominium, quia nec possessio: vt no. C. de acqui. pos. l. ij. Vel poterit donator ita dicere, & erit securius, Dono fundũ tibi, vt ipsum non alienes: & si ipsum alienaueris, quòd des mihi mille lib. Tur. & prædicta promittis mihi sub obligatione & hypotheca bonorum tuorum. & certè si donatarius alienet posteà fundum, poterit fundus à possessore per donatorem prædictũ vendicari per hypothecariam actionem pro illis mille lib. Tur. vt Insti. de ac. §. item Seruiana. & istud consilium est efficacius, si donatio fiat sub modo non alienandi.
14 Si † autem donatio fiat per conditionem sic, s. dicendo ita: Dono tibi fundum, si ipsum non alienes. tunc erit donatio conditionalis, nec traditione facta transferetur dominium nec possessio in donatarium. erit enim tunc suspensa donatio in tempus, quousque apparebit donatarium alienare non posse dictũ fundum: vt ff. de rebus cre. l. cùm ad præsens. & l. itaque. quod erit mortuo donatario: vt ff. de verb. ob. l. ita stipulatus sum. §. sed & si ita. dominiũ enim & possessio possunt transferri sub conditione. vt ff. de ac. pos. l. qui absenti. §. j. vbi quidam habet quãdam iunctam, super verbo, extiterit. quę videtur facere differẽtiam inter verba, vt nõ alienes, & verba, ne alienes. sed nulla est differentia inter illa verba, vt suprà dictum est. & no. ff. de lega. ij. l. cùm pater. §. Titio. & credo, quod in illa iuncta fuit vitium scriptoris, quia ibi vbi est, vt non alienes, debet esse, si non alienes, scilicet per si. & non per vt. & tunc illa iuncta est bona & vera.

¶Quintò est notandum, quòd si dono † alicui domum in amicitiam, talis donatio non habet plenum consensum, quia potero eam reuocare: vt no. ff. de preca. l. j. & facit C. in quibus cau. coloni. l. ij. lib. xj. Idem, si dono tibi domum, vt vtaris ea voluntate mea: vt ff. de dona. l. Lucius. Secus crederem, si vendo † tibi domũ certo precio in amicitiam: quia tunc fortè non potero venditionem reuocare, potissimè recepto precio. & verba illa, in amicitiam, importabũt, quòd venditio caret omni fraude, & quòd domus est bona & sincera. & hoc fortè secũdùm vulgarem intelligendi modum. Vel posset dici, quòd illa verba, Vendo tibi domum in amicitiam, operentur redemptionem posse fieri eodem precio. 15 16

¶Item est notandum, quòd donatio † facta inter coniuges, vel à parente in liberos in eius potestate constitutos, licèt non valeat, tamen confirmatur, si sub silentio præmoriatur donator: si tamen res tradita fuerit donatario. vt dictum est suprà in tit. de ac. rerum amotarum. Sed & donatio facta in tales liberos confirmatur emancipatione. vt C. de dona. l. siue emancipatis. licèt de hoc tacuerint ibi Pla. & Azo in Summis suis, & Odof. in lectura sua illius legis. Item pro prædictis donationibus non agitur ista actione ante traditionem, quia non valet donatio. nec post traditionem & confirmationem, quia sublata est obligatio solutione: vt Institu. quibus modis tol. obligat. in princip. & per consequens extincta est actio, quæ est obligationis filia: vt ff. de procura. l. licèt. §. ea obligatio. 17

¶Item circa titulum C. de inoffi. donat. dicunt quidam, quòd si quis habens
18 filium †faciat donationem, quæ fit & appareat de se inofficiosa, re & cõsilio, siue facta fuerit in alios liberos, siue in extraneos, ipsa reuocabitur in totũ: sed si fuerit inofficiosa re tantùm, tunc inquantum inuenietur inofficiosa, & nõ in plus. Alij dicũt, quòd donatio facta in liberos nunquam reuocatur, nisi inquantum est inofficiosa: sed in extraneos facta, si fit inofficiosa re & consilio, tunc in totum. si autem re tantùm, tunc inquãtum est inofficiosa. Sed debet dici, & meliùs, quòd nunquam fit reuocatio, nisi inquantum donatio est inofficiosa: vt ar. C. de inoffi. donat. l. si liqueat. & satis potest colligi in gl. e. tit. l. j. ibi, dum dicit, Quintò quæro. & no. C. de inoffi. test. auth. vnde & si parens. & hoc tenet Azo in Summa, C. de
19 inof. donat. ¶Quidam habens †filiũ, donauit octo vncias patrimonij sui, posteà instituit filium hęredem, & legauit ab eo duas grossas vncias de quatuor, quę sibi remanserãt. vel ponamus, donauit octo vncias, & posteà donauit duas. quęritur, an subueniatur filio, qui non habet nisi duas vncias, relatione facta ad tempus, ad donationẽ factam de octo vncijs: ipse enim deberet habere quatuor vncias: vt C. de inoffi. test. auth. nouissima. Istud est quærere, an donatio, quæ per se non apparet inofficiosa, possit dici & iudicari inofficiosa ex euentu subsecuto ex legatis, vel ex alia donatione subsecutis, & sic possit pro rata omnibus detrahi illud, quod liberis deficit ad debitũ bonorum subsidium? Ad hoc dicũt quidam, quòd si fit talis donatio, quæ morte confirmatur: tũc de ea iudicetur, sicut de legato. vt C. ad leg. Fal. l. in donationibus. Si autem donatio non indigeat cõfirmari per mortem, nec de se fit inofficiosa: tũc non reuocabitur in aliquo, ꝓpter legata subsequentia vel præcedẽtia, nec vna donatio propter aliam, s. nec prima per secũdam, nec secũda per primam: quia quod legitimè factum est, non debet retractari: vt C. de administratione tutorum. l. sancimus. & ff. de itinere actúque priua. l. j. in fi. & l. seq. & quia separatorum separata est ratio: vt C. de donatione inter virum & vxorem. l. si maritus. j. Alij dicunt, quòd si propter vltimam donationem appareat inofficiositas, illa tantùm diminuetur vsque ad debitum bonorum subsidium, & aliæ præcedentes non, quia illæ legitimè factę fuerunt: nec traheretur ad vltimã. & facit, quod nota. ff. de leg. ij. l. Titia. §. Imperator. Et sic sequitur, quòd si prima fuit de octo vncijs, vel fuerunt duæ, quælibet de quatuor vncijs, & sic nulla fuit inofficiosa: & vltima fuerit de vna vncia, propter quam iam apparet nunc inofficiositas, illa vltima patietur diminutionem, & alię nõ. quod videtur sine ratione. licèt enim ex præcedentibus non apparet inofficiositas, ipsæ tamen dederunt occasionem, quòd ex vltima appareret. Et ideo videretur meliùs, quòd vna traheret ad se aliam, & quòd de omnibus fieret diminutio ad supplẽdum debitum bonorum subsidium. & facit ad hoc arg. ff. de iure pa. l. si libertus. §. si quis plures. & §. seq. vbi habetur, quòd si libertus in fraudem patroni, vt esset minor centenario, plures alienationes fecit insimul: vt cùm haberet centum & decem aureos in bonis suis, ipse insimul fecit plures alienationes, scilicet vnam de re valente xj. aureos, & aliam de re valente duos, & aliam de re valente vnum. eccè quibenè computat, libertus factus est minor centenario ex vna alienatione, scilicet ex ea, quæ fuit de vndecim aureis, quæ si sola reuocetur, ipse inuenietur maior centenario. & quòd sic aliæ, quæ non fecerunt eum minorem centenario, remanerent firmæ, vel si omnes reuocentur in tertia parte patrono debita, ipse etiam inuenitur maior centenario, & quòd in residuo nulla fieret detractio. Attamen dicitur ibi, quòd quia illæ alienationes factę fuerunt insimul, omnes erunt nullius momẽti, & in totum. & sic negari non potest, quin illa alienatio, quæ fecit eum minorẽ cẽtenario, & sic facta fraude legis & hominis, trahat alias ad se. & sic vna cõtrahit maculã ab alia, licèt diuer-

sa

sæ essent alienationes. Si autem vna alienatio fuit antè, & alia posteà, & sic diuersis temporibus: tunc illa, quæ fecit eum minorem, quia fuit in fraudem legis & hominis, erit nullius momenti: sed aliæ, quia fuerũt solùm in fraudem hominis, reuocabuntur, s. quælibet in tertia parte debita patrono, per Fauianam & Caluisianam: vt ibi. Sed credo, illa argumenta esse nimis extranea ad materiam istam. Quid ergo dicemus in quæstione nostra? Dixit Iohannes, vt dicit glo. C. de inoffi. donat. l. j. ibi, dum dicit, Sextò quæro. & Azo in Summa, vbi cõmentauit l. illam, quòd si prædicta donatio fuit inofficiosa consilio: vt quia pater fortè dixit in donando, quòd ipse volebat fraudare filium legitima sua: & posteà facta fuit inofficiosa re, s. ex euentu legatorum: quòd tunc fiat reuocatio in totum. & idem eadem ratione posset dici, si postmodum facta fuit inofficiosa ex subsecuta alia, vel alijs donationibus. Si autem illa donatio fiat inofficiosa re tantùm, s. ex prędicto euentu legatorum, dixit Io. quòd tunc filius omni remedio videtur exclusus, nisi per Authen. de immensis donationib. quæ generaliter loquitur, vbi donatio fuit immensa: quia quartã bonorum, quæ erant ante donationem, deberet habere omnimodo filius. Apparet ergo euidenter ex prædicta distinctione, quòd donatio, quæ de se non est, nec apparet inofficiosa, possit effici aliquando inofficiosa ex prædicto euentu subsecuto. & quia debeat fieri detractio, quantum ad debitum bonorum subsidium. Sed quod in illa distinctione dicitur, ꝙ vbi est inofficiosa re & consilio, quòd tũc in totum reuocetur: non est verum, vt dictum est statim. Reuocabitur ergo ad debitum bonorum subsidium. Odofredus autem malè aduertens ad verba Io. & Azo. sed potiùs aduertens ad quasdam reportationes Nicolai Furiosi, qui aliqua reportauerat post Io. dicit in lectura sua illius legis, dixisse Io. dum legebat in Scholis, quòd ille filius erat exclusus omni remedio. & quasi reprehendendo Io. attribuit sibi illam distinctionem Io. pro vera. Omittit tamen, & malè, finem illius distinctionis, s. illa verba, nisi per Authen. de immensis donationibus &c. & sic faceret homines errare, qui vellet eum sequi. Casus verò superueniẽs, quia post donationẽ factam de octo vncijs perijsset residuum bonorum, nõ faceret donationem inofficiosam, quæ legitimè præcesiit: vt in glo. ibi, dum dicit, Nonò quæro. & idem erit dicendum de venditione. Nec enim inuenitur, quòd casus talis, etiã si omnia bona patris perijssent, possit dici inofficiosus. vel venditio, etiam si pater omnia bona sua vendidisset, dicatur inofficiosa. & sic filius nihil potest detrahere de venditione, nisi esset simulata, & fieret fraus inter patrem & ementem de contractu ad cõtractum, s. de donatione ad venditionem: quia tunc sicut de donatione fieret detractio: vt C. plus valere quod agitur. l. j. Sed videtur, quòd in titulo oneroso vendicet sibi locum inofficiositas: vt ar. C. de inoffic. dotib. l. vna. secundùm quod Pla. eam intellexit, & benè. Dos enim habet titulũ onerosum: vt C. de iure do. l. pro oneribus. & ff. de ac. & obli. l. ex promissione. Sed potest dici, quòd lex illa prouidit specialiter in illo titulo oneroso. Vel potest dici, quòd licèt dos habeat titulum onerosum, illud est verum, quantum ad recipientem: sed quantũ ad constituentem dotem est liberalitatis. liberalitas autem non debet defraudare liberos sua legitima portione. & etiam, licèt pater necesse habeat dotare filiam: vt ff. de ritu nup. l. qui liberos. & C. de dotis pro. l. fi. non tamen cogitur eam dotare, nisi iuxta facultates suas: vt ibi. & C. de rei vxo. ac. auth. sed quamuis. & ff. de iure do. l. quæro. In eo ergo, in quo dos inuenietur habere liberalitatem, posset esse & dici inofficiositas, & sic reuocanda post mortem patris vsque ad debitum bonorum subsidium. Et in summa, †distinctio illa, aut donatio est inofficiosa re & cõsilio, aut re tantùm, non placet: qa semper debet reuocari, quatenus est inofficiosa: vt C. de inoffi. donat. l. si liqueat. Nec illa distinctio habet locũ in legatis: ergo nec 20

in

in donatione.arg.eo.tit.l.fi.& hoc tenet Azo in Summa, & notatur C. de inoffic. testa.auth.vnde & si parens. Itē in summa,
21 mens † fuit illius tituli C. de inoffi. donat. quòd liberi non defraudātur per donationes seu per liberalitates, quin habeant sibi debitum bonorum subsidi-
22 um.& ideo,siue donatio † appareat inofficiosa statim per se, siue relatione facta ad legata, vel ad aliam vel alias donationes: semper poterunt liberi detrahere bonorum subsidium, si eis deficiat. quia fauor est liberorum, & sic ampliandus. & vt non habeant inane nomen hæredis: vt eodem tit.l.precibus. & quia eis debetur bonorum subsidium, & sic magis est eis succurrendum. & quia ista querela inofficiosæ donationis est ad similitudinem querelæ inofficiosi testamenti introducta: vt eodem tit.l.fin.ergo sit idem iudicium in hoc: quia donatio habet causam lucratiuam & liberalem, quod considerauerunt iura. & ideo nedum in hoc, immò & in alijs multis iuris articulis detrahitur donationi & liberalitati, & est debilioris cōditionis, quàm alij contractus.quod quilibet potest per se perquirere. Item, quòd donatio efficiatur inofficiosa ex legatis, vel ex alia, vel alijs donationibus subsecutis, facit optimè eodem titu.l.j. vbi dicitur, quòd mater penè vniuersas facultates suas factis donationibus in quosdam liberos siue extraneos exhausit.Cùm ergo dicat ibi, donationibus, in plurali, plures fuerunt ibi donationes.Est autem impossibile, quòd omnes fuissent inofficiosę, immò fortè nulla earum fuit inofficiosa per se: sed quia coniunctę seu cōfœderatæ insimul, apparebat ibi inofficiositas, quia liberi non habebant debitum bonorum subsidium: ideo de omnibus detrahitur ibi, & etiā legatis. Et super hoc illi legi responderi non potest.& facit ad hoc eodem ti. l.si totas.& l.cùm donationibus.& l. si liqueat.in quibus loquitur in singulari de persona donante. & cùm de donationibus ibi loquitur in personali, nec distinguitur ibi, an insimul, vel diuersis temporibus fuerint factæ illæ donationes, & sic nec nos distinguere debemus. arg. ff. de Pub.in rē ac.l.de precio. Et si dicatur, quòd licèt leges illæ non distinguant in illo titulo, distinguit tamen lex alibi in quasi simili casu, l.ff.de iure patro.l.si libertus. §. fi. vt suprà dictum est statim. Sed potest dici, quòd illud est in materia alia & prorsus extranea. Vel potest dici, quòd illa lex facit magis pro opinione ista, quàm contrà: quia ibi siue fiant alienationes simul, vel diuersis tēporibus, tū semper fit ibi reuocatio sup omnibus, siue ipso iure & in totum, siue in tertia parte patrono debita, per Fauianā actionem. & sic de singulis fit ibi detractio. ¶Dictum est de donante, qui habet liberos: sed si quis † non habens liberos do- 23
net omnia bona sua, vel partē bonorum, si posteà suscipiat liberos, reuocabitur in totum donatio, etiam per donantem: vt C.de reuo.do.l.si vnquam.quia illud, quod ibi dicitur in patrono donante libertis, habet locum in quocunque alio: vt ibi firmiter tenet glo. Sed Pla. & Azo dixerunt, quòd in illa l. si vnquam. est speciale in patrono. in alio autē donante non reuocaretur, nisi vsque ad debitum bonorum subsidium. & Hosti. super hoc sequitur eos in Summa sua. Et facit xvij. q.iiij. c.si. cui responderi non potest. Habetur enim ibi, quòd quidam non habens liberos donauit omnia bona sua ecclesiæ, & posteà susceptis liberis Episcopus de facto ex naturali æquitate reddidit ei omnia bona, licèt iure fori suffecisset reddere legitimam: vt ibi dicitur.Apparet ergo ibi, quòd de iure nō debet reuocari in totum talis donatio.& sic videtur speciale in patrono in l. si vnquam. Et si quis dicat, quòd ecclesia habetur pro liberis: vt in cor.de san. epi.§. sed & hoc pręsenti.colla.ix.& ideo ibi de iure Episcopus non debebat totum reddere, sed sufficiebat reddere legitimam: vt C. de inoffi. donat. l. si totas. dico, ꝙ nō est verum, quòd in casu illius decreti ecclesia habita fuerit ꝓ liberis. Nec enim ibi dicitur, quòd ille, qui donauit, fuerit ingressus ecclesiā. Et si diceremus, quòd ecclesia simpliciter loquendo sine ingres-

su habetur pro liberis, sequeretur, quòd si quis rogatus restituere alicui hæreditatem, si decederet, sine liberis, donaret illam hęreditatem ecclesiæ, sine alio ingressu expiraret conditio. quod est falsum: quia in cor. de san. epi. loquitur de ingredientibus & seculo renunciantibus. Videretur ergo meliùs dixisse Pla. & Azo & Hosti. s. quòd in l. si vnquam. sit speciale in patrono. Attamen credo, quòd in iudicijs seruaretur glo. l. si vnquam. licèt intrincando se videatur dicere. quòd si quis habens liberos donaret extraneo, quod reuocaretur in totũ illa donatio. quod nõ est verum: vt C. de inoffi. donat. l. j. & l. si liqueat. Item dicerem l. illam, si vnquam. debere stare & intelligi in suis finibus, s. vbi aliquis non habens liberos donat omnia bona sua, vel partem bonorum: ita quòd nomine partis dimidia bonorum intelligatur: vt ff. de vsufru. l. etiam partis. Si ergo quis non habens liberos donaret minus dimidia parte bonorum suorum, si reuocaretur per susceptionem liberorum, vbi apparet inofficiosa ex legatis vel ex alia donatione: & tunc reuocaretur tantùm in eo, in quo facta esset inofficiosa.

RVBRICA CXLIX.
De actione de pauperie.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis de pauperie quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actione de pauperie directa agitur, quando quadrupes damnum dedit: vtili, ex mente legis, quando bipes.*

4 *In actione de pauperie designari debet animal, quod damnum dedit. & nu. 14.*

5 *Actio de pauperie, an & quæ detur pro fera bestia crudeli ex natura sui generis existente, si damnum dederit.*

6 *Actio de pauperie, an & quando detur, vbi mulus ab aliquo commotus damnum dedit.*

7 *Actio aliqua an locum habeat, si dum porcus prior mordebat mulum, mulus porcum occidit.*

8 *Actione de pauperie dominus muli, an dominus canis teneatur, si canis mordebat mulum, & mulus inde commotus recalcitrans calce porcum occidit.*

9 *Lupus si in sua libertate existẽs momordit mulum, vel fortè musca eum instimulauit, ad damnum porci contra dominum muli an agatur: & an etiam contra aliquẽ pro lupo vel musca.*

10 *Canis si curialiter mulũ in pede lambebat vel osculabatur, & mulus porcũ calce occidit, an dominus muli, vel dominus canis teneatur.*

11 *Mulier si dum mingebat, exinde ex illo sono canis irritatus porcũ momordit & occidit, vel aliud damnũ dedit: an dominus canis, vel mulier, qua actione & quãdo teneatur.*

12 *Dormiendo si aliquis surrexerit, & gladio socium interfecerit, an & quando ipse teneatur.*

13 *Versus in damnis circa materiã de pauperie contingentibus relati & explicati.*

15 *In actione de pauperie venit ipsius rei communis æstimatio, si fuit ipsius agentis: alioquin ad interesse tantùm agitur.*

16 *Noxa caput sequitur.*

17 *Actio de pauperie per inficiationem an crescat, & an sit pœnalis, quod respiciat annũ retrò, sicut lex Aqlia. Et q̃d in actiõe noxali.*

18 *Actio de pauperie pro omni quadrupede damnũ dãte, siue gregatim pascatur, siue nõ, locum habet. Et quid, si fera sit bestia. Et quid de cane ligato, vel nõ ligato, & alijs.*

19 *Actio de pauperie, an locum habeat, si mulus sine missione alicuius fundum intret, & ibi damnũ, herbam vel hordeũ depascẽdo, det. Vel si porcus domum alicuius intret, & subitò panem vnum comedat, Vel asinus transiens per carreriam panem comedẽdo in tabula damnum det.*

20 *Sententiæ formula in actione de pauperie.*

21 *In actione de pauperie, si reus pro noxia mulum dare velit, an ipse hoc facere possit, & se à præstatione æstimationis damni liberare, & an de hoc mentionem fieri in libello oporteat. Et quid in stipulationibus & alijs obligationibus, in quibus sub alternatione*

quis

quis ad duo obligatus est.nu.22. Et in obligatione generali. nu. 23.

24 In actione de pauperie si Reus mētitus fuit, dicendo se dominum animalis nō esse, quod damnum dedit, an in solidum sine noxa deditione teneatur.

25 In actione de pauperie si post litē contestatam mulus, qui damnum dederat, ab aliquo occisus esset, sine mora tamen & dolo domini ipsius muli, an sufficiat, quòd cedat actionem domino porci, contra illum, qui mulum occidisset.

26 Noxæ deditio nedum habet locum in actione de pauperie, sed etiam si pro banno seu pro pœna iuxta legē saltui datam aliquid debeatur.

27 Statuere an aliquid poßint ciues, seu decuriones, seu populus, sine Principis cōfirmatione.

28 Bannizare, est de mixto imperio.

29 In fundo suo si quis pecus alienum inuenerit, quod damnum dat, an illud percutere, capere, seu includere, seu retinere poßit.

30 Curiæ plus solito sunt promptæ ad faciendam inquæstam, fortè magis ex cupiditate & auaritia, quàm amore iustitiæ: & maximum illud apparere faciunt, quod est nihil vel paruißimum, accipientes occasionē, vt facit lupus agno de turbatione aquæ.

31 Greges ouium vel equorum si quis in saltus rei dominicæ immiserit, illos amittit.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd mulus dicti Rei, cuius muli pilus est albus, occidit feritate sua commotus quendam porcum colore bruno & nigro petassatum, ad dictum Actorem iure dominij pertinentē, & cōmuni ęstimatione xx. sol. Tur. valentem. Quare agit dictus Actor con:ra dictū Reum dicti muli possessorē, vt sibi pręd ictos xx. sol. Tur. det & soluat in emendam dicti porci. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum possessorē dicti muli, ad dandū dicto Actori pdictos xx. sol. Tur. per vestrā sententiā cōdemnetis, & cōdemnatū. &c.

¶Probatur † Insti. si quadru. pau. fe. dica. in prin. Rectè dicitur, ꝙ mulus &c. & 2
sic qa est † quadrupes, agitur directa acti- 3
one de pauperie: vt ff. e. l. j. in princ. Attamen pro bipede ageretur vtili actione de pauperie, s. ex mente legis. verbi gratia, si gallus alicuius perfodisset oculos dicti porci: vt ff. e. l. pen. ¶Item rectè dicitur, cuius pilus est albus &c. Designari † enim 4
debet animal, quod damnum dedit. arg. ff. de dolo. l. sed & ex dolo. in fi. & de pub. vec. & cōmissis. l. iij. §. antè. ¶Item rectè dicitur, feritate sua. quod intelligitur, i. crudelitate ꝓpria, & non sui generis. Pro
fera † autē bestia, quia crudelis est ex na- 5
tura sui generis, si fuerit à vobis inclusa, vel mansueta accidentaliter facta, si damnum dederit, non competit hæc actio de pauperie directa: vt Insti. si quad. pau. fe. di. §. j. & ff. e. l. j. §. in bestijs. daretur tamen vtilis actio: vt Insti. e. §. fi. ¶Item rectè dicitur, feritate sua cōmotus. Quia si
fuisset † commotus ab aliquo, quia fortè 6
posuisset sibi spinas subtus caudam, vel aliquis fuisset in culpa illius damni dati: non haberet locū hæc actio, sed ageretur lege Aquilia contra illum, qui fuisset in culpa: vt ff. e. l. j. §. quòd si propter loci iniquitatē. & §. & generaliter. & ad legem Aqui. l. item Mela. §. item & cum eo. Tamen si aliquis palpasset mulum suauiter & benignè cum manu in costis, vt cōmuniter fit, & mulus tunc recalcitrans occidisset porcum: certè palpans non teneretur, sed haberet locum hęc actio de pauperie contra dominum muli: vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. §. at si cùm equū. palpare enim in loco sic solito, nō est cōmouere. Esset tamen respiciendū, an ille palpans fuerit in culpa. Si enim sciebat, ꝙ ille mulus, cùm palpabatur, statim recalcitrabat, ipse teneretur. Item est notan-
dum, quòd si dum † porcus prior morde- 7
bat mulū, mulus occidit porcū, non haberet locū aliqua actio: vt ff. e. l. j. §. cùm
arietes. Item, si aliquis canis † morde- 8
bat mulum, & mulus inde cōmotus recalcitrans calce occidit porcum: tunc dominus muli non tenebitur, sed domi-

nus canis tenebitur actione de pauperie: vt ff. e. l. j. §. & si alia quadrupes. Item,
9 si lupus † in sua libertate existẽs momordit mulũ, vel fortè musca eum instimulauit: non ageretur ad damnũ porci cõtra dominũ muli, quia mulus fuit commotus à lupo vel musca. nec etiam contra aliquem, pro lupo vel musca: cùm
10 non essent alicuius. Item, si canis † curialiter lambebat vel osculabatur mulum in pede, & mulus calce occidit porcum: dominus muli tunc tenebitur, & non dominus canis: vt ff. e. l. fin. ¶ Item ex prædictis satis potest colligi, quòd si dũ
11 † mulier mingebat, & exinde ex illo sono irritatus canis momordit & occidit porcum, vel aliud damnum dedit: dominus canis non tenebitur, quia canis fuit commotus seu irritatus ab illo sono. nec mulier teneri debet, quia mingẽdo rem naturalem faciebat. arg. ff. ad leg. Aquil. l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. Nisi probaretur, mulierem fuisse in culpa: quia sciebat, quòd aliàs accidit sibi, ꝙ quando mingebat, canis irritabatur cõtra hominem. tunc enim ipsa teneretur actione legis Aquiliæ, vel actione in factum: vt ff. ad le. Aqui. l. item Mela. §. item & cum eo. debuit enim prouidere sibi illa mulier, vbi & quando mingebat, si poterat: quia qui occasionẽ damni dat, damnum dedisse videtur. ff. e. l. qui occidit. §. in hac. ¶ Item prædicta faciunt ad quæstio-
12 nem, si aliquis † dormiẽs dormiendo surrexerit, & gladio interfecit sociũ, quòd ipse non teneatur: quia dormiens æquiparatur furioso. nec enim intelligit: vt ff. de acqui. pos. l. j. §. furiosus. & de actio. & obli. l. j. in fi. Attamẽ, si aliàs consueuit surgere dormiẽdo, & accipere gladium, vel armare se, esset fortè sibi imputandum: quia non præcauit sibi, ne in lecto haberet gladium de propè, vel ne iaceret in camera, vbi iaceret alius: quia tunc videretur in culpa. ¶ Item circa materiam de pauperie semel quasi à casu euenerũt multa damna, quæ in sequentibus versi-
13 bus continentur: Nexus † ouẽ geminam supra spinam duxit equinam. Læsus surgit equus, pendet vtrũque pecus. Adque molendinum pondus portatur ouinum. Spargẽdóque focum se cremat atque locum. Custodes aberant, & sua damna ferant. Dominus molẽdini combusti petit emendam damni à domino equi, qui equus sparsit focum, & exinde combustum fuit molendinum. Et non potest agi contra dominum equi: quia equus fuit commotus à pondere ouium. Item & alia ratio, s. quia equus fuit combustus. Item, dominus equi petit damnum equi mortui & combusti à domino ouium: quia oues commouerunt equum ad intrandum molendinũ, & exinde combustus fuit. Sed non potest: quia oues sunt mortuæ & combustæ. vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. §. planè si ante litem. Si autem prædictę oues superessent: tunc tam dominus equi, quàm dominus molendini haberent actionem de pauperie contra dominum ouium. ipse tamẽ dando eas pro noxia posset se liberare à damnis resarciendis seu emendandis: vt e. l. in prin. & Insti. e. in prin. Sed si dominus ouium inueniretur fuisse in culpa: tunc non haberet locum hæc actio de pauperie, & sic cessaret datio pro noxia. sed ipse teneretur ex lege Aquilia. & sic insolidũ: vt ff. e. l. j. §. quòd si propter loci iniquitatem. Item, si dominus molendini fuit negligens super custodia ignis, dũ equus intrasset molendinum: fortè non posset agere cõtra dominum, licèt oues superessent: vt ff. lo. & condu. l. item quæritur. §. exercitu. & commod. l. si vt certo. § sed interdum. Volenti enim dolus non infertur: vt C. de transac. l. cùm donationis. & de reg. iur. l. nemo videtur fraudare. Item, quia damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire nõ videtur: vt e. tit. l. quod qs ex sua culpa. ¶ Itẽ rectè dicitur, porcũ petassatũ &c. oportet † enim eum 14
designari. ar. ff. de dolo. l. item exigit. & de rei vend. l. si in rem. j. §. & si vestimenta.
¶ Item rectè dicitur, ad Actorẽ iure † do- 16
minij &c. quia sic venit ipsius rei communis æstimatio. Alij autem, qui nõ essent domini, agerent tãtùm ad suum interesse: vt ff. si quadru. pau. fe. dic. l. ij. ¶ Item rectè dicitur, valentẽ communi æstima-

æstimatione &c. vt ff. ad leg. Fal. l. precia rerum. & ad leg. Aquil. l. si seruum meum. ¶ Item rectè dicitur, Reum possessorem: quia noxia † caput sequitur: vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. §. & cùm etiam in quadrupedibus.
16

¶ Item est notandum, quòd hæc actio
17 † de pauperie non crescit per inficiationem, nec est pœnalis, quòd respiciat annum retrò, sicut respicit lex Aquilia. Et licèt prædicta sint & inueniantur in noxali actione, quæ datur, quando seruus dedit damnum: certè illud est, quia tunc ibi agitur actione legis Aquiliæ, quæ crescit per inficiationem, & est pœnalis. sed hæc actio de pauperie est alia per se, & pœnæ sunt molliendæ. vt ff. de pœnis. l. interpretatione. Sed Pla. dixit in Summa sua, Insti. si quadru. pau. fe. di. quòd in actione de pauperie fortè, sicut in lege Aquilia, habetur ratio retrò plurimi, & dupli ex inficiatione. ¶ Item est notan-
18 dum, quòd hæc actio † de pauperie habet locum pro omni quadrupede damnum dante, siue congregatim pascatur, siue non: cùm in hoc lex aliqua non distinquat. nisi sit fera ex natura sui generis: sed & tunc daretur vtilis actio de pauperie: vt Insti. si quadru. pau. fe. di. §. j. Et sic pro cane soluto & non ligato, si sine culpa alicuius damnum dederit, habet locũ actio directa: quia quadrupes est, nec est fera bestia ex natura sui generis: vt Insti. de leg. Aquil. §. capite tertio. Nec obstat Institu. si quadru. pau. fe. di. §. hæc quidem. vbi canis numeratur inter quasdam feras bestias: quia ibi non intendit tantùm dicere de feris bestijs, immò & de omni animali, quod nocere posset verisimiliter, si haberetur in loco, in quo iter fit: vt ff. de ædil. edic. l. & generaliter. & sic potest illud, quod ibi dicitur, intelligi, de equo nimiùm feroci, & de tauro, licèt non sint feræ bestiæ, si nocere ibi possent. & etiam ibi sit expressa mentio de verre, de quo constat, quòd non est fera bestia.

Quidam tamen dicunt, quòd pro cane non datur actio de pauperie directa, sed vtilis, si damnum dederit. & idem dicunt de catto non siluestri, quod non credo. Attamen pro cane ligato damnum dante, non habet locum actio directa de pauperie: vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. ij. §. fi. sed tamen tunc daretur vtilis. ¶ Item est notandum, quòd si mulus † sine missione 19
alicuius intret fundũ, & det ibi damnum, fortè depascendo herbam vel hordeum, fortè habet locum actio de pauperie: vt no. ff. de præscrip. verbis. l. qui seruandarum. §. j. Item ergo, & si porcus intret domum alicuius, & subitò comedat vnum panem, vel asinus escubillarum, transiens per carreriam, det damnum comedendo panem in tabula: quia tunc etiam habebit locum actio de pauperie, eadem ratione. Sed mirandum est valdè de illa glo. quia cùm mulus comedit hordeum, vel porcus, vel asinus panem, illud non est ex feruore suo, nec ex ferocitate, vel crudelitate sua propria, nedum nec sui generis: quia omnia animalia ad conseruationem vitæ suæ appetunt naturaliter, & perquirunt alimentum. Vel fortè intellexit dicere glo. quòd detur vtilis de pauperie. Nec multùm placere debet. videtur tamen debere agi tunc actione in factum, ex quadam æquitate: vt ff. de præscrip. ver. l. quoties. & l. qui seruandarum. §. fi. vbi etiam videtur ar. quòd actio de pauperie non habeat ibi locum.

SENTENTIA.

CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, in prædictis xx. solid. Turonen. in dicta petitione contentis, dandis & soluendis dicto Actori &c. 20

¶ Et est notandum, quòd si Reus † velit dare mulum pro noxia, ipse poterit hoc facere, & se liberare à præstatione æstimationis dicti damni: vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. in prin. cum similibus. Nec oportuit de hoc facere mentionem in libello: quia æstimatio damni est tantùm in obligatione. ergo illa tantùm fuit petenda: vt Insti. de act. in princ. & de reb. credi. l. vinum. & de verbo. obli. l. si seruum Stichum stipulatus fuero. §. fi. Sed Reus habet facultatem à lege dandi ani- 21 *Sequitur Guido Pa. consil. 95. nu. 4.*

 mal

mal pro noxia. & sic datio animalis est in solutione tantùm. vt ff. de re iudi. l. miles. §. decem. & de dam. infec. l. prętor ait. §. hoc edictum. & de noxalib. l. j. quæ facultas est infra quatuor menses post sententiam, qui dantur condemnatis. & post prædictos quatuor menses, antequàm lis contestetur super actione iudicati: vt ff. de pe. hęre. l. item veniunt. §. idem rectè.
22 In stipulationibus † autem, & in alijs obligationibus, in quibus quis est obligatus super alternatione ad duo: vt quia aliquis simpliciter promisit se daturũ Stichum, aut Pamphilum: tunc vtrũque est in obligatione. vt ff. de verbo. ob. l. si duo. in fi. & ideo vtrunque est etiam in petitione, & vtrunque debet peti in libello, disiunctiuè tamen. vt Insti. de ac. §. huic. Licèt tamen tunc vtrunque sit in obligatione & petitione, vt dictum est, Reus tamen non tenetur vtrunque soluere. & sic intelligitur ff. de verb. ob. l. si duo. in fi. vtrunque tamen benè est in solutione, s. quia vnius solutio interimit obligationem super vtroque. vt ff. de ac. & ob. l. obligationũ ferè. §. modus. Et super vtroque fiet petitio & condemnatio disiunctiuè. sed in electione Rei erit, quid illorum soluat: vt ff. de eo, quod certo loco. l. non vtique. in prin. & §. j. & de iure do. l. plerunque. in fi. & poterit variare vsque in executione sententię. & si etiam in executione sententiæ variet, iudex æstimabit, quantum valet actio, & intantum executionem fieri faciet, captis pignoribus. vt de hoc ff. de verb. ob. l. eum qui certarum. §. fi. Sed in legatis nõ admittitur talis variatio, postquàm semel erit facta electio. vt ff. de leg. j. l. huiusmodi. §. Stichum. & de optione le. l. apud Aufidium. Sed si homo † in genere debeatur, nullus homo singulariter est in obligatione, & ideo debet peti homo in genere: vt Insti. de ac. §. prætereà si quis generaliter. & sententia ferri in homine in genere. vt no. Insti. e. §. curare. sed in solutione hominis in genere debiti sunt singuli homines: quia vno homine soluto, tollitur obligatio hominis in genere: vt ff. de leg. j. l. cùm incertus. & de lega. ij. l. Mæuius. §. duobus. & facit ff. de
23

condic. indebiti. l. cùm is. §. fi. ¶ Item est notandum, quòd in † actione de pauperie, si Reus fuit mentitus, dicendo se non esse dominum animalis, quod damnum dedit: ipse tenebitur insolidum sine noxæ deditione. vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. §. interdum. ¶ Item est notandũ, quòd si post litem contestatam † mulus ille esset occisus ab aliquo, sine mora tamen & sine dolo domini ipsius muli: sufficeret, quòd dominus muli cederet actionem domino porci, contra illum, qui mulum occidisset: vt ff. e. l. j. §. si post litem. & §. planè. & de noxalibus. l. electio. §. si is, quem. ¶ Item est notandum, quòd noxæ † deditio nedum habet locum in actione de pauperie, immò & si pro banno aliquid debeatur, seu pro pœna iuxta legem saltui datam. dominus enim poterit se liberare propter liberalitatem, quæ est, quòd animal non potest nos damnificare vltra noxæ deditionem: vt ff. si quadru. pau. fe. di. l. j. in princip. & de dam. infec. l. prætor ait. §. hoc edictum. & C. de noxa. l. ij. Ciues enim quandoque imponunt bannum seu pœnam in talibus. vt ibi no. de quo etiam notatur ff. ar. fur. cæ. l. si gemina. & facit ff. de decre. ab or. fa. l. fi. & de iusti. & iure. l. omnes populi. & quod no. C. de decretis decur. in rubrica. lib. x. Quidam tamen dicunt, quòd † ciues, seu decuriones, seu populus, nõ possunt aliquid statuere, nisi illud confirmetur per Principem: vt C. de legationib. l. pen. lib. x. Quod non est verum, nec lex illa dicit hoc. hodiè tamen ita seruatur, quòd ciuibus seu consulibus locorũ conquerentibus & supplicantibus, domini terrarum habentes altam iurisdictionem imponunt & imponere debent bannum & bannearios in hortis, & pratis, & similibus, iuxta voluntatem ciuium. bannizare † enim est de mixto imperio, vt suprà dictum est in tit. de confessoria actione. & facit ff. de decretis ab ordine fa. l. j.

¶ Nunc est notandum, quòd si quis in fundo † suo inuenerit pecus alienum, dãs damnum, ipse non debet illud percutere: vt ff. ad leg. Aquil. l. Quintus Mutius. etsi consueuit ibi pecora sua percutere, argu. ff.

gu.ff.sol.mat.l.si constante. §.si maritus. sed nec debet illud capere, seu includere, seu retinere: vt in l.illa, Quintus Mutius. expressè inclusio prohibetur. sed debet pecus abigere, vel dominum admonere, vt suum pecus recipiat: vt ibi.à qua lege durum est recedere, & periculosum valde. Quidam tamen dicunt, quòd dominus fundi non debet tale pecus includere extra fundum, sed in fundo sic.argu.ff.in quib.cau.pig.ta.contrahitur.l.est differentia. Alij dicunt, quòd ipse potest pecus includere, donec caueatur sibi à domino de damno dato emendando. vt ff. de incen.ruina nau.l. ratis.& de dam.infec.l.prætor ait.§.fin.& l.hoc ampliùs.in princip.& §.Neratius. Alij dicunt, quòd potest pecus retinere, donec damnum sibi fuerit emendatum.argu. ff. de condic. inde.l.si non sortem.§.si centum.& commo.l.in rebus. §.fi. & de sol.l.si cùm aurum.& C.in qui.cau.pig.ta.contrahitur. l.si non inducta. Alij dicunt, quòd si dominus pecoris immisit illud in fundo, tunc dominus fundi videtur habere talem qualem causam ab eo: & ideo tunc potest pecus retinere, donec damnum fuerit ei plenè emendatum. secus, si pecus non fuit immissum. iuxta id, quod notatur in prædicto §.si centum. & in prædicta l.si non inducta. Alij dicunt, quòd ipse poterit retinere pecus per xx. horas solùm, vt interim habeat testes super designatione pecoris.arg.ff.de adulte.l.capite quinto. in principio. Alij dicunt, quòd ipse poterit retinere pecus, si ignorat, cuius est: cum protestatione tamen, quòd si dominus venerit, ipse restituet ei pecus: vt arg.ff.de fur.l. falsus.§. qui alienum quid iacens. Alij dicunt, quòd poterit pecus capere, vt illud ad iudicem ducat: vt arg. ff.de furtis.l. interdum.ij.§. qui furem. Sed licèt quædam de prædictis satis de iure colorari possent, & etiam sustineri: consulo tamen, quòd dominus fundi non imbriget se cum curijs: sed faciat iuxta l.illam, Quintus Mutius. & quòd intendat ad ea, quæ necessariò habebit probare, scilicet, quòd habeat testes super damno dato, & de pecore defiganto, & quòd prædictū pecus damnum illud dederit, & sufficit sibi: quia benè inueniet pecoris possessorem vel dominum. & nisi probet prædicta, in vanum laborabit, immò succumbet in causa.

Item, si retinet pecus, imponetur ei, quòd ipse propria authoritate pignorauit, & sic officio magistratus functus est, & quòd commisit vim priuatam, & quòd incidit in l. extat. ff. quod metus causa. & in l.si quis in tantam. C. vnde vi. & veniet ad inquæstam, ad quam faciendam † curiæ hodiè plus solito sunt promptæ, fortè magis ex cupiditate & auaritia, quàm amore iustitiæ: & faciunt maximum apparere illud, quod est nihil vel paruissimum, accipientes occasionem, vt facit lupus agno de perturbatione aquæ. de quo notatur in corpo. de defensori.ciuitatum. circa principium. collat. iij. ¶ Item est notandum, quòd si quis greges † ouium vel equorum immiserit in saltus rei dominicæ, amittit illos: vt C.de fundis & saltibus rei dominicæ.l. j.lib.xj.

30

31

RVBRICA CL.

De actione in factum ex interdicto Quorum bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex interdicto Quorum bonorum, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu.2.*

3 *Bonorum possessio contra tabulas locum habet, quando pater filium in testamento præterijt, siue suus, siue emancipatus fuerit. Et an hi possint testamentum dicere nullum.*

4 *Bonorum possessio contra tabulas an habeat locum, si filius causa legitima inserta exhæredatus fuit. Et quomodo suo & emancipato hoc casu consulatur. nu.12.*

5 *Bonorum possessione contra tabulas non agnita, filius ad successionem patris de iure Prætorio venire non potest.*

6 Bono-

6 *Bonorum possessio cõtra tabulas intra quod tempus agnosci debeat.*

7 *In bonorum possessione contra tabulas, quis iudex competens sit, & an aliquod decretum, vel iudicis responsum petere oporteat, vt agatur interdicto Quorum bonorum, vel possessoria hæreditatis petitione. nu.8.& 10.11. Et Rofredus circa hæc reprehensus.nu.9.*

13 *Testamento rupto per sententiam, an legata præstari debeant.*

14 *Interdictum Quorum bonorum datur contra eum, qui pro hærede, vel pro possessore possidet.*

15 *Interdictum Quorum bonorum adipiscendæ possessionis est. Et an hoc agere quis possit, si possessionem semel adeptam posteà amiserit.*

16 *Interdictum Quorum bonorum licèt sit adipiscendæ possessionis, est tamen restitutorium, & ad restituendum res rectè agitur.*

17 *Verbum, restituere, & verbum, reddere, quam significationem habeant. Interdictum Quorum bonorum competit ad res corporales, & illas, quæ alicuius fuerunt, dum moreretur.*

18 *Sententiæ formula in actione in factum ex interdicto Quorum bonorum.*

19 *Interdictum Quorum bonorum, vniuersale est iudicium, ideóque libellus & sententia generaliter, nulla re specificata, formantur.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinũ, quòd Titius pater dicti Actoris decessit condito testamento, in quo Sempronium sibi hæredem instituit, & dictũ Actorem filium suum præterijt. Item dicit & proponit dictus Actor, quòd ipse infra tempus legitimum, & corã iudice competenti, agnouit bonorum possessionem contra tabulas prædicti Titij patris sui, & sic rescissum seu ruptum est prædictum testamentum seu prædictæ tabulæ per bonorum possessionem contra tabulas. Vnde cùm dictus Martinus possideat pro hærede vel pro possessore bona seu res corporales, quæ fuerunt dicti Titij, dum is moreretur, & dictus Actor nondum adeptus fuerit possessionem prædictorum bonorum, agit dictus Actor contra dictum Martinum Reum. & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori bona seu res corporales, quas dictus Reus possidet, quæ fuerunt dicti Titij patris sui, dum moreretur, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

¶Probatur † Insti. de interdi. §. adipiscendę. Rectè dicitur, quòd pater filium in testamento præterijt: quia † tunc habet locum bonorum possessio contra tabulas: vt Insti. de bono. pos. §. sunt autem. siue filius fuerit emancipatus, siue suus: vt C. de libe. præ. vel exhæreda. l. maximum. Suus etiam posset dicere nullum ipso iure de iure ciuili: vt Insti. de exhære. lib. in prin. Item emancipatus, si fuerit præteritus legitima causa non inserta, posset etiam hodiè dicere testamentum nullum: vt C. de lib. præ. vel exhære. authen. ex causa. & de hoc dictum est suprà, in tit. de condi. ex l. omnimodo. Sed si filius fuisset † exhæredatus causa legitima inserta, non haberet locum contra tabulas. Prætor enim per contra tabulas noluit subuenire filio exhæredato: vt ff. de contra tab. l. non putauit. in prin. sed tunc si filius exhæredatus esset suus, ageret querela inofficiosi testamenti. Sed si fuisset emancipatus, haberet petere à iudice bonorum possessionẽ causa litis agnoscendæ. & deinde ille filius emancipatus exhæredatus posset agere querela inofficiosi testamenti, & non antè. & postmodum etiam, & non antè, obtento in querela, ipse posset agere petitione hæreditatis. & aliàs ad prædictam hæreditatem peruenire non posset: vt de hoc C. de inoffi. testa. l. ij. & ff. e. l. Papinianus. §. j.

¶ Item rectè dicitur, quòd agnouit † bonorum possessionem cõtra tabulas: quia aliàs de iure prætorio non posset venire ad

ad succesſionem patris. Et eſt legitimum
6 † tempus in caſu noſtro annus: vt ff. de ſucceſ. edicto. l. j. §. largius. & quis ordo in bono. poſ. ſeruetur. l. pe. Item ſolebat
7 eſſe † competens iudex ille, qui habebat mixtum imperium: vt ff. e. l. ij. §. dies. Sed hodiè eſt competens iudex, quicunque etiam duumuiri: vt C. qui admi. ad bo. poſ. poſſunt. l. fi.

¶Et eſt notãdum, quòd ad habendam
8 † bonorum poſſeſsionem prędictam, quæ ſolebat dici decretalis, vt ff. de ſuc. edicto. l. j. §. decretalis. ſufficit hodie venire ad iudicem, & dicere ſibi: Domine iudex, pater meus mortuus eſt, qui præterijt me in ſuo teſtamento. & ego hîc coram vobis agnoſco bonorũ poſſeſsionem cõtra tabulas prædicti patris mei. Et quòd hoc ſufficiat, nec oporteat petere aliquod decretum, nec aliquod reſponſum iudicis, habetur Inſti. de bo. poſ. in fi. & C. qui admit. ad bo. poſ. poſſunt. l. fi. & de cu. fu. l. fi. §. nos itaque. & ſic ea ſolùm coram iudice agnita, non oportet, niſi quòd agatur interdicto Quorum bonorum, vel poſſeſſoria hęreditatis petitione. Eſt enim bonorum poſſeſsio, inſtrumentum propter quod agitur, non quo agitur: vt de hoc ff. de bono. poſ. l. iij. §. j. & ſic licèt in querela inofficioſi teſtamenti oporteat agi ad reſcindendum teſtamentum, antequàm agatur petitione hæreditatis, non tamen eſt ita in contra tabulas bonorum poſſeſsione: ſed ea ſolùm agnita, ſtatim ruptum eſt teſtamentum, ſi de iure rumpi debuit, id eſt, aperta eſt via ad agendũ poſſeſſorio interdicto Quorum bonorum, vel petitorio, ſ. bonorum poſſeſſo-
9 ria hęreditatis petitione. Et ſic † Rofredus in vanum videtur formaſſe libellum ſuper bonorum poſſeſsione cõtra tabulas, ad rumpendum teſtamentũ, cùm ex ipſa agnitione ſit ruptum, ſi materia ad illud erat parata: vt C. qui admi. ad bo. poſ. poſſunt. l. fi. & de cura. fu. l. fi. § nos itaque. & in vanum videntur fieri poſitiones Reorum, cùm abſente parte poſsit agnoſci: vt no. ff. de bo. poſ. l. iij. §. j. & §.
10 pe. Quidam tamen † dicunt, quòd in bonorum poſſeſsione ſecundùm tabulas, & Vnde liberi, & ſimilibus, ſufficit agnitio facta coram iudice, vt dictum eſt: nec requiritur libellus, ſed ſtatim ea agnita aperta eſt via ad poſſeſſorium vel petitorium. Sed in bonorum poſſeſsione contra tabulas, poſt agnitionem infra annum factam coram iudice, eſt neceſſarium poſtmodum tradere libellum ad rumpẽdum tantùm, vocatis hæredibus in teſtamento inſtitutis: ſicut in querela inofficioſi teſtamenti, per quam, quando locum habet, oportet priùs rumpi teſtamentum, antequàm agatur poſſeſſorio vel petitorio. Et dicetur ita agendo ad rumpendum teſtamentum per contra tabulas: Domine iudex, pater meus præterijt me in ſuo teſtamento, & cùm ego iam agnouerim infra annum coram iudice bonorũ poſſeſsionem contra tabulas, ego nunc impugno teſtamentum prędicti patris mei, inquãtum de iure poſſum. & peto, vt per veſtrum officium teſtamentũ prędictum ſententialiter reſcindatis ſeu irritetis: ſic quòd prędicto teſtamento reſciſſo ſeu irritato, ego poſſum ad bona ſeu ad hæreditatem prędicti patris mei per poſſeſſorium vel petitoriũ peruenire, & ea obtinere. Et ꝙ ſic debeat rũpi teſtamentũ per cõtra tabulas, facit ff. de leg. pręſtan. l. j. in prin. & C. de collat. l. vt liberis. nec videtur rationabile, ꝙ dicẽdo, Domine iudex, ego agnoſco bonorũ poſſeſsionẽ cõtra tabulas patris mei, ꝙ ꝓpter hoc eo ipſo ſit ruptũ teſtamentũ. Sicut enim querela intentata oportet reſcindi teſtamentum per ſententiã, anteꝗ̃ agatur poſſeſſorio vel petitorio iuris ciuilis: vt hoc colligitur ff. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. in fi. & C. e. l. ij. & ſic oportet, ꝙ agnita bonorũ poſſeſsione cõtra tabulas, & ſupplicatione poſteà tradita ſuper bonorũ poſſeſsione contra tabulas, rũpatur teſtamentũ per ſententiam, antè ꝗ̃ agatur poſſeſſorio vel petitorio iuris ꝑ torij. licèt querela & contra tabulas in aliqbus alijs differãt in rũpendo: vt ff. de vul. & pu. ſub. l. ex duobus. §. fi. Vel poſſet dici, ꝙ agnita bonorũ poſſeſsione cõtra tabulas, nõ oporteat tradere aliquã ſupplicationẽ ad rumpendũ teſtamentum: ſed rũpetur poſteà, cùm

erit controuersia super hæreditate, s. per exceptionem, si filius possideat: vel per replicationem, si filius possideat & agat.

Sed hoc non video benè, s. quòd per exceptionem, vel replicationē possit rumpi testamentum. nec filius potest agere petitione hæreditatis, nisi priùs rupto testamento per contra tabulas. immò etiam videtur, quòd exceptio vel replicatio super ruptura non possit habere locum, nisi priùs ruptura petita & in ea obtento per sententiam: vt & aliâs hoc videmus in integrum restitutione, ff. ex qui. cau. maio. l. necnon. §. exemplo. & de iureiuran. l. nam posteà. §. si minor. Credo, quòd si
11 materia sit apta † ad rumpendum testamentum, seu ad rupturam, s. quia pater in testamento præterijt filium, & filius erat talis, qui non debuit præteriri, & testamentum aliâs fuit validum: vel filio non suo præterito, fortè causa legitima in præteritione inserta non est vera, nec probari poterit, & sic de similibus. tunc sola agnitio possessionis contra tabulas est forma sufficiens ad rumpendum, nec requiritur libellus, nec alia supplicatio, nec aliqua sententia super hoc, & sic per solam agnitionem rumpitur & irritatur testamentum. vt videtur notari C. de cura. fu. l. fi. §. sin autem ex alia. sed postmodum, cùm filius aget possessorio, vel petitorio, discutietur causa in præteritione inserta: & si probetur vera, testamentum extunc valebit. vt simile tale quale potest induci, ff. de his qui notan. infa. l. furti. circa principium. Et hæc opinio placet multùm illis, qui dicunt, quòd hodiè non habet locū querela inofficiosi testamenti.

Vel potest dici, quòd olim secūdùm iura Codicis sola agnitio iudicialis, facta de bonorum possessione contra tabulas, rumpebat, & sufficienter rumpere poterat testamentum: quia in præteritione causam non inserebat: vel etiam si esset inserta, nihil operabatur secundùm illa iura. & sic potest intelligi glo. illa C. de cura. furi. l. fi. Sed hodiè iure nouissimo est inductum, quòd causa legitima debet inseri in præteritione, ad hoc, vt valeat testamentum. quæ si probetur vera, illa probatio faciet remanere testamentum firmum perpetuò. Et ideo credo, & meliùs, quòd sola agnitio non rumpit testamentum, in quo causa legitima est inserta, sed requiritur sententia, vt in querela: vt in cor. vt cùm de appel. cog. §. si tales igitur. collat. viij. Ibi enim dicitur, quòd si causa probata fuerit per hęredem, testamentum in sua firmitate permaneat. si autem non fuerit probata, nullam vim habebit testamentum, quantum ad institutiones: sed rescisso testamento venient hæredes ab intestato. sed legata debebuntur. Apparet ergo ex illo §. quòd si habet locum contra tabulas, testamentum debebit rumpi per sententiam, si causa legitima & inserta non probetur vera. & sic requiretur libellus, & sententia, in rumpendo, antequàm possit agi possessorio, vel petitorio. Et si dicatur, quòd ibi non sit mentio de pręteritione: dico, quòd immò, & etiam in §. aliud quoque capitulum. Et si dicatur, quòd illud debet intelligi de pręteritione materna, quæ pro exhęredatione habetur: dico, quòd immò debet intelligi de præteritione paterna & materna: quia ibi lex non distinguit super præteritione. ergo nec nos. Item est fauor, scilicet, vt legata valeant. ergo est ampliandum. Item quod intelligitur in præteritione paterna, not. e. §. super verbo, firmitate. vt C. de libe. præ. vel exhære. authen. ex causa exhæredationis. vt ff. de vsufruc. l. si extraneo. & de iniusto rup. testa. l. filio præterito. & notat Azo in Summa C. de contra tabu. in fi. Et in summa, si filius † suus, vel emancipatus sit præ- 12
teritus à patre, nulla causa legitima in testamento inserta, licèt ipsi possent dicere testamentum esse nullum: tamen si ipsi velint venire per ius prætorium, in vanum petent testamentum rumpi per sententiam: quia per solam agnitionem erit ruptum, & quod ruptum est, ampliùs rumpi non potest. & secundùm hoc libellus suprà in principio positus est sufficiens, si ille filius testatoris fuit pręteritus sine causa, & nolit venire beneficio iuris prætorij. Si autem esset filius emancipatus

cipatus preteritus, cum causa legitima & in testamento inserta: tunc post agnitionem esset necesse petere rumpi testamentum. & tunc libellus suprà secundò positus est sufficiens: quia tunc, antequàm filius possit agere possessorio vel petitorio, debet petere illud rumpi, & tunc iudex plenè cognoscet de causa pteritionis.

13 ¶ Sed queritur, † rupto testamento per sententiam, an legata debebunt præstari? Et circa hoc est aduertendum, q. Pla. in Summa sua Insti. de inof. tes. dicit, q. hodiè sublata est querela, nisi inter fratres. Item dicit in Sũma C. de cõtra ta. q. hodiè ex causa exhæredationis & preteritionis, nullũ est testamentũ: nec ergo rumpendũ. & q. hodiè omnia legata, vtilia tamẽ, & omnibus personis prestanda sunt. Sed dñs Azo dicit in Sũma sua, C. de lib. præ. vel exhere. q. si filius sit ritè exheredatus, tenet testamentum, nisi expugnetur per querelam. Si aũt fuerit præteritus ritè, id est, inserta causa, tenet testamentũ: sed filius habet contra tabulas. Itẽ, si filius non sit ritè exheredatus vel preteritus, ipso iure non valet testamentũ, quantũ ad institutiones, sed in legatis firmũ perseuerat. Item dicit in Summa C. de inoffi. testa. quòd fortè hodiè, rupto testamento per querelam, legata non debentur: sed cùm ipso iure testamentũ non tenet, tunc legata debentur. sed ibidem subiungit idem dñs Azo: Vel dic, vt plerique dicũt, indistinctè prestari legata irritato testamento per querelam, vel ipso iure: quia nõ est preteritio vel exheredatio ritè facta. Item dicit indistinctè in Summa C. de contra tabulas. quòd hodiè prestantur legata omnibus ex causa preteritionis vel exheredationis, euacuato testamento.

Sed Rofredus dicit in libello suo, quòd si filius fuerit ritè preteritus vel exhæredatus, & causa non probatur: tunc expugnato per querelam, nulla legata prestantur. sed expugnato testamento per contra tabulas, prestantur legata certis personis. Si autem non fuerint ritè exheredati vel præteriti: tunc ipso iure irritum est testamentum, quantum ad institutiones, sed cætera firma permanent. Odofredus in lectura sua C. de contra tabulas. l. j. dicit idem in effectu, quod dicit Rofredus. Recitat tamen, quòd dominus Iohannes, & dominus Azo fuerunt in illa l. in opinione, quòd indistinctè ex causa præteritionis vel exheredationis debentur legata. Dicit tamen, quòd dominus Azo videbatur oblitus de his, quæ super hoc aliàs dixerat. ¶ Modò recitatis prædictis opinionibus, reiecta opinione Rofredi & Odofredi, qui plures super hoc, hîc in Monte Pessulano, & alibi fecerunt errare, non tamen fecerunt errare Bononiæ Franciscum, nec Dynum, vt audiui dici: nec hîc Bermundum, nec Rogerium, nec Plezianum, vt ego audiui ab eis. Dicendum est cum Iohanne, & Azone, & glossatore nostro, quòd indistinctè debent præstari legata. & siue ipso iure testamentũ sit irritum, siue per sententiam testamentum irritetur: illa sunt solùm quantum ad institutiones, sed cætera firma permanent: vt satis apparet ex supradictis. & de hoc satis dictum est suprà in titu. de condic. ex l. omnimodo.

¶ Item rectè dicitur, quòd Reus † possidet pro herede vel possessore: vt ff. quorum bo. l. ij. & C. e. l. ij. & Insti. de interdic. §. adipiscendæ. ¶ Item rectè dicitur, Vnde cùm nondum adeptus &c. quia interdictum † Quorum bonorum est adipiscendæ possessionis: vt ibi. & si semel quis adeptus fuerit possessionem, amissa posteà possessione, non poterit agere interdicto Quorum bonorum: vt ibi. ¶ Item rectè agitur, ad restituendum res: vt ff. quorum bo. l. j. & Insti. de interdic. §. adipiscende. licèt enim † interdictum Quorum bonorum sit adipiscende possessionis, tamen est restitutorium: vt e. ti. §. restituendæ. & sic † verbum, restituere, habet significationem per se dandi possessionem: vt no. ff. quorum bo. l. j. §. j. sicut & verbum, reddendi, habet significationẽ per se dandi proprietatem: vt ff. de verbo. signi. l. verbum reddendi. ¶ Item rectè dicitur, corporales: vt ff. quorum bono. l. fi. & C. eo. l. fi. in fine.

14 (margin, beside "¶ Item rectè dicitur, quòd Reus")
15 (margin, beside "terdictum † Quorum bonorum")
16 (margin, beside "dictum Quorum bonorum… inter-")
17 (margin, beside "vt e. ti. §. restituendæ")

¶ Item rectè dicitur, quæ fuerunt Titij patris, dum is moreretur: vt C. e.l.ij. & de edicto diui Adri.tol.l.iij.

SENTENTIA.

18 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, vt res hæreditarias corporales, quę fuerunt dicti Titij patris sui, seu possessionem eorum, dicto Actori restituat &c. ¶ Generaliter formatus fuit libellus, & generaliter sententia, scilicet
19 nulla re specificata: quia vniuersale † iudicium est interdictum Quorum bonorum: vt ff. quorum bo.l.ij. §.j. & recurratur suprà ad ti. de peti. hęre. super executione.

RVBRICA CLI.

Super l.fin. C.de edicto diui Adriani tollendo. Libellus, cùm officium iudicis postulatur.

SVMMARIVM.

1 *Libellus super l.fi.C.de edicto di. Adri.tol. quomodo formetur & probetur.nu.2.*
3 *Remedium l.fi. C. de edicto di. Adri. tol. datur heredi vniuersali, qui est hæres in solidū, vel in aliqua parte hereditatis quota.*
4 *Remedium l.fi.C.de edicto di.Adri.tol habet locum ex testamento, non ab intestato. Et an saltē ab intestato vtilis locū habeat.*
5 *In remedio l.fi.C.eod. an etiam locum habeat officium Iudicis, & quæ alia remedia competant, remissiuè.*
6 *Remedium l.fi.C.eod. est adipiscendæ possessionis, & datur ei qui nondum possessionem adeptus est. Et quomodo iudex in suo officio se habere debeat. & nu.8.*
7 *Possessio in remedio l.fi.C.eod. postulatur duobus modis, & quibus.*
9 *Contradictor legitimus quis sit in remedio l.fi.C. de edicto di. Adri.tol. vt missio impediatur. Et quid probare debeat. nu.10.*
11 *Heres scriptus in remedio l.fi. C. de edicto di.Adri.tol. quæ probare teneatur. Et an se scriptum probare debeat. nu.12.*
13 *Sententiæ formula in remedio l. fi. C. de edicto di.Adri tol.*
14 *Appellari an possit à sententia missionis in possessionem ex remedio l.fi.C.de edicto di. Adri.tol.*
15 *Sententia lata in remedio l.fin.C.de edi.di. Adri.tol.an in petitorio iudicio præiudicet.*

CORAM vobis domino † iudice Montis Pessulani, dicit & proponit Petrus, quòd ipse est hęres vniuersalis ex testamento Iohannis Rabassa iam defuncti, quod testamentum vobis hic præsentialiter ostendit. Vndè cùm ipse nondum adeptus fuerit possessionem rerum, quæ fuerunt dicti Iohannis tempore mortis suæ, & testamentum, quod vobis ostenditur, nō sit cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua sui parte vitiatum, & sine omni vituperatione appareat, & sit legitimo numero testium vallatum: petit se mitti dictus hęres scriptus, & se fore mittendum decerni & pronunciari, per vos in possessionem rerum, quæ fuerunt dicti testatoris tempore mortis suæ, quæ non legitimo modo ab alio detinentur. Et prędicta proponit & petit dictus Petrus, eo iure & forma, quibus melius potest & debet, ad obtinendum possessionem prędictarum rerum. 1

¶ Probatur † C. de edic. di. Adria. tol. 2
l.fi. circa princi. Rectè dicitur, quòd est hæres † vniuersalis: quia ipse debet esse 3
hęres, in solidum, vel in aliqua parte hæreditatis quota: vt ibi, dum dicitur, sancimus, vt si quis ex asse, vel ex parte hæres institutus &c. ¶ Item rectè † dicitur, 4
ex testamento: quia lex illa non habet locum ab intestato, cùm hoc non dicat. immò dico, quòd licèt non habeat locum directa, habet tamen locum vtilis: vt no. Rofredus in tractatu libellorum, circa princip. Sicut etiam dicimus in casu simili in inuentario faciendo. nam hæres ab intestato succedens potest adire hæreditatem, & facit inuentarium perinde ac si esset institutus ex testamento: vt

vt C. de iu. deliberan. l. fi. §. fin autẽ dubius. Eodem modo dicimus, quando quadrupes dat damnum, competit directa: sed quando bipes, competit vtilis. ff. si quadru. pau. fe. di. l. pe. & multis alijs similibus. & facit eo. tit. in secunda parte rubricæ. & C. quorum appel. non re. l. quisquis. & ff. de appel. re. l. fin. quæ loquuntur de hęrede scripto, & nõ de alio.
5 Habet † etiam locum officium iudicis. vt no. in præallega. l. fi. C. eo. ti. Competunt etiam multa alia remedia: vt ibi no. ¶Item rectè dicitur, Vnde cùm non-
6 dum adeptus † fuerit possessionem &c. vt ar. Institu. de interdic. §. adipiscendæ. Sed videtur, quòd prædictus libellus non procedat: quia Reo non dicitur, ꝙ illi hæredi debeatur aliquid dari vel fieri oportere ab aliquo Reo, nec quòd aliquis sit ei in aliquo obligatus. quod esse deberet, si condictione ex lege agatur: vt Insti. de ac. in prin. & §. appellamus. & ff. de condic. ex le. l. vna. Item & Reus deberet ibi esse: vt C. de li. contesta. auth. offeratur. Ad prædicta potest probabiliter dici, quòd ibi non intentatur cõdictio ex aliqua lege, nec aliqua actio: sed solùm officiũ iudicis postulatur: vt C. de edic. di. Adri. tol. l. fi. circa prin. ibi, dum dicit, competenti iudici ostẽderit &c. & ita videtur ibi dicere glo. super verbo, depositionibus. Sed iuxta hoc dixit Pla. in Sum-
7 ma sua. postulatur † autem possessio duobus modis: iudicio, & sine iudicio. Iudicio, aliâs principaliter & expressè, vt per iudicium Quorum bonorum: aliâs per consequentiam, vt cùm hæreditatis petitio, vel rei vendicatio proponitur. Sine iudicio, cùm hęres, qui petit, solo officio iudicis vtitur, ipsius quia implorat au-
8 xilium. ¶Quid ergo † faciet iudex in isto officio? certè debebunt vocari agnati & cognati illius defuncti, & alij, qui cõtradicerent, id est, qui lęderẽtur ex illa missione in possessionem. arg. ff. de adop. l. nã ita diuus Marcus. & si cui plus, quàm per leg. Fal. l. j. §. cũ dicitur. & C. si vt ab hære. se absti. auth. si omnes. & vnde vi. l. meminerint. & si per vim vel alio modo. l. fi. & aliâs eis non præiudicaretur, vt ex prædictis legibus potest colligi. Quibus vocatis, si aliquis, fortè Martinus, veniat ad contradicendum: tunc si constet iudici, res illas omnes vel aliquas fuisse testatoris tempore mortis suæ, & eas à nemine possideri, vel eas teneri ad manũ curiæ ad saluum ius habentis, vel fortè eas possideri à dicto Martino pro hęrede vel pro possessore: tunc mittetur hæres scriptus in possessionem. vt C. de edic. di. Adri. tol. l. fi. circa prin. ibi, dum dicit, nõ autem legitimo modo ab illo detinentur &c. etiam si ille Martinus non possidens dicat se filium præteritũ, vel dicat testamentũ falsum, vel inofficiosum, vel alij vitio inuisibili subiectũ, vel testatorem fuisse seruum: vt eo. ti. l. ij. etiam, vt credo, si diceret se incontinenti paratũ probare. nullus enim est legitimus † contra- 9
dictor, nisi possideat, & titulum alleget, quin probet instrumento, vel testibus. vt notatur secundùm Azo. eodem titu. l. fi. circa prin. Nec obstat, si dicatur, quòd immò aliquis ostendens aliud testamentum auditur, vt ibidem notatur. quia dico, quòd ille, qui non possidet, si contradicat, & ostendat aliud testamẽtum, ipse non auditur, vt legitimus contradictor, nisi quia & ipse etiam apparet legitimus petitor, pro eo, quia aliud testamentum ostendit non cancellatum &c. in quo ipse est hæres scriptus. Legatarius autem non possidens non est legitimus cõtradictor, nec fideicommissarius vniuersalis non possidens: quia nec ipsi sunt legitimi petitores, cùm non sint hæredes. quod apparet ibi, dum dicitur, si quis ex asse vel ex parte hæres institutus &c. & sic potest intelligi ff. ad Treb. l. filiam fratribus. §. quia quòd ibi fideicommissarius nõ possidebat, & sic non erat legitimus contradictor. Si autem Martinus cõtradictor possidebat, si est filius, & alleget se præteritũ, vel testamentũ falsum, inofficiosum, vel alij vitio inuisibili subiectũ: vel si Martinus est agnatus, vel cognatus, & dicat testamentum falsum, vel alij vitio inuisibili subiectum: licèt illa dicat ad illum finem, quòd res illæ penès eum, tanquam hæredem ab intestato debeant rema-

remanere, ipse tamen nō impediet missionem, quin hæres scriptus mittatur in possessionem: vt C. de edic. di. Adri. tol. l. ij. nisi incontinenti paratus esset probare: vt ibi no. vt ar. ff. ad exhiben. l. iij. §. ibidē. cum similibus. & hoc in isto possessorio. sed indistinctè in petitorio audiretur Reus: vt C. de peti. hære. l. liber necne. Si autem ille Martinus sit legatarius vel fideicommissarius vniuersalis, licèt non sit legitimus petitor, quia hæres non est, vt dictum est: ipse tamen erit legitimus contradictor, si possideat, & incontinenti sit paratus probare. & ita potest intelligi, quod no. C. de edic. di. Adri. tol. fi. circa princ. nisi hæres de Falcidia conquereretur: quia tunc non posset impediri, quin in possessionem mitteretur, iuxta id, quod not. C. quorum lega. l. vna. & ff. e. l. j. circa princ. sed si hæres compulsus adiuisset, non posset conqueri de Falcidia. vt ff. ad Trebel. l. quia poterat. Si autem ille Martinus possidens nunc aliquam rem, quanquam possederat viuēte testatore aliquo titulo, fortè emptionis, vel donationis, vel simili, contradicat missioni in possessionem illius rei, & probat illum titulum instrumento vel testibus, non auocabitur ab eo possessio, secundùm Azonem. Sed Aldricus dicit, quòd auocabitur ab eo possessio, si testator possidebat eam tempore mortis suę. Sed Pla. dicit, quòd si possessor dicat se à defuncto possidere, vel de nouo ab hærede, cessabit missio, & ei qui potiora iura ostenderit, dabitur ei possessio, seu relinquetur ei. Et quilibet illorum dominorum accipit pro se legem illam finalem. ibi, dum dicitur, non autem legitimo modo ab alio detinentur. & ibi, dum dicitur, & ei possessio acquiratur, qui potiora legitimis modis iura ostenderit &c. Crederem, probabiliter posse dici, quòd si Martinus possidens rem aliquam dicat se habere titulum à defuncto, vel ab hærede, ipse audiretur indistinctè ad probandum. Si autem ab alio dicat se habere titulum: aut ante mortem testatoris, aut post. Si ante, & altiorem habeat indaginem, tunc hæres scriptus mittetur in possessionem: sed si non habeat altiorem indaginem, sed incontinenti paratus sit probare, cessabit missio, & audietur ad probandum. Si autem post mortem, tunc indistinctè fiet missio, si res illa fuerat testatoris tēpore mortis suæ. In omnibus autem supradictis excipitur, si res mobilis triennio bona fide, & iusto titulo fuerit vsucapta, vel res immobilis x. vel xx. annis bona fide & iusto fuerit præscripta, vel xxx. annis mala fide. vt e. l. in fi. ¶ Item super prædictis exceptionibus & contradictionibus cognoscet iudex, & totū fiet officio iudicis. & idem notatur in simili, ff. vt in pos. leg. l. si is, à quo. in prin.

Vide Guidonem Pape q. 132. nu. 6. & 7

Debebit † autem Martinus contradictor 10
probare plenè ea, quæ proponet, & ad quæ admittetur ad probandum. quia ei, qui dicit, &c. vt ff. de probati. l. ij. Sed & hæres scriptus † plenè debebit probare, 11
res fuisse testatoris tempore mortis suæ. quod debet intelligi, siue tempore mortis habuit possessionem rerum, vel detentationem, vel dominium: & ita est in petitione hæreditatis. vt ff. de peti. hære. l. & non tantùm. & l. item veniunt. vt nota. C. de edic. di. Adri. tol. l. fin. circa prin. Sed an hæres † debebit se probare 12
hæredem scriptum? Et videtur, posse dici, quòd vbi nullus legitimus contradictor apparet, quòd tunc sufficiat ostendere testamentum non cancellatum &c. sine alia testamenti probatione: vt in prædicta l. cùm dicitur, competenti iudici testamentum ostenderit &c. Vbi autem venit aliquis legitimus cōtradictor, tunc ille, qui petit, & dicit se hæredem, debebit se probare hæredem: vt ibidem, dum dicit, tunc in iudicio competenti causæ in possessionem missionis & subsecutæ contradictionis ventilentur. Et illud satis probabiliter sustineri posset. & facit C. quorum appel. non re. l. quisquis. & ff. de appella. re. l. fin. quia ibi, dum dicitur, non debere differri, quin scriptus hæres mittatur in possessionem, præcedit tamen in illis legibus, quòd nec differatur, quin testamentum aperiatur & referetur. & sic ex ordine illarum legum

gum videtur, quòd testamentum primò debeat publicari. Sed glo. C. de edic. di. Adri. tol. l. fin. dicit, quòd non oportet eum probare, se hęredem, vel bonorum possessorem. & in hoc concordant Placen. & Azo in Summis suis. Sed videtur, quòd hæres debeat ostendere testamentum, saltem publicatum, vel per tabellionem receptum, & scriptum. Quia si testamentum sit solenne in scriptis, & sic clausum: quia fortè testator nullum scire voluit, quæ in eo scripta sunt, quod esse potest: vt suprà de testamen. l. hac consultissima. in principio. pro nihilo ostendetur tale testamentum ante publicationem: quia tunc non poterit ibi videri, quis est ibi hæres scriptus, nec exinde potuerat antè fieri publicum instrumentum, quia illa non fuerunt lecta coram testibus. ergo &c. Item, si non est clausum, vel est nūcupatiuum, & in priuata scriptura redactum seu scriptum, quæ fides illi scripturæ potuit adhiberi, non video, cùm nullius sit authoritatis. Item, si testamentū fuit nuncupatiuum, & sine aliqua scriptura: glossa docet, quòd coram competenti iudice deponat solennis numerus testium, & sic in scriptura redigatur: & tunc secundùm talem scripturam fiet missio in possessionem prædictam. & sic secundùm glossatorem apparet, quòd ostendetur instrumētum publicatum. Potest dici, quòd testamentum, quod ostenditur, debebit esse necessariò publicatum vel manu publica scriptum, & sufficit. & ita intelligatur dixisse glos. & Placen. & Azo. & ita videtur intelligere Odof. Vel si est in scriptura priuata, indigebit aliqua probatione, licèt non plena, sed fortè summaria. vt ff. ad exhiben. l. iij. §. sciendum. & de Car. edic. l. iij. §. causæ. Vel potest dici, quòd saltem debebit tunc hæres probare, testamentum illud factum per testatorem, & sufficient duo testes: non autem habebit probare sic factum, quia tunc requirerentur septem testes. iuxta id, quod notatur C. de bonorum possessione secundùm tabulas. l. finali.

SENTENTIA.

13 CVM dictus † Petrus sufficiēter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: & dictus Martinus, licèt venerit & extiterit vt legitimus cōtradictor, quia tamen non probauit sufficienter ea, quæ proposuit, & probare se posse dixit: Idcirco per sententiam in his scriptis dictum Petrum hæredem scriptum mittimus in possessionem talium rerum, & fore mittendum decernimus & pronunciamus. & nihilominus dictum Martinum condemnamus in expensis &c.

14 ¶ A prædicta † sententia nō potest appellari, vt ff. de ap. re. l. fin. immò appellans, & iudex, qui appellationem recipiet, condemnabuntur in xx. lib. argenti. vt C. quorum ap. non re. l. quisquis.

15 Sententia autem † prædicta non præiudicabit petitorio iudicio, vt ff. de excep. rei iudica. l. & an eadem. §. fi. & notatur C. de edi. di. Adri. tol. l. fi. §. fin. autem. ¶ Sed videtur, illam sententiam non tenere, nisi & lis fuerit contestata, & ordo iudiciarius obseruatus. vt no. C. de his qui ad ec. confu. l. fi. §. cùm autem monitus. Potest dici, quòd nullus possidebat, vel curia tenebat ad saluum ius habentis, nec aliquis legitimus contradictor extitit, quòd tunc dandus nō fuit libellus, nec processus ordinandus. vt apparet C. de edic. di. Adri. tol. l. fi. circa princ. sed si aliquis extitit contradictor legitimus, tūc dandus fuit libellus, & ordo iudiciarius obseruandus. vt in e. l. §. fin autem. licèt ex officio iudicis missio in possessionem tunc postuletur.

¶ Nunc videndum est, quomodo formetur libellus super condictione ex lege. formabitur ita.

RVBRICA CLII.
De condictione ex l. fin. C. de edicto di. Adri. tol. Alter libellus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus condictionis ex l. fi. C. de edicto di. Adri. tol. quomodo formetur.*

2 *Contradictor legitimus quis dici possit, in*

in condictione ex l. fi. C. de edicto di. Adri. tol. remissiuè.

3 *Contradictor an quis sit legitimus in condictione ex d. l. fi. si quis teneat res vt executor, ex potestate sibi data à testatore, vt eas per annum, vel donec executio cõpleta esset, teneret. Et an talis executor saltem sit legitimus petitor, nu. 5.*

4 *Tempus an sit arbitrarium, cùm quis dicit se incontinenti paratum probare.*

6 *Dominus tenens rem feudalem, an in condictione ex l. fi. C. de ed. di. Adri. tol. sit legitimus contradictor.* *Et quid in illis locis, vbi in feudis ex testamento succeditur, si teneat, & rem in commissum cecidisse dicat. nu. 7.*

8 *Dominus tenẽs rem emphyteuticariam an sit legitimus contradictor in condictione ex d. l. fin. si rem in commissum cecidisse dicat.*

9 *Condictio ex l. fi. C. de edicto di. Adri. tol. an sit vniuersalis, adipiscendæ possessionis, in rem scripta. Et an sit consultum ad iudicem recurrere, aut possit per se possessionem accipere, si nullus res possideat.*

10 *In condictione ex d. l. fi. sententia an & quomodo formari debeat. & an aliquid peti possit à Reo, aut Reus in aliquo obligatus inueniatur. nu. 16. 17. 20.*

11 *In actione omni duplex est petitio, & qua sit illa. & nu. 14.*

12 *Actionem in rem pariunt possessio ex parte Rei, & dominium vel quasi ex parte Actoris, & quid in ea petatur. Et quid in actione personali nu. 13.*

15 *Actio vbi intentatur, quia spontanea solutio non celebratur, iudicis officio opus est, secundùm Placentinum.*

18 *Officium iudicis si competit, nulla ibi obligatio est. Et quid in alijs actionibus, & condictionibus.*

19 *Mitti se in possessionem quòd quis petat officio iudicis, tutius est, quàm per viam actionis.*

21 *Officium iudicis an sit actio.*

CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit 1 & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus tenet & possidet tales res, sic & sic cõfrontatas, quæ fuerunt Ioannis Rebassa tẽpore mortis suæ. Vnde cùm dictus Actor sit hæres vniuersalis dicti Ioannis ex testamento, quod testamentum vobis ostendit hic præsentialiter, non cancellatum, nec abolitũ, nec aliqua sui parte vitiatum, quod etiã prima figura sine omni vituperatione apparet, & depositionibus testium legitimi numeri sit vallatum, & nondum dictus Actor adeptus fuerit possessionem prædictarum rerum: agit contra dictum Reum, & petit per vestram sententiã se mitti, & fore mittendum pronũciari in possessionem prædictarum rerum &c.

¶Probatur, vt suprà. Rectè dicitur, quòd Martinus possidet res illas. Et super hoc, qui possit dici legitimus † contradictor, 2 videantur, quæ dicta sunt superiùs, cùm postulatur officium iudicis. ¶Sed quid erit, si Martinus † teneat res illas vt exe- 3 cutor, ex potestate sibi data à testatore, vt eas teneret per annum, vel donec executio esset completa, sicut fit quasi quotidiè: an erit legitimus contradictor? Dicendũ est, quòd sic, & repellet hæredem: quia voluntas testatoris seruanda est: vt in corp. de nup. §. disponat. collat. iiij. Et hoc, si incõtinenti dicat se paratum probare. si enim dicat, in codicillis fuit sibi data illa potestas, & quòd perquiret Notarium, qui debuit exinde facere publicum instrumentum: ipse non audiretur, nec impediretur missio: quia res est talis, quæ dilationem non recipit. vt ff. de ap. re. l. fi. Tempus † autem, cùm quis di- 4 cat se incontinenti paratum probare, est formandum arbitrio iudicis. vt not. ff. vt in poss. leg. l. si is, à quo. in prin. Talis † tamen executor non potest dici legi- 5 timus petitor, saltem condictione ex lege ista: quia ipse non est hæres scriptus. vt de hoc dictum est satis superiùs. ¶Sed an dominus † tenens rem feudalem, sit legi- 6 timus cõtradictor? Dicendum est, quòd sic.

sic. & repellet hæredē: quia feudum non venit ex testamento. vt in lib. feu. de feudi suc. ca. vno. in prin. nisi hæres diceret rem illam esse allodialem: quia tunc in dubio fieret missio. vt ar. si de feudi inuestitu. con. fuerit. c. ij. Hodiè verò hîc, & in pluribus locis, succeditur in feudum ex testamento: & sic in illis locis fieret missio in possessionem rei feudalis, sicut in alijs rebus. Sed an in illis locis erit
7 dñs † legitimus contradictor, si teneat, & dicat rem cecidisse in commissum? Et credo, quòd non. quia licèt domino sit permissum, rem emphyteuticariam accipere propria authoritate, si cecidit in commissum: non tamen est ita cōcessum domino de re feudali. arg. in lib. feu. de feu. sine cul. nō amit. c. j. antequàm enim vasallus amittat feudum, debet culpa esse cognita, & vasallus super ea cōuictus: vt ibi. & lis per pares terminata: vt in cōsti. imperialē. §. pe. de prohib. feudi alien. per Frider. & ideo expedietur possessorium, & fiet missio, & quæstio commissi reseruabitur in iudicio proprietatis, super quo poterit agi posteà. vt no. C. de edic. di. Adri. tol. l. fi. §. sin autem. super verbo, missus. in secūda expositione tex-
8 tus. ¶Sed an dominus tenens † rem emphyteuticariā, sit legitimus cōtradictor, si dicat rem cecidisse in commissum? Et credo, quòd sic: quia rem illam propria authoritate potuit capere, si cecidit in commissum. vt C. de iure emphy. l. ij. in prin. & quod legitimè factum est, nō debet retractari. ar. C. de admi. tu. l. sancimus. Sed si hæres allegaret, rem illam nō fuisse emphyteuticariam, fortè nō impediretur missio.
9 ¶Et est notandum, quòd cōditio † ex hac lege non est vniuersalis: quia non datur nisi scripto hæredi: vt dictū est. Item, est adipiscendæ possessionis: quia datur illi, qui primùm conatur adipisci possessionem rerum. vt Insti. de interdi. §. adipiscendæ. Item est scripta in rem: datur enim contra quemlibet possessorem. vt C. de edic. di. Adri. tollen. l. fin. & notatur ff. ad Trebellia. l. filiam fratribus. Item videbitur hæres fatuus, si nullus res illas possideat, & ipse per se possessionem non accipit: sed recurrendo ad iudicem, velit se fatigare laboribus & expensis.

¶Modò tamen satis cogitaui circa ferendam sententiam, credo, quòd prædictus libellus † super conditione ex lege 10
ista formatus non procedit: quia licèt in eo contineatur Reus, tamen ab eo nihil petitur, nec in aliquo petitur cōdemnari: sed solùm petitur fieri missio in possessionem per iudicem. nec scio hîc formare sententiam, quia nec libellum. In omni † enim actione, quæ in libello pro- 11
ponitur, debet esse duplex petitio: prima à Reo, secunda à iudice. Prima est illa, quæ est ex essentia actionis, quæ proponitur, s. quòd petatur à Reo illud, quod debet: vt Insti. de ac. in prin. verbi gratia, in actione in rem debet dici: Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, vt prædictā rem sibi restituat: quia ad eum pertinet iure dominij vel quasi &c. & sic rectè formatus erit libellus in actione in rem. Possessio † enim ex parte Rei, & do- 12
minium vel quasi ex parte Actoris, caussant & pariunt actionem in rem, & ex ea postmodū agitur ad rem. Nec debet credi, quòd agatur ex ea ad rem dādam, seu depingendam, seu fodiendam, seu ædificandā, & sic de alijs qualitatibus: sed solùm ad eam restituendam, adiecta causa, s. quia sua est iure dominij vel quasi. Sic & in actione † personali debet dici, Qua- 13
re agit dictus Actor contra dictū Reum, vt sibi decē, quę ei mutuauit, reddat &c. & sic de alijs actionibus. licèt prædicta malè obseruaui suprà in quibusdam libellis. Et fortè, vt credo, aliàs non procedit libellus. & facit C. de litis contesta. auth. offeratur. ibi, dum dicit, in quibus deliberet, cedat, an contendat &c. & ff. de eden. l. j. in prin. Ex qbus apparere potest euidēter, quòd aliquid debet peti à Reo, vt à debente, & sub certa qualitate, aliàs nō poterit benè deliberare, an cedat, vel contendat. Secunda petitio † debet esse 14
non à Reo, sed à iudice: quia cōtra Reum petatur fieri aliqua declaratio per iudicem, & condemnatio, ad restituendum,

vel dandum, vel faciendum, vel ad aliud simile, put de natura actionis seu primæ petitionis à Reo factæ debere fieri reperietur. Et hoc totum per officium iudicis: vt Insti. de offic. iudi. in prin. & quasi per totum. & Placētinus dixit, quòd vbi
15 intentatur † actio, quia spontanea nō celebratur solutio, opus est officio. Et si
16 dicat † aliquis, quòd circa prædicta potest prouideri in prædicto libello, s. dicendo ibi, Quare agit dictus Actor contra prædictum Reū, vt sibi possessionem dictarum rerū restituat &c. Dico, quòd in materia prædicti libelli non inuenitur verbum, restituere. sed inuenitur, quòd missio in possessionem fiat, & missionis in possessionem postulatio, & quòd sine dilatione hęres scriptus debeat in possessionem induci, intantum, quòd non permittitur appellare. & de restitutione aliqua à Reo petenda, vel à Reo facienda, nihil in aliqua inuenitur. Item, si dicat
17 aliquis, quòd oportet † succurri hæredi scripto, vt adipiscatur possessionem, vel per officium iudicis, vel per condictionem ex lege ista, vel actione in factum ex æquitate huius legis: vt simile notatur C. de agri. & censi. l. si coloni. lib. xj. Potest dici, quòd subueniatur ei per officium iudicis, vt dictum est suprà. Illæ autem tres viæ non videntur posse stare seu
18 concurrere. Quia si competit † officium iudicis, nulla erit ibi obligatio. in officio enim iudicis non est obligatio. vt ff. de actio. emp. l. qui per collusionem. §. fi. & de dam. infec. l. cùm postulassem. & notatur ff. de varijs & extraordi. cogni. l. j. §. fi. In alijs autem duabus actionibus, si locum habeāt, necessariò erit obligatio. quæ inuicem sunt cōtraria, s. non esse ibi obligationem, & esse ibi obligationem. negari enim nō potest, quin in omni actione sit obligatio, etiā in actione in rem: vt Institu. de ac. in prin. §. item si in iudicio. cui responderi nō poterit. & illa obligatio potest dici ciuilis: quia actiones sunt de iure ciuili: vt ff. de orig. iu. l. ij. §. deinde ex his legibus. Item si competat condictio ex lege ista, erit ex lege noua. sed si competit actio in factum ex æquitate, tunc erit ex lege antiqua duodecim tabularum: vt ff. de condicti. ex lege. l. vna. quod fortè ignoramus. Item nec condictio ex lege ista, nec prædicta in factum actio ex ęquitate, quæ est ff. de prę-scrip. verbis. l. quoties. possunt habere locum: quia non inuenitur, quòd in materia ista dicatur in aliqua lege, quòd aliquid possit peti seu postulari à Reo, nec quòd Reus in aliquo sit obligatus: vt dictum est. Odofredus etiam dicit, quòd tutius † est, quòd quis petat se mitti in 19
possessionem officio iudicis, quàm per viam actionis. licèt Roffredus dicit, quòd agi potest condictione ex lege. & Azo videtur idem dixisse. & glos. idem, C. vbi de hæredi. agatur. l. vna. Sed ego nescirem benè formare libellum, vt apparet ex superioribus. Videretur ergo dicendum secundùm prędicta, quòd hîc aliqua † actio locum non habeat, sed 20
quòd officium iudicis postuletur super missione in possessionem. & ita fiant & dicantur prædicti duo libelli sufficienter formati solū super officio iudicis, cùm in aliqua lege non inueniatur in materia illius legis vltimæ, quòd aliquid possit peti à Reo, nec inuenitur quòd Reus sit in aliquo obligatus. Hoc verum est, vt aliquis libellus non detur, quando iudicis officium imploratur, & petitur per aliquem, quòd ipse mittatur in possessionem bonorum & rerum, de quibus agitur. & quòd in officio iudicis non detur libellus, notauit glo. in rubrica ff. de interrog. act. & sufficit, quòd simplex petitio detur iudici. vt contra verū. potest dici, vt dicitur in c. sæpe contingit. extrà de verbo. signifi. in Cle. Attamen in secundo libello superiùs formato, ibi, dum dicitur, agit contra dictum Reum, & petit per vestram sententiam, &c. dico, quòd malè & ineptè ponitur ibi verbum, agit: quia officium † iudicis non 21
est actio. vt ff. de minori. l. quòd si minor. §. fi. & Insti. de ac. in princip. & ideo remoueatur illud verbum, agit, & dicatur ibi ita: Petit à vobis dicto domino iudice, vestrum officium implorando, se mitti &c. Item eadem ratione, Petrus

non debet se vocare Actorem, nec debet Martinum aduersarium suum vocare Reum.

RVBRICA CLIII.

De actione in factum ex interdicto Vti possidetis.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex interdicto Vti possidetis, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Interdictum Vti possidetis est retinendæ possessionis, & quid requiratur, vt Actor in eo obtineat.*

4 *In interdicto Vti possidetis an requiratur, quòd Reus se possidere contendat.*

5 *Interdictum Vti possidetis concurrit cum actione in rem.*

6 *Interdictum Vti possidetis competit pro vi turbatiua: pro vi inquietatiua Quod vi aut clàm. Et an verbum, non inquietet, benè se habeat ad interdictum Vti possidetis.*

7 *Vis facienda non est.*

8 *Interdictum Vti possidetis pro interesse Actoris competit, quod hodiè venit in omni actione.*

9 *Pro interdicto redditur actio in factum.*

10 *In interdicto Vti possidetis an & quando vterque litigantium sit Actor & Reus. nume. 18.*

11 *Sententia formula in interdicto Vti possidetis, quãdo agitur ad interesse. Et quando illa sic formata procedat. nu. 12.*

13 *Sentẽtia quomodo ferenda sit in interdicto Vti possidetis, si Reus libellum non tradidit, & saltem in aliqua parte actorum quandocunque ante sententiam petere debuit, quòd Actor eum in sua possessione non impediret.*

14 *Interdictum Vti possidetis neuter obtinet, si Actor & Reus contendentes se possidere, se possidere non probauerint, & nulli eorum possessio adiudicabitur. Et quis in expensis sit condemnandus. Idem, si tempore litis contestatæ Actor à Reo vi possederit. nume. 15. aut non possideat, sed Reus ab Actore vi possideat. nume. 16. Et sententia quomodo tunc ferenda sit. nume. 17.*

19 *Sententia nulla executioni non mandatur, quòd ens nullum habet, quod executionem habere possit. Et an tunc saltem super expensis executio fieri debeat. nume. 20.*

21 *In interdicto Vti possidetis si vterque probauerit se tempore litis contestatæ fundum possedisse, ille, qui meliùs probauerit, obtinebit. Et quis obtinere debeat, si vterque æqualiter probauerit. Et iudex in iudicando hoc casu quomodo se habere debeat.*

22 *Testis si cùm agebatur possessorio super fundo, interrogatus deposuit aliquid super proprietate: an nunc agendo petitorio eius depositio valeat. Et si deponat nunc super proprietate aliud, quàm quod iuratus deposuerat, cùm possessorio agebatur, an varius & periurus reputetur, & sic repellendus sit.*

23 *In interdicto Vti possidetis iudex pronunciat, Actorem in possessione fundi potiorem esse, & nihilominùs Reum in centum libris Turonensibus dandis Actori pro interesse & expensis litis condemnauit, cùm satis fuisset, si eum in centum solidis Turonensibus condemnasset: nunquid Reus appellare poterit.*

24 *Contra iudicem, qui litem fecit suam, cur hodiè rarò agatur.*

25 *Appellari licèt de iure à mero possessorio non possit, non tamen ob id iudici malè iudicare concessum est.*

26 *Appellari licèt ab arbitrio non possit, si tamen more iudiciorum cognouit, & malè iudicauit, ipse tenetur, & litem suam fecit.*

27 *Appellari à possessorio non potest, & tamen si sententia ipso iure sit nulla, exe-*

cutio fieri non potest, exceptione nullitatis opposita, vel adito superiore iudice ꝑ sententiæ reuocatione.

28 Appellationis iudex an de nullitate sententiæ vigore libelli cognoscere possit, si à sententia, à qua ius appellare prohibet, vel tali, quæ nulla est, appellatum sit.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, quòd dictus Actor tenet & possidet quendam fundum, situm in territorio Cellæ nouæ, sic & sic confrontatum, quem fundum dictus Reus contendit se possidere, & turbat dictum Actorem in sua possessione, non permittendo eum pacificè vti sua possessione dicti fundi. Vndè cùm vis non debeat fieri ei, qui possidet, agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt eũdem Actorem esse potiorem in possessione dicti fundi per vestram sententiam pronuncietis, & prædictum Reum, vt prædictum Actorem in possessione prædicta nõ perturbet, seu ei vim in prædicta possessione non faciat, sententialiter condemnetis. & cùm intersit dicti Actoris, se non fuisse turbatum per dictum Reũ in prædicta possessione in xx. sol. Turo. petit dictum Reum sibi in prædictis xx. sol. Tur. condemnari, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compelli &c.

2 ¶Probatur † Insti. de interdi. §. retinendæ. Rectè dicitur, quòd Actor possi-
3 det. interdictum † enim Vti possidetis est retinendæ possessionis. vt ibi. Et ad hoc, quòd Actor obtineat, oportet, quòd possideat tempore litis contestatæ. vt Instit. e. §. hodiè. Item oportet, quòd tunc possideat non vi, non clàm, nec precariò ab aduersario. vt ibi. ¶Item rectè dicitur, ꝙ
4 Reus † contendit se possidere. de possessione enim debet esse cõtrouersia. vt ff. vti pos. l. fi. & C. e. l. vna. & ff. de acqui. pos. l. exitus. & no. Insti. de interdi. §. retinendę. in prin. Attamen non requiritur necessariò, quòd Reus se possidere contendit. vt ff. vti pos. l. si duo. §. si vicinus, & no. e. l. in princip. & Instit. de interdic. §. retinendæ. Et concurrit † cum actione in 5
rem. vt ibi no. ¶Item rectè dicitur, quòd Reus turbat † Actorem in sua possessio- 6
ne. Pro vi enim turbatiua competit interdictum Vti possidetis. vt arg. C. si per vim vel alio modo. in rubrica. sed pro vi inquietatiua datur Quod vi aut clàm. & hæc differentia magistraliter notatur C. de his quæ vi metúsve cau. l. j. & ff. e. l. extat edictum. Sed non refert, nec est curandum in interdicto Vti possidetis, siue dicatur turbat, siue inquietat: dum tamen ille, qui agit, possideat, & ad illum finem concludat, vt tueatur in sua possessione, & vt in ea ab aduersario nõ impediatur. quòd autem verbum, non inquietet, benè se habeat ad interdictũ Vti possidetis, habetur ff. vtrobi. l. vna. ¶Item rectè dicitur, Vnde cùm † vis non debeat 7
fieri &c. vt ff. vti possi. l. j. §. est igitur. & in l. vna. C. vti pos. ¶Item rectè dicitur, & cùm intersit † dicti Actoris &c. vt ff. e. 8
l. j. circa princip. & l. si duo. §. fi. hodiè etiam in omni actione venit interesse. vt C. de sententijs, quæ pro eo quod interest. l. vna.

¶Et est notandum, quòd pro † inter- 9
dicto redditur actio in factum. vt Instit. de interdic. §. fina. Item in interdicto
†Vti possidetis, seu in actione in factum, 10
quæ pro eo competit, vterque litigantium est Actor & Reus. est enim duplex. vt ff. vti pos. l. si duo. §. j. & Instit. de interdictis. §. duplicia. Sic & quædam animalia agunt, & patiuntur, i. habent vtrunque sexum. vt ff. de verbo. signifi. l. hæc verba, ille aut ille. in fi. Circa quod est aduertendum, quòd si aliquis tradat libellum super Vti possidetis, nec aduersarius contendat se possidere, sed fortè dicat se habere seruitutem in fundo, quod & potest euenire: vt ff. vti possidetis, l. si duo. §. si vicinus. tunc ille, qui tradit libellum, est verè Actor, & alter Reus, nec tunc interdictum dicitur duplex. Si autem vnus tradit libellum, & alter posteà, durante illa instantia, det etiam libellum in interdicto Vti possidetis super eadem possessione: tunc

erunt

erunt duæ instantiæ, & vna non conseruet aliam. quia separatorum separata debet esse ratio. & fortè ille, qui vincet in vna, vincetur in alia. & tunc quilibet in suo libello erit Actor, nec subintelligetur esse Reus. & sic non erunt tunc illla interdicta duplicia. arg. ff. de vul. & pupil. substi. l. iam hoc iure. in fi. & l. cùm ex filio. §. filio. Si autem vterque insimul tradat libellum, & fiat vna litis instantia vtriusque libelli, quod potest sustineri, potissimè propter naturam interdicti Vti possidetis, quia est duplex: tunc vterque erit Actor & Reus, & simul causa diffinietur. Si autem vnus tradat libellum, & alter non, si tamen ille alter contendat se possidere: tunc etiam vterque erit Actor & Reus. Nec miretur quis, quia in alijs duplicibus iudicijs, quæ sunt ff. de iud. l. in tribus. & de ac. & obli. l. actionis verbo. §. fin. vterque est Actor & Reus. nec inuenitur, quòd vterque debeat tradere libellum: sed sufficit, quòd vnus tradat eum, & erit vterque Actor & Reus.

SENTENTIA.

11 CVM dictus Actor † sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis pronunciamus, ipsum esse potiorem in possessione dicti fundi. & condemnamus dictum Martinum, vt dictum Petrum in prædicta sua possessione non turbet. Item, cùm dictus Petrus probauerit sua interesse in prædictis xx. sol. Turon. in prædicta petitione contentis, se non fuisse turbatum in possessione prædicta, per prædictum Martinum: condemnamus dictum Martinum in prędictis xx. sol. Tur. dandis dicto Petro, pro prędicto interesse suo. & nihilominus condemnamus dictum Martinum in c. sol. Turo. dandis dicto Petro pro ex-

12 pensis &c. ¶ Prędicta sententia † formata est & procedit, quando Petrus, qui libellum tradidit, probauit plenè, & Martinus nihil sufficiens probauit.

¶ Si autem Petrus, qui tradidit libellum, nihil probauit sufficiens ad obtinendum: Martinus autem, qui libellum non tradiderat, probauit sufficienter se possidere: tunc absoluetur Martinus à petitione Petri. & quia etiã Martinus probauit se possidere, ipse pronunciabitur potior in possessione, & hoc de iure communi. arg. ff. de proba. l. circa. in fi. cum ibi. no. & nihilominùs propter specialem naturam interdicti, quia est duplex, & quia par vtriusque litigatoris conditio est: vt Insti. de interdic. §. duplicia. iudex debebit condemnare Petrum, qui libellum dedit, & non probauit, ne dictum Martinum turbet in sua possessione dicti fundi. Quidam tamen † dicunt, quòd 13
Martinus, qui libellum non tradidit, debuerit petere saltem in aliqua parte actorum quandocunq; ante sententiam, quòd Petrus non turbaret seu non impediret eum in sua possessione dicti fundi, licèt libellum non tradidisset. argu. ff. communi diui. l. vt fundus. & de nego. ge. l. Pomponius lib. xxvj. in negocijs gestis. Et ferretur tunc talis sententia per iudicem.

SENTENTIA.

CVM dictus Petrus, qui libellum tradidit, non probauerit sufficienter intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis dictum Martinum absoluimus à dicta petitione, & à contentis in ea. Item, cùm dictus Martinus sufficienter probauerit, se possidere dictum fundum: idcirco pronunciamus eum esse potiorem in possessione dicti fundi. & nihilominùs, quia iudicium Vti possidetis est duplex, & par vtriusque litigatoris conditio est, condemnamus dictum Petrum, vt dictum Martinum in possessione sua dicti fundi non perturbet. & quia dictus Martinus probauit sua interesse in x. sol. Turon. quia fuit turbatus à dicto Petro in prædicta possessione, condemnamus dictum Petrum in prædictis x. sol. Turo. dandis dicto Martino pro interesse suo prædicto. & nihilominus condemnamus dictum Petrum in c. sol. Tur. dandis dicto Martino pro expensis &c.

¶ Si autem † nec Petrus, qui tradidit 14
libellum, nec Martinus contendens se

possidere, probauerint se possidere: quia fortè constat ex actis vtrunque esse colonum dicti fundi, & ita nullus eorum possidet. vt ff. de vsucapi. l. non solùm. §. j. in fine. tunc neuter obtinebit interdictum Vti possidetis, scilicet, quia nulli eorum adiudicabitur possessio. Petrus tamen condemnabitur in expensis, quia ipse vocauerit in ius Martinum. argu. ff. de iudi. l. in tribus. in fi. & si quadru. pau. fe. di. l.
15 j. §. cùm arietes. Item † si Petrus, qui tradidit libellum, probauerit se possedisse tempore litis contestatæ, constet tamen ipsum tunc possidere vi ab aduersario Martino: quia & tunc neuter obtinebit. Petrus non: quia vi ab aduersario possedit. Martinus non: quia non possedit tunc. vt Instit. de interdictis. §. hodiè. Petrus tamen condemnabitur in expensis: vt in præcedenti casu dictum est. Idem,
16 † si Petrus, qui tradidit libellum, non possedit, & Martinus, licèt possideat tempore litis contestatæ, possedit tamen vi ab aduersario Petro: quia tunc neuter obtinebit in possessorio retinendæ. Petrus, qui tradidit libellum, non obtinebit: quia non possedit tempore litis contestatæ. Martinus etiam non obtinebit, nec iudicabitur potior in possessione: quia & ille tunc possedit vi ab aduersario Petro. Petrus verò condemnabitur in expensis: quia ille prouocauit ad iudicium. vt dictum est. & ille cùm debuisset experiri ex interdicto Vnde vi, tanquam expulsus à possessione, egit tanquam possidens per interdictum Vti possidetis, & ita ineptè egit. poterit tamen ad aptâ redire, scilicet, ad interdictum Vnde vi. vt no. ff. si mensor fal. mo. dixe. l. j. §. j. sic & qui egit rei vendicatione, & succubuit, redit ad Publicianam, licèt videatur sibi contrarius: quia & illud est diuersis temporibus. vt no. ff. de euic. l. minor. §.
17 j. Et poterit ferri talis † sententia.

SENTENTIA.

CVM dictus Petrus, qui libellũ prædictum obtulit, non probauerit se possedisse dictum fundum tempore litis contestatæ; idcirco per sententiam in his scriptis dictum Reum absoluimus à prædicta petitione, & contentis in ea. Item, cùm dictus Martinus, contendens se possidere dictum fundum, intendens obtinere in causa præsenti super interdicto Vti possidetis, licèt probauerit se possedisse, attamen quia constat ex actis præsentis causæ, ipsum possedisse tempore litis contestatæ vi ab aduersario Petro: idcirco per eandem sententiam pronunciamus, prædictam possessionem tanquam violentã non debere ei proficere in interdicto Vti possidetis. & dictum Petrum absoluimus ab intẽtione dicti Martini. & sic neutram partem super interdicto Vti possidetis alteri condemnamus. Attamen quia Petrus libellũ prædictum tradidit, & ad iudiciũ Martinum aduersariuum suum vocauit, condemnamus eundem Petrum in l. sol. Tur. dandis dicto Martino pro expensis &c.

¶ Probatur, quòd neuter debeat obtinere, Insti. de interdic. §. hodiè. Item Petrus, qui libellum tradidit, debeat absolui ab intentione Martini, probatur: quia interdictum † Vti possidetis est duplex, 18
& vterque litigantium, tam Rei, quam Actoris vicem sustinet. vt Instit. e. §. duplicia. & si Martinus probasset se possidere, non vi, non clàm, nec precariò ab aduersario, ipse pronunciaretur potior in possessione. & Petrus, qui libellum tradidit, fuisset condemnandus, vt dictum Martinum non turbaret in possessione sua dicti fundi. vt apparet ex superioribus. ergo in hoc casu dictus Petrus est absoluendus: quia contrariorum eadem est ratio per contrarium. vt Institu. de ac. §. tempore. & facit ff. de re iudi. l. iij. Item quia par est conditio vtriusque litigatoris. vt Institu. de interdictis. §. duplicia. Nulla autem prædictarum sententiarum † mandabitur executioni: 19
quia nulla earum habet aliquod ens, quod executionem possit habere, nisi sententia expensarum. Item est notandum, quòd nedum hoc † casu, immò & 20
in omnibus, in quibus neuter obtinet, nulla debet nec fieri potest executio, nisi super expensis. & nec in illis, si iudici visum fuerit in sententia, nullum esse subden-

dendum condemnationi expensarum, quod & potest esse. vt in cor. de iudi. §. oportet. collat. vj.

21 ¶ Si autem vterque † probauerit, se dictum fundum possedisse tempore litis contestatę: si appareat, quis eorũ meliùs probauerit, ille obtinebit. vt ff. de testibus. l. ob carmen. §. fi. Si autem vterque æqualiter probauerit se possidere, tunc fortè Reus deberet obtinere in dubio. ar. ff. de ac. & ob. l. Arrianus. & de reg. iu. l. fauorabiliores. Attamen, quia in isto interdicto Vti possidetis vterque est Actor & Reus: ideo in casu nostro non habet locũ illa rátio. Iudex ergo tũc abstineat à iudicando, postq̃ non est sibi liquidũ, quis eorũ possideat: & prohibeat eos, ad arma venire: vt ff. de vsufru. l. si cuius. aliâs, si vsusfructus. §. deniquę. & no. C. vti pos. l. vna. & suadebit eos venire ad petitorium. Et poterit ita dicere: C V M vtraque pars, s. Petrus, & Martinus, ex quodam infortunio & ex maledictione quadam probauerit possessionem dicti fundi, intàtum, quòd non potest perpendi, quis eorũ meliùs probauerit: attendentes, impossibile esse, duos possidere insolidũ prędictum fundum eodem iure: vt ff. de acqui. pos. l. iij. §. ex contrario. & commodati. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. Idcirco à iudicando super possessione dicti fundi penitus abstinemus. & quia ex verisimilibus meritò timemus, quòd partes veniant ad arma & rixas: ideo dictum fundum ad manum curiæ nostræ ponimus, & iubemus prædictis partibus, ne ad dictum fundum accedant causa colendi, nec ex causa alia, donec cognitũ seu iudicatum fuerit, ad quem prædicti fundi proprietas debeat pertinere. ¶ Probatur, vt statim dictum est. Et erit mirum: quia in casu prædicto aget rei vendicatione ille, qui dixit & probauit se possidere dictũ fundum, nec adhuc cessat dicere se possidere. & sic est contrà, Insti. de ac. §. sed istę quidem actiones. & ff. de acqui. pos. l. exitus. Sed illud faciet necessitas, quæ legem aliquando non habet: & etiã consulendum est petenti suum. arg ff. de eo, quod certo loco. l. j. Est tamen notandum circa hoc quòd si cùm † agebatur possessorio super 22 prędicto fundo, testis interrogatus deposuit aliquid super proprietate: certè eius depositio non valebit, nunc agendo petitorio, nec interrogari debuit. vt ff. de iureiu. l. si duo patroni. §. idem Iulianus. in fi. & notatur C. qui leg. perso. l. fi. possessio enim, & proprietas, sunt separata: vt ff. de acq. pos. l. naturaliter. §. nihil. Attamen, si ille testis deponat nunc super proprietate aliud, quàm quod iuratus deposuerat, cùm agebatur possessorio: ipse reputabitur varius & periurus, & sic erit repellendus.

¶ Ponamus, iudex † pronunciat, Petrum esse potiorem in possessione dicti fundi, & nihilominùs condemnauit Martinum in c. lib. Turon. dandis Petro pro interesse & expensis litis, cùm fuisset satis, si condemnasset eum in l. solid. Turonen. nunquid poterit Martinus appellare, & dicere ita: Domine iudex, oportet me acquiescere sententiæ vestræ super possessione fundi: quia ab ea appellare non possum de iure ciuili: vt C. si de momenta. posses. appellat. fu. l. vna. & ego benè intendo recuperare possessionem agendo petitorio ad fundum: sed quia condemnastis me in c. lib. Turonen. dandis dicto Petro, ego appello &c. Et videtur posse dici, quòd valeat: quia grauamen illud est in dando, & non poterit reparari agendo posteà petitorio ad fundum: & sic cessat quodammodo ratio, quare à possessorio non appellatur. Vel potest dici, quòd non valet talis appellatio: quia indistinctè prohibetur appellari, cùm causa dicitur ventilata de possessione: vt in prędicta l. & condemnatio facta in prędictis c. lib. Tur. est accessorium possessorij iudicij. ergo sequatur naturam principalis. ar. ff. de pe. l. ij. sed quòd agatur contra iudicem, qui fecit litem suam malè iudicando, super interesse & expensis: vt Instit. de ob. quæ ex quasi delicto nas. in princip. Sed adhuc † non vidi, nec audiui, quòd ageretur 24 contra iudicẽ, qui fecit litem suã, propter seruitia seu munera fortè, quę superiores vel eorũ vxores recipiũt ab inferioribus iudi-

iudicibus. vel fortè, quia superiores eodem morbo laborant, fauore, vel odio, quandoque malè iudicando. & ideo non curant super hoc corrigere inferiores, cogitantes verbum Iesu Christi, scilicet,
Ioan. 8. Qui vestrûm sine peccato est, primus proijciat lapidem. malè tamen applicari potest illud verbum. Clauis ergo iustitiæ errat in talibus. Item dico, quòd li-
25 cèt à mero † possessorio non appelletur de iure, tamen nihilominùs, si iudex malè iudicet adiudicando possessionem illi, cui non debuit adiudicare: & sic aufert alteri commodum possessionis, quod est magnum: vt Insti. de interdic. §. commodum. ipse facit litem suam. quia licèt non possit appellari, nō tamen est concessum propter hoc iudici malè iudicare. immò iudex diligentior deberet esse in tali sententia ferenda: quia cautiùs agenda sunt, quæ non retractantur: vt C. de appella-
26 tio. l. ne causas. Item, ab arbitrio † non appellatur: vt C. de arbit. l. j. & tamen si cognouit more iudiciorum, & malè iudicauit, ipse tenetur, & fecit litem suam. vt C. de pac. l. si quis in conscribendo. in
27 fi. ¶ Item est notandum, quòd licet † à possessorio non possit appellari, tamen si sententia talis sit nulla ipso iure, certè non poterit fieri executio, exceptione nullitatis opposita & perpetuò obstante: vt ff. de re iudi. l. iiij. §. condemnatum. & de excep. do. l. purè. §. fi. Poterit etiam tunc adiri superior iudex, vt, quatenus de facto lata est, ipsam reuocet. arg. C. de accu. l. absentem. & hoc infra triginta annos. cùm aliàs tanto tempore omne ius regulariter tollatur: vt C. de præscrip. xxx. an. l. sicut in rem. in princ. & l. cùm notissimi. §. j. ¶ Item est notandum, quòd
28 si † à tali sententia, à qua ius prohibet appellare, fuerit appellatum, vel aliàs appellatio sit talis, quæ ipso iure non valeat: tunc si coram iudice appellationum oblatus fuit libellus ex illa appellatione & tanquam in causa appellationis, certè iudex iuxta libellum suum seu vigore illius libelli non poterit cognoscere de nullitate prædictæ sententiæ. quia postquàm iure disponente de appellatione non potest cognoscere, quæ est principalis: ergo multò minùs de nullitate, quæ est accessoria seu incidens. vt no. C. quando prouo. non est necesse. l. j. Oportebit ergo tunc tacere de appellatione: sed poterit adiri ille superior iudex, & coram eo debebit tunc offerri libellus super nullitate sola. sed si esset talis causa vel sententia, à qua ius non prohiberet appellare, & esset aliàs ritè appellatum, si sententia esset nulla ipso iure: tunc dato libello tanquam in causa appellationis, ille iudex superior posset incidenter cognoscere de nullitate sententiæ: vt ibi no.

RVBRICA CLIIII.

De actione in factum ex interdicto Vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex interdicto Vnde vi quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Actio in factum, quæ loco interdicti Vnde vi competit, datur ei, qui, dum possidebat, de possessione expulsus est. Et est recuperandæ possessionis.*

4 *Declaratione alia non indiget, quod notum est omnibus.*

5 *Interdictum Vnde vi atrocem seu dolo malo factam expulsionem requirit.*

6 *Interdicto Vnde vi petitur restitui possessio.*

7 *Interdictum Vnde vi licèt competat pro rebus soli, tamen & res mobiles occasione immobilium ibi veniunt.*

8 *In interdicto Vnde vi omnis causa damni venit, & si singula deperdita probari non possint, iuramento expulsi, taxatione iudicis præcedente, stabitur.*

9 *In interdicto Vti possidetis ille succumbit, qui vi vel clàm vel precariò ab aduersario, non si ab alio possidet. Secus in interdicto Vnde vi, vbi per vim de possessione rei immobilis expulsus, nedum si ab alio, sed etiam si ab aduersario vi vel clàm vel precariò possideat, obtinebit.*

10 Possessor

10 *Possessor clandestinus non est per vim expellendus.*

11 *Precariò si fundum habeo, & nullo modo eum possideo, vis expulsiua contra me committi non potest. At si ipsum saltem naturaliter possideo, & expellor, etiam ab illo, à quo precariò ipsum habeo, in interdicto Vnde vi eum vincam.*

12 *Interdictum Vnde vi datur contra illum, qui de possessione rei immobilis alium per vim verè vel interpretatiuè expulit. Quod fallit in casibus, vt ibi.*

13 *Sententia formula in actione in factum ex interdicto Vnde vi.*

14 *Iuramentum, quod praestatur super rebus perditis & damnis datis ex inuasione, taxatio iudicis praecedere debet. Et quid in alijs iuramentis.*

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinū, quòd cùm dictus Actor possideret quandam domum, sitam in Monte Pessulano, vocatam porticum Deutiriæ, dictus Petrus per vim atrocem expulit dictum Actorem de possessione dictæ domus. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad restituendum dicto Actori possessionem dictæ domus, & ad restituendum etiam mobilia, quę ibi habebat dictus Actor, dum expellebatur, & ibi remanserunt: necnon & in omni causa damni, quòd praeter prędictam expulsionem sensit seu sustinuit, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum ad praedicta iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas occasione praesentis causae factas, & protestatur de faciendis, quas omnes in processu causae suo loco & tempore, prout de iure fuerit, declarabit. implorans, domine iudex, vestrum officium in omnibus, in quibus circa praesentem causam est vel de iure fuerit implorandum.

2 ¶ Probatur † Insti. de interdic. §. recuperandae. Rectè dicitur, quòd cùm Actor possideret &c. quia actio † in factum, quę 3 competit loco interdicti Vnde vi: vt Insti. eo. tit. §. fi. datur ei, qui dum possidebat, expulsus est de possessione: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictum autem hoc. datur enim ad recuperandum possessionem: vt e. l. §. j. Ille enim, qui non possidet, non potest videri vi deiectus, etiam si prohibeatur possessionem accipere: vt e. l. §. eum qui neque animo. ¶ Item rectè dicitur, domum vocatam porticū Deutiriae: quia † non indiget alia declaratione, intantum est nota omnibus illa domus. argu. ff. de rebus credit. l. certum. & de lib. & posthu. l. ij. & C. qui testa. fa. pos. l. hac consultissima. circa princ. vbi no. quòd certa est haeredis institutio, dicendo, Heredem mihi instituo Gallopressum. qui erat bidellus domini Azonis, vt dicitur, & nullus alter erat Bononiae, qui ita vocaretur. ¶ Item rectè dicitur, per vim atrocem expulit &c. Atrox † enim seu dolo malo facta expulsio re- 5 quiritur: vt ff. de vi & vi arma. l. j §. ij. & §. interdictum hoc. & etiam requiritur vis expulsiua, & non compulsiua: vt e. ti. l. si rerum. Et potest dari exemplum de non atroci & licita vi: vt eo. ti. l. qui possessionem. & de rei vendi. l qui restituere. & C. de iure emphyteu. l. ij. & de pig. l. iij. ¶ Item rectè petitur † restitui posses- 6 sio domus. vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. j. & Insti. de interdic. §. recuperandae. ¶ Item rectè petuntur mobilia restitui: quia licèt interdictum † Vnde vi competat pro 7 rebus soli, tamen & res mobiles ibi veniunt occasione immobilium: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. si fundus. & §. quod autem. & facit, quod no. C. de iniur. l. dominum. ¶ Item rectè dicitur, & cum † omni cau- 8 sa damni &c. vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. qui vi deiectus. & §. non solùm. & l. interdicto. j. Et si singula deperdita non possint probari, stabitur iuramento expulsi, taxatione iudicis praecedente: vt C. vnde vi. l. si quando.

¶ Nunc est notandum, quòd in interdicto † Vti possidetis debet succumbere 9 ille, qui vi, vel clàm, vel precariò possidet ab aduersario. licèt non sit curādum, si ab

si ab ab alio possideat vi, vel clã, vel precariò: vt expressè habetur Insti. de interdi. §. retinēdę. Sed in isto interdicto Vnde vi, ille qui est expulsus per vim de possessione rei immobilis, obtinebit nedū si ab alio vi, vel clã, vel p̄cariò possideat: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. qui à me vi possidebat. immò etiam, si ab aduersario vi, vel clàm, vel precariò possidebat. vt expressè habetur. Insti. de interdic. §. recuperandæ. verbi gratia: Ego expuli Martinum per vim de possessione dictæ domus, & posteà ex interuallo expulit me: certè ego obtinebo contra eum, si agam interdicto Vnde vi, licèt ego possiderem ab eo vi, quando me expulit ex interuallo. vt ibi. & immò & violentia, per me contra eum priùs commissa, videtur & est ciuiliter & criminaliter absorpta per secundam violentiam per eum ex interuallo commissam. vt C. ad leg. Iul. de vi pu. vel pri. l. si quis ad se fundum. & ibi no. licèt glo. illud videatur reuocare in dubium, ff. de vi & vi arma. l. j. §. qui à me. Item circa clandestinam possessio-
10 nem dico, quòd clandestinus † possessor non est per vim expellendus. vt satis colligitur de acquiren. pos. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. Item circa precariam possessionem dico, quòd si ego pre-
11 cariò † habeo fundum, & nullo modo eum possideo, quia hoc actum est inter me & eum, qui precarium mihi concessit: vt no. ff. de preca. l. & habet. §. eum, qui. tunc non potest vis expulsiua contra me committi. vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. eum, qui neq; animo. si autem fundum precariò habeo, & ipsum possideo saltem naturaliter, quod semper est verum in dubio: vt ff. de preca. l. & habet. §. eum, qui. tunc si ego expellor, etiam ab illo, à quo precariò ipsum habeo, ego vincam eum in interdicto Vnde vi. vt Insti. de interdic. §. recuperandæ. & ff. de vi & vi ar. l. j. §. deijcitur. licèt enim ille, qui precariò dat, possit reuocare precarium, quando vult: vt ff. de preca. l. cùm precariò. j. l. non tamen debet possessionem sua propria authoritate alij auferre. vt Insti. de interdictis. §. recuperandæ.

¶ Secundò est notandum, quòd interdictum Vnde vi † datur contra illum, qui 12 de possessione rei immobilis per vim alium expulit verè vel interpretatiuè. vt ff. de vi & vi ar. l. j. in princip. & §. deiecisse. nec egreditur personam illam. vt ff. e. l. cum à te. Fallit in domino serui, qui noxaliter tenetur nomine serui. vt ff. e. l. j. §. quod igitur. Item fallit in domino & patre, ad quos aliquid peruenit ex illa violentia, per seruum, vel mercenarium, vel filium facta, licèt illud non fecerint nomine domini vel patris. vt e. §. & §. si filius. Item fallit, quando violentus non est soluendo: quia tunc datur contra illum, ad quem aliquid peruenit ex illa violentia. ar. ff. de eo per quem factum erit. l. fi. §. j. & no. ff. de vi & vi ar. l. cùm à te. & l. si de fundo. Item fallit in eo, cuius nomine violentia facta est, non tamen eam ratam habuit. quia si ad eum aliquid peruenit, tenetur ad illud vtili interdicto Vnde vi. vt eo. ti. l. si vi me. j. Item fallit in hęrede violenti, qui tenetur de eo, quod ad eum peruenit. vt ff. eo. l. iij. in fi. & l. si plures. in princi. Item fallit lite contestata cum violento: quia tunc eo defuncto hæres eius tenetur insolidum. vt C. ex delic. defunctorum. l. vna.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor sufficienter pro- 13 bauerit, se fuisse expulsum per vim de possessione dictæ domus, per dictum Reum, & sit etiam sufficienter probatum, dictum Actorem habuisse in dicta domo tempore expulsionis tales & tales libros, & talem lectum & sic munitum, & xij. scutellas argenteas, quamlibet de vna marcą argenti, & duos equos tales in stabulo dictę domus, & de fœno x. quintalia: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, ad restituendum dicto Actori possessionem dictę domus, & libros, & lectum, & scutellas, & equos, & fœnum prędictos. Item, cùm dictus Actor dicat se perdidisse ex inuasione prędicta xxx. lib. Turo. quas habebat tunc, vt dicit, in armario cameræ suæ, & de espletha seu garnimentis dictæ domus, & de alijs rebus mobilibus, quæ erant

erant tunc infra domum, ad valorem aliarum xxx. lib. Turo. quæ non probauit, & asserit ea se non posse probare nisi per iuramentum suum, quod sibi à nobis deferri supplicat: Nos attendentes dictum Actorem ex qualitate personæ seu verisimiliter habuisse ibi in domo pecuniam numeratam vsque ad summam xxx. lib. Tur. & quia in septimana præcedéti fecerat collectam Scholaribus suis, & etiam debuisse verisimiliter ibi habere esplecham seu garnimenta, & alia mobilia, de his, quæ se perdidisse dicit, ad valorem xx. lib. Turon. taxamus seu æstimamus omnia prædicta in l. lib. Turo. & condemnamus dictum Reum in prędictis l. lib. Turo. dandis dicto Actori: quia & ęstimatione prædicta nostra præcedente, delato sibi à nobis iuramento, iam iurauit ad sancta Dei Euangelia coram nobis, prædicta deperdita, & in quibus damnificatus est, valuisse tempore expulsionis prædictas l. lib. Turon. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. solid. Turo. dandis dicto Actori pro expensis, quas idem Actor fecit occasione præsentis causæ. quos c. sol. Tur. dictus Actor, delato ei à nobis iuramento, taxatione nostra pręcedente, iurauit se expendisse occasione præsentis causæ. ¶ Et est no-
14 tandum, quòd taxatio iudicis† debet pręcedere iuramentum, quod pręstatur super rebus perditis & damnis datis ex inuasione. idem in iuramento expensarum litis. Et est ratio, quia illa iuramenta sunt veritatis. Sed in iuramento in litem, vel in iuramento iniuriarum: quia sunt affectionis, vel voluntatis, potest taxatio præcedere vel subsequi.

RVBRICA CLV.
De possesione.

SVMMARIVM.

1 Possessiones sunt duæ, & quæ sint illæ, & quomodo acquirantur.

2 Possessio quædam alia, quæ rei detentatio asinina dicitur.

3 Testis rusticus si deponat, & se aliquem tenere & possidere fundum vidisse dicat: & interrogatus, Quid est possessio, dicat se nescire: an & quãdo de possessione iuris, vel asinina, quæ facti est, deposuisse intelligatur.

4 Possessio naturalis & ciuilis an in substantia vna sit, licèt ex qualitatibus diuersificetur: vel in substantia duæ diuersæ sint.

5 Possessionem naturalem qui habeant, & quomodo illa retineatur. Et an pro ea, si quis turbetur, interdictum Vti possidetis locum habeat.

6 Possessionem ciuilem tantùm qui habeant, & quomodo illa retineatur, & amittatur.

7 Possessionem naturalem & ciuilem qui habet, quomodo alteram retineat, & alteram perdat.

8 Possessionem ciuilem si habeo per me, & naturalem per alium, quomodo & quando has retineam, & amittam.

9 Possessionem ciuilem si habeo per me, & quidam alter per se naturalem habeat, & sic bis omnino separatis, per vnam alteri praiudicium fieri non debet, sed ius suum cuilibet seruari debet. Et an tunc locum habeat l. fin. C. de acquiren. possess.

10 Possessorium remedium an habeat Titius contra extraneum, qui eum turbauit in feudo, quod alteri iterum infeudum dederat, sed ex pacto vel aliàs ad eum redierat, & ad manum suam, saluo iure proprietatis & possessionis, tenere cœperat.

NVNC circa materiam interdictorum, Vti possidetis, & Vnde vi, super possessione est notandum, quòd duæ sunt † possessiones, s. naturalis, & 1
ciuilis. Naturalis est, quæ natura sua corpore consistit, ab eo, qui rei insistit: vt ff. de acqui. pos. l. j. in prin. Sed ciuilis est, quæ animo & iure consistit: vt C. e. l. nemo ambigit. Et ista ciuilis possessio dicitur in ænigmate ad naturalem: vt no. ff. e. l. iij. §. ex contrario. & dicitur in ænigmate, id est, in speculo: vt no. in cor. de æqualitate dotis. §. j. collat. vij. aliâs dicitur in ænigmate, scilicet in obscuritate: vt not. in cor. de resti. in prin. in verb. in ænigmate. col. viij. Et vtraque, s. natu-

ralis sola, & ciuilis sola, vel vtraque insi-
mul, acquiritur corpore & animo: vt ff.
de acquiren. possess. l. iij. in principio. &
l. quemadmodum. Aliquando tamen ci-
uilis acquiritur ignoranti: vt ff. e. l. sed
& si nolit. & aliquando naturalis & ciui-
lis: vt eo. tit. l. j. §. adipiscimur. & l. iij. §.
saltus. Et prędictæ duę possessiones non
tantùm sunt corporis, sed & iuris sunt:
vt eo. titu. l. peregrè. in principio. & l.
possessio quoque. §. j. Item est quędam
2 alia † possessio, quæ est quædam rei de-
tentatio asinina, sicut asinus tenet sellam.
de qua notat. ff. eo. l. j. §. furiosus. & l.
quod seruus. & l. possessionem. Et si ru-
3 sticus † deponat, & dicat se vidisse ali-
quem tenere & possidere fundum: & in-
terrogatus, Quid est possessio, dicat se
nescire: intelligetur deposuisse de pos-
sessione, quæ est facti. vt not. ff. de ver-
borum obligat. l. stipulatio ista, habere
licere. §. hæc quoque stipulatio. & sic de
possessione asinina: quia naturalis, & ci-
uilis possessio, sunt iuris: vt dictum est.
Attamen si rusticus diceret, Nescio quid
est possessio: sed benè scio, quòd ille,
quem dico possidere, fecit dictum fun-
dum excoli & seminari. certè satis resul-
tat, quòd ille possideat: vt nota. C. fini-
um regun. l. iij. nisi aliquid aliud in con-
4 trarium probaretur. Item prædicta † na-
turalis & ciuilis possessio est vna in sub-
stantia penès eundem hominem: sed di-
uersificatur per qualitates, & ex qualita-
te quadam dicitur naturalis, & ex qua-
dam alia dicitur ciuilis, secundùm Azo-
nem. Sed secundùm Iohannem duæ sunt
possessiones, scilicet, naturalis, & ciuilis,
diuersæ in substantia etiam penès eun-
dem. Et vtraque opinio est probabilis, &
posset sustineri. sed glossator noluit di-
cere, quæ opinio esset verior: sed dixit,
quòd tutius est tenere opinionem Iohan-
nis: vt not. ff. de acquiren. pos. l. j. in prin-
cip. Sed teneamus opinionem Iohannis,
vt veriorem: quia opinio domini Azo-
nis non est ita clara, & habet intricare in-
tellectum circa possessionem, nunc ac-
quirendam, nunc amittendam.

¶ Secundò est notandum, quòd em-
phyteuta † & feudatarius habent natura- 5
lem possessionem: quia pro suo vtili do-
minio ipsi rei insistunt: vt ff. de acquiren.
possess. l. j. in princip. & not. e. tit. l. iij. §.
ex contrario. Item, vsufructuarius &
vsuarius habent naturalem possessio-
nem. vt ff. vti possidetis. l. fi. Item, qui
precariò rem habet, in dubio habet natu-
ralem possessionem tantùm: vt ff. de
preca. l. & habet. §. eum qui. Omnes au-
tem tales & similes, qui solam possessio-
nem naturalem habent per se, & ad opus
suijpsius, retinent eam animo solo, quo-
cunque vadant, etiam ad nundinas, vel
apud sanctum Iacobum: vt colligitur
ff. de vi & vi ar. l. j. §. interdictum au-
tem hoc. & l. iij. §. vnde vi. Et licèt pos-
sessio naturalis, tunc quia sola est, &
ideo magis adiuuanda est, retineatur so-
lo animo: ipsa tamen nihil ciuilitatis seu
ciuilis possessionis habet: vt nota. ff. de
acquiren. possess. l. j. in princip. & l. natu-
raliter. in principio. Item pro prædicta
naturali possessione sola, si quis turbetur
in ea, habet locum interdictum Vti pos-
sidetis: vt ff. vti possidetis. l. fin. & inter-
dictum Vnde vi, si quis de ea vi expel-
latur: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. de-
iicitur.

¶ Tertiò est notandum, quòd qui ha-
bet ciuilem † possessionem tantùm: vt est 6
dominus, qui rē dedit in emphyteusim,
vel in feudum, vel alij similes: ipsi reti-
nent eam animo solo, quocunq; vadant:
vt C. de acqui. pos. l. licèt. & ff. e. l. clàm
possidere. §. qui ad nundinas. Et talis, qui
solam ciuilem possessionē habent, amit-
tunt eam, si longam absentiam traxerint:
quia tunc præsumuntur possessionem
obliti, & præsumitur fundum esse vacan-
tem: vt Insti. de vsuca. §. quod autem. ali-
às autem, si non esset obliuio pręsumpta
ex tempore longo, non amitteretur pos-
sessio ex obliuione, nisi priùs diligenti
inquisitione facta, ille possessor nō recor-
daretur de loco, vbi est ille fundus, quē
possidebat: quia tunc amitteret eam: vt
arg. ff. de acqui. pos. l. iij. §. Nerua filius. &
l. peregrè. circa prin. licèt illa iura in re
mobili loquantur.

¶ Quar-

¶Quartò est notandum, quòd si quis
7 habet † naturalem & ciuilem possessionem fundi insimul & per se, illæ duę possessiones non sunt vna in substantia, sed sunt diuersæ in substantia: vt suprà dictũ est. Et si ille, qui sic habet vtranque, exeat fundum, ipse retinet ciuilem: vt C. de acqu ir. pos. l. licèt. sed naturalem, quia fundo non insistit, perdit. vt ff. e. l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. Attamen quamdiu est in conspectu fundi, quantumcunque sit à longè, ipse retinet illam naturalem: quia & sic posset acquiri: vt ff. e. l. quod meo. §. si venditorem. ergo & sic retineri possit. ar. ff. de superfi. l. j. §. is autem. Idem, & si non est in conspectu, dum tamen fundus sit de proximo, vt citò possit ingredi ille possessor: quia tunc retinet naturalem: vt no. ff. de acquiren. pos. l. j.

¶ Quintò est notandum, quòd si ego
8 habeo † ciuilem per me, & naturalem per alium: vt per colonum, vel inquilinum, & sic de alijs: de quibus habetur ff. e. l. iij. §. saltus. & l. si id quod. §. j. & l. qui vniuersas. §. fin. si ille, per quem habeo naturalem, discedat animo retinendi mihi possessionem naturalem: tunc per eum habeo eam, quocunque vadat: vt ff. eo. l. iij. §. quòd si seruus. & l. si colonus. & no. in l. j. in principio. Item, si ille, per quem habeo naturalem, furare cœperit, vel alij vendat fundum, non tamen tradat, sed ab illo emptore conducit: adhuc retineo per eum naturalem. & idem, si alij commodat: vt ff. e. l. si id quod. §. j. & l. qui vniuersas. §. fina. & l. quanuis. §. si conductor. Sed si alij corporaliter fundum tradat alienando: tunc amitto vtranque possessionem, etiam ignorans. vt ff. e. l. iij. §. quòd si seruus. & de vsuca. l. non solùm. §. qui pignori. & notatur ff. de acquir. posses. l. quod meo. §. j. Item ille, per quem habeo naturalem, sibi causam possessionis mutare non potest, causa extrinseca non interueniente: vt C. eo. l. cùm nemo. & ff. e. l. iij. §. illud. & l. qui bona. §. j. Item, quamdiu naturalem habeo per alium, ego animo solo non possum desinere possidere: vt ff. e. l. peregrè. §. quibus. etiam si suspicarer me vi posse repelli: vt ibi. Item, si ille, per quem habeo naturalem, deijciatur, ego etiam ignorans amitto vtranque possessionem: vt ibi. & ff. de vi & vi arma. l. j. §. quod seruus. Item, si ille deserit, vel derelinquit possessionem: tunc statim amitto naturalem. & si negligam eam resumere, tunc amitto etiam ciuilem: vt ff. de acquiren. pos. l. si de eo. §. j. prout est ibi, idem æstimandum. Item, si perdit, dico penitus idem, sicut quando derelinquit: cùm sit eadem ratio. Item lex coniungit ea, C. e. l. fina. in principio. Item, si ille, per quem habeo naturalem, moriatur: statim amitto eam: & si negligã eam resumere, amittam etiam ciuilem. vt ff. e. l. si de eo. §. j. Item, nisi per negligentiam in causa possum amittere ciuilem: quia non resumam naturalem, vt dictum est. si antequàm negligam resumere, alter quidam ingressus fuerit eam, si tunc ego suspicer me posse repelli, amittam etiam ciuilem. vt in e. §. in fi. Item, si ego deijcior, & mei, per quos habeo naturalem, non fuerint deiecti: ego non videor deiectus, nec aliquam possessionem amitto. vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. non alij. Itẽ, si ego moriar, amittitur vtraque possessio, quantum ad me: quia mors omnia soluit. vt in cor. de nup. §. deinceps. col. la. iiij. Item, quantum ad hæredem. vt ff. de acqui. pos. l. cùm hæredes. in prin. & l. qui vniuersas. §. pen. nec hæres meus possidebit per colonum, per quem ego possidebam: nisi & idem hæres nanciscatur possessionem, vel colonus nomine hæredis apprehendat eam, vel ei soluat mercedem: vt ibi. Colonus tamen non poterit mutare causam possessionis. vt ff. de vsuca. l. non solùm. §. j. in fi. Item, si ille colonus decedat, non interpellatur vsucapio. vt ff. pro emptore. l. qui fundum. in princ.

¶Sextò est notandũ, quòd si ego † per me habeam ciuilem possessionẽ, & quidam alter habeat per se & ad opus sui naturalem possessionem eiusdem fundi: vt quia ego sum proprietarius, & alter vsufructuarius: vel quia dedi alteri fundum 9

 in em-

in emphyteusim, vel in feudum, & sic de similibus. tunc possessio naturalis & ciuilis sunt separatæ, nedum in substantia, immò & subiectiuè. sunt enim tunc in diuersis subiectis. & per vnam non debet nec potest fieri præiudicium alteri, sed ius suum & natura sua propria cuilibet earum debet tunc seruari. & sic habetur ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & l. si de fundo. in princ. & C. vnde vi. l. si quis in tantam. nec tunc habebit locum, vt credo, lex finalis, C. de acqui. pos. nec C. vbi in rem actio. l. ij.

10 ¶Ego dedi Titio † castrū in feudum. deinde Titius dedit illud in feudū Martino. posteà aliqua ex causa Titius malè contētus de Martino vasallo suo, vel fortè quia castrum erat ex pacto reddibile per Martinum statum & pactum: idem Titius cœpit tenere ad manum suam dictum castrum, saluo iure possessionis & proprietatis, vt faciunt aliquando nobiles. Modò Titius, tenens sic ad manum suam dictum castrum, turbatur ab aliquo extraneo in illo iure: quæritur, cuiusmodi remedium habeat ille Titius, aduersus illum extraneum? Glos. innuit, quòd ille Titius non habet aliquod possessorium: quia nullam possessionē habet. vt C. vti pos. l. vna. & ff. de acquir. pos. l. iij. §. ex contrario. & facit, quod not. ff. ad Trebel. l. ex asse. & C. de iure emphy. l. fi. circa fi. magnæ glo. Sed verum est, iuxta statim allegata, quòd cùm Titius primus vasallus dedit Martino dictum castrum in feudum, ipse transtulit in illum tertium naturalem possessionem & vtile dominium, quæ ibi habebat. nihil enim est tam conueniens naturali æquitati, &c. vt Insti. de rerum di. §. per traditionem. Item verum est, quòd ille Titius vasallus meus, qui & primus vasallus est, licitè potuit dare illi Martino tertio illud castrum in feudum, vt in consti. imperialem. §. illud. de prohib. feu. alienat. per Frid. & nihilominùs dictus Titius remāsit vasallus meus, & sub fidelitate mihi astrictus pro illo castro, & ego sibi. & licèt sit vasallus meus, ipse tamen dicitur dominus Martini secundi vasalli, & sibi inuicem ad fidelitatem, vt dominus & vasallus, sunt astricti. nō tamen propter hoc ille vasallus secundus est vasallus meus. Et si ex culpa vel dolo dicti secūdi vasalli castrū cadat in commissum, regulariter reuertetur ad Titiū vasallum meum dominumq; suum. & ita ibi intelligitur, & colligitur. Et si ille tertius, s. Seius, vasallus vendat castrum, non requiretur voluntas mea, sed Titij vasalli mei, à quo ille tertius vasallusq; secundus castrum habuit in feudum. & ille laudabit, non ego. Et sic seruatur de consuetudine, quæ est summa legum interpres. & facit in d. consti. imperialem. §. prætereà si quis infeudatus. ibi, dum dicit, à proprio domino non petierit &c. Nullus ergo potest negare, quin ille Titius medi⁹ habebat in dicto castro quoddam ius, quòd habet instar directi dominij, & ciuilis possessionis, relatione habita ad Martinum vasallū suum: & etiam ad instar vtilis dominij, & naturalis possessionis, respectu habito ad me, qui sibi primò dedi dictum castrum in feudum, intantum, quòd si ille Titius committat aliquid contra me, tunc dictum castrum reuertetur ad me, vt ibidem colligitur, etiam sine culpa dicti vasalli secundi, s. Martini. quia resoluto iure donatoris, i. primi vasalli, resoluitur ius acceptoris, i. secundi vasalli. vt in feu. si de inuestitura. feu. controuers. fuerit. §. fi. & quibus mo. feudum amittitur. §. rursus. & ar. ff. de pig. l. lex vectigali. Non tamen dico, quòd ille Titius medius primusq; vasallus habeat aliquid veri dominij directi vel vtilis, nec aliquid veræ possessionis naturalis vel ciuilis in dicto castro. quia nec hoc ratio naturalis patitur: q̄a cùm ego habeam directum dominium & ciuilem possessionem, & Martinus secundus vasallus habeat vtile dominium & naturalem possessionē, ideo Titius medius primusq; vasallus nihil de prędictis sibi retinuit, nec aliquid de prædictis habet: quia duo insolidū talia habere non possunt: vt ff. de acqui. pos. l. iij. §. ex contrario. & commo. l. si vt certo. §. si duobus vehiculū. Sed competenter videtur habere,

habere, & habet quoddā ius in dicto castro, quod ius in aliquibus habet instar & figuram prædictorum dominij & possessionis. & hoc ex vulgari & ex quadam opinione gentium. & etiam apparet ex supradictis, & per d. cōstitutionem, imperialem. Nunc dico ex supradictis, quod competenter potest dici, quòd si ille Titius turbetur in illo iure suo dicti castri, quòd ipse habeat & sibi competat interdictum Vti possidetis vtile. Datur enim prædictum interdictum pro incorporalibus: vt ff. de serui. l. quoties. & si fuerit deiectus per vim de illo iure, licèt mero iure non videatur quis de incorporalibus deijci: vt ff. de vsuca. l. sequitur. §. si viam. habebit tamen interdictum Vnde vi vtile. iuxta id, quod no. C. vnde vi. l. si quis in tantam. ibi, dum dicitur, super rebus &c.

RVBRICA CLVI.
De interdicto vtili Vti possidetis pro seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus interdicti vtilis Vti possidetis pro seruitutibus, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Interdictum vtile Vti possidetis est retinendæ possessionis.*

4 *Seruitus immittendi fumum locum habet, vbi domus est superior & altior & contigua à latere domui inferiori. Secus, si cœnaculum esset supra domum, & dominus esset cœnaculi.*

5 *Interdictum vtile Vti possidetis competit, si fumus vix potest transire, & si in aliqua quasi possessione seruitutis est. Et si ex toto Actor dolo malo à sua quasi possessione expulsus fuisset, locū habet interdictū Vnde vi.*

6 *In interdicto vtili Vti possidetis petitur, quod postes, qui seruitutem impediunt, tollantur. Et pro illis tollendis posset agi interdicto Quod vi aut clàm. Et an hæc verba subiungi possint, Ne in futurum Actorem fumum immittere prohibeat, donec constet, seruitus debeatur, nec ne.*

7 *Interdicto vtili Vti possidetis pro seruitutibus agitur ad interesse.*

8 *Seruitus est, ius immittendi fumum, quod quasi possidetur, & pro ea interdictum vtile Vti possidetis locum habet. Et qualis illa sit quasi possessio. nu. 9. 10.*

11 *In seruitutibus, quæ perpetuā causam, vel quasi habēt, quid ad hoc requiratur, quòd ex tempore seruitus acquiratur, & sic confessoria locum habeat. Et si agat confessoria, vel Vti possidetis, quando obtinere debeat, vel non. Et quid in seruitutibus, causam interpolatam habentibus nu. 12.*

13 *Confessoria num agere possit, si quis non iure seruitutis, & sic mala fide vsus fuerit, in omnibus seruitutibus, etiā si causam interpolatam habeant. Et quid, si quis quasi possideat vi, vel clàm, vel precariò, ab aduersario, vel ab alio quocunque. nu. 14.*

15 *Interdicto Vti possidetis pro rebus incorporalibus agens, an succumbere debeat, si vi, vel clàm, vel precariò à quocunque quasi possideat, & bonam fidem non habeat. Et quid, si agatur pro rebus corporalibus.*

16 *In quasi possessione fumi immittendi existenti, vis fieri non debet, & quomodo hæc quasi possessio ꝓbetur, & an agentē tēpore litis contestatæ quasi possidere oporteat.*

17 *Interdicto vtili Vti possidetis pro seruitutibus agēs, an probare debeat, se esse in quasi possessione, nec vi, nec clàm, nec precariò, & quòd vsus fuit iure seruitutis, credens se vti iure suo. nu. 18. & 19.*

20 *In terdicto vtili Vti possidetis pro seruitute conuentus, facit Actore succumbere, si probat, Actorem in quasi possessione seruitutis non esse nec fuisse: Vel dicta seruitute, vi, vel clàm, vel precariò vsum fuisse: Vel sic nō fuisse vsum, quod crederet se vti iure suo: Vel eū ius seruitutis non habere nu 21. 22. 23.*

24 *Negatoria conuentus habet probare, se ius seruitutis habere. Secus, in interdicto Vti possidetis. Et an Reus referens quæstionem de proprietate seruitutis, in hoc interdicto audiri debeat. nu. 25.*

26 Exci-

pro pensione, si in futurum Reus pensionem non soluat, quid tunc Actori agendum sit.

62 Negatoria an agi possit contra asserentem pensionem super domo mea. Et quomodo tunc formetur & probetur libellus. nu. 63.

64 Præsumitur quodlibet prædium liberum à seruitute.

65 Præsumitur quodlibet prædium liberum ab omni præstatione, excepto tributo, & decima.

66 Negatoria conuentus, & sic Reus, de iure suo, hoc est, se habere ius percipiendi decem solidos annuos super aliqua domo, probare debet. & qualiter illa probatio fieri possit. Item, quid Actor in ista quasi negatoria probare possit. nu. 67.

68 De interdicto Vti possidetis pro pensione dicta, author aliorum correctioni submittit, quòd pensio regulariter non sequitur fundum, nec eius possessorem.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cõtra Martinũ, ꝙ cùm dictus Actor esset & sit in quasi possessione seruitutis immittẽdi fumum in domo sua inferiori, sic & sic cõfrontata, per fenestram parietis domus superioris seu altioris, in eãdem domũ superiorem cõtiguam domui inferiori, dictus Reus, cuius est domus superior, dicẽs eam esse liberam ab illa seruitute, turbat & vim facit dicto Actori in prædicta sua quasi possessione, & clausit cũ postibus dictam fenestram taliter, quòd vix fumus potest inde trãsire. Quare agit dictus Actor cõtra eum, vt eum non turbet in sua prædicta quasi possessione. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum, ne dictum Actorem turbet nec ei vim faciat, & vt prędictos postes tollat, per vestram sententiam cõdemnetis. & cùm interfit dicti Actoris, se nõ fuisse turbatum per dictum Reum, in xx. sol. Tur. petit sibi dictum Reum in prædictis xx. sol. Turon. condemnari, & condemnatum ad prædicta iuris remedijs compelli &c.

2 ¶Probatur † ff. si serui. ven. l. si cuti. §. Aristo. Rectè dicitur, cùm esset & sit in quasi possessione &c. quia istud interdictum † est retinendæ possessionis: vt Insti. de interdic. §. retinendæ. ¶Item rectè dicitur, per fenestram parietis domus superioris seu altioris &c. quia illa domus † est superior & altior & contigua à latere domui inferiori. secus, si domus illa superior esset cœnaculum supra domũ inferiorem: quia tũc esset aliud. tunc enim Petrus esset dominus illius cœnaculi: vt C. de rei ven. l. ij. nec Martinus possideret cœnaculum, nisi cœnaculũ aliunde, fortè ex publico, aditum haberet: vt ff. vti pos. l. si duo. §. sed si supra ædes. ¶Item rectè dicitur, ꝙ vix fumus † potest transire &c. quia si ex toto Actor fuisset expulsus dolo malo à sua quasi possessione: tũc locum haberet interdictũ Vnde vi. iuxta id, quod no. C. vnde vi. l. si quis in tantam. ¶Itẽ rectè petitur, quòd † postes tollat: vt ff. vti pos. l. si duo. §. si vicinus. Itẽ & pro illis postibus tollendis posset agi interdicto Quod vi aut clàm. vt C. de ser ui. l. altiùs. Item in prędicto libello post verbum, tollat, posset subiungi, Et ne in futurum dictum Actorem fumum immittere prohibeat, donec constet, debeatur prædicta seruitus, nec ne. iuxta id, quod not. ff. de itine. actuq́ priua. l. iij. §. in hoc interdicto. & de hoc dicetur inferiùs. ¶Item rectè petuntur † prędicti xx. sol. Tur. pro interesse: quia fortè domus inferior erat casaria, & quia casei nõ potuerunt fieri, interest Actoris in xx. sol. Turo. & ideo peti possunt: vt ff. de itine. actuq́ priua. l. iij. §. in hoc interdicto. & hoc intra annum. arg. ff. vti pos. l. j. circa princip.

3

4

5

6

7

¶Et est notandum, ꝙ prędictum ius † immittendi fumum est seruitus: vt ff. si serui. ven. l. si cuti. §. Aristo. seruitutes aũt sũt incorporales: vt ff. de serui. l. seruitutes. circa prin. & ideo possideri non possunt. vt ff. de acqui. rer. do. l. seruus. §. incorporales. & de acqui. pos. l. possideri. in princ. Tamen negari non potest, quin aliqua possessio seu quasi sit in seruitutibus: vt ff. ex qui. cau. maio. l. ait prætor. §. 8

item ei qui.& si seruitus ven.l. si quis diuturno. in prin.& de itine.actuq; priua.l. apparet. §. si quis. & l. fi. etiam si habeat causam interpolatam: vt ibi,& ff. de serui.l.pe.quod est magis mirum. Et idẽ in casu nostri libelli. Ibi enim fumus non immitteretur, nisi in singulis actibus facto hominis ignis in domo inferiori fieret,& sic habet causam interpolatã: vt ff. de seruit.vrba.præ.l. foramen. Sed non est propriè possessio in seruitutibus, sed impropriè:vt no.ff.de peti.hære.l. regulariter. Sed est ibi quædam patientia seu scientia, quæ est pro traditione seu pro quasi possessione: vt ff.de serui.l. pen. & C.e.l. ij. Item etiam prohibitio, & post prohibitionẽ secuta patiẽtia, est aliquãdo pro traditione,& quasi possessione: vt in seruitute altiùs non tollẽdi, vel altiùs tollendi: vt no. C.de serui.l.j.& ff.de seruitu.vrbano.præ.l.qui luminibus. Sed
9 an ista † quasi possessio,quę est in seruitutibus,dicetur naturalis, vel dicetur ciuilis? Potest dici, quòd est quasi naturalis & ciuilis insimul, & in ænigmate seu in speculo ad naturalem &. ciuilem rerum corporaliũ,sicut & possessio ciuilis rerũ corporalium in aliquibus dicitur in ęnigmate ad naturalem: vt no.ff.de acq.pos.
10 l. iij. §. ex contrario. Et pro † prædicta quasi possessione potest habere locũ vtile interdictũ Vti possidetis: vt ff.si serui. ven.l.sicuti.§. Aristo.&not. C. vti pos. l. vna.& ff.e.l. j. in prin. & §. j. & de superfi.l.j. in fi. & C. de seruitu.l.j. Item & est quasi possessio in libertate, s. cùm libertas à quasi possessore seruitutis inquietatur.vt no.ff.si seruitus ven.l.sicuti.§.Aristo.Itẽ ad instar dominij seu proprietatis rerum corporalium seu in seruitutibus: vt ff.si vsusfru. pe.l. qui vsumfructũ.& de interdic.l.ij.§.quędam.& no. C.de vsufru. in rub. Et quia seruitus acquisita tempore,dicitur vtilis,& non directa: vt ff.de aqua plu. ar. l. j. in fi. sic & dominiũ seruitutis acqsitę ex tẽpore potest ,pbabiliter dici dominiũ vtile, ad instar rerũ corporalium,& q; aliàs dicatur directũ.
11 ¶Item est notandum, quòd in † seruitutibus,quę habent perpetuam causam, vel quasi,ad hoc, q; ex tempore acquiratur seruitus, & sic habeat locũ confessoria, requiritur, quòd Actor sciẽte aduersario fuerit vsus prędicta seruitute iure seruitutis,nec vi,nec clàm,nec precariò, & sic bona fide per x. an. inter pręsentes, vel per xx.inter absentes: vt C.de seruit. l.ij.Et talis,si post completã pręscriptionem agat confessoria, vel agat Vti possidetis, ipse obtinebit efficaciter. & si aduersarius agat negatoria, ipse succũbet statim ei, cùm confessoria oritur,& negatoria tollitur, & non antè. Sed si ante completam pręscriptionẽ agat quis cõfessoria, ipse succumbet, quia nondum nata est. & si aduersarius agat negatoria, ipse obtinebit. Itẽ si ille pręscribens ante completam præscriptionẽ agat Vti possidetis, ipse obtinebit, sed non efficaciter. quia si aduersarius agat negatoria, ipse obtinebit,& erit in libertate. Itẽ in † seruitutibus, quæ habent causam interpo- 12
latam,ad hoc, vt acquiratur seruitus, & quòd locum habeat cõfessoria,oportet, quòd quis sit vsus iure seruitutis, & sic bona fide,aliàs nõ posset oriri: vt ff.quẽad.seruit. amit. l. fi. & quòd fuerit vsus tanto tempore, quòd de eius contrario memoria non extet: vt ff.de aqua quo.& æsti.l.hoc iure.§.ductus aquæ.& no. ff.de serui.l.seruitutes.in prin.& C.de pręscr. lon.tempo. l. fi. Et talis, post prædictam præscriptionem temporis, quòd de contrario memoria non extet, si agat confessoria,vel Vti possidetis,ipse obtinebit efficaciter. Sed si ante pręscriptionẽ completam agat confessoria, in vanum aget: quia nondum nata est. sed interdicto Vti possidetis poterit agere,& obtinebit, sed non efficaciter: quia si aduersarius agat negatoria,ille obtinebit,& sententia lata super Vti possidetis pro nihilo erit, & sic aduersarius remanebit in libertate.

¶Item est notandũ, quòd in omnibus † seruitutibus, etiam si causam interpo- 13
latàm habeant, si quis vsus fuerit nõ iure seruitutis,& sic mala fide, ipse non poterit agere confessoria: quia nata non erit, mala fide obstante. & ideo si aduersarius agat negatoria intra xxx. annos, ipse obtine-

tinebit. negatoria enim non protenditur vltra xxx. annos: vt C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. l. sicut in rem. Ex prædictis
14 satis apparet, quòd si quis † quasi possideat vi, vel clàm, vel precariò, ab aduersario, vel ab alio quocunque, ipse cõfessoria non poterit agere: quia nata nõ erit. Bona fides enim requiritur in præscribẽdo: vt dictum est. bonam fidem autẽ non habet, qui vi, vel clàm, vel precariò possidet. Et facit ad hoc ff. si serui. vendi. l. si quis diuturno. in prin. & C. de serui. l. j. & ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. in quibus dicitur indistinctè, nec vi, nec clàm, nec precariò. nec dicit ibi, ab aduersario, vel ab
15 alio. Item potest † dici in interdicto Vti possidetis pro rebus incorporalibus, seu pro seruitutibus, vt debeat succumbere Actor, si quasi possideat vi, vel clàm, vel precariò à quocunque: quia tunc non videtur vsus suo iure seu iure seruitutis debitæ, sed magis mala fide. & satis videtur dici ff. quemadmodum serui. amit. l. fi. vbi dicitur, quòd nõ videtur vsus seruitute, nisi qui crediderit se vsum iure suo, nec aliàs interdictũ, nec actio competit vtiliter. Qui ergo vult agere Vti possidetis in seruitutibus, à nemine debet quasi possidere vi, vel clàm, vel precariò. Et satis videtur esse intentio glossæ, C. de serui. l. j. ibi, cùm glo. facit mentionem de confessoria, & de interdicto Vti possidetis, dicit, quòd à nemine debet quis precariò habere, cùm bonam fidem debeat habere. Glossa tamen adducit argumentum contrà, sed non soluit, s. ff. vti pos. l. j. in fi. & l. seq. vbi dicitur, ꝙ in interdicto Vti possidetis nõ est curandũ, si quis possideat vi, vel clàm, vel precario ab alio, dum tamẽ non ab aduersario. Sed ibi loquitur de rebus corporalibus, in quibus non multũ interest, iustè, an iniustè quis possideat: vt ff. de acqui. pos. l. iij. §. ex cõtrario. Sed in interdicto super quasi possessiõe rerũ incorporaliũ seu seruitutum est aliud: quia ibi requiritur bona fides, aliàs interdictum non competit: vt ff. quemad. ser. amit. l. fi. cui responderi non potest. Sed adhuc videtur cõtrà, ff. de superfi. l. j. §. ꝓponitur. vbi dicitur, quòd sufficit, quòd nec vi, nec clàm, nec precariò, ab aduersario tãtùm. Sed ibi loquitur de possessione rei corporalis. Item contrà, ff. de serui. vrbano. præ. l. si quis ædes. in princ. Sed intelligatur ibi, secundùm principiũ glossæ ibi positæ. Item adhuc videtur contrà, ff. de itine. actuqꝫ priua. l. j. in prin. & de aqua quo. & æsti. l. j. in prin. & de riuis. l. j. in princ. & de fonte. l. vna. in princ. in quibus dicitur, nec vi, nec clàm, nec precariò ab illo. quasi velit dicere, quòd non est vis, si ab alio. quia qui de vno negat, de alio permittere videtur. argu. ff. de iudi. l. cùm prætor. in prin. Sed potest dici, quòd speciale est in illis interdictis, & sic nõ requiratur in illis bona fides. sed non est verum, immò & in illis requiritur bona fides, s. quòd credat quis se vti iure seruitutis debitæ, non errans in iure: vt ff. de aqua quo. & æsti. l. j. §. sed & si iure. & §. Aristo. & de itinere actuqꝫ priua. l. j. §. Iulianus ait. & l. fi. Et cùm dicitur in legibus in contrarium allegatis, nec vi, nec clàm, nec precariò, sub illo intelligatur, nec ab alio. Si enim ab alio vitiosè quasi possideret, non videretur habere bonam fidem, nec se vsum iure seruitutis debitæ. quod tamen est necesse, vt dictum est.

Et in summa, in casu nostri libelli & in omni seruitute, si agatur interdicto Vti possidetis, oportet, quòd Actor sit vsus saltem ab initio bona fide, & per consequẽs à nemine vi, vel clàm, vel precariò, & quòd crediderit se vsum iure suo seu iure seruitutis debitæ, & quòd in bona fide sua seu in credulitate sua non fuerit error iuris, & ꝙ tempore litis contestatæ quasi possideat, & quòd tũc non amiserit suã quasi possessionẽ: aliàs ipse succũbet.

POSITIONES ACTORIS.

PONIT Actor, ꝙ ipse est in prędicta † quasi possessione fumi immittendi per 16 illam fenestrã. Effectus: quia sic vis ei fieri non debet: vt ar. ff. vti possidetis. l. j. in prin. & de iti. actuqꝫ priua. l. j. in prin. cũ similibus. Et ad probandã prędictã quasi possessionẽ probabit Actor, ꝙ cùm facta fuit fenestra, & ibidẽ fumus immittebatur, Martinus ibidẽ ꝑsens nõ curauit, vel

Eeee 2 cùm

cùm primũ sciuit, nõ curauit occurrere incõtinenti. & sufficit semel interuenisse illam patientiã. ar. ff. si seruitus ven. l. & si fortè. §. sciendũ. & de aqua quo. & æsti. l. j. §. quod autẽ. & sic probata erit quasi possessio, vt suprà dictũ est. Itẽ & oportet, quòd Actor quasi possideat tempore litis contestatæ. arg. Instit. de interdic. §. hodiè. i. quòd illam quasi possessionem tunc non amiserit. non tamẽ habebit necesse Actor probare de iure suo seu de iure ipsius seruitutis, vt ff. si serui. ven. l. j. §. fi. & de itinere actuq; priua. l. j. §. hoc interdictũ. & l. iij. §. hoc autem à superiori.

17 ¶Secundò ponit Actor, quòd ipse est in prędicta † quasi possessione, nec vi, nec clàm, nec precariò. Effectus: quia aliàs non obtineret. ar. ff. vti pos. l. j. in prin. & Insti. de interdic. §. recuperandę. Et Actor debebit illa ꝓbare: vt no. ff. de iti. actuq; priua. l. j. §. hoc interdicto. quod est mirum, quia illa sunt negatiua, & sic per rerum naturam probari non possunt: vt C. de probatio. l. actor. nisi probaret seruitutem sibi constitutam à domino. quod tamen probare nõ cogitur, vt statim dictum est. Potest dici, quòd probando se quasi possidere, fortè apparebit, ꝙ nec vi, nec clàm, nec precariò. quòd si nõ appareat, Martinus poterit & debebit probare, si vult obtinere, quòd Petrus possedit vi, vel clàm, vel precariò. vt quasi simile est, C. de pig. ac. l. si creditor.

18 ¶Tertiò ponit Actor, quòd ipse † vsus fuit prędicta immissione fumi iure seruitutis, credens se vti iure suo. Effectus: quia aliàs non cõpetit ei confessoria, nec interdictum: vt ff. quemadmodũ serui. amit. l. fi. & de iti. actuq; pri. l. fi. & de aqua quo. & ęsti. l. j. §. sed & si iure. & §. Aristo. & Actor debebit illa probare: vt not. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. hoc interdicto. & glo. adijcit ibi exemplum, s. quòd testes dicant, quòd viderunt constituere prædictam seruitutẽ à tali, qui reputabatur dominus, & verum non erat. Sed dico, ꝙ taliter probando, apparebit ipsum non habere ius seruitutis, & sic cõtra seipsum probabit. & erit mirum, quòd Actor, qui non cogitur probare se habere ius, vt dictum est, cogatur probare se non habere ius. Sed fortè dicet aliquis, ꝙ non erit cõtra se: quia saltẽ ipse erit Publicianista: vt ff. de Publi. in rẽ act. l. si ego. §. j. sed illud non proderit ei contra dominum: vt eo. ti. l. fi. Potest dici, ꝙ Actor † non haberet 19 necesse probare prędicta, sed quòd sufficiat ei vsus, & quasi possessio, & sua bona opinio: vt ff. quemadmodum serui. ami. l. fi. in prin. magnæ glo. Item leges non dicunt expresſè, ꝙ Actor debeat probare se vsum, nec vi, nec clàm, nec precariò: nec dicunt expresſè, quòd debeat probare, se vsum fuisse, credẽs se vti iure suo seu iure seruitutis seu bona fide. Et si quis credat leges alio modo intelligere, dicatur, quòd Actor satis probat eoipso, ꝙ contrarium non probatur. arg. C. qui mili. pos. l. super seruis. lib. xij. Licèt cõtrà no. ff. de itine. actuq; pri. l. j. §. hoc interdicto. vt statim dictum est. & est pro glo. arg. ff. de aqua quo. & æsti. l. j §. sed & si iure. vbi fit differẽtia, an Actor erret in iure, vel in facto. Sed nec dicitur, cui incumbat probatio. & satis probabiliter potest dici, ꝙ Reo incumbat probatio, s. Actorem malam fidem habere, vel eum in iure errasse super credulitate vel opinione sua, & quòd sufficiat Actori sua credulitas seu opinio: nisi contrarium appareat, vel per Reum probetur.

¶Ex prædictis apparet, quòd duæ vltimæ positiones nõ stant benè, sed de prędictis tribus positionibus potest fieri vna positio talis. Ponit Actor, quòd ipse est in prędicta quasi possessione immittẽdi fumum, non vi, nõ clàm, nec precariò, sed bona fide, credens se vsum iure suo &c. Deinde Actor ꝓbet suã quasi possessionẽ: vt statim dictum est. Cætera aũt aliã pręsumantur, nisi contrarium probetur.

POSITIONES REI.

PONIT & probare intẽdit Reus ad sui defensionẽ, ꝙ dictus Actor † non fuit 20 nec est in prędicta quasi possessiõe. Effectus: q a sic Actor debebit succũbere: vt apparet ex supradictis. Et ꝓbabit Reus per eos, q morabãtur in domo superiori, qui vidissent & sensissent fumũ, si fuisset immissus in domo illa. quod tñ nõ viderũt

nec

nec senserũt. Vel si Actor retulit se ad certũ tẽpus, probetur, quòd immò erat tunc absens alibi. & isti modi probandi negatiuas possunt recolligi in glo. ff. de iti. actuq; pri. l. j. §. hoc interdicto. Vel probabit, quòd nunquam fuit ibi fenestra, nec fumus immissus, nisi tali die, & eadem die idem Reus contradixit, & clausit fenestram cum postibus. & sic de similibus. Potuit aũt Reus propria authoritate claudere, quod in suo pariete & à se possesso inuenit apertũ seu perforatum. arg. ff. quod vi aut clàm. l. fi. §. si ad ianuam. & ad legem Aquili. l. quemadmodum. §. aliud est.

¶ Secundò ponit dictus Reus, q; Actor
21 † vsus fuit dicta seruitute, vi, vel clàm, vel precariò. Effectus: quia talis vsus non debet proficere Actori. arg. ff. vti pos. l. j. in prin. Item in ista positione nõ dicatur, ab aduersario: quia in seruitutibus Actor debet à nemine vi, vel clàm, vel precariò possidere: vt suprà probatum est.

22 ¶ Tertiò ponit Reus, quòd Actor † non fuit vsus, credens se vti iure suo seu seruitute sibi debita. Effectus: quia sic vsus suus ei non proficiet, & succumbet in interdicto: vt ff. quemadmodum serui. amit. l. fi. & de itine. actuq; priua. l. fi. Et probabit Reus, quòd cùm Actor quadam die inuitasset amicos, videns, quòd fumus turbabat eos in mensa, fecit prædictam fenestram seu foramen, vt euaporaretur fumus. tunc enim apparet, quòd iure seruitutis non fuit vsus. Vel probabit, quòd dictus Actor, dum immittebat fumum, dicebat, quòd animo iniuriandi illud faciebat. & sic de similibus, quæ possint perpendi. ff. quemadmodum serui. amit. l. fi. & de itine. actuq; priua. l. j. §. Iulianus ait. Vel probabit, quòd Actor dicebat, q; non habebat ius immittendi fumum. vel dicebat, quòd benè poterat fumum immittere: quia domus illa superior erat sua. & sic apparet, quòd non fuit vsus iure seruitutis: quia res propria nemini seruit: vt ff. si vsusfruc. pe. l. vti frui. in prin. & de serui. vrba. prę. l. in re communi. Vel probabit, quòd Actor emit prædictam seruitutem à quodam furioso domino dictæ domus, quem sciebat tunc esse furiosum: & sic vsus non potest ei prodesse. & sic de similibus. nisi inueniretur error iuris: vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. sed & si iure.

¶ Quartò ponit Reus & probare intendit, quòd dictus † Actor non habet ius 23 seruitutis immittendi fumum per prędictam fenestram. Effectus: quia si probatum fuerit, Actorem non habere ius seruitutis, & Reum habere ius libertatis, in vanum ageret Actor possessorio retinendæ. Facit enim dolo, qui petit, quod restituturus est, vel parum est penès eum duraturum: vt ff. de excep. doli. l. dolo facit.

Et circa istam positionem est notãdum, quòd si Martinus † ageret negatoria contra Petrum, tũc Petrus Reus haberet pbare se habere ius illius seruitutis: quia quodlibet prædium prǽsumitur liberum à seruitute impositiua: vt C. de serui. l. altiùs. sed quia Petrus in isto libello agit interdicto Vti possidetis, & in illo non quęritur de proprietate ipsius seruitutis, licèt solùm de quasi possessione: ideo Petrus non habet probare de proprietate, vt suprà dictum est. sed sufficit sibi probare suam quasi possessionem seruitutis. separata enim debet esse possessio à proprietate. vt ff. vti possi. l. j. §. j. & de acqui. pos. l. naturaliter. §. nihil cõmune. Et eadem ratione, quia hic † de quasi possessione solùm agitur, videtur, quòd nec Reus debeat audiri referens quęstionem de proprietate seruitutis. Sed dicendum est, quòd si Reus in causa huius interdicti excipiendo proponit, Actorem non habere ius illius seruitutis, & dicit se paratum probare incontinenti, ipse audietur. ar. ff. de exce. do. l. dolo facit. vt in pos. le. l. si is, à quo. in prin. iuxta id, quod no. ff. de iudi. l. fi. de vi. Item non audietur Reus † excipiendo, Actorem non habere ius seruitutis, nisi & excipiendo proponat, se acquisiuisse ius libertatis contra illam seruitutem: aliàs non interesset sua excipere, sed magis videretur de iure tertij excipere, quod non est licitum. argu. ff. de superfi. l. j. §. is autem. Probabit ergo Reus, quòd ipse clausit fenestram de volun-

24
25
26

tate Actoris: vt quia Actor concessit sibi, non tamen precariò, sed aliâs, dicendo: Martine, concedo tibi, vt claudas illam fenestram, ne fumus per eam immittatur. quia tunc videtur seruitus perpetuò remissa quasi ex donatione. vt ff. quemadmodum seruit. amit. l. si stillicidij. & communia prædi. l. si precariò. Vel probabit Reus, quòd Actor illam seruitutem amisit non vtendo. Et licèt in seruitute acquirenda, quę habet causam perpetuam, vel quasi, & seruitute, quæ habet causam interpolatam, non sit vniformitas tẽporis, in præscribẽdo eas, vt suprà dictũ est: Attamen quia in eis inuenitur vniformitas nõ vtendo, s. cõtinuus non vsus seu continua negligentia: ideo in amittendo non vsu est in eis vniformitas temporis: quia omnes amittuntur non vtendo per decem annos inter præsentes, vel per viginti inter absentes. vt C. de seruit. l. sicut. Item in casu nostri libelli Actor
27 † amisit seruitutem illam fumi immittendi, si fumum non immisit decem vel viginti annis. si & etiam Reus obturauit fenestram, non vi, nec clàm, nec precariò, & sic credens se bonam fidem habere, aliâs Reus libertatem non potuit pręscribere. Et hoc in libertate vrbana præscribenda contra seruitutem: sed in libertate rustica præscribenda non est opus, quòd præscribens aliquid obturet vel faciat, sed sufficit non vsus continuus aduersarij, & sic in præscribendo non est necessaria bona fides. vt de prædictis habetur C de seruitu. l. j. & ff. de seruitu. vrba. præ l. hæc aũt iura. & l. si ædes meę. & com. præd. l. si precariò. & quemad. serui. ami. l. fi. & de vsuca. l. sequitur. §. si viam.

SENTENTIA ABsolutoria.

28 CVM dictus Actor † non probauerit intentionem suam, seu contenta in prædicto suo libello: idcirco per sententiam in his scriptis dictum Reum absoluimus à dicta petitione Actoris, & à contentis in ea &c. Condemnetur Actor in expensis.

SENTENTIA CONDEMNAtoria & absolutoria.

29 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit, se fuisse turbatum indebitè per dictum Martinum super prædicta fumi immissione, seu quasi possessione fumi immittendi: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Martinum, vt dictum Actorem non turbet, nec ei vim faciat in sua prędicta quasi possessione, & ꝙ prædictos postes tollat.

Item, cùm dictus Actor non probauerit aliquid de interesse suo in suo libello prætenso, idcirco per sententiam dictum Martinum absoluimus à prædicto interesse. & quia victus victori condemnari debet in expensis, condemnamus dictum Martinum in expensis, quas dictum Actorem fecisse constiterit occasione præsentis causæ, quantum ad turbationem, quia dictum Actorem turbauit indebitè, super qua turbatione idem Actor obtinet, dandis dicto Actori. Item condemnamus dictum Actorem in expensis, quas dictum Martinum fecisse constiterit occasione præsentis causæ, quantum ad interesse petitum, & non probatum per dictum Actorem, super quo dictus Martinus obtinet, dandum dicto Martino, taxatione earum nobis reseruata. ¶ Similis condemnatio expẽsarum videatur suprà in titulo de actione ex locato. Vires † prædictæ sententiæ condemnatoriæ erunt, quòd Martinus non debebit turbare Actorem in sua quasi possessione, & quòd de cætero fumum immitti non prohibeat. sententia † enim facit ius inter litigatores. vt ff. de leg. j. l. si seruus plurium. §. j. Et habebit † solùm Actor commodum illius quasi possessionis: quia solùm super quasi possessione seruitutis actum & iudicatum est: donec apparebit, dictum Actorem non habere ius illius seruitutis. fortè quia posteà aget Martinus negatoria, & cùm in negatoria declaratum fuerit, Petrum non habere ius seruitutis, cessabit illud commodum quasi possessionis seruitutis: quia per consequens declaratum erit, domum superiorem fore liberam. declaratio enim libertatis trahet ad se quasi possessionem libertatis. arg. ff. de rei vendicatione. l. officium. & sic cessabit

bit tunc quasi possessio seruitutis, quæ erat antè. Et facit ad hoc, quia possessio
33 ideo † dicitur ex quadam aptitudine momentanea, quia qui amisit in possessorio, fortè vincet in petitorio, & sic parum durabit possessio. vt notatur C. qui leg.
34 personam.l.finali. ¶ Sed an iudex † debeat condemnare Reum in sua sententia, ne in futurum impediat Actorem fumum immittere, nec constet seruitutem non deberi? Et credo, quòd iudex posset illud dicere: sed satis subintelligitur.
35 Item & iudex † posset condemnare Reum, ad prçstandam cautionem, ne Actorem impediat, donec &c. iuxta id, quod notatur ff. de itinere actúque priuato.l. iii.§. hoc interdicto. argu. ff. si seruitus vendi.l.harum.& l.egi. Et hoc, si petitum fuerit à iudice ante sententiam: aliàs iudex debebit tacere de hoc. nec post sententiam poterit peti prædicta cautio: quia tunc officium iudicis videtur expirasse. vt C. depositi.l.iiij.& facit argu. ad prædicta, ff. de vsufru.l. cuiuscunque.§. j.& de aqua quoti.& æsti.l.penul. qui benè velit eas intelligere.

¶ Nunc est notandum, quòd penden-
36 te † iudicio super prędicto interdicto Vti possidetis super seruitute fumi immittendi, Petrus poterit tradere libellum, & agere confessoria: quia non est prohibitum, nec Petrus in hoc erit sibi contrarius. & facit ff. si serui. ven.l. sicuti. §. Aristo. Quo facto, si Petrus in vtroque simul obtineat, vel in vtroque succumbat, planum est. sed si Petrus priùs super interdicto obtineat, fiet executio, & tollentur postes de fenestra. Sed si posteà his peractis succumbat in confessoria, ipse amittet illam quasi possessionem seruitutis, & claudetur fenestra: quia sententia lata super proprietate seruitutis in iudicio confessoriæ, attrahet sibi suam quasi possessionem, scilicet libertatis: quia pro Martino pro libertate lata. argum. ff. de rei vendicatione.l. officium. Sed & si priùs Petrus obtineat in confessoria, fiet executio sententiæ, & tollentur postes, & posteà in vanum tractabitur causa super interdicto, nisi propter expensas. sique enim Petrus succumbat, siue obtineat in Vti possidetis, sententia lata pro eo super confessoria erit potior, & eius executio remanebit. Item quod notatur C. de interdic.l. incerti iuris. scilicet, quòd qui egit petitorio, & amisit, nihilominùs poterit agere possessorio. debet intelligi super possessione acquisita post sententiam latam in confessoria. ¶ Item, si pendente † prædicta causa super Vti possidetis, Martinus agat negatoria, quod non inuenio prohibitum: licèt in causa interdicti Petrus non habeat probare de iure seruitutis debitæ, vt dictum est: attamen in causa negatoriæ ipse habebit necesse probare de iure seruitutis. quia quodlibet prædium præsumitur liberum, vt suprà dictum est. Et tunc si Pe- 37
Petrus primò obtineat in causa interdicti, fiet executio, & tollentur postes, nec curabitur de negatoria. vt tunc licèt super ea causa pendeat: quia nihil habent commune possessio & proprietas: vt dictum est. & si posteà Martinus succumbat in negatoria, remanebit Petrus perpetuò vigore negatorię, in qua obtinuit, in sua quasi possessione fumi immittendi. Sed si cõtingat, quod Martinus obtineat in negatoria, contra Petrum fiet executio super ea, & claudetur fenestra. & sic Martinus erit perpetuò in quasi possessione libertatis: quia obtinuit in negatoria. non obstante, quòd in causa interdicti priùs succubuerat. Et sic apparet, quòd prędicta † quasi possessio aliquando est apta durare parum penès aliquem, & aliquando multùm. & ideo ex tali aptitudine possessio dicitur momentanea: vt notatur C. qui legitimam personam.l.finali. 38

Super via libellus.

DOMINE Iudex, ego Petrus † conqueror de Martino, quia cũ ego teneam & possideã quandam vineã, sic & sic confrontatam, dictus Reus turbat me, nec permittit me liberè colere dictã vineam. impedit enim, ne fimum faciam apportari ad dictam vineam per quendam fundum suum contiguum dictæ vineæ. 39

neæ. Vnde cùm ego sim in quasi possessione seruitutis viç per illum fundum ad vineam prædictam, quam possideo, ago contra ipsum, ne me in possessione dictæ vineæ turbet, nec me vti liberè re mea prædicta impediat. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum, ne me in possessione dictæ vineæ turbet, nec me prædicta re mea vti impediat, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.
40 ¶ Probatur † Insti. de interdic. §. retinendæ. & ff. de vi & vi ar. l. vim facit. & arg. de mortuo inferendo l. j. §.
41 item si mihi. Iste libellus † procedit super Vti posidetis directo: quia principaliter agitur super retinenda possessione prædictæ vineæ dominantis. Item & pro
42 omni alia † seruitute reali potest agi eodem modo interdicto Vti possidetis directo, relatione habita & conclusione facta, non ad quasi possessionem seruitutis, sed ad rem corporalem, cuius possessio seu vsus in aliquo turbatur. & de hoc tangitur ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo.
43 Item & † vsufructuario datur hoc interdictum directum, si turbetur in possessione rei corporalis, in qua habet vsumfructum. vt ff. vti pos. l. fi. ipse enim verè posidet rem illam naturaliter: vt ff. de acquiren. pos. l. naturaliter. in princip. Et idem in vsuario. vt ff. vti posidetis. l. finali.

Super seruitute viæ principaliter turbatæ libellus.

44 DOMINE iudex, † ego conqueror de Martino, quia cùm ego essem & sum in quasi possessione seruitutis viæ per fundum dicti Rei, sic & sic confrontatum, ad talem vineam, ipse turbat & impedit me, & vim mihi facit in prædicta quasi possessione, nec permittit me vti liberè prædicta via. Quare ago contra eum, ne me in prædicta quasi possessione turbet, nec in ea vim mihi faciat. vobis dicto domino iudici supplicando
45 &c. ¶ Probatur † ff. de seruitu. l. penul. Quidam dicunt, quòd iste libellus non
46 procedit: quia pro seruitute † viæ, si quis in ea turbetur, non competit interdictum Vti posidetis, pro eo, quia prouisum est de ea tuenda & retinenda specialiter per interdictum de itinere actuq; priuato. Sic, vt ipsi dicunt, nec pro seruitute aquęductus: quia de eo satis prouisum est specialiter per interdictum de aqua quotidiana & ęstiua. de riuis. & de fonte. Nec etiam pro cloaca competit. vt ff. vti pos. l. j. in princi. & fortè, vt ipsi dicunt, quia specialiter est prouisum de ea per interdictum de cloacis. Et licèt ff. de seruit. l. pen. dicatur indistinctè, quòd pro seruitute viç, & pro alijs, competunt interdicta quasi possessoria: attamen glo. ibi exemplificat de interdicto de itinere actuq; priuato. Sed videtur posse dici contrarium, quia lex illa indistinctè loquitur. & glo. etiam indistinctè, de iti. actuq; pri. l. j. in prin. § j. & de superfi. l. j. §. fi. nec videtur de iure, quòd vna † actio seu interdictum tollat aliud, si materia sit parata: 47
nisi lex expressè ordinaret contrarium. sicut dicit expressè, quòd pro cloaca non competit Vti posidetis. vt ff. vti pos. l. j. in princip.

Super iurisdictione potest ita formari libellus in Vti possidetis.

DOMINE iudex, † conqueror ego de Martino, quia cùm ego fuero & sim in quasi possessione exercendi omnimodam iurisdictionem in territorio Cellæ nouæ, dictus Reus impedit & perturbat me in prædicta mea quasi possessione, tenendo ibidem aliquando suas asinas, & iam plantauit ibi furcas & postellum. Quare ago contra eum, ne me turbet in prædicta mea quasi possessione, & quòd furcas & postellum tollat. vobis dicto domino iudici supplicando &c. 48
¶ Probatur, † vt suprà in seruitutibus habentibus causam interpolatam, quibus iurisdictio assimilatur: vt dictum est suprà in tit. Super iurisdictione libellus. 49
Sed quia iurisdictio causam † interpolatam habet, dixerunt quidam, quòd si pro ea turbata velit quis agere interdicto, debet agere ad instar interdicti de itinere actuq; priuato, & nō Vti posidetis. quod non credo: quia ius immittendi fumum habet 50

habet causam interpolatam, & tamen potest agi Vti possidetis. vt ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. & facit ff. de iniur. l. sanè. vbi est causa interpolata. Meliùs credo, quòd posset formari libellus per conditionem ex c. illo, reintegranda. iij. q. j. de quo fit mentio in Specu. in titu. de resti. spolia. §. j. ver. quarta est condictio
51 ex canone. generale † est enim illud c. & datur contra omnes possessores: vt ibidem dicitur & notatur.

Super pensione aliqua, seu redditu, libellus.

CORAM vobis domino iudice
52 † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor fuerit & sit in quasi possessione percipiendi annuatim decem solid. Turon. à tenementarijs seu possessoribus domus vocatæ porticus Deutiriæ, dictus Reus possessor dictæ domus turbat eum in prædicta quasi possessione percipiendi, dicendo aliquando, dum petit ab eo prædictos decem solidos: Petre, veniatis cras, vel post cras. aliquando dicendo: Petre, vos debetis mihi tantundem. & ita per illa verba duxit & duxit dictum Actorem per duos annos, quòd nihil sibi soluit. Quare agit contra eum, vt ipsum non turbet in prędicta quasi possessione, & quòd arreragia, scilicet viginti solid. Turonen. pro prædictis duobus annis, in quibus cessauit soluere, sibi soluat. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum, ne dictum Actorem in prædicta quasi possessione turbet, & quòd prædictos viginti solidos Turon. pro duobus annis proximò præteritis sibi soluat, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c. ¶ Probatur, vt suprà,
53 ad instar seruitutum. Ius † enim pensionis annuæ prædictorum decem solid. super illa domo, non est nec dici potest seruitus prędialis: quia illa non debetur nisi à prędio. vt ff. commu. præ. l. j. quod hîc non est. Nec est seruitus personalis:
54 quia illę sunt † solùm quatuor, scilicet vsusfructus, & vsus, & habitatio, & operæ seruorum: vt nota. ff. de vsufru. l. si quis vnas. quarum nulla est hîc. Sed quia pro via & alijs seruitutibus datur interdictum vtile Vti possidetis ratione vsus & quasi possessionis, quæ in eis est, si quis in ea turbetur, vt suprà dictum est: sic & pro iure † pensionis annuæ, quia ibi est 55
vsus Actoris, licèt interpolatus, & est ibi patientia aduersarij, quæ pro traditione & quasi pro possessione habetur: vt ff. de serui. l. pen. & ideo eadem ratione pro iure pensionis annuæ, licèt seruitus non sit, debet dari interdictum vtile Vti possidetis, si quis in sua quasi possessione turbetur. de similibus enim ad similia est procedēdum. vt ff. de legi. l. non possunt.
Item facit ad hoc, quia pro Præbēda † clerici datur interdictum Vnde vi vtile, si quis de ea fuerit expulsus. vt no. C. vnde vi. l. si quis in tantam. multò fortiùs pro illa Præbenda, licèt non sit seruitus, vel pro alio simili iure, vbi sit aliquid annuatim pręstandum, vel faciendum super aliqua re certa, debet dari vtile interdictum Vti possidetis, si quis turbetur in vsu seu in sua quasi possessione. ¶ Item rectè dicitur in libello, quòd Martinus dicebat, Veniatis cras, vel post cras &c. 56
quia sic non denegabat † deberi, sed differebat soluere, nec Petrum expellebat à sua quasi possessione. Secus, si dixisset dolo malo: Petre, nihil vobis debeo, nihil pensionis soluerem vobis pro illa domo. quia tunc Petrus videretur quasi expulsus: sicut & ille, qui non admittitur reueniens ad suam possessionem. vt ff. de vi & vi. ar. l. j. §. siue autem. & l. iij. §. vnde vi. tunc enim non ageretur Vti possidetis, quia est retinendæ: sed ageretur Vnde vi, quod est recuperandæ. ¶ Item in summa, in casu nostri libelli, ad hoc, quòd Petrus 57
† ratione illius pensionis obtineat in hoc interdicto Vti possidetis requiruntur plura. Primò, quòd ipse fuerit in quasi possessione percipiendi prædictos decem solid. quod est per quandam patientiam & vsum, vt apparet ex superioribus. Secundò, quòd eas percepit, & fuerit in quasi possessione percipiendi, per duos vel tres annos. Nec sufficeret percepisse 58

per vnum annum, propter verbum, annuatim, in libello positum. differt enim semel ab annuo. vt ff. de an. leg. l. Scio. §. vxori. & l. annua. in fine. Tertiò, q Martinus possideat illam domum: quia licèt interdicta sint personalia, tamen & in rem scripta sunt aliquando. vt ff. de interdic. l. j. §. pen. Et in casu nostro est necesse dicere, quòd sequatur possessorē illius domus: quia ratione illius domus, & ratione prędictæ quasi possessionis recipiendi pro & super illa domo petuntur illa decem, non ex aliqua obligatione personali. illa enim non sequeretur fundum. vt ff. de contrahen. emp. & vendi. l. fin. §. fi.

Quartò requiritur, quòd Petrus sit in quasi possessione prædicta tempore litis contestatæ: scilicet quòd illam quasi possessionem, quam habebat, non amiserit tunc. Quintò, quòd Petrus fuerit in possessione saltem ab initio, à nemine, vi, vel clàm, vel precariò: aliâs videretur habere malam fidem, & sic interdictum non competeret, vt dictum est. Sextò requiritur, quòd Petrus perceperit prædictos x. solid. bona fide, scilicet credens se vsum iure suo, non errans in iure, & eos sibi deberi annuatim iure cuiusdam annuę pen-
59 sionis. Item credo, quòd Petrus † de prędictis non habebit probare, nisi solùm, quòd ipse fuerit in quasi possessione prędicta, & quòd per duos annos percepe- rit prædictam pensionem à possessoribus dictæ domus, & pro domo illa. Item, quòd Martinus possidet domum illam. Et cętera præsumantur, nisi contrarium probetur per Martinum, vel aliâs contrarium appareat per acta.

Hoc tamen quam singulare notat Guido Papa q. 407. ad fin.

SENTENTIA.

60 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum, ne de cætero turbet dictum Actorem in sua quasi prædicta possessione percipiendi annuatim prædictos decem solid. donec constet, dictum Actorem non habere ius percipiendi eos. Item condemnamus eum in xx. solid. Turonen. dandis dicto Actori pro arreragijs duorum annorum præteritorum, in quibus cessauit soluere &c. ¶ Item de cautione præstanda, ne impediat &c. tacetur, quia petitum non fuit, vt dictum est superiùs. Sed si in futurum post sententiam † prędictam Reus non soluat annuatim 61
dictam pensionem, donec constet eam non deberi, ipse si possideat, videbitur turbare quasi possessionem prędictam, & sic venire contra sententiam. & ideo Actor singulis annis poterit agere actione iudicati, vel poterit implorare officium iudicis pro executione, vel poterit de nouo agere interdicto Vti possidetis. sed videbitur stultus, si omittit executionem sententiæ. vt notatur ff. de exceptio. rei iudicatæ. l. si à te. §. j. & de hoc infrà in titulo de actione in factum ex re iudicata.

¶ Martinus autem poterit † agere actione quasi negatoria, vt sequitur: DOMINE iudex, ego Martinus conqueror de Petro, quia cùm ego possideam domum vocatam porticum Deutiriæ, dictus Reus inquietat & vexat me pro pensione decem solid. Turonen. quos dicit sibi deberi annuatim à possessoribus dictæ domus, percipiendis, est in quasi possessione, & eos percepit per duos vel tres annos. Vnde cùm illa domus sit libera ab omni pensione, & dictus Reus nullum ius habeat percipiendi dictam pensionem, ago contra eum, ne me inquietet seu vexet de cætero super prædicta pensione. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum non habere ius percipiendi dictam pensionem super dicta domo, & domum esse liberam, per vestram sententiam declaretis, & dictum Reum, ne me super illa pensione de cætero inquietet seu vexet, sententialiter condemnetis, & condemnatū &c. ¶ Probatur † ad instar actionis in rem negatoriæ super seruitutibus. Et licèt Actor, cùm agit interdicto Vti possidetis, non habeat docere de iure suo: tamen si agatur contra eum negatoria, ipse debet probare de iure suo, licèt tūc sit Reus. Quodlibet † enim prædium præsumitur liberum à seruitute. vt no. C. de seruitu. l. altiùs. &

tius.& ff.de proba.l.circa.excepta seruitute,quæ debetur ex natura loci: inferiores enim agri naturaliter in quibusdam seruiunt superioribus.vt ff.de aqua plu. ar.l.j.§.fin. Item, quodlibet prædium
65 † præsumitur liberum ab omni præstatione, excepto tributo, quod est à lege humana: vt C.fine censu vel reliquis.l. fi.& excepta decima,quæ est ex lege Dei: vt not.ff.de mu.& ho.l.munerum.§.patrimoniorum.in fi. Ex prædictis apparet,quòd in causa huius libelli formati
66 † ad instar negatoriæ,Petrus,licèt sit Reus,debebit probare de iure suo, scilicet se habere ius percipiendi prædictos decem solidos super illa domo annuatim à possessoribus dictæ domus: fortè, quia debetur ex causa alimentorum super illa domo,& sic domus de iure est affecta & obligata ad illa. vt de hoc ff. de vsufruc. l.hactenus.in prin.& de an.leg.l.Gaius. Vel fortè debentur pro pensione emphyteuticaria.vt C.de iure emphy.l.ij. Vel fortè debentur ex vetustate, ex tempore, de cuius contrario memoria non extat.vt arg.ff.de aqua plu.ar.l.j.§.fi.& de aqua quoti.& æsti.l.hoc iure.§.ductus aquæ. Vel fortè allegato titulo probetur vsus decem annorum super illa domo.arg.ff. de vsur.l.cùm de in rem verso.cum ibi notatis. Vel fortè debentur ex legato annuo, vel ex stipulatione annua, domo illa hypothecata : quia cui damus actionem,multò fortiùs exceptionem.vt ff.de superfi.l.j.§.is autem.vel fortè etiam domo illa non hypothecata.dominus enim dictę domus potuit vendere, vel per stipulationem promittere, & constituere prędictos decem solidos annuos super dicta domo, & eam afficere & onerare. videmus enim quòd emphyteuta potest constituere seruitutem in re emphyteuticaria: vt ff.de seruitu.l.iij.non tamen in pręiudicium directi domini : arg.ff.de pigno.l.lex vectigali.nisi & dominus directus illa laudasset.arg.ff.de aqua pluuia arcen.l.in diem adiecto prędio. Vel probabit alio modo se habere ius, prout prędicta pensio potest deberi, & rem afficere, & sequi seu concomitari de iure, vel de consuetudine patriæ. Alimenta tamen vita finiuntur : vt ff.de transacti.l. cùm ij.§.modus.& de ali.& ci.le.l.Mela. in principio. Item & annuum legatum morte finitur: vt ff.de an.le.l.si in singulos.in principio.sed stipulatio annua non finitur morte.vt ff.de verbo. obliga.l.si Stichum.in fi.& no. C.de dona.l.si quis argentum.§.fin autem. ¶ Martinus autem Actor † in ista quasi negatoria poterit probare,quòd cùm quidam possessor 67
dictæ domus deberet Petro certam summam pecuniæ ex causa mutui, soluit ei per duos vel per tres annos de illa summa quolibet anno decem solid.& sic apparebit,quòd non erat annua pensio.Vel probabit,quòd quidam possessor domus mittebat Petro quolibet anno in festo Natiuitatis Domini decem sol.pro vnis caligis.& talia encænia seu familiaritates, nisi haberēt quasi possessionem aliquam: quia nec sunt trahenda ad consequentiam seu ad necessitatem.vt ff.de offi.proconsu.& le.l.solent.in fi. Quæ dicta sunt super † Vti possidetis pro pensione,& su- 68
per quasi negatoria pro pensione,specialiter dicta sint sub correctione dominorum.quia regulariter pensio non sequitur fundum,nec eius possessorem: vt ff. de contrahen.emp.l.fi.§.fi.

RVBRICA CLVII.

De interdicto vtili Vnde vi pro seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Libellus interdicti vtilis Vnde vi pro seruitute fumi immittendi,quomodo formetur, & quibus iuribus probetur.nu.2.*

3 *Vi deiectus non videtur, nisi qui possidet, cùm deijcitur.*

4 *Vim atrocem interueniſſe oportet,vt interdictum Vnde vi competat.*

5 *Interdicto vtili Vnde vi restitutio quasi possessionis petitur.*

6 *In interdicto vtili Vnde vi pro seruitutibus, quæ Actor probare necesse habeat.*

7 *Interdictum vtile Vnde vi pro seruitutibus, quid differat ab interdicto Vti possidetis.*

8 *Interdicto Vnde vi vtili qui agere potest, dum vi claudebatur fenestra, per vim resistere potuit, vel posteà propria authoritate clausuram rumpere, dum illud incontinenti fiat. Secus, si ex interuallo.*

9 *Super interdicto vtili Vnde vi pro seruitutibus pendente causa, an Actor libellũ tradere possit, & agere confessoria. Et si priùs obtineat in Vnde vi, & executio fiat, ad quid sit vtile, posteà in confessoria obtinuisse. Et quid, si posteà in cõfessoria succumbat: vel primò succumbat in Vnde vi, & posteà in confessoria obtineat: vel in vtroque iudicio succumbat.*

10 *Super interdicto Vnde vi pendente causa, an Reus negatoria agere possit. nu. 17.*

11 *Interdicto Vnde vi agens vt obtineat, an requiratur, quòd vsus sit seruitute bona fide.*

12 *Sententiæ formula in interdicto Vnde vi pro seruitutibus.*

13 *Interdictum Vti possidetis & Vnde vi pro seruitutibus, quando directum, & quando vtile locum habeat. & quid in vtroque requiratur. nu. 15.*

14 *Interdictum Vti possidetis an concedatur inter corriuales.*

15 *Interdictum vtile Vnde vi habet locum pro seruitutibus, nõ ex verbis, sed ex mente edicti, & tantùm requiritur, dolo malo à quasi possessione expulsum fuisse.*

18 *Præstatio annua nõ est seruitus, nec in rem, nec in personam, & an & quando pro ea detur vtile interdictum Vti possidetis & Vnde vi.*

19 *Præstatio annua regulariter non sequitur fundum. Quod in casibus quibusdam fallit, vt ibi nu. 20. 21. 23. 25.*

22 *Interdictum Vnde vi vtile datur pro Prabenda clerici, & multò fortiùs Vti possidetis vtile.*

24 *Negatoria si possessor prædij agat, asserendo prædiales decimas Curato non deberi: quæ Curatus, vt obtineat, probare debeat.*

26 *Monasterium Aurelianense ex vetustate in macellis villæ habet linguas boũ: & si turbetur in sua quasi possessione, quibus remedijs ei subueniri possit, & quid probare debeat.*

27 *Seruitutis natura est, quòd res propria nemini seruit, ideoq; in pẽsione rei propriæ assignata, possessoria remedia locum non habent. Simile est in redditu, seu canone emphyteuticario.*

28 *Libellus interdicti Vnde vi super via, quomodo formetur, & probetur. Et quando procedat. nu. 29.*

30 *Interdictum Vnde vi an & quale habere possint vsufructuarius & vsuarius.*

31 *Libellus interdicti Vnde vi super iurisdictione, quomodo formetur, & probetur. Et quando procedat. nu. 32.*

33 *Libellus interdicti Vnde vi super pensione, quomodo formetur, & probetur.*

34 *In interdicto Vnde vi super pensione dolus malus requiritur, vt agi illo possit, & quomodo spoliatio seu violentia interuenisse hîc dici possit.*

35 *In interdicto Vnde vi super pensione, vt quis obtineat, quæ requirantur.*

CORAM vobis domino iudice † Mõtis Pessulani, dicit & ꝓponit in iudicio Petrus cõtra Martinũ, ꝙ cùm dictus Actor esset in quasi possessione seruitutis immittẽdi fumũ, de domo sua inferiori, sic & sic cõfrontata, ꝑ fenestrã parietis domus superioris in eandẽ domum superiorẽ, contiguã domui inferiori, dictus Reus dñs domus superioris clausit dictã fenestrã. & cùm dictus Actor resisteret, dictus Reus ꝑ vim atrocẽ dictũ Actorẽ de sua quasi possessione ꝑdicta penitus deiecit. Quare agit dictus Actor cõtra dictum Reum, vt sibi prędictã quasi possessionem restituat. vobis dicto dño iudici supplicãdo, vt dictũ Reum, ad restituendum seu quasi dicto Actori prædictã quasi possessionem, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c

¶ Pro-

1 ¶Probatur†Insti.de interdic.§.recuperandæ. & ff. de serui.l.pen. Sed videtur cõtrà,ff.de vsucap.l.sequitur.§.si viam. vbi dicitur, quòd quis de via nõ deijcitur. & eadẽ ratione potest dici, quòd nec de aliqua alia seruitute. Sed ibi dicit mero iure,&per consequens videtur innuere, quòd licèt quis de via mero iure non deijciatur, tamen quasi deijcitur. & not.C.vnde vi.l.si quis in tãtam. ¶Rectè dicitur, cũ esset in quasi possessione &c.
3 quia non†videtur vi deiectus,nisi ꝙ possidet,cùm deijcitur.vt ff. de vi & vi ar.l. j.§.interdictum autem hoc. ¶Item rectè
4 †dicitur, per vim atrocem. vt e.l.§. hoc
5 interdictum. ¶Item rectè petitur†restitutio quasi possessionis.vt e.l.§.j.& Insti. de interdic. §. recuperandæ. ¶Oportet
6 ergo, quòd Petrus † sic quasi detrusus, probet se habuisse tunc quasi possessionẽ fumi mittendi: aliàs succumbet. & probabitur ex patientia, quæ pro traditione habetur.vt ff.de serui.l.pe.verbi gratia: Cùm facta fuit fenestra & fumus mittebatur,Martinus vidit & nõ contradixit. vel cùm primò sciuit, nõ curauit statim occurrere.& ita constituit Petrum quasi possessorẽ.vt ff.si seruitus ven.l.& si fortè.§.sciẽdum. Item oportet,quòd probet, ꝙ ipse quasi possidebat, cùm quasi deijciebatur: vt dictum est.& est necesse, quòd postea illam quasi possessionẽ non recuperauerit, aliàs succumbet. agere enim non potest,nisi qui non possidet.vt ff. de vi & vi ar.l.j.§.non alij. Item non
7 †est curandũ, si Petrus erat in quasi possessione prædicta,vi,vel clàm,vel precario,ab aduersario, vel ab alio.vt Insti.de interdic. §.recuperandæ.Secus in interdicto Vti possidetis:quia ibi non curatur, si ab alio vi,vel clàm,vel precariò possideat, dum tamen nõ ab aduersario.vt ff. vti possidetis.l.j. in fi. Sed illud est in rebus corporalibus. sed in corporalibus, vt in seruitutibus, agens interdicto Vti possidetis, à nemine debet possidere vi, vel clàm,vel precario: vt dictum est suprà in suo titulo.

¶Et est notandum,quòd Petrus,dum
8 †claudebatur fenestra, potuit per vim resistere, vel posteà propria authoritate clausuram rumpere,dum tamẽ illud incontinenti fieret. vt ff.de vi & vi arma.l. iij.§.eum igitur.C.e.l.j.Sed si ex interuallo eam per vim recuperet, tunc esset absorpta ciuiliter & criminaliter violẽtia prima per Martinũ commissa,& Martinus posset ex secunda violentia agere Vnde vi,quasi expulsus de sua quasi possessione libertatis.vt C.ad leg.Iuli.de vi pub.vel pri.l.si quis ad se fundũ. ¶Item
est notandũ,quòd pendente†causa super 9
prædicto libello, Petrus poterit tradere libellum, & agere confessoria: quia non est prohibitum, nec Petrus illud faciendo est sibi cõtrarius. Et si Petrus primò obtineat in Vnde vi, fiet executio, & restituetur ei sua quasi possessio, & aperietur fenestra. & si posteà obtinet in cõfessoria,erit sibi vtile: quia declaratũ erit, seruitutem illam deberi.& sic de cætero Martinus non poterit agere negatoria: quia cùm confessoria competit,negatoria cessat. Si autem Petrus,cùm obtinuerit in Vnde vi,& sic fortè aperta est fenestra,succumbat in cõfessoria: fiet executio super ea, s. pro libertate domus superioris,& claudetur fenestra. Si autem primò succumbat in Vnde vi,remanebit fenestra clausa.& si posteà obtineat in cõfessoria,fiet executio super ea, & aperietur fenestra. Si autem Petrus, cùm succubuerit in Vnde vi,succumbat etiam in cõfessoria,remanebit fenestra clausa,nec de cætero erit Martino necessaria negatoria. ¶Sed an†pendente causa super Vn- 10
de vi, poterit agere Martinus negatoria? Dico,ꝙ non: quia quæstio violentiæ est primò terminanda, antequàm quæratur de dominio ipsius seruitutis. vt C. ad le. Iul.de vi pu.vel pri.l.si quis ad se fundũ. licèt ibi de re corporali loquatur.omnia enim restitui debent spoliato. & si dicat Martinus, se paratũ incontinenti probare,non deberi Petro illam seruitutẽ, ipse non audietur.vt no. ff. de iudi.l.si de vi.
¶Sed an†requiritur, quòd Petrus fuerit 11
vsus prædicta seruitute bona fide, ad hoc,quòd obtineat in hoc interdicto Vnde vi? Et videtur,quòd sic: quia vbi quis

vſus fuerit iure ſeruitutis, & ſic bona fide, credens eam deberi, non errans in iure: ipſi nec actio, nec interdictũ cõpetit. vt ff. queád. ſerui. amit. l. fi. & de iti. actuq́ pri. l. j. §. Iulianus ait. & l. fin. & de aqua quo. & ęſti. l. j. §. ſed & ſi iure. & §. Ariſto.

Dico, quòd ſi agatur interdicto Vti poſſidetis pro rebus incorporalibus, ꝙ bona fides eſt neceſſaria ſuper quaſi poſſeſſione in vtendo, ſaltẽ ab initio, per iura ſtatim allegata. Sed in iſto interdicto Vnde vi non eſt curandum de bona fide ſeu mala, nec de iuſta vel iniuſta quaſi poſſeſſione: dum tamen vſus fuerit aliquis, & conſtet ipſum in veritate quaſi poſſediſſe, quando fuit expulſus vel non admiſſus in ſua quaſi poſſeſſione. arg. C. de pręſcrip. xxx. vel xl. an. l. ſi quis emptionis. §. ſed hęc ſuper illis. ibi enim, qui mala fide pręſcripſerit, licèt actionem in rem mala fide conſtante habere non poſſit, ipſe tamẽ agit actione in rem contra inuaſorem, odio inuaſoris: vt ibi notatur.

SENTENTIA.

12 CVM dictus † Actor ſufficiẽter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua: idcirco per ſententiam in his ſcriptis cõdemnamus dictum Reum, vt dictam quaſi poſſeſſionem ſumi immittendi dicto Actori reſtituat &c.

13 ADDIT. Nunc ad † declarationẽ eorum, quæ dicta ſunt ſuper interdicto Vti poſſidetis, & Vnde vi, pro ſeruitutibus, eſt notandum, quòd ſi quis turbetur in poſſeſſiõe rei corporalis immobilis, habet locum interdictum Vti poſſidetis directum. ſed ſi quis turbetur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, tunc habet locũ vtile. & ſic intelligitur & nota. ff. Vti poſſi. l. j. in prin. Item, ſi quis habet ſeruitutẽ ad fundum ſuum, & impediatur in illa ſeruitute, & conqueratur principaliter, ꝙ in vera poſſeſſione fundi turbatur, nec eo liberè poteſt vti: habet locũ Vti poſſidetis directum. ſed ſi conqueratur principaliter, quia turbatur in quaſi poſſeſſione ſeruitutis illi fundo debitæ: habet locum vtile. & ita habetur & no. ff. ſi ſer. ven. l. ſicuti. §. Ariſto. Item, ſi quis habẽs vſumfructum in fundo alieno, conqueratur, quia turbatur in ſua naturali poſſeſſione, quam habet in illo fundo: vt ff. de acquir. poſſ. l. naturaliter. rectè habet locum interdictum Vti poſſidetis directum. Sed ſi principaliter conqueratur, quia turbatur & impeditur in ſua quaſi poſſeſſione, quã habet in ſeruitute vſuſfructus: tunc habet Vti poſſidetis vtile. vt habetur & notatur ff. vti poſ. l. fin. & facit ff. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. item ei qui. Item habet locum vtile, ſi quis turbetur in ſua quaſi poſſeſſione ſui iuris, ſeu ius ſuum exercere, licèt illud ius non ſit ſeruitus. vt ff. de iniur. l. ſanè. Illud tamẽ ius habet ibi inſtar ſeruitutis, quia eſt in re corporali immobili, ſ. in quodã diuerticulo maris, & ideo non eſt mirũ. Sed mirabitur aliquis, quia gloſſator inter † corriuales non cõcedit interdictum 14 Vti poſſidetis. vt ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. ſi inter riuales. & tunc eſt ibi quædã ſeruitus adhærens rei corporali immobili. & textus ibi benè facit, quòd competat Vti poſſidetis. Item eſt notãdum, quòd ſi quis agat Vti poſſidetis † directo, 15 ſ. pro poſſeſſione rei corporalis immobilis debita: oportet, quòd ille poſſideat tempore litis cõteſtatæ nec vi, nec clàm, nec precariò ab aduerſario. Sed ſi agat quis vtili, ſ. pro quaſi poſſeſſione ſeruitutis tributa: oportet, ꝙ à nemine quaſi poſſideat vi, vel clàm, vel precariò: vt dixi ſuprà in præcedenti titulo. Item in ſeruitutibus habet † locum interdictum 16 vtile Vnde vi. quia licèt mero iure de via quis non detrudatur: vt ff. de vſuca. l. ſequitur. §. ſi viam. tamẽ quaſi detruditur. vt not. C. vnde vi. l. ſi quis in tantã. Quia licèt in ſeruitutibus deficiant verba edicti Vnde vi, quæ habentur ff. de vi & vi ar. l. j. in prin. & Inſti. de interdic. §. recuperandæ. tamẽ ex mente edicti poteſt dari vtile Vnde vi. vt argumento, ff. ſi qua. pau. feciſ. dica. l. pen. Nec curabitur in iſto Vnde vi, ſi quis quaſi poſſideat vi, vel clàm, vel precariò à quocũque: dum tamen dolo malo quaſi expulſus fuerit à ſua quaſi poſſeſſione. Item, ſi quis agat † iſto interdicto vtili Vnde vi, aduerſarius agẽs negatoria repellitur, quia ante 17 omnia

omnia restituẽdus est spoliatus, seu causa violentiæ terminanda. argumento, C. ad leg. Iul. de vi pub. vel pri. l. si quis ad se fundum. Sed Vti possidetis non impediret negatoriam actionem.

¶Ad declarationem & emẽdationem eorum, quæ dicta sunt super libellis pen-
18 sionum, dico, quòd annua præstatio†non est seruitus, nec in rem, nec in personam. vt ff. de an. legat. l. Gaius. nec per verbũ, præstare, seu dare, constituitur seruitus: vt ibi notatur. & ideo pro annua præstatione non datur vtile interdictum Vti possidetis, nec Vnde vi, quæ pro seruitutibus aliquãdo dantur. Sed quia de similibus ad similia procedi debet: vt ff. de legi. l. non possunt. ideò probabiliter potest dici, quòd illa possessoria dentur pro annua præstatione, si similitudo sufficiens inueniatur de seruitutibus ad eam. Similitudo autem potest assumi & perpendi in hoc: quia de natura seruitutis est, quòd adhæreat rei corporali, seu fundo, à quo debetur: & sic fit ius fundi, & ꝙ sequatur fundum & fundi possessorem. vt ff. de serui. l. pen. & de serui. rusti. prę. l. via. §. si fundus. & commu. præ. l. j. & de vsufru. l. j. & ij. & de acqui. re. do. l. traditio. §. j. Ergo si annua præstatio non fit super re corporali, ipsa tunc nõ habet instar seruitutis, nec debent competere illa possessoria. Et sic, si Prælatus promisit mihi dico, vel aduocato, pẽsionem, nulla re corporali designata, non habebunt locum illa possessoria. Item si deberentur mihi x. singulis annis ex legato, vel alio titulo: vel xxx. ex causa mutui, soluẽda annua bima trima die: quia si soluta fuerunt x. vno anno, & posteà cessetur in solutione, non habebunt locũ illa possessoria: licèt sit ibi talis qualis quasi possessio, saltẽ quantũ ad petitionem hęreditatis: vt ff. de peti. hęr. l. regulariter. Idẽ dico, si mihi & prędecessoribus meis, Martinus & prædecessores eius dederunt quolibet anno x. vel libram piperis, vel simile quid, fortè tãto tempore, quòd de contrario memoria nõ extat: quia si cessetur in solutione, ego non potero agere illis possessorijs, licèt ego prætẽdam vetustatem: quia non prætendo, ꝙ debeatur ratione alicuius fundi, seu rei corporalis immobilis. licèt Speculator super hoc se intricare videatur, sequens Rofredum, & malè. Item, si prętẽdatur fundus, super quo debeatur, si non comitetur nec sequatur fundũ, nõ habet instar seruitutis: vt apparet ꝑ iura præallegata. nec habebunt locũ illa possessoria. Regulariter
†aũt annua prętatio nõ sequitur fundũ: 19
vt ff. de cõtrah. em. l. fi. §. fi. & de ac. emp. l. in venditione. vt ibi satis apparet in casus positione. & facit glo. ff. de an. le. l. liberto suo. in prin. ¶In quibusdã aũt casibus annua prętatio adhęret fundo, & sequitur fundũ & fundi possessorem. Pri-
mò, in alimentis prętandis,† fauore ali- 20
mentorũ. ar. ff. de vsufr. l. hactenus. circa prin. vbi lex æꝗparat tributũ & alimenta prętãda ex fundo, ex quo relicta sunt, & vocat ea onera fundi. & facit ff. de ali. & cib. leg. l. ij. ibi, dũ dicitur, & licèt ad fiscũ bona fuerint deuoluta, ex quibus alimẽta debeantur, prętanda sunt &c. & sic apparet, ꝙ dicit ibi, bona deuoluta, ex qbus &c. ꝙ nedũ ibi in vniuersali succcessore loqtur, immò & in singulari. Et si aliquis dicat, ꝙ pro alimẽtis legatis ex fundo cõpetit hypothecaria actio, etiã si testator nihil dixit de hypotheca: vt no. ff. de ali. & ci. leg. l. Lucius. & etiã hodiè ꝑ omnibus legatis cõpetit hypotheca: vt C. commu. de le. l. j. & quia hypothecaria seqtur fundũ, ideò sufficiat, nec curetur de illis possessorijs, cũ nec videantur necessaria. Sed dico, ꝙ nõ sufficit: qa illa alimẽta ex fundo sunt prętãda, vt dictũ est. & licèt hypothecaria sequatur fũdũ, nõ tñ datur ad prętandũ alimẽta, sed rẽ restituendã. & ideo, qa illa alimẽta ex fũdo relicta sequũtur & comitãtur fundũ sup prętatione alimẽtorũ, vt dictũ est: & est ibi q̃dam possessio, & sic habẽt instar seruitutis: potest dici ꝑbabiliter, ꝙ cõpetãt illa possessoria suo loco, s. ꝑ quasi possessione turbata, vel quasi spoliata sup ꝑstatione alimẽtorũ, & arreragia ꝑterita, & ꝙ in futurũ alimẽta prętẽtur, donec in q̃li negatoria, vel aliàs cognitũ fuerit, ea nõ deberi: vt satis apparet ex his, q̃ dicta sũt superi⁹.

Quidam

Quidam tamẽ dicunt, quòd pro illis alimentis posset agi condictione ex lege, vel actione in factu ex æquitate, vel officio iudicis. vt simile no. C. de agri. & cen. l. si coloni. lib. xj. ff. de dam. infec. l. hoc am-
21 pliùs. in prin. Secũdò, dico idem † in anniuersarijs, & similibus, super re certa quita & allodiali assignatis ecclesię pro fidelibus defunctis, s. quòd competant illa possessoria. & hoc, quia est modus in rebus: vt no. ff. de verbo. obli. l. si ita quis.
22 §. ea lege. Sic etiam pro Prębenda † clerici datur vtile interdictum Vnde vi: vt not. C. vnde vi. l. si quis in tãtam. multò fortiùs ergo potest ibi habere locũ Vti possidetis vtile. & hoc, si illa Prębenda debeatur ex fundo seu re corporali immobili, aliter non haberent ibi locum illa possessoria de iure ciuili, vt credo. Tertiò,
23 potest dici idẽ † in decimis prædialibus, quæ debentur Curato alicuius ecclesiæ: quia illæ à legę Dei sunt: vt no. ff. de mu. & hono. l. munerum. §. patrimoniorum. & sequuntur quemlibet possessorem: & sic habent instar seruitutis. Sed si posses-
24 sor † velit agere negatoria: tunc Curatus habebit necesse probare, se esse Curatũ, & fundum esse infra fines suæ parochiæ: aliàs succumbet in negatoria. Quartò
25 debet idem dici, si ex † vetustate per tenẽtiarios alicuius fundi soluta fuerit annua præstatio super illo fundo, s. tanto tempore, quòd de eius contrario memoria nõ extat: quia talis pręstatio pro fundo, satis habet instar seruitutis, propter vetustatem, quæ vicem legis obtinet: vt ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. & l. fi. Et iuxta istã vetustatem formatus est statim libellus, super quasi Vnde vi super pensione, & superiùs super quasi Vti possidetis super
26 pensione. Et sic apud Aureliacum † monasterium habet in macellis villæ ex vetustate linguas boum, qui ibi vendũtur. & si turbetur in illa sua quasi possessione, poterit agere vtili Vti possidetis. vel si negetur dolo malo, illud ius deberi, & sic monasterium quasi spolietur sua quasi possessione, rectè poterit agere vtili Vnde vi. Nec in possessorio habebit monasterium necesse probare, se habere ius: sed solùm, se esse in quasi possessione illius iuris, si agat Vti possidetis: vel se fuisse in quasi possessione, & se spoliatum, si agat Vnde vi. Sed si quis agat cõtra monasterium quasi negatoria: tunc monasteriũ habebit necesse probare, se habere illud ius ex vetustate, contra quoslibet vendentes boues in illis macellis: aliàs monasterium succumbet in quasi negatoria. ¶ Item de † natura seruitutis est, quòd 27
res propria nemini seruit: vt ff. si vsufru. pe. l. vti frui. in princ. Si ergo pensio annua assignata fuerit alicui in re propria, non habet instar seruitutis, nec habebunt locum illa possessoria. Item de natura seruitutis est, quòd præstatio seu datio non constituit eam: vt ff. de an. leg. l. Gaius. & de vsufru. leg. l. patrimonij. & no. ff. de vsufr. l. si quis ita. Cùm ergo annua præstatio habeat in se dationem per manum alterius faciendam, ideo nõ habet instar seruitutis. & sic illa possessoria non possunt ibi habere locũ, nisi in quibusdam casibus suprà enumeratis.

ADDIT. Ex prædictis satis apparet, quòd pro pensione, seu redditu, seu canone emphyteuticario, quæ idem sunt: vt C. de iu. emphy. l. ij. & l. fi. & Insti. de loca. & con. §. adeo. non agitur Vti possidetis, nec Vnde vi, cõtra emphyteutam, nec contra alium possessorem: quia ius illud nimis discrepat à natura seruitutis. Primò, quia ille est dominus rei emphyteuticariæ. Secundò, quia illa pẽsio consistit in dando. Tertiò, quia annua præstatio non sequitur fundum, vt dictum est: nisi in casibus superiùs enumeratis. Et prædicta dico de iure ciuili. licèt de iure canonico fortè sit secus.

Super via potest ita formari libellus.

CORAM vobis † domino iudice 28
Mõtis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinũ, quòd cùm dictus Actor esset in quasi possessione seruitutis viæ per talem vineam dicti Rei, dictus Reus per vim atrocem seu dolo malo quasi deiecit dictũ Actorem de prædicta sua quasi possessione. Quare

Quare agit contra eum, vt dictam quasi possessionem sibi restituat, seu quasi. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum, ad restituendū, seu quasi, dicto Actori dictam quasi possessionem per vestram sententiam cōdemnetis &c. ¶Probatur, vt supra. & videantur, quæ
29 ibi dicta sunt. Prædictus libellus † procedit, quia expulsus per violentiam de via, super via principaliter cōqueritur. Si aūt cōquereretur principaliter de vinea, qa non posset ea vti: quia de via solùm fuit quasi expulsus, nō haberet locū Vnde vi: quia de vinea non est expulsus. sed posset habere locum tunc Vti possidetis. Item
30 † vsufructuarius & vsuarius possunt habere interdictum Vnde vi. vt ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde. & §. item si non. & de dona. l. Aquilius. in fi. illi tamē possident naturaliter rem corporalem: vt ff. de acqui. pos. l. naturaliter. in prin. & vti pos. l. fi. & ideo debent habere interdictū Vnde vi directum: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. deijcitur. & no. in l. iij. §. vnde vi.

Super iurisdictione potest ita formari libellus.

31 CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus cōtra Martinum, quòd cùm dictus Actor esset in quasi possessione exercendi omnimodam iurisdictionem in territorio Cellę nouæ, dictus Reus per vim atrocem expulit eum & suos de prędicta sua quasi possessione. Quare agit cōtra eum, vt prædictā quasi possessionem sibi restituat. vobis dicto domino iudici supplicādo &c. ¶ Probatur vt suprà. Rectè dicitur, quòd expulit
32 † eum & suos: quia si seruientes curiæ remāserunt ibi, exercendo iurisdictionem nomine Petri: tunc Petrus non videatur vi deiectus, & sic non posset agere Vnde vi: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. nō alij. sed posset agi tunc Vti possidetis vtili. Et videantur, quæ dicta sunt superiùs.

Super pensione potest formari libellus.

33 CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit Petrus contra Martinum, quòd cùm dictus Actor esset & sit in quasi possessione percipiēdi annuatim x. sol. Tur. à tenentiarijs, seu possessoribus domus, vocatæ porticus Deutiriæ, ratiōe dictæ domus, interpellatus quòd solueret, noluit soluere dictos x. sol. negans eos deberi, dicens etiam dolo malo, quòd nunquam eos solueret pro dicta domo. & à tempore, quo cessatum fuit soluere, elapsi sunt duo anni. Quare agit contra eum, vt sibi prædictam quasi possessionem restituat, & quòd xx. sol. Turo. pro duobus annis præteritis ei soluat. vobis dicto domino iudici supplicando, vt dictum Reum, ad restituēdum, seu quasi, dicto Actori prædictam quasi possessionē, & vt prædictos xx. sol. Tur. de arreragijs sibi soluat, per vestram sententiam condemnetis &c.

¶Probatur, vt supra. Et quòd pro talibus possit agi Vnde vi, facit quod no. C. vnde vi. l. si quis in tātam. Rectè dicitur, 34
quòd Martinus possessor dixit † dolo malo, quòd nunquam solueret prædictos x. sol. super dicta domo. aliàs enim, nisi dolus malus interuenisset, non posset agi Vnde vi: vt ff. de vi & vi ar. l. j. §. hoc interdictū. Sed mirabilis videtur ista violētia, nec videtur posse hîc assignari spoliationē, cùm nihil facti extrinsecus ibi interueniat. In seruitutibus enim, licèt in eis nō sit nisi quędam quasi possessio, attamen ibi apparet violētia. verbi gratia: Si aliquis sit in quasi possessione seruitutis vię, & velit vti via, & ire per fundum: & aduersarius restagnet eum, & repleat eum, fortè cum palis & fustibus, vt ita loquar: ibi satis apparet de violentia. Et eodem modo si Petrus esset in quasi possessione percipiendi illos x. sol. & etiam pignorādi domum, vt est in quibusdam locis: tunc si, cùm Petrus vellet pignorare vel claudere, non permitteretur ei, & sic repelleretur manu iniecta, satis apparet tunc de violentia. Sed in casu nostro non est ita: quia non fit ibi aliquid manu iniecta, sed Martinus possessor nō vult soluere, nec aperire bursam, vt soluat. & sic de facto nihil facit extrinsecus, ex quo appareat violentia. Quid ergo dicemus?

Potest dici, quòd in prædicta perceptione annua potest esse quasi possessio. & si Petrus erit in prędicta quasi possessione, & Martinus possessor soluat dictos x. sol. per duos vel per tres annos: vel sciebat, quòd possessores dictæ domus quōdam, qui ꝓ tempore ibi fuerant, soluerāt eas per duos vel tres annos: & sic Martinus sciebat Petrum esse in quasi possessione prædicta: tunc eo ipso, quòd dixit, quòd nunquam solueret, videtur satis fuisse in dolo malo, & Petrum quasi expulisse de sua quasi possessione, quia eum nō admisit reuenientem ad eam. arg. ff. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & illud videtur sufficere pro violentia, nec alia potest ibi assignari. Secus ergo, si Martinus nunquam soluit, nec sciuit, ꝙ alij possessores soluissent: quia tunc ipse non videretur in dolo. & sic Petrus in vanū ageret Vnde vi.

Tutius ergo, vt credo, esset ei, quòd nō diceret se expulsum, nec se suspicatū repulsum: sed quòd ageret Vti possidetis.

¶Et in summa, ad hoc, quòd Petrus ob-
35 tineat † in isto Vnde vi, requiritur, quòd cùm ipse quasi expellebatur à Martino, Martinus esset possessor illius domus.

Itē, quòd dictus Petrus esset tunc in veritate in quasi possessione percipiēdi annuatim dictos x. sol. à possessoribus super illa domo. Item, quòd Petrus percepisset eos per duos vel tres annos. & hoc propter verbū, annuatim, in libello positum, aliâs sufficeret semel. Item, ꝙ dolus malus Martini possessoris interuenerit in negando, quod est, si ipse sciebat Petrū esse in quasi possessione prædicta. aliâs Petrus succumbet. Non tamen curabitur de vi, vel clàm, vel precariò Petri, nec de mala fide eius in isto Vnde vi, quod est recuperandæ: sed in interdictis retinendæ possessionis super incorporalibus requiritur bona fides, & ꝙ quasi possessor fuerit, nec vi, nec clā, nec precario: vt sæpiùs dictum est superiùs.

RVBRICA CLVIII.

De actione iniuriarum ex lege Cornelia.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis iniuriarum ex lege Cornelia, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Iniuria nō malitiosè, sed causa ludi facta, iniuriarum nō agitur. & quid tunc Reum probare oporteat.*

4 *Correctio seu castigatio debita non habet iniuriam. & quibus hac permissa sit.*

5 *Executio iuris, non habet iniuriam.*

6 *Vim vi repellere, non habet iniuriam.*

7 *Iniuriam non facit, qui iure suo vtitur.*

8 *Iniuriarum non agitur ex lege Cornelia, sed actione pratoria, causa percutiēdi manu tantùm leuata.*

9 *In iniuriarum actione locus iniuriæ designari debet.*

10 *Iniuria in facie facta aggrauatur, & quare.*

11 *Iniuriam statim ad animum reuocatā esse, & adhuc reuocari, ponitur in libello, vt constet, eam dissimulatione abolitam non esse. & ibi, quomodo illa abolitio fiat.*

12 *Iniuriarum actio ciuilis, & priuata accusatio licèt dissimulatione aboleatur: secus tamen est in accusatione publica.*

13 *Iniuria quando risu non aboleatur.*

14 *Iniuriam passus, suam iniuriā æstimare debet, & eius æstimationem iudicis æstimatio seu mitigatio subsequitur.*

15 *In iniuriæ æstimatione dicitur, quòd eam passus tantū de suo proprio amittere velit.*

16 *Iniuriarum actione instituta, condemnatio qualiter fieri debeat, iniuriaq́; æstimatio an ad tempus facta iniuriæ, petitionis, aut sententiæ referenda sit.*

17 *Pro iniuria vbi agi potest lege Cornelia ex lege xij. tab. an etiā agi possit actione pratoria ex edicto Prætoris.*

18 *Iniuriarum actio ex lege Cornelia descendens est ciuilis ex lege xij. tab. & an perpetua sit, vel anno, vt pratoria, tollatur. nume. 20.*

19 *Vulneratus aliquis extitit, cui ex officio suo inquisiuit, & accusatus extitit condemnatus.*

minatus. Vulneratus post duos annos vel tres vult agere pro iniuria sibi facta, quæ ex lege Cornelia descendit: quæritur an possit.

21 Iniuriarum actio prætoria, annalis, & sic temporalis est. Et quomodo perpetuetur.

22 Ex iniuria ciuiliter & criminaliter agi potest, & vtroque modo ad vindictam, & criminalis an tollatur per ciuilem.

23 Iniuriarum actio vendi & cedi potest.

24 Iniuriarum actio ad hæredem non transit, nec contra hæredes datur: nisi lite contestata.

25 Sententiæ formula in actione iniuriarum ex lege Cornelia, ad æstimationem Agentis, Iudicis taxatione accedente. nu. 26. Itē, si in minori summa condemnatio facienda sit. nu. 27. Et an tunc, si in reliquo absolutio non fiat, sentētia sit ipso iure nulla. nu. 28. Item, si Reum absolui debeat. nu. 29.

1 CORAM vobis domino iudice † Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinum, quòd dictus Reus malitiosè percussit cum pugno in facie dictum Actorem. quam iniuriam dictus Actor reuocauit statim ad animum, & adhuc reuocat, & æstimat eam in x. lib. Tur. & nollet eam sibi factam fuisse per dictum Reum pro prædictis x. lib. Tur. immò potiùs vellet eas de suo proprio amisisse. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictū Reum in prædictis x. lib. Tur. dandis & soluendis dicto Actori, salua vestra iudiciali æstimatione, per vestram sentētiam condemnetis, & condemnatum ad dandum iuris remedijs compellatis. Petit etiam expensas factas occasione præsentis causæ, & protestatur de faciēdis, quas omnes declarabit suo loco & tempore, prout fuerit rationis. Implorās, domine iudex, vestrum officiū in omnibus illis, in quibus circa præsentem causam est vel fuerit implorandum.

2 ¶Probatur † Insti. de iniu. §. j. & §. pœna. Rectè † dicitur malitiosè. quia si causa ludi factum esset, non posset agi iniuriarū actione: vt ff. de iniur. l. iij. Oportebit tamē probare Reum, quòd causa ludi illud fecit. ar. C. e. l. si non conuicij. & ad leg. Corne. de sic. l. j. & ff. de leg. iij. l. non aliter. in princ. Item nedum ludus, immò & debita † correctio seu castigatio nō habet iniuriam: vt ff. de iniur. l. itē apud. §. adijcitur. Modica autem castigatio est concessa patri, in filium: vt C. de bonis, quæ lib. l. cùm oportet. §. cùm autem. & de pa. po. l. iij. Item, senioribus, in iuuenes propinquos: vt C. de emen. propin. l. vna. Item, patrono, in libertum: vt ff. de iniur. l. prætor edixit. §. prætereà. Itē, domino, in mercenarium. ar. ff. de pœnis. l. respiciēdum. §. furta. Itē magistro, in discipulum: vt ff. ad leg. Aquil. l. sed & si quęcunque. §. si. Item domino, in seruum suum: vt C. de emenda. seruo. l. vna. Item marito, in vxorem: quia & sibi operatur: vt ff. de dona. inter vi. & vxo. l. sed si vir ex lana. & de ope. liber. l. sicut. & etiam cum flagellis & fustibus potest eam cædere, in casu, in quo potest ei mittere repudiū: vt in cor. vt liceat matri & auiæ. §. si quis autem propriam vxorem. col. viij. & arg. ff. ad Sillania. l. iij. §. si tamen maritus. Item marito, in seruos dotales: vt ff. sol. ma. l. si constante. §. si maritus. Item vsufructuario, in seruū, in quo habet vsumfructū: vt ff. de vsufru. l. sed & si quid donetur. aliàs l. itemq; si acceptum. §. quoniam. Item creditori, in seruū sibi pignori datū: vt ff. de pig. ac. l. eleganter. §. si. Item, quicunq; inuenerit seruum destruentē viā publicā ciuitatis, ipse potest eum fustigare: vt ff. de via pu. in l. Græca, ædiles ciuiles. Item, iuris executio † non habet iniuriā: vt ff. de iniu. l. iniuriarū. j. §. j. Item, vim † vi repellere, non habet iniuriam: vt ff. de iusti. & iu. l. vt vim. 4 5 6

Item generaliter, qui iure † suo vtitur, non facit iniuriā: vt ff. de reg. iur. l. nullus videtur dolo facere. & ad le. Aquil. l. scientiā. §. qui cùm aliter. ¶Itē rectè dicitur, q; percussit. quia si tātùm causa percutiēdi manū leuauit, nō ageretur leg. Cor. de iniu. sed p̄toria actiōe: vt ff. de iniu. l. item apud. §. j. ¶Itē rectè dicitur, in facie: quia 7 8

 certum

9 certum locum †debet actor designare: vt ff. e. l. prætor edixit. in princ. & §. quod
10 autem. Item & in facie † aggrauatur iniuria: vt ff. e. l. vulneris. & Instit. e. §. atrox. Facies enim hominis est ad similitudinē pulchritudinis cælestis figurata: vt C. de pœnis. l. si quis. ¶Itē rectè dicitur, quòd
11 iniuriam statim † ad animum reuocauit. non quòd sit illud necesse dicere: sed dicitur in libello ad illū finem, & ex abundanti, s. quòd Actor iniuriam passus non ab oleuit eā dissimulatione. Si enim percussus risit, bibit, vel comedit statim cū percussore, ipse non posset posteà agere actione iniuriarum: vt ff. de iniur. l. non solùm. §. j. & Insti. e. §. fi. Et est ratio: quia actio iniuriarū nascitur ex contumelia: vt ff. de pac. l. si vnus. §. sed si pactum. sed quando statim cōtumeliam sequitur risus, seu aliud signum familiaritatis & amicitiæ cum iniuriante, illud videtur inesse in percussione: vt ff. de reb. credi. l. lecta. in vers. dicebam. & sic non videtur iniuria facta, vel potest fingi remissa. volenti enim non fit iniuria: vt ff. de iniur. l. j. §. vsqueadeo. Sed si interuallo risit, vel simile quid fecit cum iniuriante, non videbitur ob hoc remissa iniuria. & sic etiā superfluè dictum est in libello, & adhuc reuocat. Item est aduertendū, ꝙ si risus
12 † statim interueniat, vel pactū, statim, vel ex interuallo: licèt tunc tollatur actio in iure ciuilis, & etiam accusatio priuata: tamen accusatio publica non tollitur, si ibi locum habeat: vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. si paciscar. & l. ius publicum. & no. ff. ad Silla. l. diuus Marcus. Item super risu est aduertendum, quid enim, si
13 alicui † esset mutilata manus vel pes iniuriosè, & statim arrisit iniurianti? certè tristis est valde talis risus, nec est præsumēdum, ipsum verè ridere, sed magis richinare. Immò & si statim pactū fecit de non agendo actione iniuriæ, nō credo in tāto damno suo & dolore summo, ipsum dixisse vel fecisse illud gratis, sed potiùs timens, ne plus offenderetur, & ideo ei præiudicare nō deberet. ¶Item rectè dicitur, & eam æstimat &c. quia iniuriam
14 † passus debet suam iniuriam æstimare: vt Insti. de iniur. §. pœna. Quidam tamen dixerunt, quòd vbi agitur ex lege Cornelia de iniur. æstimatio debet fieri à iudice, iuramento in litem delato iniuriam passo. & ita no. Insti. de iniur. §. sed & lex Cornelia. Alij dixerunt, quòd non iuratur in ea: sed fit æstimatio iniuriæ officio iudicis: vt ff. e. l. constitutionibus. & notatur eo. titu. l. lex Cornelia. in prin. nec æstimatur ab iniuriam passo, quando agitur ex lege Cornelia prædicta: vt notatur ff. e. l. iniuriarum æstimatio. sed vbi agitur in iure prætoria, tunc fit æstimatio ab iniuriam passo: vt Insti. eodem. §. pœna. & notatur per Columbum de pace iura. fir. §. iniuria. Sed dicendum est indistinctè, siue agatur lege Cornelia, vel actione prætoria, quòd iniuriam passus debet suam iniuriam æstimare. Et cùm inuenitur dici, quòd iudex æstimat eam: vt ff. de iniur. l. cōstitutionibus. debet intelligi, s. post ęstimationem factam ab iniuriam passo, qui fortè in immēsum iurauit. Item cùm inuenitur dici, quòd iniuriam passus eam æstimat: vt Insti. e. §. pœna. debet intelligi, quòd etiā æstimatio iudicis subsequatur, ad refrenandam seu moderandam æstimationem factam ab iniuriam passo. Iniuriam enim passus eā æstimat, & quod æstimat, petit, quod posteà iudex ex officio suo mitigat: vt no. Insti. de ac. in princ. Pla. etiam dixit indistinctè, quòd iniuriam passus debet æstimare suam iniuriam. Item dominus Azo expressiùs locutus est, dicens, quòd siue ex lege Cornelia, siue ex edicto prætoris agatur, iniuriam passus suam iniuriam æstimat, taxatione à iudice facta, ne quis iurauerit in infinitum. ¶Item rectè † dicitur, immò vellet eas potiùs de suo 15
proprio amisisse: vt not. ff. de iniur. l. iniuriarum æstimatio. ¶Itē rectè dicitur, salua vestra iudiciali æstimatione &c. qa inquantum † eam Actor æstimauerit, de- 16
bebit fieri condemnatio, vel in minus, prout æstimabit iudex: vt Inst. e. §. pœna. Aestimabitur autem iniuria, relatione facta ad tempus, quo iniuria facta fuerit: non ad tempus petitionis, nec sententiæ. vt ff. e. l. iniuriarum æstimatio.

¶Item

¶ Item est notandum, quòd vbi potest
17 agi pro † iniuria lege Cor. ex lege xij. tab. potest etiam agi actione prætoria, scilicet ex edicto prætoris. vt prętor videatur ampliasse viam agendi, vt & aliàs viam succedendi: vt Insti. de bo. pos. §. j. & no. ff. de iniur. l. lex Cornelia. in prin. ¶ Item
18 est notandum, quòd actio † iniuriarum ex legę Cornelia descendens est ciuilis ex lege xij. tabu. & sic debet esse perpetua. vt Insti. de perpe. & temp. ac. in prin. Et pro hoc facit, quod nota. ff. quod me. cau. l. si cùm exceptione. §. j. Sed pone, aliquis
19 † extitit vulneratus, cui ex officio suo inquisiuit, & accusatus extitit condemnatus: vulneratusq́ post duos annos vel tres vult agere pro iniuria sibi facta, quæ descendit ex lege Cor. opponitur contra eum, & dicitur, quòd non potest. colligitur omninò secundùm opinionem Ioannis & Bulgari. Martinus contrà, eúmque sequuntur Ia. & Ia. de Ra. vt no. in præalleg. l. si non conuicij. & hoc verum. & ita obtinuit de facto pluries in iudicio.

Non obstat, si dicatur, quòd inquisitum est per curiam. & de delicto vnius hominis non debet sępius quæri. vt l. licèt. § possumus. ff. nau. cau. stab. dico, quòd verum est, eodem modo & eadem via, quod non est in casu pręsenti. aliud est enim officium curiæ, & aliud actio instituta per partem. vt l. non solùm. & quæ ibi scripsi, ff. de rei ven. & arg. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de pu. & ve. & videtur casus in l. fi. ff. de fur. nam per acta facta in criminali probaretur in ciuili. vt l. quod euitandi. C. de condic. ob turpem cau. Et prædicta habét locum, vbi quis fuit condemnatus. Sed vbi fuisset absolutus, & vulnerato sciente, fortè esset pręclusa via dicto vulnerato. vt l. si maritus. in fi. quæ est l. iiij. ff. de adulter. nisi doceret de pręuaricatione primæ sententiæ. vt l. iij. ff. de pręuari. & ita etiam obtinuit in iudicijs, quæ est ipsa veritas. licèt plura possent dici circa prædicta. Glossa tamen sequen-
20 do † dominos Bul. & Pla. & Ioan. & Azonem, & quasi omnes Doctores, excepto Martino, tenet ibi contrarium, per l. si nō conuicij. C. de iniur. vbi dicitur indefinitè, quòd actio iniuriarum tollitur anno. Sed illud ibi posset intelligi de pretoria tantùm: qa & de illa loquitur lex illa in sui prin. cùm ibi de conuicio loquatur. & ita tenet glo. ff. e. l. lex Cornelia. in prin. & hoc videretur verius. licèt sit durum recedere ab opinione prædictorum dominorum. ¶ Item est notandum, quòd actio † iniuriæ prætoria est annalis, & sic est tēporalis: sed perpetuatur per executorem in xxx. an. vt C. de præscrip. xxx. an. l. sicut. & l. cùm notissimi. in prin. Item per litis contestationē in xl. an vt e. ti. l. fi. Item si preces fuerunt Principi porrectæ super ea, & iudex datus fuerit, illa faciunt litis contestationem, s. vt detur hęredi & contra hęredem. vt C. quando libellus princi. datus. l. j. & ij. ¶ Item est notandum, quòd ex iniuria † potest agi ciuiliter, & criminaliter. & vtroq; modò est ad vindictam. vt ff. de collat. bo. l. cùm emancipati. §. emancipatus. & ideo criminalis tollitur per ciuilem. Item actio † iniuriarum potest vēdi & cedi. vt ff. de hære. vel ac. ven. l. si nomen. Item, quia † est ad vindictam, non transit ad hęredem: licèt regulariter pœnales sint transitoriæ ad hęredes: vt Insti. de perpe. & temp. ac. §. non autem. in vers. sed hęredibus. litis tamen contestatio facit eam transire ad hęredem. vt ff. de iniur. l. iniuriarum actio. & facit ff. si quis cau. l. si eum. §. qui iniuriarum. Item non datur contra hæredes. vt Insti. de perpe. & temp. ac. §. non autem. in vers. est enim certissima. litis tamen contestatio facit eam dari contra hæredes. vt C. ex delic. defunc. l. vna. & facit Insti. de perpe. & temp. ac. §. pœnales.

21 22 23 24

SENTENTIA.

25 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiam in his scriptis, taxatione seu æstimatione nostra iudiciali pręcedente, condemnamus dictum Reum in prædictis decem lib. Turon. dandis & soluendis dicto Actori in emendam & satisfactionem dictæ iniurię, cùm delato ei à nobis iuramento iurauerit ad sancta Dei Euangelia, se nolle sustinuisse prędictam iniuri-

am pro prædictis decem lib. Turonen. immò potiùs vellet eas de suo proprio amisisse. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in c. solid. Turon. dandis dicto Actori pro expensis, quas fecit occasione præsentis causæ, cùm ad delationem nostram, taxatione nostra præcedente, idem Actor iam iurauerit se expendisse prædictos c. solid. Turon. occasione præsentis causæ. ¶ Item potest sic formari sententia.

ALIA SENTENTIA.

26 CVM dictus † Actor sufficienter probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: & nihilominùs æstimata per eum iniuria in prædictis decem lib. Turo. vt apparet in libello, ipse ad delationem nostram iurauerit se noluisse passum pro prędictis decem lib. Turon. immò vellet eas potiùs de suo proprio amisisse, & nobis visum sit æstimationem prædictam fore iustam & conuenientem: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prædictis decem lib. Turo. dandis dicto Actori pro emenda & satisfactione prædictæ iniuriæ.

¶ Item si videatur iudici, in minori summa debere fieri condemnationem, feret ita sententiam.

ALIA SENTENTIA.

27 CVM † dictus Actor sufficienter probauerit intentionem suam seu contenta in dicta petitione sua: & nihilominùs æstimata per eum in libello prædicto iniuria in prædictis decem lib. Turon. iurauerit ad sancta Dei Euangelia ad delationem nostram, nulla tamen taxatione seu æstimatione nostra iudiciali præcedente, se relatione habita ad tempus sibi illatæ iniuriæ nolle fuisse passum prædictam iniuriam pro prædictis x. lib. Turon. immò vellet eas potiùs de suo proprio amisisse: nobis autem, inspecta qualitate prædictæ iniuriæ, quia constat nobis, ipsam fuisse factam in carreria calida, & constat nobis dictum Actorem commouisse priùs ad iram dictum Reum, visum sit sufficere dicto Actori, sibi dari c. sol. Turo. tantùm pro emendatione iniurię: Idcirco per sententiam in his scriptis condemnamus dictum Reum in prędictis c. sol. Turo. dandis & soluendis dicto Actori pro satisfactione & emendatione iniuriæ, & etiam pro vindicta &c. ¶ Probatur Insti. de iniur. §. pœna. & facit, quod not. ff. de in lit. iur. l. videamus. §. iurare. & C. e. l. iij. & de iudicijs. auth. post iusiurandum. Sed videtur, quòd sententia † sit nulla ipso iure: quia x. lib. Tur. fuerunt petitæ: & licèt iudex condemnationem fecerit in c. sol. Tur. non tamen condemnauit nec absoluit in alijs c. sol. Tur. qui restabant de x. lib. Tur. in libello petitis, quod iudex debuit facere, vt sententia valeret: vt ff. de excep. doli. l. apud Celsum. §. item quæritur. Sed respondeo, quòd illę x. lib. Tur. non fuerunt petitæ præcisè, sed salua taxatione iudicis: vt apparet in libello. Propter enim illa verba, salua ęstimatione &c. non videtur petisse tota x. sed solùm illud, quod iudex taxauerit: vt arg. ff. qui. modis pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. j. Item dato, quòd illa verba non essent apposita in libello, tamen ipsa semper subintelliguntur de natura actionis iniuriarum: vt satis apparet ex supradictis, quod autem subintelligitur, non deest: vt ff. de rebus credi. l. cùm quid. ¶ Si autem Reus † debeat absolui, dicetur ita. 28 29

SENTENTIA ABsolutoria.

CVM dictus Actor † non probauerit intentionem suam, seu contenta in dicta petitione sua: idcirco per sententiã in his scriptis dictum Reum absoluimus à dicta petitione, & à contentis in ea. & nihilominùs condemnamus dictum Actorem in c. solid. Turo. dandis dicto Reo pro expensis, quas fęcit occasione pręsentis causæ: cùm idem Reus, delato sibi à nobis iuramento, iurauerit, taxatione nostra præcedente, se expendisse prędictos c. sol. Turo. occasione pręsentis causæ.

RVBRICA CLIX.

De actione iniuriarum prætoria.

SVMMARIVM.

1 Libellus actionis iniuriarũ prætoriæ quomodo

1 de formetur, & quibus iuribus pbetur. n. 2.
3 *Iniuriarum nedum filius, meretricis filius appellatus, agere potest, sed & eius mater.*
4 *Iniuriarum actio an locum habeat, si in veritate quis appelletur filius meretricis. nume. 8. & 10.*
6 *Iniuriarum an teneatur, qui aliquem diffamat, vt debitorem suum, qui non est.*
7 *Furandi causa qui accipit rem alienã mobilem, non tenetur actione furti, si non sit aliquis, cui furtum fiat.*
9 *Pro iniurioso verbo cucurbita fit duellum de iure Lombardorum, sed illo probato, duellum subire non cogitur, & iniuria cessat.*
11 *Ab iniuriarum actione an se excusare possit, qui iniuria affectus infert iniuriam. Et an iracundia calor excusationem mereatur. nu. 12.*
13 *Sententia in actione iniuriarum pratoria quomodo formanda sit, remissiuè.*

1 CORAM vobis domino iudice † Mõtis Pessulani, dicit & pponit in iudicio Petrus cõtra Martinum, quòd dictus Reus vocauit dictũ Actorem malitiosè filiũ meretricis. quam iniuriam dictus Actor statim reuocauit ad animum, & adhuc reuocat, & eam ęstimat in c. sol. Turo. & nollet eam sibi dictam fuisse per dictum Reum pro prædictis c. solid. Turon. immò potiùs illos c. sol. de suo proprio amisisse. Quare agit dictus Actor cõtra dictũ Reũ, & petit à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum in c. sol. Tur. dandis dicto Actori, salua vestra iudiciali æstimatione, per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum &c.

2 ¶ Probatur † Insti. de iniur. §. j. Et super isto libello videantur ea, quæ dicta sunt in pcedenti. Et est notandũ, ꝙ ex prędictis
3 † verbis iniuriosis, nedũ potest agere ille Actor, immò & mater eius: qa vocata fuit meretrix: vt arg. C. ad Officia. l. si qua illustris mulier. Iniuria enim fit aliquando absenti & ignoranti: vt ff. de iniur. l. item apud. §. conuiciũ aũt. ¶ Itẽ est notandũ, ꝙ
4 si aliqs † vocet aliũ filiũ meretricis, & verũ sit, nõ habet locũ actio iniuriarũ. vt ff. de iniur. l. eũ q nocentẽ. in prin. Licèt enim ille animũ iniuriãdi habuit, veritas tamẽ excusat ab actione iniuriarũ. Forma enim iniuriæ nõ inuenit ibi materiã paratã, ad recipiendũ iniuriã. & ideo ille alter, q & verè est filius meretricis, nõ habet, de quo cõqueratur. Et facit ad hoc, qa si qs vocat aliũ † debitorem suũ, diffamat eũ: qa & sic 5
detegitur paupertas eius. ar. C. quando & quib. quar. pars. l. ij. §. mobiles. lib. x. debitor etiã dicitur quodãmodo seruus creditoris: vt C. de noua. l. iij. & tamen si verũ sit illũ esse debitorẽ, veritas excusat ab iniuria: vt ff. de iniu. l. itẽ apud. §. si qs nõ debitorẽ. & Insti. e. §. j. à contrario sensu. *Sequitur Guido Pape consil. 74. nu. 8. 9. & 10.*

Itẽ facit ad hoc: qa si qs † dicat causa infamãdi, aliquẽ esse seruũ suũ, si probet illud, ipse nõ tenetur actione iniuriæ: vt C. e. l. si quidẽ. Itẽ facit ad hoc: qa qui accipit † rem alienã mobilẽ causa furandi, ipse nõ tenetur actione furti, si nõ sit aliqs, cui furtũ fiat: vt ff. de fur. l. falsus. §. q alienũ qd iacens. & Insti. de ob. q ex deli. na. §. placuit. & ff. de fur. l. inter omnes. §. pen. Sic † ergo & in casu pdicto, cùm materia deficiat, & actio debet deficere, nec potest oriri: sicut ecõtrà, si materia adesset, & forma deficeret, nõ haberet locũ actio iniuriarũ. vt de iniu. l. itẽ apud. §. si qs Astrologus. Itẽ facit C. vt infra cer. tem. criminal. quæst. termin. l. ij. f. ꝙ si quis sit filius meretricis, nõ est ei iniuria, si sibi dicatur, vel ita vocetur. Item facit ad hoc: qa pro iniurioso † verbo cucurbitæ, fit duellum de iure Lombardorum: vt suprà, in tit. de duello dictum est. sed si ego, qui vocaui Martinũ cucurbitã, paratus essem pbare illud esse verũ, certè null' dicet, ꝙ ego cogar subire duellũ cũ eo. Et sic apparet, ꝙ illo pbato habet cessare iniuria. & ita tenebat dominus Bermũdus. ¶ Quidam tamẽ † dicũt contrariũ, dicẽtes, ꝙ veritas in casu nostro nõ excusat dicentem à pdicta iniuria; plurib. rationib. Primò, qa nõ interest Reipub. ꝙ aliqs dicatur filius meretricis. interesse aũt Reipub. requirit l. illa, eum q nocentẽ. ad hoc, ꝙ qs excusetur ab iniuria: vt ibi. Sed dico, ꝙ non requiritur interesse Reipublicæ necessariò. Item aliquando potest interesse. arg. ff. de decu. l. gene-

generaliter. §. spurios. Item dicunt illi, quòd ex talibus verbis iniuriosis possent oriri discordię & damna. arg. ff. de suspec. tu. l. tutor. §. j. quod debet vitari & restringi. Sed dico, quòd non sunt verba in personam illius, nec debet habere pro malo: vt dictum est. Item adducũt: quia qui affectatur aliquem claudum claudicando, ipse tenetur actione iniuriarum l. item apud. §. aliud. & tamen verum erat, illũ esse claudũ. Sed fortè assiduitas seu frequentatio cũ hoc, quia claudicando ad factum quoddam procedebatur, induceret ibi actionem iniuriarũ. & secus, si vocaret eum claudũ frequenter: quia tunc veritas excusaret eũ ab actione iniuriarũ.

Item facit pro eis in e. l. §. generaliter.

Item dicunt, ad quid vocabitur fur ille, qui de furto satisfecit, & fustigatus est? solutione enim eius, quod debetur, tollitur obligatio: vt Insti. qui. mo. tol. ob. in princi. Sed dico, quòd adhuc expedit illud scire: vt arg. ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. & etiam ille remanet semper infamis: vt ff. de fur. l. non poterit. & potest dici fur, nec ipse habet causam cõquerendi. Item adducunt C. de nup. l. imperialis. §. pręsenti sanctione. ibi, dum dicitur, nam omni macula penitus deleta &c. Sed dico, ꝙ ibi lex illa specialiter illud disponit. Item adducunt l vj. dist. c. vndecunque. & c. nasci. Sed illud ibi, quantum ad Deũ. & aliud est, quantum ad ius ciuile. vt ff. de decu. l. generaliter. §. spurios.

11 ¶ Sed quid erit, Titius† vocauit Martinum cucurbitam. & Martinus ira motus vocauit statim dictum Titium filium meretricis, vel furem. Quęritur an Martinus possit se excusare ab actione iniuriarum? Et videtur, ꝙ sic. arg. ff. de iusti. & iu. l. vt vim. & ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cùm aliter. & de vi & vi ar. l. iij. §. eum igitur. & C. vnde vi. l. j. & ad leg. Iul. de vi pu. vel priua. l. quoniam multa facinora. Sed dicendum est, ꝙ Martinus non est excusatus ab iniuria: quia negare non potest, quin iniuriam fecerit dicto Titio, s. vocando eum filium meretricis, vel furem, cùm verum non esset. Et leges prædictę in contrarium allegatæ loquuntur, cùm violentia infertur personę simpliciter, vel personę pro rebus. & talem violentiam licitum est propulsare incontinenti: quia melius est ante tempus occurrere &c. vt ibi. & ar. C. in qui. cau. in inte. resti. non est ne. l. fi. hîc aũt in qstione nostra, non fuit aliqua violentia, quę ꝓpulsatione indigeret, ad conseruationẽ iuris ipsius Martini, s. quia nihil factũ fuit ipsi Martino, per quod offenderetur in persona, vel in rebus: sed solùm facta fuit sibi verbalis iniuria, quę aliquam propulsationem nõ habet. Credo tamen, quòd mitiùs agetur cũ Martino super illa iniuria per eum dicta & facta: quia iustum dolorem habuit, cùm vocatus est cucurbita, qui dolor non potuit citò refrenari: vt ar. ff. ad Sil. l. si quis in graui. §. si tamẽ maritus. & de adul. l. si adulterium. §. Imperatores. Sed videtur, ꝙ Martinus non teneatur† tunc, nec debeat in aliquo condemnari, pro eo: quia iratus illud dixit seu fecit. arg. ff. de diuor. l. iij. & de reg. iu. l. quicquid calore. & de publica. l. licitatio. in prin. Sed dicendum est, ꝙ calor iracundiæ, seu ira, non defendit aliquem ab actione iniuriarum. vt habetur C. de iniur. l. si non conuicij. & ff. de pœnis. l. aut facta. §. causa. in fi. licèt, vt credo, minor sit iniuria, mitiúsque debebit agi cum dicto Martino, quia vocabatur cucurbita: vt dictum est statim. 12

¶ Super sententia† ferenda in ista actione iniuriarum prætoria, recurratur suprà in pręcedenti actione in iure ciuili: quia iam fraternizant quàm plurimùm: vt apparet ex superioribus. 13

RVBRICA CLX.

De actione in factũ ex re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actionis in factum ex re iudicata, quomodo formetur, & quibus iuribus probetur. nu. 2.*

3 *Condemnatus in quo quis fuit, illud soluere debet, dum ritè & iustè condemnatus sit. Et quid hæc denotent, & quomodo probetur.*

4 *Sententia ferri potest, quandoq; sine causa, licèt*

licèt non sine quantitate seu re certa.

5 *Verbum, petit, est de essentia & iure actionis, & adaptatur ad extraordinaria, & ad officium iudicis.*

6 *Actio aliqua an dari possit, quæ oriatur ex re iudicata, cùm iudicis officium competere certum sit, & ordinarium & extraordinarium remedium vix concurrant.*

7 *In executione, siue agatur actione iudicati, siue iudicis officium imploretur, condemnatus opponere poterit exceptiones dilatorias & peremptorias.*

Nouatio si facta fuerit post sententiam, auditur Reus, & executio impeditur.

8 *Appellari quando possit à iudice, qui malè sententiam interpretatur, aut sententiam inter partes exequendam pronunciat, aut modum in exequendo excedit.*

9 *Executionis seu adiudicationis modus quibus modis excedatur.*

10 *Appellari an possit à nuncio ad exequendum misso, vel super pignoribus captis maius precium implorante, vel licitationem faciente, vel authoritate iudicis pignora capta vendente.*

11 *Iudex vel præses mixtum imperium habens, ad quem sententiam suam, & iudicum delegatorum ab eo, & magistratuum sub eo existentium, exequi pertinet: ipse ex necessitate, quia in territorio suo condemnatus bona non habet, iussit alteri iudici sibi subdito, mixtum imperium habenti, sub cuius districtu condemnatus bona habet, vt sententiam illam exequatur: nunquid ille iudex nedum sententiam exequi poterit, immò & de his, quæ condemnatus opponet, cognoscere?*

12 *Appellantem si apparet perperam appellasse à iudice executionis, punitur in quinquaginta libris argenti. Et ibi, quantum libra argenti valeat, & quid summa illa efficiat.*

13 *Pignora capta si distracta fuerint per nuncium, authoritate iudicis vendentem & exequentem, vel ad relationem nuncij incantatoris pignora deliberantem: an aliquis, & quis de euictione, & dolo commisso, de dolo teneatur.*

14 *Sententia absolutoria an naturalem obligationem, si qua prius erat, tollat: & an ciuilem. aut exceptione rei iudicatæ opposita elidatur. Et quid in sententia condemnatoria. nu. 15. 17.*

16 *In actione iudicati an sit ciuilis obligatio, & an naturalis. Et quid in officio iudicis.*

18 *Sententia condemnatoria si fuerit prima, an Actor possit agere actione veteri, in qua obtinuit: vel actione in factum ex re iudicata agere debeat. Et quando ei sit vtile, aut noceat, hac vel illa actione agere.*

19 *Sententia lata contra rem iudicatam, est ipso iure nulla, & quare.*

20 *Actione in factum ex re iudicata, aut iudicis officio, an & quando agere expediat.*

21 *Sententiæ formula in actione in factum ex re iudicata.*

22 *Ex sententia condemnatoria super actione in rem lata, an oriatur aliqua actio.*

CORAM vobis † domino iudice Montis Pessulani, dicit & proponit in iudicio Petrus contra Martinũ, quòd dictus Reus fuit legitimè seu ritè cõdemnatus ad dandum & soluendum dicto Actori xv. lib. Turo. s. x. lib. Tur. pro sorte ex causa mutui, & xl. sol. Tur. pro interesse suo, s. pro lucro, quod cessauit, & pro damno, quod emersit ex mora, & lx. sol. Tur. pro expensis litis. Quare agit dictus Actor contra dictum Reum, & petit ab eo, vt prædictas xv. lib. Turo. sibi reddat. petitq́ à vobis dicto domino iudice, vt dictum Reum, ad reddendum dicto Actori prædictas xv. lib. Tur. per vestram sententiã condemnetis, & condemnatum ad reddendum iuris remedijs compellatis. & petit expensas occasione præsentis causæ factas, quas æstimat xx. sol. Turon. & protestatur de faciendis, suo loco & tempore legitimè declarandis &c. 1

¶ Probatur † C. de reb. cre. l. actori. & facit C. quãdo ex facto tuto. l. j. & de iur. & fac. igno. l. j. ¶ Rectè † dicitur, q̃ Martinus fuit ritè condemnatus. Debet enim 2 3

quis soluere illud, in quo fuit cōdemnatus: vt ff. de re iudica.l.iiij.§.ait prætor. dum tamen ritè fuerit condemnatus. vt e.l.§.condemnatum. Duo enim requiruntur, s. quòd ritè, item quòd iustè seu rectè fuerit dictus Martinus condemnatus ad prædicta xv. danda & soluenda. Primum, s. ritè, denotat iuris solennitatem: sed secundum, s.quòd iustè seu rectè, denotat debiti veritatem: vt ar. ff. de inoffi.testa.l.ij.& de bon.poss. contra tabu.l.non putauit.§.non quęuis.& de ritu nup.in rubrica.& C.de Iudęis.l.Iudæos. & ff.de acqui.poss.l.iustè possidet.de verbo.sig.l.hęc verba. Primum, s. solennitas, vt in pluribus probatur per acta: vt C.de re iudi.l.fi. Secundum, s. debiti veritas, pręsumitur, & probatur per sententiam: licèt fuerit fortè lata contra ius litigatoris.quia res iudicata pro veritate habetur.vt ff.de reg.iur.l.res iudicata. & C.de re iudi.l.j.& facit C.de iudi.authen. hodiè.& ff.de iusti. & iu. l.penul.§. prætor quoque. Primum, s. solennitas, si deficiat, facit sententiam esse nullam: vt C. de sen.& interlo.om.iudi.l. prolatam. & quando prouo. non est necess. per totum. cum similibus. intantum, ꝙ tunc non est necesse appellare: vt ibi.& ff.de appel.l.si expressim. Secundum, s. veritas debiti, si deficiat, nihilominùs valet sententia.quia res iudicata pro veritate accipitur: vt dictum est.& etiam, quantum ad veritatem debiti, videtur sētētia placuisse condemnato, postquàm non appellauit: vt C. de postulan.l.j. dum tamen aliâs in processu & sententia solennitas iuris non deficiat: vt dictū est. ¶ Item, quod dictū est in libello, ex causa mutui &c. non fuit necesse: quia ꝓcedit, & sententia † ferri potest quandoque sine causa, licèt non sine quantitate seu re certa: vt dictum est supra, de actione commodati alter libellus. Et de interesse, quod est in lucro & dāno, ꝙ veniat in actione ex mutuo, dictum est suprà, de certi condictione speciali ex mutuo. & de actione arbitraria, de eo quod certo loco. ¶ Item rectè dicitur, & petit ab eo &c. quia † illud, petit, est de essentia & iure actionis: vt Insti.de ac.§.j.& §. appellamus. & ff.e.l.actionum genera. circa prin.sed illud, quod sequitur, s. petitq; à vobis dicto domino iudice &c. est per officium iudicis: vt Insti.de offi.iudi. quasi per totū. Verbū enim, petit, potest adaptari ad extraordinaria, & ad officium iudicis. vt ff.de var.& extraor. cog.l. j.§.fi.& de proxen.l.j. & C. de tempo.in integ.resti.l.petendę.in prin.& in locum illorum verborum posset competenter poni, vobis dicto domino iudici supplicando &c. vt suprà dictum est in tertio libello.

4

5

¶ Sed videtur, quòd prædictus libellus † nō procedat, nec dari aliquam actionem, quæ oriatur ex re iudicata: quia 6
certum est, quòd competit officium iudicis: vt C.de execu.rei iudi.l. ij.& ff.de mi.l.minor annis.circa princ. Ordinarium autem, & extraordinarium, vix habent concurrere: vt ff. de mino.l.in causæ.in prin. Item, sententia finem imponit controuersijs: vt ff.de re iudi.l.j.sed si oriatur ex ea aliqua actio, non videbitur finis impositus. nec etiam debent ex litibus lites oriri: vt C.de fruc. & lit. expen. l.terminato. nec debent ex obligationibus obligationes fieri: vt ff. de re iudi. l. iiij.§.ait prætor.in fi. Potissimè: quia si ex sententia oriretur actio, & ex illa ageretur in iudicio, & sic oriretur alia actio in factū: posset esse processus in infinitū. infinitas aūt est euitanda: vt ff.de in lit.iur. l.videamus.§.iurare. Semel audiui à domino Bermūdo, transitoriè tamen, quòd ex sentētia nulla debebat oriri actio: quia cùm lex velit, ꝙ sit finis litium: vt ff. pro suo.l.fi.& de aqua plu.ar.l.ij. in princ.& C.de transac.l.fratris.& de iudi.l.properandum.in prin.& de agric.& censi.l.litibus.in prin.lib.xj.non erat verisimile, ꝙ ipsa lex vellet ex sententia, quæ est finis controuersiarū, facere oriri aliam actionem, & per consequens aliam controuersiam, & sic finem nō est de fine facere. potissimè: quia per officium lex realē executionem fieri prouidebat. Et qui causa collationis vellet prædicta sustinere, posset respondere ad l.actori. C. de reb.cre. quòd non est credendum, ꝙ lex voluerit oriri

oriri actionem in factum ex re iudicata: vt statim dictum est. sed solùm ibi intendit dicere, ꝙ actio in factum competit ex iuramento ad similitudinem iudicati: quia vtrunque est remedium finiendarum litiū: vt ff. de iureiur. l. j. & ij. quia posteà non quęritur, an debitum fuerit: vt ff. de re iudi. l. post rem iudicatam. Item ad l. j. C. quando ex fac. tu. vbi dicitur, ꝙ actio iudicati exercenda est &c. potest dici, quòd ibi debet exponi, actio. id est, quidam actus in exequendo, qui est officium iudicis. Actio enim quandoque ponitur pro actu: vt C. de sacrosan. eccle. auth. hoc ius porrectum. Item ad l. j. C. de iur. & fac. igno. ibi, dum dicitur, si cœperis ex sententia conueniri &c. posset dici, ꝙ in executione sententiæ, quæ fit per officiū iudicis, cadit quędā causæ cognitio: fortè enim facta est nouatio, & sic de similibus: vt ff. de re iudi. l. iiij. §. si ex conuentione. & l. à diuo Pio. §. in venditione. & §. se. & se. & C. de execu. rei iudi. l. ij. & ideo cùm debet fieri executio per officium iudicis, debet condemnatus vocari coram iudice: vt ibi, dum dicitur, si cœperis ex sententia conueniri &c. quia merita causarum &c. vt C. si per vim vel alio modo l. fi. ar. ff. de adop. l. nam ita. ¶ Sed, non obstantibus prędictis, est dicendum, quòd libellus procedit, & quòd actio in factum oritur ex re iudicata: vt C. de reb. cre. l. actori. & facit ff. de re iudi. l. miles. §. decem. ibi, dum dicitur, iudicati in decem agitur &c. §. fi. vbi dicitur, quòd iudicati actio perpetua est &c. quibus responderi nō potest. Et facit eo. ti. l. iiij. in prin. & l. à diuo Pio. §. ꝙ si res. & l. pręses. & l. Nesennius. §. fi. & l. in iudicati actione. & de iud. l. si prætor. §. fi. & de peti. hęre. l. item veniunt. §. idē rectè ait. & de fideiuss. l. fideiussores. ij. §. fi. & de pigno. l. grege. §. etiam si creditor. in fi. & C. de vsur. rei iudi. l. fi. cum similibus. & dominus Iohānes super ista actione posuit circulum in arbore sua actionum, de qua arbore fit mentio ff. ad Trebel. l. si postulante. circa prin. in glossa.

¶ Item ex prædictis potest recolligi, quòd ex sententia condemnatoria, à qua non est appellatum, potest agi actione iudicati post quatuor menses: quæ actio tendit ad condemnandum Reum iteratò in illis, in quibus fuit condemnatus. & totum erit modò sors. Sed & omissa illa actione potest implorari officium iudicis, pro sententia realiter exequenda & facit ff. ne vis fiat ei, qui in possess. missus est. l. si quis missus. in principio. & §. j. & de iudicijs. l. si prætor. in fine. Expedit enim alicui habere plura remedia. arg. ff. de leg. ij. l. cùm filius. §. varijs. & de leg. j. l. j. l. si creditori. §. j. & de liberatione leg. l. iij. in fine.

¶ Item, siue agatur † actione iudicati, siue petatur executio fieri per officium, Reus condemnatus poterit opponere quasdam exceptiones peremptorias, de quibus cauetur in iure, quæ pro maiori parte collectæ sunt in glos. fin. C. de iuris & facti igno. l. j. & hoc, si in primo iudicio fuerunt omissæ. sed si tunc fuerunt propositæ & tractatæ, de cętero non poterunt opponi post sententiam: vt ff. de compensatio. l. quod in diem. §. j. & C. si ex falsis instru. l. j. in fi. & de fide instru. l. fi. & ff. de excep. rei iudi. l. duobus. Item poterit opponere condemnatus omnes exceptiones dilatorias & peremptorias, quæ inceperunt sibi competere post sententiam: vt pacti de non petendo ad tempus, vel in perpetuum: vel si fuit post sententiam satisfactum. quia quæ de nouo emergunt &c. vt ff. de ventre inspiciendo. l. j. in prin. & facit, quia si post sententiam facta fuerit nouatio, auditur Reus, & impeditur executio: vt C. de except. rei. iudi. l. ij. cum similibus. 7

Huc facit remittis Guido Papa q. 419. ad fin. & q. 574. nu. 2. in fi. in decisionib.

¶ Item est notandum circa executionem sententiæ, quòd si † iudex, qui potestatem habet interpretandi sententiam, malè eā interpretatur, iam poterit ab eo appellari: vt ff. de appel. l. ab executore. circa prin. Item si iudex inter partes pronunciet sententiam exequendam, poterit appellari: vt ibi not. arg. C. de appellatio. l. & in maioribus. A pręcepto enim potest appellari: vt C. de iudi. l. iij. & ff. de minoribus. l. ait prætor. §. permittitur, 8

Vide Guidonē Papa q. 574 nu. 3. in decisionib.

titur. & quando appellan. fit. l. j. §. alia. & §. quod in sententijs. & C. de appellationibus. l. hi qui ad ciuilia. Sed ab executione, quæ in facto consistit, id est, cùm re ipsa fit executio, non licet appellare: vt ff. de appellationibus. l. ab executore. in principio. & appellatio debet respui: vt C. de appellationibus. l. quoniam iudices. nisi modus excedatur in exequendo: vt C. quorum appellationes non reci. l. ab executione. tunc enim poterit appellari: vt ibi. ¶ Modus autem † executionis seu adiudicationis exceditur pluribus modis. Primò, si iudex nimis properè vel ante tempus faciat, vel fieri faciat executionem: vt C. de executio. rei iudica. l. j. & de vsur. rei iudica. l. fin. Secundò, eadem ratione, si in alia re, vel in maiori quantitate, quàm fuit iudicatum, fiat executio: vt fiat comparatio pluris in tempore, & pluris in quantitate. vt Institu. de actionibus. §. plus autem. & §. tempore. & facit ff. de re iudica. l. si cùm nulla. & C. si à non competenti iudice. l. fi. & de appellatio. l. si quis prouocatione. Tertiò exceditur modus, si cùm aliquis fuit condemnatus dare Stichum, aut decem, & ipse variet in eligendo, & executor exequatur sententiam in Sticho: ipse videtur exequi in plus causa: vt Institu. de actionibus. §. huic autem. iuxta id, quod notatur de illa variatione electionis, secundùm opinionem domini Iohannis, ff. de verborum obligatio. l. eum, qui certarum. §. fi. Quartò exceditur modus, si turbato ordine fiat executio: vt cùm sufficerent mobilia, iudex posuit manum ad immobilia: quod fieri non debet. vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio. §. j. Quintò, si iudex exequatur sententiam, prætermissa cognitione alicuius de exceptionibus, quæ opponi possunt multæ, quarum maior pars est reposita in glo. C. de iuris & fac. igno. l. j. Sextò, si iudex exequatur sententiam, prætermissa cognitione alicuius exceptionis, de illis exceptionibus, quæ condemnato inceperunt competere post sententiam, de quibus dictum est suprà. Et si in prædictis iudex modum executionis excedat,

9 *Sequitur Guido Papæ vbi suprà, d. n. 2, in decis.*

poterit ab eo appellari: dato, quòd nihil pronunciet super sententia exequenda. ¶ Quod dictum est in iudice exequente, vel nuncium ad exequendum mittente, idem in nuncio † ad capienda pignora per eum misso, vel super pignoribus captis maius precium implorante, vel licitationem faciente, vel authoritate iudicis pignora capta vendente. ille enim est executor, quia sententiam videtur ad effectum adducere. vt C. de execu. rei iudi. l. executorem. ergo ab eo non appellabitur. vt C. quor. appel. nō reci. l. ab executione. in prin. Sed si ille nuncius, licèt merus executor sit, modum excedat, tunc ab eo poterit appellari: vt ibidem videtur dici. & facit, quod notatur C. de execu. rei iu. l. si vt proponis. Sed non cadit benè in animo meo, quòd de iure possit à tali nuncio appellari. Primò, quia ipse iudex non est, nec partes iudicis debet assumere, nec est delegatus ad aliquam cognitionem exceptionum opponendarum, seu defensionis alicuius opponendæ. & sic si cognoscit, non valebit cognitio, vt ibi. Secundò, quia executio realis, cùm sit mixti imperij, non est in tali nuncio, nec in eum potest delegari seu transferri. sed solùm per talem nuncium expeditur executio. vt simile not. C. de iuris. om. iud. l. j. nec cauetur in iure, nec inuenitur, quòd executio sententiæ fiat officio talis simplicis nuncij, immò fit officio iudicis. vt ff. de rei vendi. l. qui restituere. & de peti. hęre. l. licèt minimam. cū similibus. ¶ Sed quid erit, Præses, vel alter † iudex 11 mixtū imperium habens, ad quem pertinet exequi sententiā suam, & sententiam iudicum delegatorum ab eo, & magistratuū sub eo existentium: vt ff. de re iudi. l. à diuo Pio in princi. ipse ex necessitate, quia in territorio suo condemnatus non habet bona, iussit alteri iudici sibi subdito, mixtum imperium habenti, sub cuius districtu condemnatus habet bona, vt illam sententiam exequatur: nunquid ille iudex nedum poterit exequi sententiam, immò & cognoscere de his, quę opponet condēnatus? Et videtur, quòd nō possit cognoscere, sed solùm exequi. vt ff. de iudi.

Vide Guidonem Papæ q. 11. et q. 574. in decisionib.

iudi.l. ſi prætor. in prin. Sed dicendum eſt, & meliùs, ꝙ ille poterit cognoſcere, quia nõ eſt defectus in eo.iuriſdictionem enim habet, & prædictas exceptiones opponere, eſt permiſſum à iure. ergo &c. Et facit ad hoc lex prædicta, §.j. cui reſponderi nõ poteſt, quin de nullitate talis iudex cognoſcat. & ſic de ſimilibus, cùm ſit eadem ratio. Et ad principium illius legis reſpondetur, quòd iudex, quicunque ſit, qui ſententiam aliquam exequitur, nõ poteſt cognoſcere, an iudex, qui eam tulit, iuſtè vel iniuſtè eam protulerit, habito reſpectu ad ius litigatoris, vel habito reſpectu ad propoſita & probata corã eo: ſed de nullitate ſententiæ, & de alijs exceptionibus à iure permiſſis opponi poſt ſententiam, benè poterit cognoſcere, & deinde iudicare, an ſententia ſit exequenda, vel non: & per conſequens, ab eo poterit appellari, & etiã à mera executione eiꝰ poterit appellari, ſi modũ executionis excedat, vt apparet ex ſupradictis. & ſi appelletur, iudex appellationis non debebit cognoſcere, niſi tãtummodo de cauſa ſeu articulo, propter quem fuerit appellatum, nec appellans poterit aliam cauſam addere. vt ar. ff. de appella. l. ab executore. in princ. ibi, dũ dicitur, ita tamen, quòd in ea cauſa &c. licèt ſecus *ſit, cùm appellatur à diffinitiua. vt ff. de ap-
12 pel.l.iij.§.fi. Item ſi apparet, appellãtem †appellaſſe perperã à iudice executionis, vt executionem ſuſpẽderet, ipſe puniretur in quinquaginta libris argenti. vt C. quorum appel. nõ re.l. ab executione. in fi. Et cùm libra argenti valeat x. aureos: vt C. de argenti precio, quod theſau. infer. l. vna. lib. x. quinquaginta libræ argenti, qui benè cõputat, valent quingentos aureos. Item quia lxxij. aurei faciunt libram auri: vt C. de ſuſcepto. præpoſ. & arca. l. quoties. lib. x. qui rectè computat, l. libræ argenti, ſeu quingenti aurei, quæ æquiualent, vt dictum eſt, valent ſeptem libras auri præter quatuor aureos. Et credo, quòd ſuppoſito, quòd libra auri, & libra argenti, ſunt eiuſdem ponderis: & etiam ſuppoſito, quòd vnus aureus, & vnus agnus auri, & vnus Tur. argẽti ſint

*Vide Guidonem Papæ q. 75. num 4 in deciſio & cõſi. 4. nu. 2. cõſi. 47. nu. 2. cõſi. 66. nu. 1. conſil. 70. nu. 5. cõſi. 76. nu. 1. & 2. cõſil. 83. nu. 6. conſi. 117. nu. 5 cõſil. 178. nu. 4. conſi. 197. nu. 1. cõſil. 205. nu. 7.

etiam eiuſdẽ ponderis: tunc x. aurei valuiſſent tempore illarum legum ſeptuagintaduos Tur. argenteos. & per conſequens vnus agnus auri valuiſſet ſeptem Tur. argẽteos, & quintam partem vnius Tur. argentei, & non plus. ſed hodiè aurũ eſt maioris valoris, quàm eſſet tempore illarum legum. ¶Et eſt notandum, ꝙ ſi pignora capta fuerint †diſtracta per nun- 13
cium, authoritate iudicis vendentem & exequentem, vel per ipſum iudicẽ vendentem & exequẽtem, vel ad relationem nuncij incantatoris pignora deliberantẽ: nullus tenetur de euictione, niſi ille, cui ſolutio precij proficit. vt C. de euic. l. ſi ob cauſam. & ff. fami. her ciſ. l. qui hæres erat. ſed ſi illi dolum cõmiſerint in ſuis actibus, fortè in viliori precio vendẽdo, ipſi tenebuntur actione de dolo. vt ff. de euic. l. ſi pignora. & de negoc. geſ. l. iij. §. ſi executor.

¶Modo eſt aduertẽdum, quòd ſentẽ-
tia †abſolutoria non tollit naturalẽ obli- 14
gationem, ſi qua priùs erat. vt ff. de condic. indebi. l. Iulianus. circa princ. Itẽ nec tollit ciuilem: vt Inſti. de excep. §. item ſi in iudicio. vbi dicitur, ꝙ & poſt ſententiam abſolutoriam de eadem re ipſo iure poteſt agi. & ſic clarè apparet, quòd ciuilis obligatio remanſit. ſed exceptio rei iudicatæ ſi opponatur, elidit illam ciuilem ſeu reddit eam inefficacem. vt ibi. & notatur Inſti. de obliga. in prin. & quibus mo. tol. obli. in fi. & ff. de condic. inde. l. Iulianus. Et cùm dicitur Inſti. de excep. §. item ſi in iudicio. in glo. quòd ſententia abſolutoria, cùm ſit de iure ciuili, tollit ciuilem obligationẽ: debet palliando intelligi, ſ. quòd tollit eam non ipſo iure, ſed elidendo ſeu reddendo eam inefficacem. Item & ſententia condemnatoria
†multò minùs habet tollere primã acti- 15
onem, nec obligationes, quæ priùs ibi erant: & ideò adhuc poteſt agi ex ea. nec enim ſententia debet proficere condẽnato. vt ff. de excep. rei iudi. l. euidẽter. nec videtur Actori ſatisfactum, ex eo, quia ex ſententia habet actionem iudicati. vt ff. de pignoribus. l. grege. §. etiam ſi creditor. Item eſt notandum, quòd licèt in

iſta

16 ista actione † iudicati, de quia hîc agitur, fit ciuilis obligatio: tamen naturalis non est ibi. Licèt sit argumentum cõtrà, C. de postu. l. j. ibi, dum dicit, placitis obtempera. & de appel. l. hi qui ad ciuilia. & quia in iudicijs quasi contrahitur. vt ff. de pecu. l. licèt. §. idem scribit. sed talia non inducunt naturalem obligationem, sed benè eam induceret conuentio. vt ff. de pac. l. j. §. adeò. iudicium autem redditur in inuitum. vt ff. de verbo. obli. l. inter stipulãtem. §. j. Sed in officio iudicis, pro exequenda sententia, nulla est obligatio. vt argu. ff. de dam. infec. l. cùm postulassem. & de ac. em. l. qui per collusionem. in fi. & de pollicitati. l. j. in fi.

17 ¶Et in summa, si lata fuerit sentẽtia † absolutoria pro Martino super mutuo, Actor poterit adhuc agere contra eum actione veteri ex causa prædicti mutui: sed Reus poterit eum repellere, si vult, exceptione rei iudicatæ. vt Inst. de excep. §. item si in iudicio. sed si Reus nõ opponat prædictam exceptionem, & nihilominùs obtineat, vt quia iteratò fuerit absolutus, valebit vtraq; sentẽtia, quia non est prohibitum: & sic Actor tenebitur vtriusq; litis expensas soluere, si in eis fuerit condemnatus. sed si ille Reus absolutus primò, condemnetur in isto secundo iudicio, sententia ista secunda non valebit: quia sententia contra res priùs iudicatas lata vires non habet. vt C. quando prouo. necesse non est. Sed & si prima

18 sententia fuit † condemnatoria contra Martinum super prędicto mutuo, Actor etiã adhuc poterit agere contra eũ actione veteri ex causa prędicti mutui. licèt & posset agere actione in factum ex re iudicata post quatuor menses. Sed videbitur stultus, si redeat ad veterem. sed deberet petere sentẽtiam executioni mandari. vt notatur ff. de excep. rei iudi. l. si à te. §. j. Stultissimus enim erit, qui omittit facile, & eligit difficile. vt Insti. quod cũ eo, qui in alie. pote. §. cæterũ. & stultus est, qui eligit malũ, cùm potest eligere bonum. vt ibi nota. Sed poterit esse vtile Actori, si agat adhuc veteri actione: & sic non videbitur stultus. Primò, quia fortè in primo iudicio non probauit suum interesse plenè, cùm fortè sua interesset in tantundem. vel fortè posteà incepit sua interesse, nec Reus poterit aliquid opponere vel excipere de prima sentẽtia contra se lata. vt e. ti. l. euidẽter. Secundò poterat sibi esse vtile, quia fortè non posset probare sententiam primam fuisse ritè latam, & per consequens non posset habere commodum ex ea agendo actione iudicati, nec petendo sententiam illam exequi. vt ff. de re iud. l. iiij. §. cõdemnatum. Tertiò potest esse vtile, quia si duo, qui tenebantur insolidum ad decem ex causa mutui, fuerunt cõdemnati simpliciter, quilibet eorum tenebitur ex illa summa solummodo in quinq;: & si vnus est non soluendo, expedit Actori agere adhuc actione veteri ad tota decẽ, contra illum, qui est soluendo. vt nota. C. si plures vna sen. condẽ. fue. l. j. in fi. Quartò erit sibi vtile, quia si obtineat, ipse habebit duas sententias pro se. & expedit ei habere plura remedia. Vna tamen sententia debebit esse cõtentus in exequendo. arg. ff. de ver. obl. l. qui bis. & de reg. iur. l. bona fides. j. credo tamen, quòd expensas vtriusq; litis poterit consequi, si Reus in eis fuerit condemnatus. Sed & poterit Actori nocere, si redeat & agat veteri actione: quia tunc Reus poterit excipere, & quascunq; exceptiones opponere, ac si aliàs nunquam fuisset iudicatum contra eum: quia non est prohibitũ. Item poterit Actori nocere, si succumbat: vt quia absoluatur Reus in isto secundo iudicio, valebit absolutoria, & non cõdemnatoria priùs lata: quia fauorabiliores sunt rei &c. ipse Actor malè elegit, quia redijt ad vomitum. Item, quia damnum illud sua culpa sentit: & ideo illud sentire non videtur. vt C. quan. prouo. necesse non est. l. j. Item si intelligatur, quia 19
prima † sententia fuit ibi absolutoria, & secunda fuit cõdemnatoria: & ita innuit ibi glo. in principio. vel dicamus, & meliùs, quòd siue vtraq; sit absolutoria, siue vtraque condemnatoria, vtraq; valet de iure, quia nõ est prohibitum. sed siue fuerit prima absolutoria, siue cõdemnatoria:

toria: tunc ſecunda ſententia cõtra illam lata erit nulla, vt ſit finis litium: vt ibi. & ſenten. reſcin. non poſſe. l. j. & ita notauerunt indiſtinctè domini Plac. & Azo in Summis ſuis, C. quando prouo. ne. non
20 eſt. ¶Item in ſumma, ſi ſententia † condemnatoria lata fuit, à qua non fuerit appellatum, Actor poſt quatuor menſes, omiſſa executione ſententiæ poterit, ſi vult, agere actiõe iudicati ad illa, in quibus Reus ſibi fuerat cõdemnatus. Et poterit prodeſſe Actori: quia in ea veniet intereſſe ſuũ à tempore moræ, ſ. poſt quatuor mẽſes. quod intereſſe nõ veniret in officio iudicis, ſi peteretur executio fieri: qa in officio iudicis non eſt obligatio, & per conſequẽs nec extraiudicialis mora. expedit ergo quandoq; agere actione iudicati. Item & poterit Actori prodeſſe: quia pater non tenetur ex delicto filij de peculio. vt ff. de reg. iur. l. ex pœnalibus. ſed ſi filius ex delicto fuerit condemnatus, tunc tenebitur pater actione iudicati de peculio. vt ff. de peculio. l. licèt. §. idem ſcribit. nec credo, quòd contra patrem aliàs poſſet fieri executio ſẽtẽtiæ, niſi & ipſe eſſet condemnatus ſuper actione iudicati de peculio. Sed & Actori poterit nocere, ſi agat actione iudicati: quia tunc poſtquàm viam ordinariam elegit, cognoſcet iudex inter partes plena inquiſitione. vt C. de iudi. l. iudices. & cõminationes vel epiſtolas. l. fi. Sed ſi per officium petat executionẽ fieri, tunc iudex expediet ſe citò ſine libello & ſine ſolẽnitate. ar. ff. de min. l. minor xxv. annis. in princ. ibi, dum dicit, paratam ex cauſa iudicati perſecutionẽ fieri &c. Attamen, ſi Reus opponeret aliquas exceptiones, de quibus ſuprà dictum eſt, iudex haberet de eis cognoſcere. vt C. de iudi. l. j. vbi not. quòd ſẽtẽtia mandatur executioni ſine cognitione, debet intelligi, ſ. quia extra ordinem & ſine magna ſolennitate fiet. Item extrà de reſtitu. in integ. c. ſuſcitata. vbi no. quòd ſententia mandatur executioni, nõ obſtante aliqua exceptione, niſi incontinenti probetur. & facit ij. q. j. c. ſicut. debet intelligi, ſ. quia iudex dabit fortè breuiores dilationes: vt ſit finis litium.

SENTENTIA.

CVM dictus † Actor ſufficienter probauerit intentionem ſuam, ſeu contenta in dicta petitione ſua: idcirco per ſententiam in his ſcriptis condemnamus dictum Reum in prædictis xv. lib. Turo. in prædicta petitione contentis, dandis & ſoluendis dicto Actori. & nihilominùs condemnamus dictum Reum in xx. ſol. Tur. dandis dicto Actori pro expẽſis &c. 21

¶Sed an ex ſententia † condemnatoria ſuper actione in rem lata orietur aliqua actio? Et videtur, quòd ſic, ſ. vtilis in rem. arg. C. de arbi. l. ne in arbitris. §. ſed & ſi ipſe. Sed non video, quomodo poſſet ibi formari libellus ſuper aliqua actione in rem noua, licèt pro veteri poſſet formari & adhuc agi: quia illa non eſt ſublata: vt apparet ex ſupradictis. ſed quia Reus cõdemnatus eſt in actione in rem ad rem reſtituendam, Actor poterit agere cõtra eum actione perſonali, ſ. actione in factũ ex re iudicata ad reſtitutionem rei. & notatur ff. de iureiur. l. nam poſteà. §. fi. in iudicijs enim quaſi contrahitur. vt ff. de pecu. l. licèt. §. idem ſcribit. 22

VM opus prȩſens, Deo authore inuocato, incepiſſem, poſtmodum in proſecutione ſentiens laborem, & recognoſcens meum rude ingenium, timẽſque aliquãdo nimiùm loqui, pluries ex quadã fragilitate humana me incepiſſe pœnituit: Sed Deo occurrẽte & ſuccurrente, ſine quo factum eſt nihil: vt in Euangelio Ioannis. qui & eſt adiutor in tribulationibus, vt in pſalmo Dauid, Deus noſter refugium. & res penitus deſperatas donare, & conſummare, ſuæ virtutis magnitudine poteſt: vt C. de vete. iu. enucle. l. j. §. j. opus inceptum, & continuans ipſum, ad finem per me optatum deduxi. Benedictum ſit nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Pſal. 45.

FINIS.



fasc. 25
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
LAB. RESTAURO
ROMA

Digitized by Google